Que hoc in libro continentur.

Diuo Hieronymo interprete.

¶ Aldus Manutius Egidio Viterbensi: Diuinorum verboꝝ Oratori excellen-
ti: ordinis Eremitarum. S. P. D.

Origenis Homilias in Pentateuchū: ⁊ li-

brum Judicū a Diuo Hieronymo latinitate donatas: informatasq; nuper cura no-
stra: vt sub tuo nomine publicarem Egidi pater puenerāde: habui qdem plurimas
causas: sed duas precipuas. Quarū altera est: vt Virū illū in omni disciplinarū ge-
nere singularem: tū diuinarum rerū ⁊ Magistrū summū: ⁊ Oratorē: tu: qui etate no
stra es eloquio: ⁊ doctrina ꝓornatissimus. Populis cōmēdares: ⁊ quo potes modo
protegeres: ⁊ tuereris. Altera: qm̄ si ipse viueret: sub nullo magis patrono exire vel-
let in manus hoium: ꝙ sub Egidio: qui apud oēs gratia: ⁊ autoritate plurimū valet.
Eqdem mi Egidi: doctissimi illius hois vicem summope doleo: quod idē oium ⁊ opti
mus: ⁊ pessimus scriptor ⁊ habitus olim fuerit: ⁊ nūc habeatur. Scis. n. illud de Ori-
gene: vno ore dici fere ab oib⁹. Ubi bn̄: nemo melius: vbi male: nemo peius. Sz ea de
re neqd ego scriberē: fecit tractatus qdā Joānis Pici Mirādule miro hois igenio:
miraq; doctrina: q in Apologia sua qōnem hāc copiosissimeq; ⁊ doctissime disputa-
uit. Illud tn̄ libuit addidisse. Origenē suos libros ab inimicis corruptos: in Epl'a ad
quosdā amicos in Alexādria ꝯquestū in hūc sensū. Haud quaquā miror adulterari:
⁊ corrūpi nostra ab inimicis: cū ⁊ in Apostoli epl'a idē euenerit: cōscripserūt. n. qdam
sub Pauli noie falsam epl'aꝫ: quo Thessalonicēses ꝯturbarēt: atq; seducerent: quasi
instaret dies Dn̄i: atq; ꝓpea in secūda epistola ad Thessalonicēses ait Aplus. Roga
mus aūt vos fratres per aduētū dn̄i nostri Jesu Christi: nostreq; i ipsū ꝯgregatio-
nis: ne ab eo: quod sentitis cito amoueamini: ne ve qspiā vos aut spū: aut verbo: aut
epistola aliqua tāꝙ ad vos a nobis missa: deterreat quasi istet dies Dn̄i: nemo vos vl
lo mō seducat. Eodē mō ⁊ nobis videmus accidere. Qn̄quidē hereticus qdā: cū dis-
putationi nostre plurimi iterfui[...]nt: ab ijs: q descripserāt Codicē scriptis acceptis:
addidit: dēpsit: ꝑmutauit: vt voluit: atq; ita corrupta circūfert: ostētatq; sub meo no
mine: qbus idignati: q ī Palestina sunt: fratres: miserūt ad me Athenas: cui arche-
typum ipsū ad se darē: quod nūꝙ antea relectū a me: recēsitū ve fuerat: sz ita negle-
ctū ⁊ abiectū iacebat: vt vix inueniri potuerit: tādē iuētū misimus. Et Deus ē mihi te
stis: cū: q scripta mea adulterauerat: iuētū: iterrogatūq; a me ꝙ obrē id fecisset: qm̄ ex
polire magis: atq; exornare: purgareq; disputationē ipaꝫ volui: rn̄disse. Videte quo
nā illā purgauerit mō: ita certe: queādmodū Marcion euāgelia: ⁊ q postea illius suc
cessor fuit Appelles. Nā sicut illi [s]cripturarū veritatē subuerterūt: sic iste: vt nos cri
minaretur: sublatis veris: falsa i[n]...uit. Hec i Origenis epl'a legi scribit pic⁹ deide sub
iūgit i hāc sn̄iaꝫ. Si scripta Origenis eo viuēte deprauar̄ audebāt heretici: nōne post
eius mortē hoc idē audētius illos fecisse existimādū? Queritur aūt ⁊ alibi de hereti-
co quodā: q in Epheso falsa ꝑmulta sub nomine suo ostētans: circunferebat. Extat ⁊
alia eius epl'a: in qua suos libros adulteratos: ⁊ corruptos ab hereticis sūmopere do
let: hec Mirādula: ⁊ alia abūde mlt'a ī qōne de salute Origenis. Sz adlt'erata fuerit:
necne scripta illius: alioꝝ sit iudiciū: q ista subtilius querūt: ⁊ tuū maxime Egidi dis-
tis: q sacra volumina cepisti a teneris nocturna v̄sare manu: v̄sare: diurna. Nos aūt
optimis qbusq; illius legēdis: ⁊ que barbatus Hieronymus: approbauit: quales sūt
he saneꝙ vtiles: admirādeq; homilie: admodū certe proficiem⁹. An v̄o salu⁹ sit Ori
genes: nō est meū dijudicare. In hoc eqdē ⁊ id gen⁹ ceteris accedo orthodoxis: ⁊ san
cte Eccl'ie. Sed q hec ad te diuinarū rerū optimū: doctissimumq; Cēsorē. Qua re hec
tibi: ⁊ ceteris sacre Theologie peritissimis tractāda: disputādaq; relinqmus. Sz si te
vnū illud ēt: atq; ēt rogauerim⁹: vt hūc ipsū Origenis homiliarū librū apud te sem-
per habueris. Amoris sūmi erga te mei. Quod libētius facturū te existimamus: cū
Platonis tui diuina volumina in tuā gratiā Grecis Characterib⁹ nostris breui (vt
speramus) simus publicaturi. Uale dec⁹ nostrū. Ven. pridie. Non. Aug. M.D.XII.

¶ Capita Homiliarum Origenis super Genesim.

¶ Capita Homiliarum Origenis super Exodum.

¶ Capita Homiliarum Origenis super Leuiticum.

Capita homiliarum Origenis super Numeros.

Capita Homiliarum Origenis super Jesu Naue.

De ijs:

Capita Homiliarum Oꝛigenis. super libꝛum Judicum.

Expliciunt capita homiliarum Oꝛigenis.

Pꝛefatio ad Lectoꝛem in Libꝛos Oꝛigenis Adamantij super Pẽtateuchum.

CUm plurima quideꝫ cãdidissime Lectoꝛ sese offerũt:ꝙ operi nos huic pꝛefatiũculã istã pꝛemittere non imerito iubeant: Tum duo ꝑcipue:quoꝝ alteruꝫ quidem: vt opus:tãetsi suopte autoꝛis ingenio:atqꝫ doctrina cõmẽdabile:iterpꝛetis nihilominus tñ autoꝛitate gratius redderet:alterũ vero:ꝙ q̃rẽtib⁹ nobis illius ꝓemiũ: nusꝙ occurrere potuit. Quãꝙ nõ dubitamus:tam autoꝛẽ:ꝙ ꝛ interpꝛeteꝫ opus taꝫ egregiũ absqꝫ ꝓhemio nequãꝙ edidisse:veꝝ scriptoꝝ incuria ad nos minime puenisse. Neqꝫ eo inficias tñ inuenisse qđẽ nos:nõnullis ĩ exẽplaribus:nescio qd ꝓemij loca inscriptũ:nec autoꝛe sane (vt ego senseriꝫ) nec interpꝛete nostro dignũ. Uerũ calamus nihi tẽperandus est. Potuit enim latinus interpꝛes e grecis bonis (vt ait Comicus) latina facere nõ bona. Aliũ tñ ꝓlogi: atqꝫ aliũ opis interpꝛetẽ extitisse manifestũ est. Haud quãꝙ igr̃ visuꝫ ẽ nobis:pulcherrimo (vt ita dixeriꝫ) coꝛpoꝛi a lienũ simul ac hoꝛridũ ꝑfigere caput:ꝛ pꝛima libelli fronte deterruisse potius:ꝙ allexisse Lectoꝛẽ. Uerũ ne quasi ἀγέφαλος in lucẽ ꝓdiret:nos necessitate magis cõpulsi:ꝙ freti ingenio:qualẽcũqꝫ stilũ fingimus. Satius existimãtes: dñ ꝛ ipsi indocti scribimus:multoꝛuꝫ subijsse iudicia:ꝙ ipsis (vt aiũt) liminib⁹ apocrypha inseruisse. Certe studiosissimũ queqꝫ ad illa trãsmittimus:si nr̃a illi testimonia:vel leuia foꝛtasse:vel suspecta videanẽ. Et quãtũ iter-

preti interſit interpres (ſi tñ interpres: ⁊ nõ magis pater vbi dicẽdus ſit) ſeſe iudice pbet. No-
ui aliqd dicemus: fauore nos magis illius: ꝙ odio id feciſſe cognoſcet. Quem ꝓfecto: ne ſordi-
dus: ac tetris obſitus aſſumẽtis in publicũ ꝓcederet: delituiſſe paſſi ſumus. Illõ ꝑcipue cauen-
tes: ne alieno optus noie: interpreti nr̃o: ⁊ ſacroſancte eccl̃ie doctori egregio Hieronymo: qua-
ſi inſcitie cuiuſdã neuũ ĩfligeret. Cuius ſane doctrina: ſtudiũ: eruditio: ſapiẽtia: toto iã orbe ce-
lebris: vel p̃conio nr̃o: vel teſtimonio nõ eget. Quippe q miro eloquẽtie ſue fluuio (vt alia nũc
ſileaꝫ) ipſuꝫ hũc ẽt: quẽ habemus pre manibus: ſic illuſtrauit autorẽ: vt nobis quoqꝫ in illõ ma-
gni Alexãdri: qꝺ ad Achillis tumulũ ille veniẽs dixit: haud imerito ꝓrũpere fas ſit. Feliceꝫ te
Adamãti: qui tali frueris ⁊ ĩterprete ſimul: ⁊ p̃cone meritoꝝ. Enimuero quãtula iã eẽt nõ hu-
ius solũ: ſed ⁊ ceteroꝝ quoqꝫ tuoꝝ: o miserãda Grecia: ſapiẽtũ autoritas: ſi nõ eã p̃clara exte-
roꝝ illuſtrauiſſent ingenia. Iã cineribꝰ inuoluta ĩſignis illa oliꝫ gloria tua in ſqualore ꝓfecto: ⁊
ſordibus iacuiſſet. Nũc vo nitidiorẽ ſeſe in ꝑegrino ꝯſpiciens: ac dudũ in ꝓprio fuerat: tota ſi-
mul: ſi tales nãciſcereť ĩterpretes: antiqs cuperet ſedibꝰ emigrare. Atqui ⁊ illud ſilẽtio p̃tereun-
duꝫ nõ cẽſeo. Et qꝺ perinde fortaſſe iucũduꝫ: atqꝫ mirꝝ ſit: qꝺ videlꝫ Adamãtius nr̃: ſicuti non
diſſimilis erga ſe affectus: ita quoqꝫ vnius ſucceſſores nois amicos ſortitus ſit. Diuus quippe
Hieronymus interpres. Hieronymus alter: q ⁊ ipſe (ſi tñ homini: aũ tẽpus: de hoie ſniam ꝓ-
ferre licet) nõ imerito Diuus: dedit exẽplar. Hieronymus (inquaꝫ) ille meus: quẽ citerioris
Hiſpanie auguſtiſſima vrbe Valẽtia oriundũ. Diſciplinaꝝ oium: ac Studioꝝ parẽs: ſuperba
Antenoris domus excipiẽs. Sophie fouit in gremio: pluresqꝫ per annos legalibus ĩſtituẽs di-
ſciplinis: ipſaꝝ poſtremo legũ rectorijs faſcibꝰ: ac ĩſigniore decoratũ toga: male cauta amiſit.
Adamauit. n. illũ caſtiſſimis flagrãs amoribus Virgo regia: inclyta martyr Iuſtina: raptũqꝫ
Almifici pr̃is Bñdicti tyrũculuꝫ fecit. Qui ꝑfectiora ſecutus: poſthabitis Iuſtiniani legibꝰ.
Chriſti legi collũ ſubijciẽs: breui ſtrenuiſſimũ euaſit in militẽ. Quinimo p̃claꝝ iã militũ Du-
cem: ouiũqꝫ dñicaꝝ Paſtorem inſigneꝫ. Porro nouiſſimus ego velut abortiuus: ⁊ omnium
περι ψαμα Monachoꝝ: ⁊ ipſe Hieronymus ere ĩprimi feci. Vtri aũt e duobus ꝑmis: vel tu: vel
certe autor ipſe magis debeat: iudicio tuo dereliqueriꝫ. Tm̃ p̃cor (ſiqd tñ ⁊ ipſe ꝓmerui) vt cũ
viuificos illius ſenſus: o beneuole Lector hauſeris: nr̃i quoqꝫ: animis apud Altiſſimũ fauẽti-
bus: memor eẽ velis. Qui multoꝝ ꝓſpiciẽtes cõmodo: ⁊ cõem tm̃ pre oculis vtilitatẽ hñtes: ne-
qꝫ vigilijs ꝓfecto: dũ emẽdať: parcẽtes: neqꝫ laboribꝰ: id effecimus: vt q nulli pene viſus erat:
multoꝝ in manibus verſareť. Puto aũt ꝙ ⁊ ĩpreſſori: qppe oiuꝫ eiuſce artis eximio Bernardi-
no Benalij: necnõ ẽt Clariſſimo: ac Celebri digno memoria Viro Aldo Manutio Roma-
no: nec Latine ſolũ: verũ Grece quoqꝫ lingue Caſtigatori eruditiſſimo: ſimul oẽs plurimũ de-
beamus. Quorũ qdẽ: alterius impẽſis: doctrina alterius: ac ſtudio: nihil hac tẽpeſtate tã nitidũ
atqꝫ elimatũ: in lucẽ exit. Quippe q Manutius: nõ verba ſolũ: atqꝫ ſnias: verũ ſingulas quoqꝫ
ſyllabas ita diſcutit: purgat: elucidat: vt nullũ vereãť cẽſorẽ. Verũ vt ad id: vñ digreſſi ſumꝰ:
reuertamur: cuius ẽt cã totus hic ꝓlogus cudiť. Diximus ſupra diuinũ doctoreꝫ Hieronymũ
libri eẽ interpretẽ. Qꝺ ⁊ ſi ſtilus ipſe nullo teſte indigeat: qñqdẽ iuxta Poetã lagena ſeruet odo-
rem: ipſe tñ Hieronymus in eiuſdẽ Origenis ſuꝑ Apoſtolũ ad Romanos cõmẽtarij interpre-
tatione ad Heracliũ ſcribẽs: in fine opuſculi idipſuꝫ meminit: inqens. Hactenus nobis ĩ epiſto-
la ad Romanos: ꝓut potuimus dictãtibꝰ: plurimo ⁊ labore: ⁊ tpe deſudatũ ſit: fateor Heracli
frater amãtiſſime. Qꝺ dũ tuis deſyderijs ſatiſfacere cupio: oblitus ſuꝫ pene mãdati: quo p̃cipi-
tur. Onus ſupra vires tuas ne leuaueris. Quãuis nobis nec ĩ ceteris: q̃ te ĩſiſtẽte: imo potius pẽ-
ſum diuini opis exigẽte: in latinũ vertimus: defuerit plurimũ laboris: dũ ſupplere cupimus ea:
q̃ ab Origene ĩ adiutorio eccl̃ie ex tẽpore: nõ tã explanatiõis: ꝙ edificatiõis ĩtẽtione opata ſũt:
ſicut in homilijs: vel oratiũculis in Geneſiꝫ: ⁊ Exodũ fecimus. Et p̃cipue ĩ ijs: q̃ in librũ Leui-
tici ab illo qdẽ perorãdi ſtilo: a nobis vero explanãdi ſpẽ tralata ſunt. Quẽ laborẽ ad iplẽdum:
q̃ deerãt: idcirco ſuſcepimus: ne pulſate q̃ſtiones ⁊ relicte (qꝺ homiliatico dicẽdi genere ab illo
ſepe fieri ſolet) latino lectori faſtidiũ generarẽt. Nã illa: q̃ in Ieſuꝫ Naue: ⁊ in Iudicum: ⁊ in
xxxvij. ⁊. xxxviij. pſalmũ ſcripſimus: ſimplr̃ expſſimus: vt inuenimus. Et poſt pauca. Qꝺ ſi hoc
mihi dñs iplere ꝑmiſerit: redibimus ad illius: ⁊ ad tua deſyderia. Vt ĩ numeroꝝ: ⁊ ĩ Deutero-
nomij libris aliqua Deo ꝑmittẽte dicamꝰ. Hoc. n. ſolũ nobis ds Pẽtateucho deeſt. Hec Hie-
ronymus. Poſſemꝰ ãt ad id ꝓbãdũ plura adhuc teſtimonia afferre: nec Hieronymi ſolũ: verũ
alioꝝ quoqꝫ. Nã ⁊ Rufinus emulus ipſius: ĩ libro ꝯtrouerſiarũ aduerſus euꝫ hoc teſtať. Arbi-
tror tñ ꝙ vel ĩcredulis q̃ant iſtec facere ſatis. Proĩde autoris v̾tutes extollere: nõ ẽ humilitatis
mee. Rẽ ſane nõ mihi ſolũ arduã: ⁊ ꝓpas vires ꝯſiderãti ĩacceſſibilẽ: veꝝ cuiuis alij ſũmo lꝫ inge-
nio freto: ac doctrine copia p̃dito: ⁊ quãtauibꝫ eloq̃ntie vbertate flucti. In cuiꝰ ꝓfecto enarrãdis

ꝓ merito: p̄conijs Demosthenis quoqȝ fluuius siccaret. Quis igit̃ ego fuerim: vt tantã mihi ꝓuinciã tã incõsulte assumere ausim? Extreme sane demẽtie: ⁊ temeritatis nõ ferẽde eẽt id attẽtare. Presertĩ cũ plures eruditissimi: atqȝ scissimi viri i laudib⁹ eius mira cuderit. Et maxime Cesariẽsis Eusebi⁹ ⁊ Hieronymus nr̃. Quorũ p̄oꝛ in. vj. ecclīastice historie volumie: oẽm vitã eius a cunabulis ipsis: ⁊ crepũdijs plenã v̄tutib⁹: ac ꝓdigijs describẽs: multa memoꝛatu digna: ⁊ pene icredibilia de illo enumerat. Alter v̄o q̄ta diuersis i locis sup illo scripserit: qs nesciat? Null⁹. n. fere ẽino: nulla illi⁹ scheda ẽ: q̃ Originẽ nõ ꝑsonet. Post tãta igit̃ eloq̃ntie flumina: ⁊ scitatis sydera: siqd ipse garrire voluero: qs ferat? Quod si oĩno necesse ẽ eos: q p̄fationib⁹ luserit: i laudib⁹ autoꝛis v̄sari: ⁊ de v̄tutib⁹ eius aliqd canere: illoꝝ de fontib⁹ haurienius: pauca tñ iserẽtes de multis. Ne foꝛte q succictus posuit nõ displicere: sermo ꝓlixus simul ⁊ ꝯfusus fastidiũ generet. Lȝ mł̃to lõgi⁹: q̄ spauerã: i eo iã sit ꝓcessuȝ. Narrat igit̃ Eusebius ꝙ dũ adhuc puerulus eẽt Origenes: ⁊ p̄reȝ de sacris scripturis plurima iterrogaret: ⁊ negocia illi de scripture q̄stionib⁹ cõmoueret: igrẽs ab eo: qd sibi videret̃ ꝙ p spiritũ sctũȝ scriptura dr̃ ispirata: vel qd diuini ꝯsilij tegat simplicitas ista v̄boꝝ: ille simulabat qdem icrepar̃ se eũ: ⁊ vetare: vltra etatẽ aliqd q̃rere: apd̃ semetipsuȝ tñ icredibiliter exultare: oĩpotẽti Deo gr̃as referẽs: ꝙ ei talis sobolis donauerit eẽ p̄rem. Deniqȝ freq̃nter dr̃ doꝛmiẽti puero religiosus: ⁊ sollicitus p̄r opimẽtũ pectoꝛis detraxisse: ⁊ velut Dei spũ itus iclusõ: pectus ei⁹ tãq̃ tẽplũ qõdã venerat⁹: ⁊ demulcẽs osculis abscessisse: beatũ semetipsuȝ a deo effcm̃ ꝓ tãta ꝓlis felicitate gratulat⁹. Refert ẽt ꝙ i tãtũ ardoꝛẽ capescẽdi martyrij egregius puer exarserit: vt spõte se piculis igereret: ⁊ alijs i certamine positis: p̄ceps i medios rueret: ita vt isectari moꝛtẽ: ⁊ rapere velle videret̃. Quaȝ ⁊ adipisci oĩmodis potuissȝ: nisi ꝙ dispẽsatiõe dñi ad mł̃toꝝ vtilitatẽ ꝓ totius eccl̃ie edificatiõe p sollicitudinẽ m̃ris seruat⁹ putat̃. Que gl̃iose moꝛtis ei⁹ desyderijs obuiauit. Quẽ cũ p̄ m̃nis supplicationibus obsecraret: vt sibi ꝯsuleret: vt parceret m̃ri: ⁊ ille ex ijs p̄cib⁹ iflãmatioꝛ ad amoꝛẽ martyrij redderet̃: maxie ex eo qd̃ p̄reȝ iã teneri cognouisset i vinculis: ⁊ ipse ꝓpere socius effici vinculoꝝ eius: ac martyrij festinaret: arte q̃dã m̃ni affect⁹ ibibet̃. Et. n. cũ maturare eũ velle: ⁊ antelucanũ ꝓrũpere ad agonũ certamia p̄sumpsisset: nocte cubiculũ filij doꝛmiẽtis igressa: oĩa ei⁹ idumẽta: qb⁹ ꝓcedere ad publicũ poterat: subtraxit: vt p hoc domi residere cogeret̃. Ille m̃nis ipeditus dolis: cũ nihil aliud agere posset: nec tñ mẽs ei⁹: qescere pateret̃: audet aliqd supꝛa etatẽ. Epistolã scribit ad p̄reȝ: se qdeȝ m̃nis artib⁹ detineri: sȝ illũ tenere debere: qd̃ cepit. Illud quoqȝ addens. Uide pr̃: ne pp nos aliud aliqd velis. Hec sunt pꝛima puerilia Origenis rudimẽta: hic lud⁹ eius ifantie: hec a tenero religionis: ⁊ pietatis idicia: talis i eo erga deũ coaluit affect⁹. Macte v̄tute: Quãtũ ẽ ab his initijs viuẽdi oꝛdinẽ auspicari? Ex istis minimis: ac puerilib⁹ ꝯsyderem⁹ q̃ grãdia: ⁊ pfecte iã etatis viri fuerint. Ea v̄o tẽpestate: q̃ Aligla Alexãdrie: atqȝ Egypto p̄sidẽte ꝑsecutionũ rabies icreuit: cuȝ decimũoctauũ ageret ãnũ: celebꝛe: ac famosissimũ apud oẽs vel icredulos: vel fideles nomẽ eius fuit. Ob id p̄cipue ꝙ sanctos oẽs i ꝯfessiõis vinculis positos: nõ solũ ẽmõe: ⁊ coboꝛtatiõe ad martyriũ roboꝛabat verũ ẽt multos suis officijs: ac ministerijs vinculoꝝ penis: ⁊ squaloꝛe carceris subleuabat. Ad̃ tribunalia deniqȝ iudicũ adesse: affectu: ac mẽte eis cõpati: vultu: nutib⁹ (si dici põt) velut firmiores eis r̃nsiones subijcere. Sed ⁊ cũ snĩas suscepissent: eadẽ licẽtia vtebat̃: oĩb⁹ se piculis iserẽs: nec repudians: ꝑsecutoꝛib⁹ quoqȝ ituẽtib⁹: extremis oculis martyres salutare: ita vt nõnũq̃ ꝓ his ẽt ipetus i eũ gẽtiliũ fierẽt. Mire p̄terea abstinẽtie fuit: ⁊ coꝛpis domitoꝛ rigidissim⁹: cũ ꝓ iuuenilib⁹ cupiditatibus repmẽdis: tũ ꝓ sapiẽtie pfectib⁹ capescẽdis. Ieiunijs deniqȝ ꝯtinuis: ⁊ vigilijs pene iugib⁹ insistẽs. Ita vt siqñ parũ aliqd somni nãlis necessitas exigeret: tũc ille nõ sup stratũ: quo oĩno nullo vtebat̃: sȝ supnudi soli depẽdebat supficiẽ. Per multos ẽt ãnos: absqȝ oĩ calciamẽto nudis tradit̃ icessisse vestigijs. Uini quoqȝ vsuȝ: ceteroꝛũqȝ similiũ: nisi ea: q̃ extreme vite necessitas poposcisset: nullũ penitus habuit: quoadusqȝ icõmodo stomachi: imo pene iã piculo cogeret̃. Taceo ꝙ pfecte castitatis amoꝛe: quo qȝ securius ⁊ publice: ⁊ p̄uatiȝ tã viris: q̄ feminis v̄bũ dñi p̄dicaret: illud de euangelio: vbi scriptũ est: q̄ sunt eunuchi: q seipsos castrauerũt pp regna celoꝝ: ẽt ẽm historiã iplẽdũ putauerit. In tãtã postremo gl̃ie fãmã euectus est: vt ep̄s quoqȝ Demetrius: q ei i eccl̃ie auditoꝛio magisteriũ tradiderat: cũ vidissȝ adolescẽtis famã fieri clarã: ⁊ magno illũ domi: foꝛisqȝ extolli p̄conio: humane ifirmitatis aliqd passus: felicibusqȝ ei⁹ inuidẽs pfectib⁹: plurima illi mala iferre conat⁹ ẽ. Appulit ẽt alum ad scribẽdũ cõpellẽte se Ambꝛosio: ⁊ multa vi pcũ: obsecrationũqȝ cogẽte: imo ẽt oĩa illi necessaria ministrãte. Notarios qppe ei septẽ adhibuit: q illi icessabiliter astarẽt. Scriptoꝛes quoqȝ alios: sȝ ⁊ puellas appime eruditas inscribẽdo ⁊ totidẽ numero: ita vt quotidianũ de illo opus verbi Dei violẽt⁹: ⁊ religiosus cõpulsoꝛ exigeret. Hec ꝯ ista ꝯ Eusebij sumpta fonte suffecerit. Maxime cũ Hieronymus nr̃ i libꝛo de viris illustribus breui epitomate totã ei⁹ vitã cõpꝛehẽderit. Qd̃ p̄fatiõi huic adnectẽdũ putauim⁹. Unũ nihilomin⁹ eius quoqȝ testimoniũ in laudẽ Adamãtij nr̃i afferẽtes: qd̃ i homilijs eius sup Cãtica cãticoꝝ ponit dicẽs. Origenes cũ i oĩb⁹ oẽs vicerit: i Cãti-

co cāticoꝝ ſeipſū vicit. Grādis fateor laus: ⁊ qua fortaſſe maior eē nō poſſit. Rarū ē vel in vno oēs vicere: at ī oībus viciſſe oēs: oēm ꝑfecto ⁊ laudē ſimul ſupat ⁊ īuidiā. Ceterū autoris ītētionē nō neceſſe mihi ē dicere. Nā ī eo ipſo qd̄ ſupra poſuimꝰ de libri īterpretatione Hieronymi teſtimonio: id aduertere ꝑfacile ē: vbi ait: Dū ſupplere cupimꝰ ea: q̄ ab Origene ī auditorio eccl̄ie ex tpe: nō tā explanatiōis: ꝙ̄ edificatiōis ītētiōe opata ſunt. Perſpicuū nāqꝫ ē ītētionē illius hoc ī ope eē edificare eccleſiā. Queciqꝫ igit̃ es: o fidelis aīa: q̄ celeſti Hieruſalē viuis ſurgēti lapidibus coedificari cupis: ſacrū hoc viridariū īgredere. Jn quo qdē puriſſimi ſcaturiūt aquarū riui: īmo ꝯo: vbi exuberat fons hortoꝝ: puteus aquarū viuētiū: q̄ fluūt īpetu de libano: irrigātiū vniuerſaꝫ ſupficiē terre: ⁊ ſaliētiū in vitā eternā. Colliſaqꝫ hydria ſele ſecularis: ſemꝑ ſitientis: ⁊ nūꝙ̄ ſature: haurias de altiſſimo puteo iſto aquas ſapiētie ſalutaris: vt iā nō ſitias ī eternū. Jn quo ſane ⁊ p̄ſtinas ſordes diluere: ⁊ ī antiquū poſſis reformari decorē. Ut ſine ruga tādē: atqꝫ macula: caſtis ſpōſi iūgaris amplexibus. Audacter loquar: plura legimus: nihil tn̄ (mea ſn̄ia) tā dignū: tā arcanū: tā ꝓfundū: tā abſolutuꝫ: ita oī etati: ꝯditiōi: aut gradui aptū videre vnꝙ̄ datū ē. De quo ſilere meliꝰ puto: ꝙ̄ pauca dicere. Nā ſi mihi lingue cētū: nec ſic vel extremā veſtimēti eius fimbriā explicare potuerīꝫ. Qd̄ ſi ꝓprius accedēs cōtrectare: euoluere: ītroſpicere volueris: mirū ſi nō dicas ⁊ tu cū Regina Sabba. Verꝰ eſt ſermo: quē audiui ī terra mea ſup ſmonibꝰ his: ⁊ ſup ſapiētia hac magna nimis: ⁊ nō credebā narrātibuꝫ mihi: donec ipſe veni: ⁊ vidi oculis meis: ⁊ ꝓbaui qd̄ media ps mihi nūciata nō fuerit. Maior ē enim ſapiētia hec: ꝙ̄ rumor: quē audiui. Verū hucuſqꝫ veniſſe ſatis. Tēpus eſt iā nos receptui canere. Adamātius ipſe littore ſoluēs: det vela ventis: ⁊ ducat in altum. Nos interim ſubducta ſolo ſcaphula: que minima quaqꝫ procella obrueretur: quieſcemus.

¶ Epitoma in vitam Origenis: ex libro de Uiris illuſtribus ſancti Hieronymi preſbyteri.

Origenes: qui ⁊ Adamātius: decimo Seueri ptinacis āno aduerſuꝫ chriſtianos ꝑſecutiōe cōmota a Leonide pr̄e: Chriſti martyrio coronato: cū ſex fr̄ibus: ⁊ mr̄e vidua paup relīqtur: ānos natus circiter decē ⁊ ſeptē. Rē.n. familiarē ob ꝯfeſſionē Chriſti: fiſcus occupauerat. Hic Alexādrie diſꝑſa eccl̄ia. xviij. etatis ſue anno. ī. doctrinarū opꝰ aggreſſus: poſtea a Demetrio eiꝰ vrbis ep̄o ī locū Clemētis p̄ſbyteri ꝯfirmatus: ꝑ multos annos floruit. Et cū iā medie eēt etatis: ⁊ ꝑꝑ eccl̄ias Achaie: q̄ plurimis hereſibꝰ vexabant̃: ſub teſtimonio eccleſiaſtice ep̄le Athenas ꝑ Paleſtinā ꝑgeret: a Theotiſto: ⁊ Alexādro Ceſaree: ⁊ Hieroſolimoruꝫ ep̄s p̄ſbyter ordinatus Demetrij offendit animū. Qui tāta in eū debacchatus eſt inſania: vt per totum mundū ſuper noīe eius ſcriberet. Et conſtat eum anteꝙ̄ Ceſaream migraret: fuiſſe Rome ſub Zepherino ep̄o: ⁊ ſtatim Alexandriā reuerſum. Heraclā preſbyterum: qui ſub habitu philoſ̄phi ꝑſeuerabat adiutorē ſibi feciſſe. Qui ⁊ poſt Demetriū Alexandrinā tenuit eccleſiā. Quāte aūt gl̄ie fuerit: hic apparet: ꝙ Firmilianus Ceſaree Ep̄s: cū omni Capadocia eū inuitauit: ⁊ diu tenuit. Et poſtea ſub occaſione ſanctoꝝ locoꝝ Paleſtinā veniēs: diu Ceſaree ab eo in ſanctis ſcripturis eruditus eſt. Sed ⁊ illud: qd̄ ad Mammeam matrē Alexādri imperatoris religioſaꝫ feminā rogatus venit Antiochiaꝫ: ⁊ ſūmo honore habitus eſt. Quiqꝫ ad Philippū imperatorē: q primus de regibus Romanis Chriſtianus fuit: ⁊ ad matrē eius litteras fecit: q̄ vſqꝫ hodie extāt: qs ignorat? Et ꝙ tātū in ſcripturas diuinas habuerit ſtudij: vt ēt Hebreā linguā cōtra etatis: gentiſqꝫ ſue naturā ediſceret: ⁊ exceptis. lxx. interpretibus: alias quoqꝫ editiōes ī vnū cōgregaret. Aqle. ſ. Pōtici proſeliti: ⁊ Theodotiōis Hebionei: ⁊ Symmachi eiuſdē dogmatis: q ī euāgeliū quoqꝫ ſcribit cōmētarios: de quo ⁊ ſuū dogma affirmare conat̃. Preterea qntā ⁊ ſextaꝫ: ⁊ ſeptimaꝫ editionē: quas ēt nos de eiꝰ bibliotheca habuimus miro: labore repperit: ⁊ cū ceteris editionibus ꝯparauit. Et qꝛ indicē operū eius in voluminibꝰ epiſtolarū: quas ad Paulā ſcripſimus: in quadaꝫ epiſtola: ꝯ Uarronis opa cōferēs poſui: nūc omitto: illud de īmortali eius ingenio nō tacēs: ꝙ Dialecticā quoqꝫ: ⁊ Geometriā: Arithmeticā. Muſicā: grāmaticā: Rethoricaꝫ: omniūqꝫ philoſophoꝝ ſectas ita didicit: vt ſtudioſos quoqꝫ ſeculariū litteraꝝ ſectatores haberet: ⁊ īterpretaret̃ eis quotidie: ꝯcurſuſqꝫ ad eum miri fierēt. Quos ille ꝓpea recipiebat: vt ſub occaſione ſecularis litterature: ī fide Chriſti eos inſtitueret. De crudelitate aūt ꝑſecutiōis q̄ aduerſus Chriſtianos ſub Decio ꝯſurrexit: eo ꝙ ī religionē Philippi deſeuiret: ꝙ̄tos īterfecerit: ſupfluū ē dicere: cuꝫ ēt Fabianus Romane eccl̄ie ep̄s ī ipſa occubuerit: ⁊ Alexander: Babylaſqꝫ hieroſolimoꝝ: ⁊ Antiochene eccleſie pōtifices incarcere ꝓ cōfeſſione Chriſti dormierint. Et ſup Origenis ſtatu ſiqs ſcire velit quid actū ſit: primū quidē d̄ epiſtolis eiꝰ: q̄ poſt ꝑſecutionē ad diuerſos miſſe ſunt: deinde ⁊ de ſexto Euſebij Ceſarienſis eccleſiaſtice hiſtorie libro: ⁊ pro eodē Origene. vj. voluminibus poſſit liquido cognoſcere. Uix. t vſqꝫ ad gallum: ⁊ Uoluſianum: ideſt vſqꝫ ad. lxx. etatis ſue annum: ⁊ mortuus eſt Tyri. Jn qua vrbe ⁊ ſepultus eſt.

¶ Origenes super Genesim. Exodum. Leuiticum. Numeros. Jesum naue: ⁊ libros Judicū. Diuo Hieronymo interprete.

¶ De ortu mundi: ⁊ eorum: que in mundo sunt. Homilia.I.



PRn ci-pio creauit deus celū ⁊ terrā. Quod est omnium pncipium: nisi dominus nr: ⁊ saluator oium Xps Iesus: pmogenitus omnis creature? In hoc ergo principio: hoc est in verbo suo. Deus celū: ⁊ terraʒ fecit: sicut ⁊ euāgelista Joānes in initio euāgelij sui ait: dicēs. In pncipio erat verbum: ⁊ vbū erat apud deū: ⁊ Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Oia per ipsuʒ facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Non ergo hic tēporale aliquod principiū dicit: sed in principio: idest in Saluatore factuʒ esse dicit celum: ⁊ terram: ⁊ omnia: que facta sunt. Terra aūt erat inuisibilis: ⁊ incōposita: ⁊ tenebre erāt super abyssum: ⁊ spiritus Dei ferebatur sup aquas. Inuisibilis: ⁊ incomposita terra erat aū: quā Deus diceret fiat lux: ⁊ ante: quam diuideret inter lucē ⁊ tenebras: sm quod sermonis ordo declarat. Ver quoniam in ɔsequētibus firmamētuʒ iubet fieri: ⁊ hoc celum appellat: cum ad ipsum locū venerimus: ibideʒ differētie ratio celi: firmamētiqʒ dicetur: cur ēt firmamētum appellatum sit celum. Nunc aūt ait. Tenebre erant super abyssum. Que est abyssus? Illa nimirum: in qua erit diabolus: ⁊ angeli eius. Deniqʒ hoc manifestissime: ⁊ in euāgelio designatur: cum dicitur de Saluatore. Et rogabant eum demonia: que eijciebat: ne iuberet ea ire in abyssuʒ. Propterea ergo Deus soluit tenebras: dicente scriptura. Et dixit Deus fiat lux: ⁊ facta est lux. Et vidit deus lucē: qꝛ bona ē: ⁊ diuisit Deus inter mediuʒ lucis: ⁊ inter mediū tenebrarum. Et vocauit Deus lucē diē: ⁊ tenebras vocauit noctem. Et factum est vespere: ⁊ factum est mane dies vna. Secūdum literam. Deus ⁊ lucē vocat dieʒ: ⁊ tenebras noctem. Secūdum spiritualem vero intellegentiam videamus quid sit: quod cuʒ in initio illo: quo superius diximus fecerit Deus celuʒ: ⁊ terram: dixerit quoqʒ vt lux fieret: ⁊ diuiserit inter mediuʒ lucis ⁊ tenebrarum: ⁊ vocauerit lucē diem: ⁊ tenebras noctē: ⁊ dixerit quia factum est vespere: ⁊ factum est mane. Nō dixit dies prima: sʒ dixit dies vna: qꝛ tēpus nōdum erat ante: quam eēt mundus. Tēpus autem eē incipit ex consequentibus diebus. Secūda namqʒ dies: ⁊ tertia ⁊ quarta: ⁊ relique oēs tēpus icipiūt designare. Et dixit Deus. Fiat firmamētuʒ in medio aque: ⁊ sit diuidēs inter mediuʒ aque: ⁊ aque. Et factum est sic. Et fecit Deus firmamētum. Cuʒ iam antea deus fecisset celū: nunc firmamētum facit. Fecit enim celū prius: de quo dicit. Celū mihi sedes est. Post illud autē: firmamentum facit: idest corporeū celū. Omne eniʒ corpus firmū est sine dubio: ⁊ solidum: ⁊ hoc est: quod diuidit inter aquaʒ: que est sup celuʒ: ⁊ aquaʒ: que est sub celo. Ista de causa in principio: ⁊ ante omnia celum dicit factuʒ: idest oīs spiritualis substātia: sup quam velut in throno quodam ⁊ sede: deus requiescit. Istud aūt celum: idest firmamētum corporeum est: ⁊ ideo illud qdeʒ primum celuʒ: quod spiritale diximus: mens nostra est: que ⁊ ipsa spiritus est: idest spiritalis homo noster: qui videt: ac ꝑspicit Deum. Istud aūt corporale celum: quod firmamētū dicitur: exterior homo noster est: qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamētum celuʒ appellatum est: ex eo: quod diuidat inter eas aquas: que sup ipsuʒ: ⁊ eas: que sub ipso sūt: ita ⁊ homo: qui in corpore positus est: si videre potuerit: ⁊ discernere: que aque sunt supiores sup firmamētum: ⁊ que sunt: que sub firmamēto sunt: ēt ipse celum: idest celestis appellabitur sm Apostoli Pauli sentētiam dicētis: nostra autē conuersatio in celis est. Ita ergo continētur verba ipsa scripture. Et fecit Deus firmamentum: ⁊ diuisit inter medium aque: que est sup firmamētum: ⁊ inter mediū aque: que est subter firmamētum. Et vocauit deus firmamētum celum. Et vidit Deus: qꝛ bonum est: ⁊ factū est vespere: ⁊ factū est mane dies secundus. Studeat ergo vnusquisqʒ vestrum diuisor aque effici eius: que est supra: ⁊ que est subtus: quo scilicet spiritalis aque intellectū: ⁊ participium capiēs eius: que est supra firmamētum. Flumina de vētre suo educat aque viue saliētis in vitaʒ eternā: segregatus sine dubio: ⁊ separatus ab ea aqua: q̄ sub-

tus est:idest aqua abyssi:in qua tenebre esse di cuntur:in qua princeps huius mūdi:⁊ aduersarius draco:⁊ angeli eius habitāt:sicut superius indicatū ē. Illius ergo aque supne participio:que supra celos eē dicitur:vnusquisqꝫ fidelium celestis efficitur:idest cuꝫ sensum suū habet in arduis ⁊ excelsis:nihil de terra:sꝫ totum de celestibus cogitans:q̄ sursum sunt q̄rens:vbi Christus est in dextera Dei patris. Tunc enim ⁊ ipse ea laude dignus habebitur a Deo:qua hic scribitur cū dicit:⁊ vidit deꝰ: qꝛ bonuꝫ est. Deniqꝫ ⁊ ea:que de tertia die in consequētibus describuntur:in hūc eūdē cōueniunt intellectuꝫ. Ait.n. Et dixit deus. Congregetur aqua:que est sub celo in congregatiōnē vnam:⁊ appareat arida. Et factum est ita. Nos ergo laboremus congregare aquā: que est sub celo:⁊ abijcere eaꝫ a nobis:vt cum hoc factū fuerit:appareat arida:q̄ sunt in carne gesta opa nostra:quo scilicet vidētes homines opa nostra bona:glorificēt patrē nostruꝫ: qui in celis est. Si enim aquas istas: que sunt sub celo nō separauerimus a nobis:idest peccata ⁊ vitia corporis nostri:arida nostra nō poterit apparere:nec habere fiduciam procedendi ad luceꝫ. Omnis.n.qui male agit:odit lucem:⁊ non venit ad lucē:vt in ea manifestenē opera eius:⁊ videantur si in Deo sunt gesta. Que vtiqꝫ fiducia non aliter dabitur: nisi velut aquas abijciamus a nobis:⁊ segregemus vitia corporis:que sunt materie peccatorum. Quo facto:iam arida nostra nō pmanebit arida:sicut ex consequētibus ostēditur. Ait enī. Et congregata est aqua:que est sub celo in cōgregationes suas:⁊ apparuit arida. Et vocauit deus aridam terraꝫ:⁊ cōgregatiōes aquarum vocauit maria. Sicut ergo arida hec segregata a se aqua:quēadmodum supius diximus:vltra non mansit arida:sꝫ iaꝫ terra nominatur:hoc modo etiā nostra corpora si hec ab eis segregatio fiat:iam non pmanebūt arida:sed terra appellabūtur:ex eo quod fructū deo ferre iam poterunt. Quoniam quidem in initio Deus celum fecit ⁊ terraꝫ:postea x̄o fecit firmamētum:⁊ aridam. Et firmamētuꝫ q̄deꝫ vocauit celū:donans ei eius celi:quod añ creauerat:nomen. Aridaꝫ x̄o appellauit terram pro eo:quod ei facultatē ferēdorum fructuuꝫ largiretur. Si quis ergo sua culpa aridus adhuc manet:⁊ fructum nullū affert:sed spinas ⁊ tribulos velut ignis escas gerit: ꝑm ea:que ex se protulit:etiaꝫ ipse esca ignis efficitur. Si vero studio ⁊ diligentia sua separatis ex se aquis abyssi:qui sunt demonū sensus:exhibuit se terraꝫ fructiferam:debet sperare similia:q̄ ipse introducatur a deo in terraꝫ fluentem lac ⁊ mel. Videamus aūt ex cōsequētibus:qui sunt fructus:quos ꝓducere deus iubet terrā ipsaꝫ:cui ipse hoc nomē indulsit. Et vidit (inq̄t) deus:qꝛ bonum est:⁊ dixit deus. Producat terra herbā feni semen seminātis ꝑm genus:⁊ ꝑm similitudinem:⁊ lignum fructiferum faciēs fructuꝫ:cuius semē est in ipso: ꝑm similitudinē super terraꝫ:⁊ factum est sic. Secūduꝫ litterā manifesti sunt fructus:quos terra nō arida ꝓducit. Sed iteruꝫ referamus ⁊ ad nos. Si iaꝫ facti sumus terra:si iam non sumus arida:afferamus fructus vberes ⁊ diuersos deo:vt ⁊ nos benedicamur a patre dicēte. Ecce odor filij mei sicut agri pleni:queꝫ benedixit dominus. Et illud:quod ait Apostolus cōpleaē in nobis. Terra enim excipiēs frequenter veniētem super se imbrem:⁊ generās herbam opportunā ijs:a quibus colitur: percipiet benedictiōes a deo. Que vero spinas:⁊ tribulos profert:reproba est:⁊ male dicto ꝓxima:cuius finis est in adustionē. Et ꝓduxit terra herbam feni semen seminātis ꝑm genus:⁊ ꝑm similitudinem:⁊ lignum fructiferum faciens fructum:cuius semen in ipso faciēs fructū ꝑm genus super terram. Et vidit Deus quia bonum est:⁊ factum est vespere:⁊ factū est mane dies tertia. Non solum iubet terre proferre herbam feni:sed ⁊ semen proferre:vt semꝑ fructum possit afferre. Et non solum iubet lignum fructiferum:sed ⁊ faciens semen:cuius semen in ipso est ꝑm genus:idest vt semper ex his seminibus:que in se habet fructum possit afferre. Et nos ergo ita debemus ⁊ fructificare fructū:⁊ semina habere in nobis ipsis:idest omnium bonorum operum:omniumqꝫ virtutum semina in corde nostro continere: vt hec habentes fixa in mentibus nostris:ex ipsis iaꝫ omnes actus:qui incurrerint nobis:ꝑm iustitiam geramus. Isti sunt enim seminis illius fructus:actus nostri:qui ex bonis cordis nostri thesauris proferuntur. Si vero audimus quidem verbum:⁊ ex auditu statim terra nostra producit herbam:⁊ hec herba ante:quaꝫ ad maturitatem:vel ad fructum veniat:arueerit:terra nostra petrosa appellabitur. Si vero ea:que dicuntur profundioribus nitantur in corde nostro radicibus:ita vt ⁊ fructum afferant:⁊ semina in se habeant futurorum: tunc vere vniuscuiusqꝫ nostrum terra ꝑm virtuteꝫ suam affert fructum:alia centesimum:alia sexagesimum:alia tricesimum. Sed ⁊ illud admonēdum necessariū duximus:vt fructus noster nusq̄ zizania:idest nusq̄ loliuꝫ habeat:vt fructus noster nō sit secus viā:sed in ipsa via:

in illa

in illa: que dicit. Ego sum via: seminetur: vt ne aues celi comedant fructus nostros: neq; vineam nostram. Si quis tamen nostrum vinea esse meruerit: non pro obtinenda mercede: ⁊ propter hoc iam non putabitur: neq; fodietur: neq; mandabitur nubibus vt pluant super eam pluuiam: sed e contrario relinquetur deserta: vt increscāt sup eam spine. Post hec vero iam firmamētum: meretur etiam luminaribus adornari. Ait enim Deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: vt luceant super terram: ⁊ diuidant inter diem ⁊ noctem. Sicut in firmamento isto: quod iam celum fuerat appellatum iubet Deus fieri luminaria: vt diuidant inter medium diei: ⁊ noctis: ita ⁊ in nobis fieri potest: si tamen studeamus ⁊ nos vocari: ⁊ effici celum: luminaria habebimus in nobis: que illuminent nos. Christum ⁊ ecclesiam eius. Ipse enim est lux mundi: qui ⁊ ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim luna de sole dicitur percipere lumen: vt per ipsam etiā nox possit illuminari: ita ⁊ ecclesia suscepto lumine Christi: illuminat omnes: qui in ignorantie nocte versantur. Si vero quis in hoc proficiat: vt iam filius Dei efficiatur: sic vt in die honeste ambulet: quasi filius diei: ⁊ filius lucis: hic ab ipso Christo illuminatur: sicut dies a sole. Et sint in signa ⁊ tēpora: ⁊ in dies: ⁊ in annos: ⁊ fiant ad illuminandum in firmamento celi: vt luceant super terram. Et factum est sic. Sicut luminaria ista celi: que videmus posita sunt in signa ⁊ in tempora: ⁊ dies: ⁊ annos: vt luceāt de firmamento celi his: qui super terram sunt: hoc modo etiam Christus illuminans ecclesiam suā: signa dat per precepta sua: vt sciat quo modo quis accepto signo fugiat ab ira super uentura: vt ne dies illa sicut fur eū cōprehēdat: sed vt magis peruenire possit in annum domini acceptabilem. Christus ergo est lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ex cuius lumine illuminata ecclesia: etiam ipsa lux mundi efficitur: illuminans eos: qui in tenebris sunt: sicut ⁊ ipse Christus contestatur discipulis suis dicens. Vos estis lux mundi. Ex quo ostēditur: quia Christus quidem lux est Apostolorum: Apostoli vero lux mundi. Ipsi enim sunt non habētes maculam: vel rugā: aut aliquid huiusmodi vera ecclesia: sicut ⁊ apostolus dicit: vt ipse sibi exhibeat gloriosam ecclesiam: non habentem maculā: aut rugā: aut aliquid huiusmodi. Et fecit duo luminaria magna. Luminare maius in principatum diei: ⁊ luminare minus in principatum noctis: ⁊ stellas. Et posuit ea Deus in firmamento celi: vt luceāt super terram: ⁊ potestatē habeant diei: ⁊ noctis: ⁊ diuidant inter mediū lucis: ⁊ inter medium tenebrarum. Et vidit Deus quia bonum est: ⁊ factum est vespere: ⁊ factum est mane: dies quarta. Sicut sol ⁊ luna magna luminaria dicta sunt esse in firmamento celi: ita ⁊ in nobis Christus: ⁊ ecclesia. Sed quoniā ⁊ stellas in firmamēto posuit Deus: videamus que sunt etiam in nobis stelle: idest in cordis nostri celo. Moyses stella est in nobis: que lucet: ⁊ illuminat nos actibus suis. Et Abrahā ⁊ Ysaac: ⁊ Jacob: ⁊ Esaias: ⁊ Hieremias: ⁊ Ezechiel: ⁊ Dauid: ⁊ Daniel: ⁊ omnes: quibus scriptura sancta testimonium dedit: q; placuerint Deo. Sicut enim stella ab stella differt in charitate: ita etiam sanctorū vnusquisq; secundum magnitudinem suam: lumen suū fundit in nos. Sicut enim sol: ⁊ luna illuminant corpora nostra: ita ⁊ a Christo: atq; ecclesia illuminantur mentes nostre: ita tamen illuminamur: si non simus mentibus ceci. Nam sicut sol ⁊ luna corporalibus oculis cecos quamuis illustrent: illi tamen recipere lumen non possunt: ita ⁊ Christus lucem suam prestat mentibus nostris: sed ita demum nos illuminabit: si nequaquam cecitas mentis impediat. Quod etiam si accidat: primo oportet eos: qui ceci sunt: sequi Christum: dicentes: ⁊ clamātes. Miserere nobis fili Dauid: vt etiam visum ab ipso recipiētes: possint deinceps ⁊ lucis eius splendore radiari. Uerum non equaliter omnes: qui vident illuminantur a Christo: sed singuli secundum eam mensuram illuminantur: qua vim luminis recipere valent. Et sicut non equaliter oculi corporis nostri illuminantur a sole: sed quanto quis in loca altiora conscēderit: ⁊ ortus eius editioris specule intuitione fuerit cōtemplatus: tanto amplius ⁊ splendoris eius vim percipiet ⁊ caloris. Ita etiam mēs nostra quanto altius ⁊ excelsius appropinquauerit Christo: ac se viciniori splendori lucis eius obiecerit: tanto magnificētius ⁊ clarius eius lumine radiabitur: sicut ⁊ ipse ait per prophetā. Appropinquate mihi: ⁊ appropinquabo vobis dicit dominus. Et iterum dicit. Deus approximans ego sum: ⁊ non Deus de longe. Non similiter tamen venimus ad eum omnes: sed vnusquisq; secundum propriam suam virtutem. Aut.n. cum turbis venimus ad eum: ⁊ per parabolas nos reficit: ad hoc tantummodo ne multis ieiunijs deficiamus in via: aut certe semper ⁊ indesinenter eius pedibus assidemus vacātes: ad hoc solū: vt audiamus verbū eius:

nequaq̃ perturbati erga multum ministeriũ: sed optimam partem eligentes: que non auferetur a nobis. Et vtiq3: qui sic accedũt ad eũ: multo amplius ex eius lumine consequuntur. Si vero sicut Apostoli nusquam omnino moueamur ab eo: sed semper cum eo permaneamus in omnibus tribulationibus eius: tũc nobis secreto ea: que ad turbas locutus fuerat: exponit: atq3 dissoluit: ⁊ multo clarius illuminat nos. Si vero etiã talis quis fuerit: vt possit ⁊ in montem ascendere cum eo: sicut Petrus: ⁊ Jacobus: ⁊ Joãnes: iste nõ solũ Christi lumine: sed etiã patris: ipsius illuminabit voce. Et dixit deus. Producãt aque repẽtia animarũ viuarũ: ⁊ volatilia volantia super terram ẜm firmamentum celi. Et factum est sic. Secũdum litteraʒ iussu dei producunt ab aquis repẽtia: ⁊ volatilia: ⁊ hec: que videmus a quo sint facta cognoscimus. Sed videamus: quomodo etiam ẜm nostrum firmamentum celi: idest mentis nostre: vel cordis soliditatem hec eadem fiant. Arbitror quia si mẽs nostra illumĩata fuerit a nostro sole Christo: iubetur postmodum ex his: que in ea sunt aq̃s producere repentia: ⁊ volatilia volantia: idest cogitationes bonas: vel malas proferre in medium: vt discretio fiat bonorum a malis: que vtiq3 vtraq3 ex corde ꝓcedunt. De corde nãq3 nostro velut de aquis proferũtur ⁊ bone cogitationes: ⁊ male. Sed nos verbo: ac precepto dei vtraq3 proferamus ad cõspectuʒ: ⁊ iudiciuʒ Dei: vt cũ ipsius illuminatione discernere possimus a bono: quod malũ est: idest vt ea que super terram repunt: ⁊ terrenas sollicitudines gerunt: separemus a nobis. Illa vero: que meliora sunt: idest volatilia: sinamus volare non solum super terram: sed etiam ẜm firmamentum celi: idest vt sensum: ⁊ rationeʒ tam terrenorum: q̃ celestium pertractemus in nobis: vt intelligere quoque possimus que sint in nobis noxia ex repentibus. Si viderimus mulierem ad concupiscendum eaʒ: illud est in nobis reptile venenatum. Si vero sit in nobis sobrietatis sensus: etiaʒ si domina Egyptia nos adamauerit: efficimur aues: ⁊ relinquentes Egyptia vestimẽta in manibus eius ex obscenis insidijs euolabimus. Si sit in nobis sensus ad furandum nos prouocans: istud est reptile pessimum. Si vero sit in nobis sensus: vt etiam si duo minuta habeamus: hec ipsa pro misericordia offeramus in dona dei: iste sensus auis est: nihil de terrenis cogitans: sed ad firmamentum celi volatibus tendens. Si veniat nobis sensus persuadens nobis cruciatus martyrij nõ nos debere tolerare: istud erit reptile venenatum. Si vero ascendat nobis sensus: ⁊ cogitatio talis: vt vsque ad mortem pro veritate certemus: auis erit hec: a terrenis ad superna conscendens. Similiter etiam de ceteris: vel peccatorum: vel virtutum speciebus sentiendum est: ⁊ discernendum que sint repentia: ⁊ que sint volatilia: que producere ad discretionem in conspectu dei aque nostre iubentur. Et fecit Deus cetos magnos: ⁊ omnem animam repentium animalium: que eduxerunt aque secundum genus suum: ⁊ omne volatile pennatum secundum genus suum. Et de his similiter vt de illis: que supra diximus sentiendum est: quod producere debeamus etiam cetos magnos: ⁊ animam repentium secundum genus. In magnis istis cetis impias cogitationes: ⁊ nefarios quosq3 contra Deum sensus arbitror indicari. Que tamen omnia producenda sunt ante conspectum Dei: ⁊ ponenda ante ipsum: vt diuidamus: ⁊ separemus bona a malis: vt vnicuiq3 suus locus a domino tribuatur: sicut ex his: que sequuntur ostenditur. Et vidit deus quia bona sunt: ⁊ benedixit ea dicens. Crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete aquas: que sunt in mari: ⁊ volatilia repleantur super terras. Et factum est vespere: ⁊ mane dies quinta. In mari quidem cetos magnos: ⁊ omnem animam animalium: ⁊ repentium: que produxerunt aque iubet immorari: vbi ⁊ draco ille: quem plasmauit Deus ad illudenduʒ ei inhabitat. Volucres autẽ multiplicari iubet super terram: que aliquando arida fuit: nunc autem iaʒ terra appellatur: sicut superius exposuimus. Sed requirit aliquis quomodo ceti magni: ⁊ repentia in malo accipiuntur: ⁊ volatilia in bono: cum de omnibus simul dictum est: ⁊ vidit Deus quia bona sunt. Ipsis sanctis bona sunt ea: que illis aduersantur: quia vincere ea possunt: ⁊ cũ ea vicerint: maioris glorie efficiuntur apud deum. Deniq3 cum diabolus petisset: vt sibi potestas daretur aduersuʒ Job: impugnans eum aduersarius: causa ei extitit duplicis glorie post victoriam. Quod ostenditur ex eo: quia que in presenti perdiderat: in duplum receperit. Simili modo sine dubio ⁊ in celestibus recepturus. Et Apostolus dicit: quia nemo coronatur: nisi qui legitime certauerit. Et re vera quomodo erit certamen: si non fuerit: qui resistat? Quantus decor: ⁊ splendor sit lucis: non dinosceretur: nisi obscuritas intercederet noctis. Unde aliqui in castitate laudantur: nisi quia alij pro impudicitia condemnantur? Unde viri fortes magnificarentur: nisi existerent imbecilles: ⁊ timidi?

timidi:Si amarum adhibeas:tunc dulce effi citur laudabilius.Si atrum consyderaueris: gratiora tibi que clara sunt videbunt. Et (vt breuiter dicam) ex malorum consyderatione decus bonorum lucidius indicatur. Propterea ergo de omnibus hoc dicit scriptura:ꝛ vidit Deus quia bona sunt.Quare tamen non est scriptum:ꝛ dixit Deus quia bona sunt:sꝫ vidit Deus quia bona sunt:idest vidit vtilitatem ipsorum:ꝛ eam rationem:qua cum essent ipsa per se talia:bonos tamen facere possunt optimos. Propterea ergo dixit. Crescite ꝛ multiplicamini:ꝛ replete aquas:que in mari sunt:ꝛ volatilia repleantur super terras:idest vt ceti quidem magni:ꝛ repentia in mari essent:sicut superius exposuimus:ꝛ volatilia super terras.Et dixit Deus. Producat terra animam viuam ſm genus:quadrupedia:ꝛ repentia:ꝛ bestias terre ſm genus:ꝛ factum est sic.Et fecit Deus bestias terre ſm genus:ꝛ omnia repentia terre ſm genus.Et vidit deus quia bona sunt.Secundum litteram quidem nulla questio est.Manifeste enim a Deo creata esse dicuntur:vel animalia:vel quadrupedia:vel bestie:vel serpentes super terram.Aptare autem hec his:que supra exposuimus ſm spiritualem intellectum:non ociosa res est.Ibi quidem dictum est:producant aque repentia animarum viuarum:ꝛ volatilia volantia super terram ſm firmamentum celi:hic autem ait.Producat terra animam viuam ſm genus:quadrupedia ꝛ repentia:ꝛ bestias terre ſm genus.Et illa quidem:que de aquis producta sunt:diximus debere motus ꝛ cogitationes mentis nostre:qui de profundo cordis producuntur intellegi. Nunc vero hoc:quod dicitur.Producat terra animam viuam ſm genus quadrupedum:ꝛ repentium:ꝛ bestiarum super terram ſm genus exterioris hominis nostri:idest carnalis:ꝛ terreni motus arbitror indicari. Denique nihil volatile in his:que de carne loquitur:indicauit:sed tantummodo quadrupedia:ꝛ repentia:ꝛ bestias terre. Secundum illud nempe:quod dictum est ab Apostolo:quia non habitat in carne mea bonum:ꝛ quia sapientia carnis inimica est Deo:ista nimirum sunt:que terra:idest caro nostra producit:de quibus rursum Apostolus precipit dicens.Mortificate membra vestra:que sunt super terram: fornicationem:immunditiam:impudicitiam: auaritiam:idolatriam:ꝛ cetera. Cum ergo hec omnia fierent:que videntur iussu Dei per verbum eius:ꝛ prepararetur immensus iste visibilis mundus:simul autem ꝛ per allegorie figuram ostenderetur:que essent:que exornare possent minorem mundum:idest hominem:tunc iam ipse homo creatur ſm ea:que in consequentibus declarantur.Et dixit Deus.Faciamus hominem ad imaginem:ꝛ similitudinem nostram:ꝛ principatum gerat piscium maris:ꝛ volucrum celi:ꝛ animalium:ꝛ vniuerse terre:ꝛ omnium:que repunt super terram.Consequenter ſm ea:que superius exposuimus talem hominem qualeꝫ descripsimus vult principatum gerere predictarum bestiarum:ꝛ volucrum:ꝛ repentium:ꝛ quadrupedum:ꝛ omnium reliquorum. Que qualiter intelligi per allegoriam debeant:exposuimus:cum diximus iuberi aquam:idest mentem eius sensum producere:ꝛ terram sensum carnis proferre:vt dominetur eis mens: ꝛ non illa dominentur ei.Uult eniꝫ Deus vt magna ista Dei factura homo:propter queꝫ ꝛ vniuersus creatus est mundus:non solum immaculatus sit ab his:que supra diximus: ꝛ immunis:sed ꝛ dominetur eis. Iam vero quale animal sit homo:ex ipsis scripture sermonibus cōsyderemus. Omnes relique creature iussione Dei fiunt:dicente scriptura:ꝛ dixit Deus:fiat firmamentum:ꝛ dixit Deus congregetur aqua que sub celo est in congregationem vnam:ꝛ appareat arida.Et dixit Deus:producat terra herbaꝫ feni:ita etiam in reliquis dicit. Uideamus autem que sunt:que ipse Deus facit:ꝛ per hec:que magnitudo sit hominis:aduertamus.In principio fecit Deus celum:ꝛ terraꝫ.Similiter ait: ꝛ fecit duo luminaria magna:ꝛ nunc iterum faciamus homineꝫ.In his solis factura ipsius Dei ascribitur:in alijs vero nusquam:sed tantummodo celum ꝛ terra:sol ꝛ luna:ac stelle:ꝛ nunc homo a Deo factus est:omnia vero reliqua iussione eius facta esse dicuntur.
Ex hoc ergo consydera quanta sit magnitudo hominis:qui tam magnis elementis:tamqꝫ precipuis adequetur:qui habet honorem celi propter quod ꝛ celorum ei promittitur regnum.Habet ꝛ terre honorem:quoniaꝫ quidem in terram bonam:ꝛ terram viuorum fluentem lac ꝛ mel ingredi sperat.Habet honorem solis:ꝛ lune:habens repromissionem fulgere:sicut sol in regno Dei.Illud sane etiam eminentius in conditiōe hominis video:quod alibi non inuenio dictum:ꝛ fecit Deus hominem:ad imaginem Dei fecit eum.Quod neque in celo:neqꝫ in terra:neqꝫ in sole:vel luna inuenimus ascriptum.Hunc sane hominem: quem dicit ad imaginem Dei factum non intelligimus corporalem. Non enim corporis

figmentum: Dei imagineꝫ continet: neqꝫ fa-
ctus etiā corporalis homo dicitur: sꝫ plasma-
tus: sicut in ꝯsequētibus scriptū est. Ait enim.
Et plasmauit deus hominē: idest finxit de ter
ra e limo. Is aūt: qui ad imaginē dei factus ē
interior homo noster est: inuisibilis: ⁊ incorpo-
ralis: ⁊ incorruptus: atqꝫ immortalis. In his
enim talibus: dei imago rectius intelligit̄. Si
qui vero hunc corporeum putent esse: qui ad
imaginem: ⁊ similitudineꝫ dei factus est: deuꝫ
ipsum corporeū: ⁊ humane forme videntur in-
ducere. Quod sentire de Deo: manifestissime
impium est. Deniqꝫ carnales isti hoīes: qui in
tellectū diuinitatis ignorant: sic vbi in scriptu
ris de deo legūt: quia celuꝫ mihi sedes est: ter-
ra aūt scabellum pedū meoꝝ: suspicant̄ Deū
tam ingentis esse corporis: vt putēt eum sedē-
tem in celo: pedes vsqꝫ ad terram protendere.
Hoc aūt sentiūt: quia non habēt illas aures:
que digne possint audire verba dei de Deo: ꝙ
per scripturam referuntur. Quod enim dicit
celum mihi sedes est: ita digne de Deo intelli
gitur: vt sciamus quia in his: quoꝝ in celis
ꝯuersatio est: deus requiescit ⁊ residet. In his
aūt: qui adhuc terrenum ꝓpositū gerunt: vlti
ma pars eius ꝓuidentie inuenitur: quod in pe
dum appellatione figuraliter indicatur. Ex q
bus si qui forte studiū: ac desyderium sumpse
rint fieri celestes: perfectione vite: ⁊ intellectus
altitudine: efficiuntur etiam ipsi sedes dei: fa-
cti prius peritia: ⁊ conuersatione celestes: qui
etiam dicunt suscitauit nos cum Christo: ⁊ si-
mul sedere nos fecit in celestib⁹. Sꝫ ⁊ illi: quo-
ruꝫ thesaurus in celo est: celestes dici possunt:
⁊ sedeꝫ Dei: quoniaꝫ ibi est cor eorum: vbi est
thesaurus eoruꝫ. Et non solum requiescit sup
eos Deus: sed ⁊ inhabitat in eis. Si vero tan
tus quis effici potest vt possit dicere: an docu-
mentū queritis eius: qui in me loquitur Chri
stus? In hoc non soluꝫ inhabitat deus: sed ⁊
inambulat. Et propterea perfecti quiqꝫ cele-
stes facti: vel celi effecti: enarrant gloriaꝫ dei:
sicut in psalmo dicit̄. Propterea deniqꝫ apo-
stoli: qui erant celi: mittuntur ad enarrandaꝫ
gloriaꝫ dei: ⁊ boanarges nomen accipiunt: qđ
est filij tonitrui: vt per tonitrui potestateꝫ: ve-
re eos celos eē credamus. Fecit ergo deus ho-
mineꝫ: ad imagineꝫ dei fecit illū. Oportet nos
videre que est imago Dei: ⁊ perquirere ad cu-
ius imaginis similitudinem homo factus est.
Non enim dixit quia fecit Deus hominem ad
imaginem ⁊ similitudineꝫ suam: sed ad imagi
nem dei fecit illum. Que est ergo alia imago
dei: ad cuius imaginis similitudinē factus est
homo: nisi Saluator noster: qui est primoge-
nitus oīs creature? de quo scriptuꝫ est: quia sit
splendor eterni luminis: ⁊ figura expressa sub-
stātie dei: quia ⁊ ipse de se dicit. Ego in patre:
⁊ pater in me: ⁊ qui me vidit: vidit ⁊ patrem.
Sicut enim qui viderit imagineꝫ alicuius: vi
det euꝫ cuius imago est: ita ⁊ per verbuꝫ dei: ꝙ
est imago dei: deuꝫ quis videt? Et ita verum
erit: quod dixit: qui me videt: videt ⁊ patrem.
Ad huius ergo imaginis similitudineꝫ homo
factus est: ⁊ propterea Saluator noster: qui ē
imago Dei: misericordia motus ꝓ hoīe: qui
ad eius similitudineꝫ factus fuerat: vidēs eū:
deposita sua imagine: maligni imagineꝫ indu
xisse: ipse motus misericordia: imagine homi-
nis assumpta: venit ad eū: sicut Apostolus cō-
testatur dicens. Cū in forma dei esset: nō rapi
nā arbitratus est esse se equaleꝫ deo: sed semet
ipsum exinaniuit: formā serui accipiēs in simi-
litudinē hominuꝫ factus: ⁊ habitu inuētus vt
homo: humiliauit semetipsuꝫ vsqꝫ ad mortē.
Quicunqꝫ ergo veniunt ad eum: ⁊ rationabi-
lis imaginis participes effici student: per ꝓfe-
ctuꝫ suum s̄m interiorem hominem renouan-
tur cottidie ad imagineꝫ eius: qui fecit eos: ita
vt possint cōformes corporalis claritatis eius
effici: sed vnusquisqꝫ pro viribus. Apostoli se
ad eius similitudinē reformarunt: intantuꝫ vt
ipse de eis diceret: vado ad patrē meū: ⁊ patrē
vestrū: ad deū meū: ⁊ ad deū vestrū. Ipse vero
iaꝫ petierat patreꝫ pro discipulis suis: vt eis si
militudo ṗstina redderet̄ cū dicit. Pater da:
vt sicut ego: ⁊ tu vnū sumus: ita ⁊ isti in nobis
vnum sint. Semper ergo intueamur istā ima-
ginē dei: vt possimus ad eius similitudineꝫ re-
formari. Si enim ad imaginem dei factus ho
mo: cōtra naturā intuēs imaginē diaboli per
peccatuꝫ similis eius effectus est: multomagis
intuēs imaginē dei: ad cuius similitudinē fa-
ctus est a deo per v̄buꝫ: ⁊ virtuteꝫ eius recipi-
et eius formā: illā: que data ei fuerat per natu
raꝫ. Sꝫ nemo dsperet: vidēs similitudinē suā
magis eē cuꝫ diabolo: ꝙ cū deo posse se iteruꝫ
recupare formā imaginis dei: quia non venit
Saluator vocare iustos: sed peccatores in pe-
nitētiam. Mattheus publicanus erat: ⁊ vtiqꝫ
imago eius diabolo similis erat: sed inueniēs
ad imaginē dei dn̄m ⁊ Saluatorē nostrum: ⁊
sequēs eaꝫ: trāsformatus est ad similitudinem
imaginis dei. Iacobus zebedei filius: ⁊ Ioā-
nes frater eius piscatores erāt: ⁊ hoīes sine lit-
teris: qui vtiqꝫ tūc magis ad imaginē diaboli
similitudinē ferebāt: sed sequentes ⁊ isti imagi
nē Dei: similes facti sunt ei: sicut ⁊ ceteri apo-
stoli. Paulus ipsius imaginis dei persecutor
erat. At aūt potuit decoreꝫ eius: ⁊ pulchritu-
dinem

dinez contueri: visa ea: intantuz ad eius similitudinez reformatus est: vt diceret: an documentum q̄ritis eius: qui in me loquitur Christus? Masculuz ꝛ feminaz fecit eos: ꝛ benedixit eos Deus dicēs. Crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ replete terraz: ꝛ dn̄amini in ea. Dignū videtur hoc in loco requirere ꝓm litteram: quomodo nonduz facta muliere dicit scriptura: masculum: ꝛ feminaz fecit eos. Fortassis (vt ego arbitror) propter benedictionem qua benedixit eos dicēs. Crescite: ꝛ multiplicamini: ꝛ replete terraz: ꝓueniēs quod futuruz erat: dicit masculuz: ꝛ feminaz fecit eos: quoniaz quidē crescere aliter ꝛ multiplicari non poterat homo: nisi cum femina. Vt ergo benedictio eius sine dubio futura esse crederetur: ait: masculum ꝛ feminaz fecit eos. Hoc nāqz modo homo videns crescēdi: ꝛ multiplicandi consequentiaz esse ex eo: quod ei femina iungebatur: certiorē spem gerere poterat in benedictione diuina. Si eniz dixisset scriptura. Crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ replete terraz: ꝛ dn̄abimini in ea: nō adiiciēs hoc: q꞉ masculuz ꝛ feminaz fecit eos: vtiqz benedictioni diuine incredulus extitisset: sicut ꝛ Maria ad eaz benedictionez qua benedicebatur ab angelo: ait. Quomō sciam hoc: quoniaz viruz non cognosco? Aut fortasse q꞉ ola: que a deo facta sunt: coniuncta ꝛ cōpaginata dicuntur: vt celuz ꝛ terra: vt sol ꝛ luna. Ita ergo vt ostēderetur quoniā ꝛ homo Dei opus est: ꝛ nō sine armonia: vel cōpetenti coniunctione prolatus est: iccirco preueniens ait: masculuz ꝛ feminaz fecit eos. Hec quidez ad eaz questionez dicta sunt: que ꝓm litteraz proferri potest. Videamus autez etiaz per allegoriaz quomodo ad imaginez dei homo factus masculus ꝛ femina est. Interior homo noster ex spiritu ꝛ anima constat. Masculus spiritus dicitur: femina anima potest nuncupari. Hec si concordiaz inter se habeant: ꝛ consensuz: cōuenientia inter seipsa crescunt ꝛ multiplicantur: generātqz filios sensus bonos: ꝛ itellectus vel cogitationes vtiles: per que repleant terraz: ꝛ dominentur in ea: hoc ēst subiectum sibi sensuz carnis ad meliora instituta cōuertunt: ꝛ dominantur eis: scilicet cuz in nullo caro cōtra voluntatez spiritus insolescit. Iaz vero si anima coniuncta spiritui: atqz eius (vt ita dicaz) cōiugio copulata: declinet aliquando ad corporeas voluptates: sensumqz suuz in delectationibus carnalibus inclinet: ꝛ aliquando quidez obtēperare videatur salutaribus monitis spiritus: aliquando vero vitijs carnalibꝰ cedat: talis ala velut adulterio corporis maculata: neqz crescere: neqz multiplicari legitime dicitur: quoniaz quidez filios adulterozuz imperfectos scriptura designat. Talis enim anima: que spiritus coniunctione deserta: sensui se carnis: ꝛ desyderijs corporalibus totaz prosternit: velut auersa a Deo inpudenter audiet: quia facies meretricis facta est tibi: sine pudore effecta es ad omnes. Velut meretrix ergo punietur: ꝛ filij eius ad occisionez prepararī videbuntur. Et dominamini piscīū maris: ꝛ volatiliuz celi: ꝛ iumentoruz: ꝛ omnium: que sunt super terraz: serpentiuz que repunt super terraz. Iaz hec interpretata sunt ꝓm litteraz: cum diceremus: quod dixit Deus: faciamus hominem: ꝛ reliqua. Ubi dicit: ꝛ dominetur piscius maris: ꝛ volatiliuz celi: ꝛ cetera ꝓm allegoriaz tamen in piscibus: ꝛ volatilibus: vel alalibus: ꝛ repentibus terre: ea mihi videntur indicari: de quibus nihilominus superius diximus: idest vel que ō sensu anime: ꝛ cordis cogitatione procedunt: vel que ex desyderijs corporalibus: ꝛ carnis motibus proferuntur. Quoruz sancti quiqz ꝛ benedictionez Dei in semetipsis seruantes: dominationez exercent: agentes totuz hominem ꝓm spiritus voluntatez. Peccatoribus vero magis ipsa dominātur: que de carnis vitijs: ꝛ corporis voluptatibus proferuntur. Et dixit Deus. Ecce dedi vobis omne fenuz seminale: quod seminat semen: quod est super omnez terram: ꝛ omne lignuz: quod habet in se fructuz seminis seminalis: vobis erit ad escaz: ꝛ olbus bestijs terre: ꝛ olbus volatilibus celi: ꝛ olbus repentibus: q̄ repunt super terraz: que habent in se animaz vite. Historie quidez huius sententia manifeste indicat vsuz ciboruz: primitus a deo ex herbis: idest oleribus: ꝛ arborum fructibus esse permissuz. Postea vero cuz ad Noe post diluuiuz fieret testamentuz: facultas vescendaruz carnium hominibus datur. Quibus sane de causis in suis locis rectius exponetur. Secūduz allegoriaz tamen herba terre: ꝛ fructus eius: qui ad escam holbus indulgetur: potest de affectibus itelligi corporalibꝰ. (Verbi cā) Ira ꝛ concupiscentia: germen est corporis. Huius germinis fructus: idest opus nobis rationabilibus: ꝛ bestijs terre: cōmunis est. Nā quando irascimur ad iustitiam: idest ad correctionez delinquētis: ꝛ emendationem salutis eius: isto fructu terre vescimur: ꝛ cibus noster iracundia corporalis efficitur: per quaz reprimimus peccatum: iustitiaz reparamus. Et ne tibi videamur hec de nostro potius sensu: q̄ diuine scripture auctoritate ꝓferre: redi ad librum Numerorum: ꝛ recordare quid egerit Phinees sacerdos: qui cū Madianite gētis

meretricem cuꝫ Israelita viro sub oculis om-
nium impuris vidisset inherere complexibus:
ira diuine emulationis impletus: arreptū gla
diū per vtriusqꝫ pectus exercuit. Quod opus
reputatum est ei a Deo ad iustitiam: dicente
domino. Phinees sedauit furorem meum: ⁊
reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus
ire terrenus noster fit cibus: cum eo rationabi
liter vtimur ad iustitiam. Si vero irrationabi
liter agatur ira: aut innocentes puniat: vt ef-
feruescat in eos: qui nihil delinquunt: iste cib⁹
erit bestiarum agri: ⁊ serpentium terre: ⁊ volu
crum celi. His etenim demones nutriuntur
cibis: qui malis nostris actibus ⁊ pascuntur ⁊
fauent. Indiciuꝫ namqꝫ est huius operis Ca-
yn qui innocētem fratrem ira decepit inuidie.
Similiter etiaꝫ de concupiscentia: ⁊ de singu-
lis huiuscemodi affectibus sentienduꝫ est. Cū
eniꝫ concupiscit ⁊ deficit anima nostra ad de-
um viuuꝫ: noster cibus est concupiscentia. Cū
autem vel alienam mulierem ad concupiscen-
dum videmus: vel aliquid rerum proximi con
cupiscimus: bestialis cibus efficitur cōcupiscē-
tia. Sicut exemplo potest esse concupiscentia
Achab: ⁊ factuꝫ Iezabel: de vinea Nabuthei
Israelite. Obseruanda sane est sancte scriptu
re etiaꝫ in verborū ratione cautela: que cuꝫ de
hoībus dixisset: quia dixit deus: ecce dedi vo-
bis omne semē seminale: quod ē super terrā: ⁊
omne lignum quod ē sup terraꝫ vobis erit ad
escam: de bestijs non dixit: quia dedi eis escaꝫ
hec omnia: sꝫ erit illis ad escaꝫ: vt sm spiritua
lem rationem: quam exposuimus: affectus isti
intelligantur homini quidē a deo dati eē: pre-
nunciari tamē a deo: qđ erūt etiaꝫ bestijs ter-
re in cibū. Ideo ergo cautissimo vsa est sermo-
ne scriptura diuina: que hoībus quidē ait di-
cere deuꝫ: dedi vobis hec ad escam. Ubi autē
ad bestias venit: nō iubētis: sed quasi predicā-
tis significatione dicit: quia hec erunt etiā be-
stijs ⁊ volucribus: ⁊ serpētibus ad escam. Sꝫ
nos sm Apostoli Pauli sententiam attenda
mus lectioni: vt possimus (sicuti ipse ait) sen
sum Christi accipere: ⁊ scire que a deo dona-
ta sunt nobis: ⁊ que nobis ad escaꝫ data sunt.
Non faciamus escas porcorum: vel canum:
sed tales eas preparemus in nobis: quibus di
gnum sit suscipi in hospitio cordis nostri: ver-
bum ac filium Dei venienteꝫ cum patre suo:
⁊ volentem facere apud nos mansionem in
spiritu sancto: cuius prius templum per san-
ctitatem debemus existere. Ipsi gloria in eter-
na secula seculorum. Amen.

¶ Explicit Homilia. I.

¶ Incipit Homilia. II.

INcipientes de arca: que sm mandatuꝫ
Dei a Noe constructa est: differere: pri-
mo omnium videamus: que de ea sm litteraꝫ
referūtur: ⁊ questiones proponētes que obijci
a pluribus solēt: etiaꝫ absolutiones earum ex
his: que nobis sunt a maiorib⁹ tradita: requi-
ramus: vt cuꝫ huiuscemodi fundamenta iece-
rimus ab historie textu: possimus ascēdere ad
spiritualis intelligentie mysticuꝫ ⁊ allegoricū
sensum: ⁊ si quid in eis arcanum continetur:
aperire domino nobis verbi sui sciētiam reue-
lāte. Primo igitur hec ipsa: que scripta sunt:
proponamus. Et dixit (inquit) dominus ad
Noe. Tempus omnis hominis venit aū me:
quoniam impleta est terra iniquitatib⁹ ab eis:
⁊ ecce ego disperdam illos: ⁊ cetera. Fac ergo
tibi arcam de lignis quadratis: nidos facies
in arcam: ⁊ bituminabis eam abintus: ⁊ afo-
ris bitumine: ⁊ sic facies arcam. Trecentoruꝫ
cubitorum longitudinem arce: ⁊ quinquagin
ta cubitorum latitudinem: ⁊ triginta cubito-
rum altitudinem eius colligens facies arcam
⁊ in cubituꝫ consummabis eaꝫ in summo. Osti-
um autem arce facies ex latere: inferiora bica-
merata: ⁊ tricamerata superiora facies ea. Et
post pauca addit. Et fecit (inquit) Noe om-
nia: que precepit ei dominus Deus sic fecit.
Primo ergo queritur qualem oporteat habi
tum ipsum: ⁊ formam arce intelligi. Quam
ego puto quantum ex his que describuntur
apparet: quattuor angulis ex vno consurgen-
tibus: eisdemqꝫ paulatim vsqꝫ ad summum
in angustum adtractis: in spacium vnius cu-
biti fuisse collectam. Sic enim refertur: ꝙ in
fundamētis eius trecēti cubiti in lōgitudine:
in latitudine ꝟo quinquaginta sint positi. Tri
ginta autē in altitudine edificati. Sꝫ collecta
in cacumē angustuꝫ: ita vt cubitus sit latitudi
nis: ⁊ longitudinis eius. Iam ꝟo intrinsecus
ea quidem: que dicuntur eius inferiora bica-
merata ponuntur: idest habitationem dupli-
ces cōtinentia. Superiora vero tricamerata:
veluti si dicamus triplicibus constructa cena-
culis. Sed he habitationum distinctiones ad
hoc facte videtur: vt secerni per singulas mā
siones diuersa animalium: vel bestiarum ge-
nera facilius possint: ⁊ a bestijs feris mansue-
ta queqꝫ ⁊ ignauia seiungi. Iste ergo habita
tionum discretiones nidi appellantur. Qua-
drata vero ligna fuisse referuntur: quo ⁊ faci-
lius alterum alteri possit aptari: ⁊ inundante
diluuio totus aquarū ꝓhiberetur incursus: cū
intrinsecus: ⁊ extrinsecus oblita bitumine iū-

ctura

ctura muniretur. Traditum sane nobis est: ⁊ non absq; verisimilitudinem: ꝙ inferiora: que supradiximus constructa dupliciter: que ⁊ separatim bicamerata dicuntur: ob hũc modũ fuisse doplicia: quoniam quidẽ annũ integrũ fecerunt oĩa animalia in arca. Et vtiq; in totũ annum necesse erat prouidere cibos: ⁊ non solum cibos: verum: ⁊ digestionum constitui loca: quo neq; ipse animalia: precipue tamen homines fimi fetore vexarentur. Tradunt ergo quod inferior regio ipsa: que in fundo est: ad huiuscemodi necessitates mancipata sit ⁊ excepta. Huic autem superior ⁊ contigua: conseruandis pabulis deputetur. Etenim necessariũ videbatur: vt iis bestiis: quibus natura vesci carnibus dedit: introducta sint extrisecus animalia: quorum vescentes carnibus conseruare vitam posteritatis reparande gratia valerent. Aliis vero alia: que naturalis vsus deposcit: seruarentur alimenta. In hos ergo vsus inferiores partes: que bicamerate dicuntur: tradunt fuisse distinctas. Superiores vero ad habitaculum bestiis: vel animalibus deputate sint: quibus inferiores quidem feris: ⁊ immitibus bestiis: vel serpẽtibus habitaculũ prebuisse. His vero contigua in superioribus loca: mitioribus animãtibus stabula fuisse. Supra omnia vero in excelso hominibus sedeꝫ locatam: vtpote qui ⁊ honore ⁊ ratione cuncta precellant: vt sicut ratione ⁊ sapiẽtia principatum gerere supra omnia: que in terris sunt dicitur homo: ita etiam loco celsior: ⁊ supra omnes animãtes: que in arca sunt: collocatus sit. Tradunt autem etiam ostium: quod ex latere factum dicitur eo loci fuisse: vt inferiora: que dixit bicamerata: infra se haberet: ⁊ que dixit tricamerata:: superiora a loco hostii appellata sint: ⁊ inde ingressa vniuersa animalia per sua queq; loca: ſm que supradiximus cõgrua discretione direpta sint. Verũ ostii ipsius munimẽ: non iam humanis rationibus adimpletur. Quomodo enim postea ꝙ clausum est: ⁊ nullus hominum extra arcam fuit: bituminari extrinsecus ostium potuit: nisi q2 diuine virtutis sine dubio opus fuit: ne ingrederet aqua per aditum: quem humana non muniera manus. Propterea ergo scriptura: cum de ceteris omnibus dixisset: quia fecit arcam Noe: ⁊ introduxit animalia: ⁊ filios: ⁊ vxores eorum. De ostio non dixit: quia Noe clausit ostiũ arce: sed ait: quia clausit dominus Deus deforis ostium arce: ⁊ sic factum est diluuiũ. Obseruandum tamen est ꝙ post diluuiũ non dicitur Noe aperuisse ostium: sed fenestram: cuꝫ emisit coruum vt videret vtrum cessasset aqua super terrã. Quod autẽ intulerit cibum Noe in arcam oĩbus aĩantibus: vel bestiis: que cuꝫ eo itroierũt: audi ex his: q̃ dñs dicit ad Noe. Tu inquit accipe tibi ipsi ab omnibus escis q̃ eduntur: ⁊ cõgregabis ad temetipsum: ⁊ erũt tibi ⁊ ipsis ad edendũ. Quod autẽ fecit Noe ea: que precepit ei dñs: audi scripturam dicentem. Et fecit (inquit) Noe oĩa: que precepit ei dñs Deus sic fecit. Sane qđ đ locis: q̃ diximus: ad fimũ aĩaliũ separata: scriptura nihil retulit: sed traditio tenet. Opportune videbitur sup hoc habitũ esse silentium: de quo sufficiẽter cõsequẽtie ipsius ratio doceret: ⁊ ad spiritualeꝫ intelligentiam minus digne poterat aptari. Merito ergo scriptura siluit de hoc: q̃ magis narrationes suas intellectibus allegoricis coaptat. Verũtamẽ quantum ad necessitatẽ pluuiarũ: ⁊ diluuii spectat: nulla potuit tã cõueniẽs: ⁊ cõgrua arce species dari: ꝙ (vt existimo) velut e tecto quodã in angustuꝫ culmine ducto diffunderet imbriũ ruinas: ⁊ ima in aquis quadrata stabilitate cõsistens: nec impulsu vẽtorum: nec impetu fluctuũ: nec inquietudine animaliũ: que intrinsecus erãt: aut inclinari posset: aut mergi. Sed his oĩbus tãta arte cõpositis: obiiciunt quidam questiones: ⁊ precipue Apelles: qui fuit discipulus quidem Marcionis: sed alterius hereseos magis: ꝙ eius quã a magistro suscepit inuẽtor. His ergo dũ assignare cupit scripta Moysi: nihil in se diuine sapiẽtie: nihilq; opis sancti spiritus cõtinere: exaggerat huiusmodi dicta: ⁊ dicit nullo genere fieri potuisse: vt tam breue spaciũ tot aĩalium genera: eorũq; cibos: qui per totũ annũ sufficerẽt: capere potuisset. Cum enim bina bina ex immũdis aĩalibus: hoc est bini masculi: ⁊ bine femine: hoc enim indicat sermo repetitus: ex mundis vero septena septena in arcam dicantur inducta. Quomodo (inquit) fieri potuit: istud spaciũ: qđ scriptũ est: vt quatuor saltẽ solos elephãtos capere potuerit: Et posteaꝙ per singulas species hoc modo refragatur: addit sup oĩa his verbis. Cõstat ergo fictam esse fabulã. Quod si est: constat non esse a deo hanc scripturaꝫ. Sed ad hec: nos que a prudẽtibus viris: ⁊ hebraicaruꝫ traditionum gnaris: atq; a veteribus magistris didicimꝰ: ad auditorũ notitiã deferemus. Aiebãt ergo maiores: ꝙ Moyses: q (vt de eo scriptura testatur) oĩ sapiẽtia Egyptiorũ fuerat eruditus ſm artẽ geometricam: qua precipue Egyptii callẽt: cubitorum numerũ in hoc loco posuit. Apud geometras enim ſm eam rationẽ: que apud eos virtus vocat: ex solido: ⁊ quadrato: vel in sex cubitos vnus deputat si generaliter

vel trecētos: si minutatiꝫ deducatur. Que vtique ratio si obseruetur: in huius arce mēsura inuenientur ⁊ longitudinis ⁊ latitudinis tanta spacia: que vere totius mūdi reparāda germina: ⁊ vniuersorum animantium capere rediuina seminaria potuerint. Hec quantuꝫ ad historie pertinet rationeꝫ: aduersum eos dicta sint: qui impugnare scripturas veteris testamenti nitūtur: tanquaꝫ impossibilia quedaꝫ: ⁊ irrationabilia continētes. Nunc vero iam deprecantes euꝫ prius: qui solus potest delectione veteris testamenti auferre velamen: tentemus inquirere quid etiam spiritualis edificationis contineat magnifica hec arce constructio. Puto ergo (vt ego pro paruitate sensus mei assequi possum:) quod illud diluuiū: quo pene finis tunc datus est mundo. Quod ⁊ ipse dominus pronūciauit dicēs. Sicut eniꝫ in diebus Noe: emebant: vēdebāt: edificabant: nubebant: ⁊ nuptum tradebant: ⁊ venit diluuiū: ⁊ perdidit omnes: ita erit ⁊ aduentus filij hominis. In quo euidenter vna: eademqꝫ forma diluuij: quod precessit: ⁊ finis mundi queꝫ venturum dicit: designatur. Sicut ergo tunc dictum est ad illum Noe: vt faceret arcam: ⁊ introduceret in eam secum: non solum filios: ⁊ proximos suos: verum etiam diuersi generis animalia: ita etiam ad nostrum Noe: qui vere solus iustus: ⁊ solus perfectus est: dominuꝫ Jesuꝫ Christuꝫ in consumatione seculoruꝫ dictum est a patre: vt faceret sibi arcaꝫ ex lignis quadratis: ⁊ mensuraꝫ ei daret: celestibus sacramentis repletas. Hoc enim designatur in psalmo: vbi dicit. Pete a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditateꝫ tuaꝫ: ⁊ possessionem tuam terminos terre. Construit ergo arcam: ⁊ facit in ea nidos: idest promptuaria quedam: quibus diuersi generis animalia recipiantur. De quibus ⁊ propheta dicit. Perge populus meus: intra in prōptuaria tua: absconde te parūper: donec transeat furor ire mee. Confertur ergo populus hic: qui saluatur in ecclesia illis omnibus: siue hominibus: siue aīalibus: que saluata sunt in arca. Veruꝫ quoniā non est oium vnuꝫ merituꝫ: nec vnus in fide profectus: iccirco ⁊ arca illa non vnaꝫ prebet omnibus mansionem: sed bicamerata sune inferiora: ⁊ tricamerata superiora: ⁊ nidi distinguūtur in ea: vt ostendat quia ⁊ in ecclesia: licet omnes intra vnam fideꝫ contineantur: atqꝫ vno baptismate diluantur: non tamen vnus omnibus: atqꝫ idem profectus est sed vnusquisqꝫ in suo ordine. Hij quidem: qui per rationabilem scientiam viuunt: ⁊ idonei sunt non solum semetipsos regere: sed ⁊ alios docere: quoniam valde pauci inueniuntur: qui cum ipso Noe saluantur: ⁊ proxima ei propinquitate iunguntur: ⁊ tenent figuram: sicut ⁊ dominus noster verus Noe Christus Jesus paucos habet primos: paucos filios ⁊ ꝓpinquos: qui verbi eius participes sint: ⁊ sapiētie capaces. Et ij sunt: qui in summo gradu positi sunt: ⁊ in summitate arce collocantur. Ceterum multitudo irrationabilium animalium: vel etiam bestiaruꝫ in inferioribus locis habetur: ⁊ eorum maxime: quorum feritatis seuitiam: nec fidei dulcedo molliuit. Superiores vero aliquātulo ab his sunt qui licet minus rationis: plurimum tamē simplicitatis: innocentieqꝫ custodiunt. Et sic per singulos habitationum gradus ascēdentibus peruenitur ad ipsum Noe: qui interpretaē requies: vel iustus: qui est Jesus Christus. Neqꝫ eniꝫ in illuꝫ Noe conuenit: quod dicit Lamech pater eius. Hic eniꝫ: inquit: requieꝫ dabit nobis ab operibus: ⁊ a tristitijs manuum nostrarum: ⁊ a terra: quam maledixit Dominus Deus. Quomodo enim veruꝫ erit: quod ille Noe requieꝫ dederit illi Lamech: vel populo: qui tūc habebatur in terris: vel quomodo a tristitijs: ⁊ labore cessatum est temporibꝰ Noe: vel quomodo ablatū est maledictuꝫ terre: quod dederat dominus: vbi potius iracundia diuina maior ostenditur: ⁊ refertur dicere deus: penitet me quod feci hominem sup terram. Et iterum dicit. Delcam omnem carnē que est super terram. Et super omnia summe offense iudicium interitus viuentium datur. Si vero respicias ad dominum nostrum Jesuꝫ Christuꝫ: de quo dicitur. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi: ⁊ iteruꝫ de quo dicitur: factus pro nobis maledictum: vt nos de maledicto legis redimeret: ⁊ iterum cū dicit: venite ad me: qui laboratis: ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos: ⁊ inuenietis requiem animabus vestris: inuenies hunc esse: qui vere requiem dedit hominibus: ⁊ liberauit terraꝫ de maledicto: quo maledixit ei dominus Deus. Huic spirituali Noe: qui requiem dedit hominibus: ⁊ tulit peccatuꝫ mundi: dicitur facies tibi arcam ex lignis quadratis. Videamus ergo que sint quadrata ligna. Quadratū est: qd nulla vacillat ex parte: sed quocūqꝫ verteris: fida ⁊ solida stabilitate cōsistit. Ista sunt ligna: que omne pōdus vel aīaliū intrinsecus: vel fluctuū extrinsecus ferūt. Quos ego arbitror doctores in ecclesia: ⁊ magistros: atqꝫ emulatores fidei: qui ⁊ populos intrinsecus positos verbo cōmonitionis: ⁊ doctrine grā consolantur: ⁊ ipugnātibus extrinsecus: vel gentilibꝰ: vel hereticis: ⁊ questionum fluctus: ac ꝓcellas

certaminum

certaminum cõmouentibus:virtute verbi: ac ſapientia rationis obſiſtunt. Uis autem vide-re ꝙ ligna rationabilia nouit ſcriptura diui-na? Recẽſeamus quid apud Ezechielem pro-phetã ſcriptuʒ eſt. Et factũ eſt (inquit) in vn-decimo anno:tertio mẽſe:vna die mẽſis:factũ eſt verbuʒ dñi ad me dicens. Fili hominis dic ad Pharaonẽ regẽ Egypti:⁊ ad multitudi-neʒ eius. Cui te ſimilẽ facis i exultatione tua? Ecce aſſur cypreſſus in libano: ſpecioſus ra-mis:⁊ cõdẽſus vmbraculis:excelſus in altitu-dine. Inter medias nubes factuʒ eſt cacumen eius:aqua enutriuit eũ:⁊ abyſſus exaltauit eũ ⁊ adduxit oĩa flumina ſua circa eũ:⁊ cõgrega-tiones ſuas emiſit ad oĩa ligna cãpi. Propte-rea exaltata eſt altitudo eius ſup oĩa ligna cã-pi. Et poſt pauca dicit. Cypreſſi multe i Pa-radiſo Dei:⁊ pini nõ ſunt ſimiles ramis eius: ⁊ abietes nõ fuerũt ſimiles ei. Omne lignuʒ in Paradiſo Dei non aſſimilatuʒ eſt ei:⁊ ʒelata ſunt eũ oĩa ligna Paradiſi delitiarum Dei. Aiaduertis de q̄bus vel qualibꝰ lignis dicat ꝓpheta:quomodo deſcribit cypreſſuʒ libani: cui oĩa ligna:q̄ in Paradiſo Dei ſunt:cõpa-rari non poſſint? Et addidit etiaʒ hoc ad vlti-mum:ꝙ oĩa ligna: q̄ ſunt in Paradiſo Dei ʒelata ſint eam:euidẽter oſtẽdens ſm ſpiritua-lem intellegẽtiam rationabilia dici ligna que in Paradiſo Dei ſunt. Quippe in q̄bus emu-lationẽ quandaʒ deſcribit eſſe:aduerſum ea li-gna:que ſunt in libano. Unde ⁊ excurſu etiaʒ hoc dicamus. Cõſydera ne forte ⁊ illud:quod ſcriptum eſt:quia maledictus a deo omnis: q̄ pendet in ligno:ſic debeat intelligi:quomodo ⁊ illud:quod alibi dictum: eſt maledictus ho-mo:qui ſpem habet in homine. Pendere enĩ in ſolo Deo debemus:⁊ in nullo alio: etiam ſi de Paradiſo Dei procedere quis dicatur:ſi-cut ⁊ Paulus dicit. Etiã ſi nos: aut angelus de celo euãgelizauerit vobis aliter:q̄ euãgeli-ʒauimus nobis:anathema ſit. Sed hec alias. Interim vidiſti que ſint quadrata ligna: que velut murus quidã:⁊ defenſio his:qui ſunt in-trinſecus:obſtaculuʒ autẽ ⁊ impugnatio his: qui extrinſecus ſupueniunt:collocãtur ab ſpi-rituali Noe. Que ligna extrinſecus: ⁊ intrin-ſecus bitumine liniũtur. Uult enim te archite-ctus eccleſie Chriſtus nõ eſſe taleʒ:quales illi: qui deforis quidẽ apparent hoibus iuſti:deĩn-tus aũt ſunt ſepulchra mortuorũ. Sed vult te ⁊ corpore ſanctũ eſſe extrinſecus:⁊ corde intri-ſecus purum. Cautuʒ vndiqʒ ⁊ caſtitatis atqʒ innocentie virtute munituʒ:hoc eſt intus: ⁊ fo-ris bitumine eſſe oblituʒ. Poſt hec de longi-tudine:⁊ latitudine arce: ⁊ de altitudine me-

moratur. Et numeri in his quidam ponũtur: ingẽtibus myſterijs cõſecrati. Sed ante:q̄ de numeris diſſeremus: hoc quod dicit longitu-dineʒ:⁊ latitudinẽ:⁊ altitudinem:quale ſit vi-deamus. Apoſtolus in quodaʒ loco: cũ de my-ſterio crucis ſacratius loqueretur: ita ait. Ut ſciatis que ſit lõgitudo ⁊ altitudo:⁊ ꝓfunduʒ. Profundum autem ⁊ altitudo idem ſignifi-cat:tantum quod altitudo ſpacium de inferio-ribus videtur ad ſuperiora metiri. Profun-dum vero de ſuperioribus incipere: ⁊ ad infe-riora deſcẽdere. Conſequenter igitur ſpiritus Dei:⁊ p Moyſen:⁊ per Paulum ingẽtium ſacramẽtoruʒ figuras enũciat. Naʒ Paulus quoniaʒ deſcenſionis Chriſti myſterium pre-dicat:profunduʒ nominauit quaſi de ſuperio-ribus ad inferiora venientis. Moyſes vero re-ſtitutionem deſignans eoruʒ:qui per Chriſtũ de interitu:⁊ perditione ſeculi tãq̄ de nece di-luuij ex inferioribus ad ſupna:⁊ celeſtia reuo-cantur:in menſura arce non profundum me-morat:ſed altuʒ:tanq̄ vbi de terrenis ⁊ humi-libus ad celeſtia:⁊ excelſa conſcẽditur. Nume-ri quoqʒ ponuntur: trecenti cubiti longitudi-nis:quinquaginta latitudinis:triginta altitu-dinis. Trecenti:ter centeni ſunt. Centenarius auteʒ numerus:plenus in omnibus:⁊ pfectus oſtenditur:⁊ totius rationabilis creature con-tinens ſacramẽtũ:ſicut in euãgelijs legimus: vbi dicit:quia habens quis cẽtuʒ oues:ex qui-bus cum periſſet vna:relictis nonaginta nouẽ in montibus deſcendit querere eam:que perie-rat. Quãqʒ inuentam humeris ſuis reporta-uit:⁊ poſuit cum illis nonaginta nouem: que non perierant. Hic ergo centenarius totius creature rationabilis numerus:quoniam non ex ſemetipſo ſubſiſtit: ſed ex trinitate deſcen-dit:⁊ longitudinem vite:hoc eſt imortalitatis gratiam:ex patre per filium:ac ſpiritum ſan-ctuʒ ſuſcepit:iccirco triplicatus ponitur:vtpo-te:qui ad perfectionem per gratiam trinitatis augetur:⁊ qui ex centenario per ignorantiam lapſum:per agnitionem trinitatis reſtituat in trecentos. Latitudo quinquagenariuʒ nume-rum tenet. Qui numerus remiſſioni: ⁊ indul-gẽtie cõſecratus eſt. Secunduʒ legẽ eniʒ quin-quageſimo anno remiſſio erat:ideſt: vt ſiquis diſtraxiſſet poſſeſſionẽ reciperet: ſi liber in ſer-uitutem veniſſet:reciperet libertatẽ. Indulgẽ-tiam debitor acciperet:exul rediret ad patriã. Spiritualis ergo Noe Chriſtus:in arca ſua: in qua humanũ genus de īteritu liberat: ideſt in eccleſia ſua:hunc quinquagenarium remiſ-ſionis numerum in latitudine collocauit. Ni-ſi enim remiſſionem peccatorum donaſſet cre-

dentibus: non fuisset per oꝛbem terre ecclesie latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus: simile vt trecenti continet sacramentum. Quod enim ibi centeni: hoc hic deni tertio multiplicati faciunt. Ad vnum autem totius constructionis numerum summa reuocatur: quia vnus Deus pater ex quo omnia: ⁊ vnus dominus: ⁊ vna ecclesie fides est. Unum baptisma: vnum coꝛpus: ⁊ vnus spiritus: ⁊ ad vnum perfectionis Dei finem cuncta festinant. Sed ⁊ tu qui hec audis: si scripturis sanctis intendas ex ocio permulta inuenies magnarum rerum gesta sub tricenario: vel quinquagenario numero contineri. Triginta annoꝛum Joseph educitur de carcere: ⁊ totius Egypti suscipit pꝛincipatum: vt imminentis perniciem famis: diuina pꝛouisione depellat. Triginta annoꝛum refertur Jesus: cum venit ad baptismum: ⁊ vidit celos diuisos: ⁊ spiritum Dei in columbe specie venientem super se. Ubi ⁊ pꝛimum cepit sacramentum patefacere trinitatis: ⁊ multa his similia inuenies. Sed ⁊ quinquagesimum diem festum: in nouarum frugum consecratione reperies: ⁊ de Amanitarum spolijs domino quinquagesima delibatur. Cum trecentis vero inuenies ⁊ Abꝛaham vincentem Sodomitas: ⁊ Gedeon cum trecentis: lingua aquam lambentibus superat. Ostium sane: quod non a fronte: nec desuper: sed e latere ex transuerso collocatur: quoniam ire diuine tempus est. Dies enim domini: dies ire: ⁊ furoꝛis: sicut scriptum est: licet enim videantur aliqui saluari: multi tamen: quos merita sua repꝛobant: dolentur ⁊ pereunt: ex transuerso ostium ponitur: vt illud ostendatur: quod per pꝛophetam dicitur. Quia si incesseritis mecum peruersi: ⁊ ego incedam vobiscum in ira peruersa. Post hec videamus: ⁊ de eo: quod dicit separatim inferioꝛa bicamerata: ⁊ superioꝛa tricamerata: ne foꝛte illud indicetur per hec: quod Apostolus dixit: quia in nomine Jesu omne genu flectetur: celestium: terrestrium: ⁊ infernoꝛum: ⁊ in arca significetur omnium quidem inferiora ipsa esse: que apostolus dicit inferna: hoꝛum autem contigua superioꝛa ipsa esse terrestria: tricamerata vero supioꝛa que dicit simul oia esse celestia. Sed in his eoꝛum merita distingui: qui possunt s̃m Apostolum Paulũ vsq; ad tertium celum conscendere. Uidi vero ⁊ nidi: quia multi sunt in arca: multas esse apud patres indicat mansiones. De animalibus vero: ⁊ bestijs: ac pecoꝛibus: ceterisq; diuersis animantibus: que nobis alia figura seruanda est: nisi quam vel Esaias ostendit: cum dicit: in regno Chꝛisti lupum cum agno: pardum cum hedo: leonem ⁊ boues simul ire ad pascua eoꝛumq; fetus simul paleis vesci: insuper etiã in aspidum cauerna: paruum puerum: talem sine dubio: qualem dicebat Saluatoꝛ: nisi cõuersi fueritis ⁊ effecti sicut puer hic: non introibitis in regnum Dei: missurum esse manum: ⁊ nihil nocendum: vel etiam illa figura: quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi docet: cũ refert se visionem vidisse: in qua omnia quadrupedia: ⁊ bestie terre: ac volatilia celi intra vnum fidei linteum continebantur: quatuoꝛ euangelioꝛum initijs alligatum. Uerum quoniam arca: quam describere conamur: non solum bicamerata sed ⁊ tricamerata a Deo construi iubetur: operam demus: ⁊ nos ad hanc duplicem: que pꝛecessit expositionem: s̃m pꝛeceptum Dei etiam tertiam iungere. Pꝛima enim: que pꝛecessit histoꝛica est: veluti fundamentum quoddam in inferioꝛibus posita. Secunda hec mystica superioꝛ: ⁊ excelsioꝛ fuit. Tertiam si possumus moꝛalem tentemus adijcere. Quamuis ⁊ hoc ipsum quod neque bicameratam solum dixit ⁊ siluit: neque tricameratam tantum: ⁊ cessauit: sed cum dixisset bicameratam: addidit ⁊ tricameratam: ne absq; hui⁹ ipsi⁹ expositiõis: quã habemus in manibus: videatur esse mysterio. Nam tricamerata triplicem hanc expositionem designat. Sed quia non semper in scripturis diuinis: histoꝛialis consequentia stare potest: sed non nunquam deficit: vt (verbi causa) cum dicitur spine nascentur in manus ebꝛiosi: ⁊ cum in templo a Salomone constructo: dicitur vox mallei: ⁊ securis nõ est audita in domo Dei: ⁊ iterum in Leuitico: cum lepꝛa parietis ⁊ pellicule: ⁊ staminis inspici iubetur a sacerdotibus ⁊ purgari. Pꝛopter hec ergo: ⁊ his similia non solum tricamerata: sed ⁊ bicamerata arca contexitur: vt sciamus in scripturis diuinis non semper simplicem: quia non semper nos histoꝛia sequitur: sed interdum duplicis tantummodo sensum expositionis insertum. Tentemus igitur ⁊ tertiam expositionem disserere: secundum moꝛalem locum. Siquis est: qui crescentibus malis: ⁊ innundantibus vitijs conuertere se potest a rebus fluxis ⁊ pereuntibus: ⁊ caducis: ⁊ audire verbum Dei: ac pꝛecepta celestia: hic intra coꝛ suum arcam salutis edificat: ⁊ bibliothecam (vt ita dicam) intra se diuini consecrat verbi. Longitudinẽ: in ea: ⁊ latitudinem: ⁊ altitudinem: fidem: spem: charitatemq; collocat. Fide trinitatis ad longitudinem vite: immoꝛtalitatemq; descendit: latitudine charitatis: indulgentie: ⁊ benignitas fundat affectum. Altitudinem spei ad celestia

ad celestia erigit ꝛ excelsa: super terram enim ambulans: in celis habet conuersationem. Summam vero actuum suorū refert ad vnū. Scit enim: quia omnes quidem currunt: sed vnus accipit palmam: scilicet: qui cogitationum varietate: ꝛ instabilitate mentis non fuerit multiplex. Sed hanc bibliothecam non ex agrestibus: ꝛ impolitis: sed ex quadratis: ꝛ ẜm equitatis lineam directis construit lignis: id est non secularium autorum: sed ex propheticis: atqꝫ apostolicis voluminibus. Ipsi enim sunt: qui diuersis temptationibus edolati: resecatis omnibus vitijs ꝛ excisis: quadratā cōtinent vitam: ꝛ ex omni parte libratam. Nā autores secularium librorum possunt quidem dici ligna excelsa: ꝛ ligna vmbrosa. Sub omni enim ligno excelso: ꝛ nemoroso accusatur fornicatus esse Israel: quia illi loquuntur quidem excelsa: ꝛ florida vtuntur eloquentia: non tamen ita egerunt: vt loquuti sunt: ꝛ ideo non possunt ligna quadrata nominari: quod in eis nequaꝗ̄ vita: ꝛ sermo conlibret. Tu ergo si facis arcam: sibi bibliothecam congregas ex sermonibus propheticis: ꝛ apostolicis: vel eorū: qui eos rectis fidei lineis secuti sunt: congregas: bicameratā: ꝛ tricameratā facito eam: ex ipsa narrationes historicas disce: ex ipsa mysterium magnū: quod in Christo: ꝛ in ecclesia impletur agnosce. Ex ipsa etiā emēdare mores: resecare vitia: purgare aīam: atqꝫ eruere eam omni vinculo captiuitatis: ītellige nidos in ea: ꝛ nidos diuersarū virtutū: ꝛ profectuū collocans. Deintus sane: ꝛ deforis bituminabis eam: corde fidem gerens: ore confessionem preferens: intus scientiam: foris operam habens: intus corde mundus: foris castus corpore incedens. In hanc ergo arcam: siue eam bibliothecam diuinorum librorum: siue animā fidelem ẜm moralem interim locū ponamus. Introducere debes etiam animalia ex omni genere: non solum munda: sed ꝛ inmunda. Sed munda quidē animalia facile possumus dicere: quod memoria: eruditio: intellectus: examinatio: ꝛ iudicium eorum: que legimus aliaqꝫ his similia intelligi possunt. De inmundis vero pronunciare difficile est: que ꝛ bina ꝛ bina nominantur. Verūtamē quantū in tā difficilibus locis audere possumus: puto ꝙ cōcupiscentia: ꝛ ira: quia inest omni anime: necessario iste ẜm hoc: quod ad peccandum homini famulantur: inmunde dicuntur. Secundum hoc vero ꝙ neqꝫ posteritatis sine concupiscentia successio reparatur: neqꝫ emendatio vlla sine ira potest: neqꝫ disciplina cōstare: necessarie: ꝛ conseruande dicuntur. Et quamuis hec iam non morali: sed naturali ratione discussa videantur: tamen que ad presens occurrere potuerunt: pro edificatione tractauimus. Siquis sane potuerit ex ocio ipsam sibi conferre: ꝛ comparare scripturam diuinam: ꝛ spiritualibus spiritualia coaptare: nec nos latet ꝙ plura in hoc loco profundi: ꝛ archani mysterij secreta reperiet: que nunc vos adducere in mediū: vel pro breuitate temporis: vel pro auditorum labore non possumus. Omnipotētis tamē Dei misericordiā deprecemur: qui nos non solum auditores verbi sui faciat: sed ꝛ factores: ꝛ inducat super nostras quoqꝫ animas diluuium aque sue: ꝛ deleat in nobis que scit esse delenda: ꝛ viuificet que iudicat esse viuificanda: per Christum dominum nostrū: ꝛ per spiritum suum sanctum. Ipsi gloria in eterna secula seculorum. Amen.

¶ De circuncisione Abrahe. Homilia. III.

Quoniam multis diuine scripture locis Deum legimus ad homines loq: ꝛ propter hoc iudei quidem: sed ꝛ nostrorū nōnulli: deū quasi hoīem intelligendū putauerunt: idest humanis mēbris: habitūqꝫ distinctum: philosophi vero velut fabulosa hec: ꝛ ad poeticorum similitudinē figmētorū formata despiciunt: videtur mihi de his primo paucis sermocinandum: ꝛ tunc ad ea: que recitata sunt veniēdum. Primo ergo ad eos sit sermo: qui foris positi: arroganter nos circūstrepūt dicentes excelso illi: ꝛ inuisibili: atqꝫ incorporeo deo non conuenire: vt humanis vtatur affectibus. Si enim loquendi inquiunt ei datis vsum: sine dubio dabitis ꝛ os: ꝛ linguam: ceteraqꝫ mēbra: quibus loquendi expletur officiū. Quod si fit: recessū est ab inuisibili: ꝛ īcorporeo deo: ꝛ multa his similia nectētes: nostros fatigāt. Ad hec ergo: si precibus vestris iuuemur prout dn̄s dederit: breuiter occurremus. Nos sicut incorporeū esse deū: ꝛ oīpotētē ꝛ inuisibilē profitemur: ita eum curare mortalia: ꝛ nihil absqꝫ eius prouidentia geri: neqꝫ in celo: neqꝫ in terris: certo ꝛ inmobili dogmate profitemur. Memento quia nihil sine prouidentia eius geri diximus: non sine voluntate. Multa enim sine voluntate eius geruntur: nihil sine prouidentia. Prouidentia namqꝫ est: qua procurat: ꝛ dispensat: ꝛ prouidet que geruntur. Voluntas vero est: qua vult aliquid: aut non vult. Sed de his alias. Longior enī est: ꝛ diffusior iste tractatus. Secundum hoc ergo quod prouisorem omnium: ꝛ dispensatorē profitemur Deū: consequēs est: vt quid velit:

vel quid hominibus expediat: indicet. Si enim non indicet: nec erit prouisor hominis: nec creditur curare mortalia. Indicans igitur Deus hominibus: que eos agere vult: quo potissimum affectu dicendus est indicare? Nonne eo: qui hominibus in vsu: et notitia est? Si enim (verbi causa) dicamus quia silet deus: quod nature illi conueniens creditur: quomodo indicatum esse aliquid ab eo putabitur per silentium? Nunc autem iccirco locutus dicitur: vt scientes homines hoc ministerio voluntatem alterius alteri innotescere: agnoscant ea: que sibi per prophetas deferuntur: Dei esse voluntatis indicia. In quibus vtique non intelligitur voluntas Dei contineri: nisi ea locutus dicatur: quia nec sentitur: nec intelligitur inter homines indicari vnquam posse per silentium voluntatem. Sed hec rursum non secundum errorem iudeorum: vel etiam ex nostris nonnullorum: qui cum illis errant: eatenus dicimus: vt quoniam humana fragilitas aliter audire de Deo non potest: nisi vt sibi res ipsa: et vocabula nota sunt: iccirco etiam membris hec nostris similibus: et habitu humano Deum agere sentiamus: alienum: hoc est ab ecclesiastica fide. Sed hoc ipsum quod vel aspirat in corde vniuscuiusque sanctorum: vel sonum vocis peruenire ad aures eius facit: locutus homini Deus dicitur. Sic et cum nota sibi esse indicat: que vnusquisque vel loquitur: vel agit: audisse se dicit. Et cum aliquid iniustum geri a nobis indicat: irasci se dicit. Cum beneficijs suis ingratos nos arguit: penitere se dicit: indicans quidem hec: his affectibus: qui hominibus in vsu sunt. Simplex namque est illa substantia: et neque membris vllis: neque compaginibus: affectibusque composita: sed quicquid diuinis virtutibus geritur: hoc vt homines possent intelligere: aut humanorum membrorum appellatione profertur: aut communibus: et notis annunciatur affectibus. Et hoc modo vel irasci: vel audire: vel loqui dicitur Deus. Nam si vox humana aer ictus: idest lingua repercussus dicitur: potest et vox Dei dici aer ictus: vel vi: vel voluntate diuina. Et inde est quod si quando vox diuinitus datur: non ad omnium aures: sed ad quorum intus est auditus allabitur: vt agnoscas sonitum non lingue pulsu redditum: alioquin fieret communis auditus: sed superni nutus moderamine gubernatum: quamquam prophetis sepe et patriarchis: ceterisque sanctorum: etiam sine vocis sono verbum Dei factum esse referatur: sicut ex omnibus sacris voluminibus abundanter docemur. In quo (vt breuiter dicam) illuminata mens per spiritum Dei formatur in verba. Et ideo siue hoc: siue illo: quo supra diximus modo: cum voluntatem suam indicat: locutus esse dicitur deus. Secundum hunc ergo sensum: aliqua iam ex his: que lecta sunt: disseramus. Multa responsa dantur a Deo ad Abraham: sed non omnia ad vnum: eundemque deferuntur. Quedam .n. ad Abram: quedam ad Abraham: idest alia post immutationem nominis: et alia cum adhuc genuino vocabulo esse ferretur. Et primum quidem a deo ad Abram ante immutationem nominis illud defertur oraculum: quo dicit: exi de terra tua: et de cognatione tua: et de domo patris tui: et reliqua. Sed nihil in hoc de testamento dei: nihil de circuncisione precipitur. Non enim poterat: cum adhuc esset Abram: et carnalis natiuitatis vocabulum ferret: suscipere et testamentum Dei: et circuncisionis insigne. Cum vero exijt de terra sua: et de cognatione sua: tunc ad eum sacratiora iam responsa deferuntur. Et primo dicitur ei: quia non vocaberis Abram: sed Abraham erit nomen tuum. Tunc iam et testamentum Dei suscipit: et signaculum fidei accipit circuncisionem: quam non potuit accipere: dum esset in domo patris: et in consanguinitate carnali: et cum adhuc Abram vocaretur. Sed neque presbyter appellatus est ipse: et vxor sua: donec esset in domo patris: et carni cohabitaret: ac sanguini: sed postquam inde profectus est: et Abraham vocari: et presbyter meruit. Erant (inquit) ambo presbyteri: idest senes. Abraham scilicet: et admiranda vxor eius: et prouecti in diebus suis. Quanti autem eos longioribus annorum spacijs vitam duxere nongentis: et eo amplius annis: aliqui non multo minus vsque ad diluuium vixere: et nulli ex his presbyteri appellati sunt. Non enim hoc nomine in Abraham senecta corporis: sed cordis maturitas appellata est. Sic et ad Moysen dominus dicit. Elige tibi presbyteros: quos tu ipse scis presbyteros esse. Intueamur igitur diligentius domini vocem: quid sibi videtur ista adiectio: que ait: quos tu ipse scis esse presbyteros. Nunquid is: qui senilem corporis gerebat etatem: non omnium oculis perspicuus erat quod esset presbyter: idest senex? quid ergo soli Moysi tanto ac tali prophete specialis ista mandatur inspectio: vt illi eligantur: non quos ceteri homines norunt: non quos imperitum vulgus agnoscit: sed quos propheta deo plenus elegerit? Non .n. erga eos de corpore: non de etate: sed mente iudicium est. Tales ergo erant isti beati presbyteri. Abraham et Sara. Et primo omnium genuina nomina: que ortus carnalis dederat: commutantur. Cum enim esset nonaginta et nouem annorum Abraham: apparuit ei deus: et dixit. Ego sum deus:

complace

12

complace coram me: et esto inculpabilis: et ponam testamentum meum inter me et te. Et procidit Abraham in faciem suam: et adorauit Deum: et locutus est ei Deus dicens. Ego sum: ecce testamentum meum tecum: et eris pater multitudinis gentium: et benedicentur in te omnes gentes: et iam non vocabitur nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham. Et cum dedisset hoc nomen: statim subiungit: et ponam testamentum meum inter me et te: et et inter semen tuum post te. Et hoc est testamentum: quod seruabis inter me et te: et inter semen tuum post te. Et hec post addidit. Circumcidetur omne masculinum vestrum: et circuncidetur caro preputij vestri. Igitur quando quidem in hunc deuenimus locum: requirere volo: si omnipotens Deus: qui celi: ac terre dominatum tenet: volens testamentum ponere cum viro sancto: in hoc summam tanti negocij collocabat: vt preputium carnis eius: ac future ex eo sobolis circunciderctur. Erit enim (inquit) testamentum meum super carnem tuam. Hoccine erat: quod celi: ac terre dominus: ei: quem e cunctis mortalibus solum delegerat: eterni testamenti munere conferebat? Hec enim sunt sola: in quibus magistri: et doctores synagoge: sanctorum gloriam ponunt. Ecclesia vero Christi: que per prophetam dixerat. Mihi autem satis honorificati sunt amici tui Deus: quomodo honoret amicos sponsi sui: et quantam eis gloriam conferat: cum gesta eorum reuoluit: veniant (si videtur) et audiant. Nos ergo imbuti per apostolum Paulum dicimus: quia sicut multa alia in figura: et in imagine future veritatis fiebant: ita et circuncisio illa carnalis: circuncisionis spiritualis formam gerebat. De qua et dignum erat: et decebat Deum maiestatis precepta mortalibus dare. Audite ergo quomodo Paulus doctor gentium in fide et veritate: de circuncisionis mysterio: Christi ecclesiam docet. Videte (inquit) circuncisionem: de iudeis loquens: qui circunciduntur in carne. Nos enim sumus (ait) circuncisio: qui spiritu Deo seruimus: et non in carne fiduciam habemus. Hec vna Pauli de circuncisione sententia: audi et aliam. Non enim qui manifesto iudeus est (inquit) neque que manifeste est in carne circuncisio: sed qui in occulto iudeus circuncisione cordis: in spiritu: non littera. Non tibi dignius videtur talis circuncisio dicenda in sanctis: et amicis dei: quam carnis obtruncatio? Sed sermonis nouitas fortasse non solum iudeos: sed etiam aliquos fratrum nostrorum deterreat. Impossibilia enim videtur Paulus presumere: qui circuncisionem cordis inducit. Quomodo enim fieri poterit: vt circuncidatur membrum: quod internis visceribus obtectum: etiam conspectibus ipsis hominum latet? Redeamus ergo ad propheticas voces: et orantibus vobis: hec de quibus querimus: inde clarescant. Hiezechiel propheta dicit. Omnis alienigena incircuncisus corde: et incircumcisus carne: non introibit in sancta mea. Et item alibi: nihilominus exprobrans propheta dicit. Omnes alienigene incircuncisi carne: filij autem Israel incircuncisi corde. Designatur ergo quod nisi quis circuncisus fuerit corde: et circuncisus carne: non introibit in sancta Dei: Sed videbor meis ipse indicijs captus. Hoc enim prophete testimonio continuo constringet me iudeus: et dicet: ecce propheta vtramque circuncisionem designat carnis: et cordis. Allegorie nunc superest locus: vbi vtraque species circuncisionis exigitur. Si me vestris precibus iuueritis: vt adesse dignetur verbum Dei viui in apertione oris nostri: poterimus ipso duce per arctum hoc questionis iter ad latitudinem veritatis exire: quia non solum carnales iudei de circuncisione carnis reuincendi sunt nobis: sed nonnulli ex ijs: qui Christi nomen videntur suscepisse: et tamen carnalem circuncisionem recipiendam putant: vt Ebionite: et siqui his simili paupertate sensus oberrant. Vtamur igitur veteris testamenti testimonijs: quibus libenter indulgent. Scriptum est enim in Hieremia propheta. Ecce populus hic circuncisus auribus. Audi Israel propheticam vocem: grande tibi obprobrium indicitur: grandis tibi impingitur culpa. Accusatio tua profertur: quod incircuncisus es auribus. Et cur non hec audiens adhibuisti ferrum auribus tuis: et incidisti eas? Culparis namque a Deo: et condemnaris: cur aures non habeas circuncisas. Consurgere enim tibi ad allegorias nostras: quas Paulus docuit: non permitto. Circuncidere quid cessas? Deseca aures: abscinde membra: que deus ad vtilitatem sensuum: et ad ornatum humani status creauit. Sic enim intelligis verba diuina. Sed et aliud tibi adhuc proferam: cui contradicere non possis. In Exodo: vbi nos in codicibus ecclesie habemus scriptum: respondentem ad dominum Moysen: et dicentem. Prouide domine alium: quem mittas: Ego enim gracili voce sum: et tardus lingua: vos in Hebreis exemplaribus habetis: ego autem incircuncisus labijs sum. Ecce habetis circuncisionem labiorum: secundum vestra: que veriora dicitis exemplaria. Si ergo secundum vos: Moyses indignum se esse adhuc dicit: quod non sit labijs circuncisus: certum est hoc il-

lud indicare: quod dignior sit et sanctior ille: qui circūcisus est labijs. Adhibete ergo etiam labijs falcem: et oris operimēta desecate: quādoquidem talis vobis in diuinis litteris complacet intellectus. Quod si circuncisionem labiorum ad allegoriam reuocatis: et circūcisionem aurium nihilominus allegoricam dicitis: et figuralem: quomodo non et in circuncisione preputij allegoriam requiritis? Sed illos quidem: qui ad illorum modum aures habent et non audiunt: et oculos habent et non vident: omittamus. Nos autem o populus Dei: et populus in acquisitionem electus: ad enarrandas virtutes domini: suscipite dignam circuncisionem verbi Dei in auribus vestris: et in labijs: et in corde: et in preputio carnis vestre: et in omnibus omnino membris vestris. Circuncise namque sint aures vestre secundum verbum Dei: vt vocem non recipiant obtrectantis: vt maledici: et blasphemi verba non audiant: vt falsis criminationibus: mēdacio: irritationi non pateant. Oppilentur: et clause sint: ne iudicium sanguinis audiant: aut impudicis canticis et theatralibus sonis pateant. Nihil obscenum recipiant: sed ab omni scena corruptionis auerse sint. Hec est circuncisio: qua ecclesia Christi aures suorum circuncidit infantium. Iste credo sunt aures: quas in auditoribus suis requirebat: dicens. Qui habet aures audiendi: audiat. Nemo enim potest circuncisus auribus et immundus: munda verba sapiētie: et veritatis audire. Veniamus (si vultis) et ad labiorum circuncisionem. Ego puto quod incircuncisus sit labijs: qui nondum cessauit a stultiloquio: a scurilitate: qui bonis derogat: qui criminatur proximos: qui instigat lites: qui calūnias mouet: qui fratres inter se falsa loquendo cōmittit: qui vana: inepta: secularia: impudica: turpia: iniuriosa: proterua: blasphemias: et cetera: que indigna sunt christiano: proloquitur. Siquis vero ab his omnibus continet os suum: et disponit sermones suos in iudicio: verbositatem reprimit: linguam tēperat: verba moderatur: iste merito circuncisus labijs dicitur. Sed et qui iniquitatem in excelso loquuntur: et extēdunt in celū linguam suam: sicut heretici faciunt: incircuncisi: et immundi labijs dicendi sunt. Circuncisus vero et mundus est: qui semper verbū Dei loquitur: et sanam doctrinā euāgelicis et apostolicis munitā regulis profert. Hoc ergo modo et circuncisio labiorum datur in ecclesia Dei. Nunc vero secundum pollicitationem nostram: qualiter etiā carnis circuncisio suscipi debeat: videamus. Mēbrum hoc: in quo preputium videtur esse: officijs naturalibus: coitus et generationi deserui re nemo est: qui dubitet. Siquis igitur erga huiuscemodi motus non importunus existat: nec statutos legibus terminos superet: nec aliam feminam: quam coniugem legitimam nouerit: et in ea quoque ipsa posteritatis tantummodo causa certis et legitimis tēporibus agat iste circuncisus preputio carnis sue dicendus est. Qui vero in omnem lasciuiam proruit: et per diuersos: et illicitos passim pendet amplexus: atque in omnem libidinis gurgitem fertur infrenis: iste incircuncisus est preputio carnis sue. Verum ecclesia Christi: gratia eius: qui pro se crucifixus est roborata: non solum ab illicitis: nefandisque cubilibus: verum etiam a concessis et licitis temperat: et tamē iam Virgo sponsa Christi castis et pudicis virginibus floret: in quibus vera circuncisio carnis preputij facta est: et vere testamentum Dei: et testamentum eternum in eorum carne seruatur. Superest nobis etiam designare circuncisionem cordis. Siquis est: qui obscenis desyderijs: et fedis cupiditatibus estuat: et (vt breuiter dicam) qui mechatur in corde: sed et qui hereticos sensus mente continet: et blasphemas assertiones contra scientiam Christi disponit in corde: hic incircuncisus est corde. Qui vero puram fidem in conscientie synceritate custodit: iste circūcisus est corde. De quo dici potest. Beati mundo corde: quia ipsi deum videbunt. Ego vero audeo ex simili etiam hec propheticis vocibus addere. Quia sicut oportet auribus: et labijs: et corde: et carnis preputio: secundum ea: que supra diximus: circuncidi: ita fortasse et manus nostre indigent circuncisione: et pedes: et visus: et odoratus: et tactus. Vt enim perfectus sit homo Dei in omnibus: cuncta circuncidenda sunt membra. Manus quidem a rapinis: a furtis: a cedibus: et ad sola Dei opera pandende. Circuncidendi sunt pedes: ne veloces sint ad effundendum sanguinem: et ne intrent in consilium malignantium: sed vt tantum pro mandatis Dei circumeant. Circuncidātur et oculi: ne concupiscant aliena: ne videant ad concupiscendam mulierem. Qui enim erga feminarum formas lasciuo et curioso oberrat aspectu: iste incircuncisus est oculis. Sed et siquis est: qui siue bibat: siue manducet: sicut apostolus precipit: ad gloriam Dei manducat et bibit: iste circuncisus est gustu. Cuius autē Deus vēter est: et suauitatibus gule deseruit: huius incircūcisum dixerim gustum. Siquis Christi odorem bonum capit: et in operibus misericordie odorem suauitatis requirit: huius circuncisa

circuncisa est odoratio. Qui ṽo primus vnguẽ-
tis delibutus incedit: iste incircuncisus odo-
ratu dicendus est. Sed ⁊ singula queqꝫ mem
brorum si in officijs mandatorum Dei deser
uiant: circuncisa dicenda sunt. Si vero vltra
prescriptas sibi diuinitus luxuriant leges: in
circuncisa reputanda sunt. Et hoc puto esse
quod apostolus dicit. Sicut enim exhibuistis
membra vestra seruire iniquitati ad iniquita
tem: ita nunc exhibete membra vestra serui-
re iustitie in sanctificationẽ. Cũ enim iniqui-
tati seruirent: membra vestra non erant cir-
cuncisa: nec erat in eis testamentum dei. Cũ
vero ceperit seruire iustitie in sanctificatio-
nem: promissio que ad Abrahã facta est: im-
pletur in eis. Tunc enim lex dei: ⁊ testamen-
tũ eius signatur in eis. Et hoc est vere signũ
fidei: quod inter deum: ⁊ hominem: eterni fe-
deris continet pactum. Ista est circuncisio: q̃
petrinis macheris per Jesum populo dei da
ta est. Que est autem machera petrina: ⁊ qui
gladius quo circuncisus est populus dei? Au
di apostolum dicẽtẽ. Viuus enim est Dei ser
mo ⁊ efficax: ⁊ acutior omni gladio vtrinqꝫ
acuto: perstringẽs vsqꝫ ad diuisionẽ anime:
ac spiritus: compagum quoqꝫ ⁊ medullarũ:
⁊ est discretor cogitationum: ⁊ intentionum
cordis. Iste ergo est gladius quo circũcidi de
bemus: de quo dicit Jesus dominus. Non
veni pacẽ mittere in terram: sꝫ gladium. Nõ
tibi videtur dignior hec eẽ circuncisio: in qua
testamẽtum dei debeat collocari? Confer (si
placet) hec nostra cum vestris iudaicis fabu
lis: ⁊ narrationibus fetidis: ⁊ vide si in illis
vestris: an in his: que in Christi ecclesia pre-
dicantur: circuncisio diuinitus obseruetur.
Si non etiam ipse sentis: ⁊ intelligis hanc ec-
clesie circuncisionem honestam: sanctam: deo
dignam: illam vestram turpẽ: fedam: defor-
mẽ: ipso etiã habitu ⁊ aspectu κακεμφατον
preferẽtẽ? Et erit (inquit deus ad Abrahã)
circuncisio ⁊ testamẽtum meum super carnẽ
tuã. Si ergo talis fuerit vita nostra: ita om-
nibus mẽbris quadrata ⁊ composita: vt vni-
uersi motus nostri ꝫm Dei leges agantur: ve
re testamẽtum dei erit super carnem nostrã.
Hec quidem breuiter a nobis de veteri testa
mẽto transcursa sint: ad confutandos eos: q
in carnis circuncisione confidunt: simul ⁊ ad
ecclesiam domini edificandam. Sed venio ẽt
ad nouum testamentum: in quo est plenitu-
do omnium: ⁊ inde volo ostendere quomodo
⁊ nos possimus testamentum Domini nostri
Jesu Christi habere super carnem nostram.

Non enim sufficit solo nomine: ⁊ ṽbo hec di
ci: sed rebus oportet impleri. Joannes quip-
pe Apostolus dicit. Omnis spiritus: qui con
fitetur Jesũ in carne venisse a deo est. Quid
ergo? Si peccans quis: ⁊ non recte agẽs con
fiteatur Jesum in carne venisse: in spiritu dei
videbitur confiteri? Non est hoc testamẽtum
dei habere in carne: sed in voce. Dicitur er-
go ad eum statim. Erras homo: regnum dei
non in sermone est: sed in virtute. Quomodo
ergo erit testamẽtum Christi super carnem
meã requiro. Si mortificauero mẽbra mea:
que sunt sup terram: testamẽtum Christi ha-
beo super carnẽ meam. Si semper mortem
Christi in corpore meo circunferam: testamẽ-
tum Christi est in corpore meo: quia si compa
timur ⁊ conregnabimus. Si cõplantatus fue
ro similitudini mortis eius: testamẽtum eius
ostẽdo eẽ super carnem meam. Quid enim ꝓ-
dest si in illa tantum carne: quam de Maria
suscepit: dicam venisse Christum: ⁊ non ostẽ-
dam ẽt in hac mea carne: quod venerit. Ostẽ
do autẽ ita demum: si quemadmodum prius
exhibui mẽbra mea seruire iniquitati ad ini-
quitatẽ: nunc ea conuertam: ⁊ exhibeam ser-
uire iustitie ad sanctificationẽ. Testamentum
dei ostendo eẽ in carne mea: si potuero dicere
ꝫm Paulum: quia Christo cõcrucifixus sũ:
viuo autẽ iam non ego: viuit ṽo Christus in
mẽ. Et si potuero dicere: vt ipse dicebat: ego
autem stigmata domini mei Jesu Christi in
corpore meo porto. Vere autẽ ille ostẽdebat
testamẽtum dei eẽ sup carnem suam: qui dice
bat: quis nos separabit a charitate dei: que ẽ
in Christo Jesu? Tribulatio? an angustia? an
periculum? an gladius? Si enim voce tantũ-
modo confiteamur dominum Jesum: ⁊ non
ostẽdamus testamẽtum eius eẽ super carnem
nostram: ꝫm hec: que supra exposuimus: vide
bimur ẽt nos simile aliquid facere iudeis: qui
solo circuncisionis signo deum se confiteri pu
tant: factis autem negant. Nobis autem pre
stet dominus corde credere: ore confiteri: ope-
ribus comprobare testamentum dei esse super
carne nostra: vt videntes homines opera nr̃a
bona: magnificent patrem nostrum: qui in ce
lis est: per Jesum Christum dominum nr̃m:
cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod scriptum est. Visus est domi-
nus Abrahe. Homilia. IIII.

Recitata ẽ nobis alia visio dei ad Abra-
ham: hoc modo. Visus est (inquit) de-

us ad Abrabam cum sederet ad ostium taber
naculi sui ad quercum Mambre. Et ecce viri
tres astiterunt sup eum: ꝛ respiciēs oculis suis
Abrabam vidit: ꝛ ecce tres viri sup eū: ꝛ erijt
in occursum eis: ꝛ cetera. Conferamus primo
(si videtur) hanc visionē cū illa: que facta ē
ad Lotb. Tres viri veniunt ad Abrabam: ꝛ
stant sup eū: ad Lotb duo veniunt: ꝛ sedent
in platea. Vide si nō dispēsatione spiritus san
cti pro meritis res geruntur. Etenim Lotb
inferior longe erat ab Abrabam. Nisi eniꝫ fu
isset inferior: non esset separatus ab Abrabā:
nec dixisset ei: si tu ad dexterā: ego ad sinistrā:
si tu ad sinistraꝫ: ego ad dexteraꝫ. Et nisi fuis
set inferior: non ei Sodomoꝝ terra: ꝛ habi
tatio placuisset. Veniunt ergo ad Abrabam
tres viri meridie: ad Lotb duo vespe veniūt.
Non eni capiebat Lotb meridiane lucis ma
gnitudinē. Abrabā vero capax fuit plenū ful
gorem lucis excipere. Videamus nūc quomo
do Abrabam susceperit veniētes: ꝛ quomodo
Lotb: ꝛ qui apparatus hospitalitatis vtrius
qꝫ sit: comparemus. Primo tamē obserua ꝙ
Abrabam cum duobus angelis ēt dominus
affuit: ad Lotb vo duo tantummodo angeli
pergunt. Et quid dicūt? Misit nos dominus
conterere ciuitatē: ꝛ pdere eam. Ille ergo su
scepit eos: qui pditum darēt: non suscepit eū:
qui saluaret. Nunc videamus quomō vnus
quisqꝫ suscipiat. Vidit (inquit) Abrabaꝫ: ꝛ
occurrit eis obuiam. Consydera protinus im
pigruꝫ ꝛ alacrē in officijs Abrabaꝫ. Ipse cur
rit obuiam: ꝛ cūꝫ occurrissꝫ: festinat (inquit)
ad tabernaculuꝫ: ꝛ dicit ad vxorē suam. Festi
na ad tabernaculum. Vide in singulis quan
ta sit suscipiētis alacritas. Festinatur in oībꝯ:
omnia perurgentur: nihil p ocium gerit. Di
xit ergo ad vxorē suam Saraꝫ. Festina ad ta
bernaculū: ꝛ consperge tres mēsuras similagi
nis: ꝛ fac subcineritias. Hoc grece εγκρυφιας
dicitur: quod occultos: vel abscōditos indicat
panes. Ipse aūt cucurrit (inquit) ad boues:
ꝛ accepit vitulum. Sꝫ qualē vituluꝫ? Forte q
potuit primus occurrere? Non ita: sed vitu
lum bonū ꝛ teneruꝫ. Et licet p cuncta festinet:
scit tamē que pcipua ꝛ magna sunt domino:
vel angelis offerenda. Accepit ergo vel elegit
de grege vitulū bonum ꝛ tenerum: ꝛ tradidit
puero. Puer (inquit) festinauit facere eum.
Ipse currit: vxor festinat: puer accelerat: nul
lus piger est in domo sapiētis. Apponit ergo
vituluꝫ: ꝛ simul cūꝫ eo panes: ꝛ similam: sed ꝛ
lac: ꝛ butyruꝫ. Hec sunt Abrabe: ꝛ Sare ho
spitalitatis officia. Nunc videamus quid etiā

Lotb. Hic neqꝫ similaꝫ habꝫ: neqꝫ panē mū
dum: sed farinam. Neqꝫ tres mēsuras simile
nouit: neqꝫ εγκρυφιας: idest absconditos: ac
mysticos panes apponere veniētibus potest.
Sꝫ psequamur nunc interiꝫ quid agit Abra
bam: cum tribus viris: qui astiterunt sup eū.
Hoc ipsum vide quale sit quod sup eūꝫ veni
unt: nō contra eum. Subiecerat quippe se vo
lūtati dei: ideo superastare dicitur deus. Ap
ponit ergo panes tribus mēsuris similaginis
cōspersos. Tres viros suscepit: tribus mensu
ris similiginis panes cōspersit. Totuꝫ qꝺ agit
mysticum: totum sacramētis repletuꝫ est. Ap
ponitur vitulus: ecce aliud sacramētuꝫ. Vitu
lus ipse nō est durus: sꝫ bonus: ꝛ tener. Et qd
tam tenerum: quid tam bonū: quam est ille: q
humiliauit se pro nobis vsqꝫ ad mortē: ꝛ aīaꝫ
suam posuit pro amicis suis? Vitulus ille sa
ginatus: quē pro recepto penitente filio iugu
lat pater. Sic.n. deus dilexit hūc mūdū: vt fi
liuꝫ suuꝫ vnicuꝫ darēt pro huius mundi vita.
Nec tñ latet sapiētem: quem susceperit. Tri
bus occurrit: ꝛ vnū adorat: ꝛ ad vnū loquitur
dicēs. Declina ad puerum tuū: ꝛ refrigera te
sub arbore. Sꝫ quomō addit iteruꝫ: quasi ho
minibus loquēs? accipiatur (inquit) aqua: ꝛ
lauētur pedes vestri. Docet quideꝫ te per hec
Abrabā pater gētium ꝛ magister: qūo hospi
tes suscipe debeas: ꝛ vt laues hospituꝫ pedes:
tñ ꝛ hoc in mysterio dicit. Sciebat.n. dñica sa
cramēta: nō nisi in lauādis pedibus cōsuman
da. Sꝫ nec illius qdē pcepti eum pōdus late
bat: quo dicit a saluatore. Siqs non susceperit
vos: ēt puluerē: qui adhesit pedibus vris excu
tite in testimoniū illis. Amē dico vobis: qꝛ to
lerabilius erit terre Sodomoꝝ in die iudicij:
quā illi ciuitati. Volebat ergo puenire: ꝛ laua
re pedes: ne qd forte pulueris resideret: ꝙ ad
testimoniū incredulitatis excussum: possꝫ in die
iudicij reseruari. Propterea ergo dicit sapi
ens Abrabam: accipiatur aqua ꝛ lauētur pe
des vestri. Sꝫ videamus iaꝫ quid etiaꝫ in pse
quētibus dicitur. Ipse autē (inquit) Abrabā
astabat eis sub arbore. Ad huiuscemodi nar
rationes: circūcisas aures requirimus. Neqꝫ
eniꝫ summā sollicitudinē spiritui sancto fuisse
credēdū est: vt scriberet in libris legis vbi sta
ret Abrabā. Quid.n. me iuuat q veni audire
qd spiritus sanctus humanū doceat genus: si
audiero qꝺ Abrabaꝫ stabat sub arbore? Sed
videamus q̄ sit hec arbor: sub q̄ stabat Abra
hā: ꝛ cōuiuiū dño: atqꝫ āgelis exhibebat. Sub
arbore (inquit) mābre. Mambre in nostra li
gua iterpretat visio: siue pspicacia. Vides qui

ꝛ qualis

⁊ qualis est locus: in quo dominus potest habere conuiuium? Delectauit eũ visio ⁊ perspicacia Abrahe. Erat. n. mũdus corde: vt posset videre deũ. In tali ergo loco: ⁊ in tali corde: potest dominus cum angelis suis habere conuiuium. Denique ante prophete vidẽtes dicebantur. Quid enim dicit Dominus ad Abraham? Ubi est (inquit) Sara vxor tua? At ille. Ecce (ait) in tabernaculo est. Dixit autem dominus. Veniẽs veniam in tempore ad te ẜm tempus hoc: ⁊ habebit filium Sara vxor tua. Audiebat autem Sara stans post ostiũ tabernaculi sui post Abrahã. Discãt mulieres exemplis patriarcharum: discant inquam mulieres sequi viros suos. Neq; enim sine causa scriptũ est quod Sara stabat post Abraham. Sed vt ostẽderetur quia vir si p̃cedit ad dominũ: sequi mulier debet. Quod dico sequi debere mulierem: in eo si astare virum suum videat deo. Alioquin ascẽdamus ad altiorem intelligẽtie gradũ: ⁊ dicamus virum in nobis esse rationabilẽ sensum: ⁊ mulierem: que ei velut viro sociata est carnẽ nostrã. Sequatur ergo caro semp rationabilem sensum: nec in id vnquã desidie veniatur: vt carni in luxuria: ⁊ voluptatibus fluitanti in ditionem: redactus obsequat rationabilis sensus. Stabat ergo Sara post Abraham. Sꝫ ⁊ mysticum aliquid sentire in hoc possumus loco: si videamus quomodo in Exodo precedebat deus in columna ignis per noctẽ ⁊ in colũna nubis per diem. Et synagoga domini sequebatur post ipsum. Sic ergo intelligo ⁊ Sarã sequutam esse: vel stetisse post Abrahã. Quid post hec dicit? Et erant (inquit) ambo p̃sbyteri: idest senes: ⁊ p̃uecti in diebus suis. Quantum ad etatem corporis pertinet: multi ante ipsos numerosioribus annis duxerant vitam: nemo tamen presbyter appellatus est. Unde videtur nomen hoc sanctis non longeuitatis ratione: sed maturitatis ascribi. Quid ergo post tantum ac tale conuiuium: quod Abraham domino ⁊ angelis sub arbore visiõis exhibuit? Proficiscuntur hospites. Abraham autem deducebat (inquit) eos: ⁊ ambulabat cum eis. Dominus autem dixit. Non celabo Abraham puerum meum: quid ego faciam. Abraham autem fiet in gentem magnam: ⁊ multã: ⁊ benedicentur in ipso omnes gentes terre. Scio enim quia precipiet filijs suis ⁊ seruabunt vias domini: vt faciant iustitiam ⁊ iudicium: vt impleat dominus Abrahe que indicauit ei: ⁊ dixit. Clamor Sodomorũ: ⁊ Gomorreorum repletus est: ⁊ peccata eorum magna valde. Descendi ergo vt viderem si ẜm clamorem eorum: qui venit ad me: consumentur. Sin autem vt sciam. Hec scripture diuine sunt verba. Videamus ergo nunc quid intelligi in his dignum sit. Descendi (inquit) vt videam. Quando ad Abraham responsa deferuntur: non dicitur deus descendere: sed supra ipsum astare: sicut supra exposuimus. Astiterunt (inquit) tres viri super eũ. Nũc autem quia peccatorum causa agitur: descendere dicitur deus. Unde ne ascensionem ⁊ descensionem localem sentias. Frequenter enĩ hoc in diuinis litteris inuenitur: sicut in Michea propheta. Ecce (inquit) dominus exijt de loco sancto suo: ⁊ descendit: ⁊ incedit super excelsa terre. Descendere ergo dicitur deus: quãdo curam humane fragilitatis habere dignatur. Quod specialius de domino: ac saluatore nostro sentiendum est: qui non rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens. Descendit ergo: neq; enim alius ascendit in celũ: nisi qui descendit de celo filius hominis: qui ẽ in celo. Descendit ergo dominus non solum curare: sed ⁊ portare que nostra sunt. Formã namq; serui accepit: ⁊ cum ipse inuisibilis sit nature vtpote equalis patri: habitum tamen visibilẽ suscepit: ⁊ repertus est habitu vt homo. Sed ⁊ cum descendit: alijs deorsum est: alijs vero ascendit: ⁊ sursum est. Nam ⁊ electis apostolis ascendit in montem excelsum: ⁊ ibi transformatus est coram ipsis. Illis ergo: quos de mysterijs regni celorũ docet: sursũ est. Turbis autem: ⁊ phariseis: quibus exprobet peccata: deorsum est: ⁊ ibi est cũ ipsis: vbi fenum est. Transformari autem deorsum non poterat: sed sursum ascendit cum his: qui seq se poterant: ⁊ ibi transformatur. Descendi ergo (inquit) vt videam si ẜm clamorem eorũ: qui venit ad me: consumentur. Sin autem vt sciam. Ex isto vno sermone heretici impugnare solent deum meum dicentes: ecce nesciebat deus legis quid ageretur i Sodomis: nisi descendisset vt videret: ⁊ misisset: qui discerent: sed nos: quibus precipitur preliari prelia domini: acuamus aduersus eos rompheam verbi dei: ⁊ occurramus eis ad pugnã. Stemus in aciem succincti lumbos in veritate: simul ⁊ scutum fidei p̃ferentes: excipiamus eorum venenata disputationũ iacula: ⁊ in ipsos ea rursum librata diligentius torqueamus. Talia namq; sunt prelia domini: que preliatus est Dauid: ⁊ ceteri patriarche. Stemus aduersus eos pro fratribus nostris. Melius est mo-

ri enim me: quam vt rapiant: et predentur ali-
quos ex fratribus meis: et argutis verborum sur
reptionibus: captiuos ducant paruulos: et la-
ctãtes in Christo. Perfectis autem ne cõferre
poterunt manum: nec venire in certamẽ aude
bunt. Nos ergo prius dominum deprecãtes:
et vestris oratiõibus adiuti: aggrediamur cõ-
tra eos prelium verbi. Dicimus ergo cum fi-
ducia quod sm scripturas: non omnes sciat
deus. Peccatũ nescit deus: alienos a se igno
rat. Audi dicentem scripturam. Cognouit do
minus: qui sunt eius: et discedat ab iniquitate
omnis: quia inuocat nomen domini. Suos co
gnoscit dominus: iniquos autem et impios ne
scit. Audi saluatorem dicentem. Discedite a
me omnes: qui operamini iniquitatem. Non
noui vos. Et iterum Paulus dicit. Si quis
in vobis est propheta vel spiritualis: agnoscat
que scribo: quia domini sunt. Qui autẽ igno-
rat: ignoratur. Hec autem dicimus non blas-
phemum aliquid: sicut vos facitis de deo sen-
tientes: neque ignorantiam ascribentes ei: sed
ita intelligimus: quod hi quorum actus deo est in
dignus: indigni etiam notitia dei dicãtur. Nõ
enim dignatur Deus nosse eum: qui auersus
est ab eo: et ignorat eum. Et ideo dicit Aposto
lus. Quoniam qui ignorat: ignoratur. Tali
ergo specie: et nunc de his: qui habitãt in So-
domis dicitur: vt siquidem sm clamorem qui
ascendit ad dominum: actus eorum indigni cõ
sumẽtur: notione eius iudicantur indigni. Si
vero est in illis aliqua conuersio: si vel decem in
illis inuẽti fuerint iusti: ita demum nouerit eos
Deus. Et ideo dixit. Sin autem vt sciam quid
agunt: id est vt ipsos sciam: et scientia mea di-
gnos faciam: si quos in ipsis inueniam iustos:
si quos inueniã penitentes: si quos tales: quos
debeam scire. Denique: quia nullus: qui pe-
niteret: nullus: qui conuerteretur: alius inuẽ-
tus est: preter Loth. Ipse solus de incendio li
beratur. Nec generi secũdo admoniti: nec vi-
cini: nec proximi: nullus cognoscere voluit cle
mentiam dei: nullus ad misericordiam eius
confugere. Idcirco et nullus agnoscitur. Hec
quidem aduersus eos: qui iniquitatem in ex-
celsum loquuntur. Nos vero operam demus
tales effici actus nostros: talem conuersatio-
nem nostram: vt digni habeamur notitia dei:
vt nos scire dignetur: vt digni habeamur no
titia filij eius Jesu Christi: et notitia spiritus
sancti: vt agnita trinitate: et nos sacramentum
trinitatis plene et integre: et perfecte merea-
mur agnoscere: reuelante nobis domino no-
stro Jesu Christo: cui est gloria: et imperium
in secula seculorum. Amen.

¶ De Loth: et filiabus eius. Homilia. V.

Missi angeli ad subuersionem Sodomo
rum: cum iniũctum cuperent maturare
negocium: curã prius gerunt hospitis Loth:
vt eum de imminẽti ignis excidio: contempla-
tione hospitalitatis eximerẽt. Audite hec: qui
peregrinis clauditis domos: audite hec: qui ho
spitem velut hostem vitatis. Loth in Sodo-
mis habitabat. Alia eius bñ gesta non legi-
mus. Hospitalitas ĩ eo sola ex vsu veniẽs me-
moratur: euadit ignes: euadit incẽdia: ob hoc
solum: quod domum suam patefecit hospitib⁹.
Hospitalem domum angeli ingressi sunt. Clau
sas hospitib⁹ domos ignis ingressus ẽ. Quid
ergo ad hospitẽ suum pro hospitalitatis offi-
cijs dicant angeli: videamus. In montem (in-
quiunt) saluam fac animam tuam: ne forte cõ
prehendaris. Erat quidem hospitalis Loth:
qui etiam (sicut ei scriptura testimonium tu-
lit) ab interitu latuit: angelis hospitio rece-
ptis. Sed non erat ita perfectus: vt statim de
Sodomis exiens: montem possit ascendere.
Perfectorum namque est dicere: leuaui oculos
meos in montes vnde veniet auxilium mihi.
Iste ergo neque talis erat: qui inter sodomitas
perire deberet: neque tantus erat: qui cũ Abra
ham in excelsioribus posset habitare. Si enim
fuisset talis: nũquam ad eum diceret Abrahã:
si tu ad dexteram: ego ad sinistram: aut si tu ad
sinistram: ego ad dexteram: nec habitacula ei
sodomitica placuissent. Erat ergo medius, qui-
dam inter perfectos: et perditos. Et sciẽs non
conuenire viribus suis: vt ascenderet in mon-
tem: religiose et humiliter excusat dicens. Non
possum in montem saluus fieri: sed ecce hec
ciuitas pusilla est: et hic saluabor: et non est pu-
silla? Ingressus vero Segor ciuitatem pusil-
lam in ea saluatur. Et post hec cum filiabus
ascendit in montem. Neque enim de Sodo-
mis ascendi poterat in montem: quamuis scri
ptum sit de terra sodomorum priusquam sub
uerteretur: eo tempore: quo Loth habitatio-
nem eius elegit: fuisse sicut paradisus dei: et si
cut terra Egypti. Et tamẽ (vt paruo quodã
vtamur excessu) quenam videt esse ciuitas pa
radiso Dei: et terre Egypti: vt ex equo his so-
doma compareretur? Sed ego ita puto quod ante:
quam peccaret Sodoma cũ adhuc simplicitatẽ vi
te incõtaminabilis custodiret: erat sicut paradi
sus dei. Ubi vero decolorari cepit: et peccatorũ
maculis obscurari: sicut terra egypti facta ẽ.

Sed ꝛ illud requirimus: quoniam quidē pro-
pheta dicit: quia restituetur soror tua Sodo-
ma in antiquū: verum nam restitutio eius et
hoc recipiat: vt sit sicut paradisus Dei: an sit
sicut terra Egypti. Ego quidem dubito: si in
tantū potuerint Sodomorū peccata decoqꝫ:
ꝛ eousque scelera purgari: vt restitutio eorū
tanta sit: que non solū terre Egypti: verum
etiam Dei paradiso comparetur. Urgent ta
men nos: qui hoc confirmare volunt: ex eo pͥ-
cipue sermone: qui additus huic repromissio-
ni videtur. Non enim dixit quia restituetur
Sodoma: ꝛ cessauit: sed ait restituetur Sodo
ma in antiquum. Et asseuerant antiquū eius
tantum non fuisse: vt terram Egypti: sed vt
paradisum Dei. Sed redeamus ad Lotb:
qui cum vxore: ꝛ filiabus interitū fugiēs So
domorum: accepto ab angelis mandato: ne
retrorsum respiceret tendebat in Segor. Sꝫ
vxor eius immemor fit precepti: retrorsum re-
spicit: impositam legē rumpit: efficitur in sta
tuā salis. Putamusne tantū sceleris in hoc
esse commisso: vt quia post se respexit mulier
interitum quod diuino beneficio effugere vi-
debatur: incurreret? Quid enim tantum cri-
minis habuit: si solicita mulieris mēs retror-
sum: vnde nimio flammarū crepitu terreba-
tur: aspexit? Sꝫ quia lex spiritalis est: ꝛ que cō
tingebant: in figuram illis contingebant: vi-
deamus ne forte Lotb: qui non respexit post
se: ratiōabilis sit sensus ꝛ animus virilis: vxor
autem: hic carnis imaginem teneat. Caro est
enim: que respicit semper ad vitia: que cum
anima tendit ad salutem: illa retrorsum respi
cit: ꝛ voluptates requirit. Inde denique ꝛ do
minus dicebat. Nemo mittens manum suā
ad aratrum ꝛ retro respiciēs: aptus est regno
Dei. Et addit. Mementote vxoris Lotb.
Quod autē fit staticulum salis: insipiētie eius
indicium videtur expositum. Sal enim pru-
dētie loco ponitur: que ei defuit. Pertendit
ergo Lotb in Segor: ibique paulisper colle-
ctis viribus: quas in Sodomis habere nō po
tuit: ascēdit in montem: ꝛ ibi habitauit (sicut
scriptura dicit) ipse: ꝛ due filie eius cum eo.
Post hec iam refertur illa famosissima fabu-
la in qua scribitur filias eius arte furatas cō-
cubitum patris. In quo nescio si quis potest
excusare ita Lotb: vt eum immunem faciat a
peccato. Neque rursum ita eum accusandū
puto: vt ita grauis incesti fieri debeat reus.
Non enim inuenio eum insidiatū eē: aut vio
lenter eripuisse pudicitiam filiarum: sed ma-
gis insidias passum: ꝛ arte circunscriptum.
Sed neqꝫ rursum circunuentus a puellis: nisi
inebriari potuisset. Unde videtur mihi in par
te culpabilis: in parte excusabilis inueniri.
Excusari namqꝫ potest: quod a concupiscen-
tie: ꝛ voluntatis crimine liber est: ꝛ quia ne-
que ipse voluisse arguitur: neque volentibus
consensisse. Subiacet vero culpe: quod dici
potuit: quod vino nimis indulsit: ꝛ hoc non
semel: sed iterum fecit. Nam ꝛ ipsa scriptura
mihi videtur pro eo: quodammodo satisface-
re: cum dicit. Nesciebat enim cum dormiret
cum eis: ꝛ cum surgeret. De filiabus hoc non
dicitur: que studio: ꝛ arte decipiunt patrem.
Ille tamen intantum sopitus est vino: vt ne-
sciret dormisse se cum filia priore: neque cum
iuniore. Audite ebrietas quid agat: audite
quantum facinoris conciliet temulentia. Au
dite ꝛ cauete vos o quibus istud malum non
crimine: sed in vsu est ebrietas decipit. Uritur
ille flammis mulierum: quē sulphurea flam-
ma non vssit. Erat ergo Lotb arte: non volū
tate deceptus. Ideo medius quidam est inter
peccatores: ꝛ iustos. Quippe: qui ex Abra-
he quidem cognatione descenderit: in Sodo-
mis tamen habitauerit. Nā ꝛ hoc: quod eua
dit ex Sodomis (sicut scriptura indicat) ma-
gis ad honorem Abrahe: quam ad meritū
pertinet Lotb. Sic enim ait. Et factum est
(inquit) cum exterminaret Deus ciuitates
Sodomorū: recordatus est dominus Abra-
he: ꝛ eiecit Lotb de terra illa. Sed ꝛ filiarū
eius propositum puto diligentius consyde-
randum: ne forte etiā ipse non tantum quan
tum putantur accipere criminis mereantur.
Refert enim scriptura: quia dixerunt inui-
cem sibi. Pater (inquit) noster senex est: ꝛ ne
mo est super terram: qui intret ad nos: sicut
conuenit omni terre. Ueni: ꝛ potemus pa-
trem nostrum vino: ꝛ dormiamus cum eo:
ꝛ suscitemus de patre nostro semen. Quan-
tum ad ea: que de his dicit scriptura: vide-
tur etiam pro ipsis quodammodo satisfacere.
Apparet namqꝫ filias Lotb didicisse quedā
de consummatione mundi: que immineret per
ignem: sed tāꝙ puelle non integre: perfecteqꝫ
didicerant nescierūt: quod sodomiticis regio-
nibus igne vastatis: multum adhuc spatij in-
tegrum resideret in mundo. Audierunt in fi-
ne seculi: terram: ꝛ omnia elementa ignis ar-
dore decoquenda. Uidebant ignem: videbāt
sulphureas flammas: videbāt cuncta vastari.
Matrem quoqꝫ suam videbant non esse sal-
uatā: suspicate sunt tale aliquid factū: quale
in tēporibus audierāt Noe. Et ob reparādā
mortalium posteritatem solas se esse cum pa-
rēte seruatas. Recuperādi igitur humani ge

neris desyderiuȝ sumunt: atqȝ instaurandi seculi ex se dandum opinantur exordium. Et quāuis grande eis crimē videretur furari cōcubitum patris: grauior eis tamen videbatur impietas: si humāe (vt putabāt) posteritatis spem seruata castitate delerent. Propter hoc ergo consilium ineunt minore (vt ego arbitror) culpa: spe tamen: argumentoqȝ maiore: patris mestitiam: vel rigorem vino molliunt: ⁊ soluunt. Singulis ingresse noctibus: singule suscipiunt ab ignorante conceptum. Ultra non repetunt: non requirunt. Ubi hec libidinis culpa? vbi incesti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio: quod non iteratur in facto? Uereor ꝓloqui quod sentio: vereor inquā ne castior fuerit harum incestus: ꝙ pudicitia multaruȝ. Discutiant se: ⁊ requirant femine in coniugijs posite: si ob hoc solo adeant viros: vt suscipiant liberos: si post conceptū desistunt. Iste eniȝ: que argui videntur incesti: vt adepte sunt conceptum: vltra non accedunt ad concubitum viri. Nonnulle vero mulieres: neqȝ enim vniuersas pariter notamus: sȝ sunt quedam: que sicut animalia absque vlla discretione indesinenter libidini seruiūt: quas ego nec mutis pecoribus comparauerīȝ. Pecora enim ⁊ ipsa sciunt cum conceperint: vltra non indulgere maribus copiam sui. Notat tales ⁊ scriptura diuina: cum dicit. Nolite fieri sicut equus: ⁊ mulus: quibus non est intellectus. Et iterū. Equi admissarij facti sūt. Sȝ vos o populus dei: qui Christum amatis: in incorruptione intelligite Apostoli sermonem quod ait. Siue manducatis: siue bibitis: siue aliud qd facitis: omnia in gloriam dei facite. Quod enim post mādúcare: ⁊ bibere dicit: siue aliud quid facitis: inuerecunda coniugij negocia verecundo sermone signauit: ostēdens etiam ipsa ad Dei gloriam geri: si posteritatis solius contemplatione procurentur.

Prosecuti sumus: vt potuimus: vel de culpis Lotb: ac filiarum eius vel rursum de excusationibus eoꝝ. Uerum scio nonnullos: quantum ad allegoriam pertinet Lotb traxisse ad domini personam: ⁊ filias eius ad duo testamenta. Sed hec qui sciat: quid de Ammanitidis ⁊ Moabitis: scriptura dicit: qui ex genere Lotb descēdunt: nescio si libenter accipiat. Quomodo eniȝ poterit aptare Christo: quod qui de semine eius generentur: vsque in tertiam ⁊ quartam progeniem: non introibunt in ecclesiam domini? Nos autem (prout sentire possumus) Lotb figuram ponimus legis. Nec videatur incongruuȝ quod feminino genere apud nos declinatur lex: cum masculinū genus seruet in greco. Huius vxorem populum illū ponimus: qui de Egypto profectus: ⁊ de mari rubro: ac persecutione Pharaonis: tanquam de sodomitis ignibus liberatꝰ: carnes: ⁊ ollas Egypti: ⁊ cepas: cucumeresque desyderans: retro respexit: ⁊ cecidit in deserto: factus etiam ipse concupiscentie memoria in eremo. Ibi ergo lex primum illum populum tanquam Lotb retro respicientem perdidit: ac reliquit vxorē. Inde veniēs Lotb habitās in Segor. De qua dicit: ciuitas hec pusilla: ⁊ saluabitur anima mea in ipsa: ⁊ non est pusilla. Que ergo est? Quātum ad legem pertinet ciuitas pusilla: ⁊ non pusilla: videamus. Ciuitas a conuersatione multorum dicta est: pro eo: quod plurimorum in vnum consistat: ⁊ contineat vitas. Hi ergo: qui in lege conuersantur: pusillam habent ⁊ paruam conuersationem: quādiu ſm litteram intelligunt legem. Nihil enim grande est: sabbata ⁊ neomenias: ⁊ circuncisionem carnis: ⁊ ciborum distinctiones carnaliter obseruare. Si vero spiritualiter intelligere quis ceperit: ipse ille obseruantie: que secūdum litteram pusille erant: ⁊ parue: secundum spiritum non erunt parue: sed magne. Ascendit ergo post hec Lotb in montem: ⁊ ibi habitat in spelunca (vt dicit scriptura) ipse ⁊ due filie eius. Et ascendisse lex putanda est: quod ⁊ per templū a Solomone constructum accessit ordinatus: cum facta est quideȝ domus Dei domus orationis. Mali autem habitatores: fecerunt eaȝ speluncam latronum. Habitauit ergo in spelunca Lotb: ⁊ due filie eius. Duas has filias euidenter propheta describit: dicens. Ollaȝ ⁊ Olibam duas sorores esse: ⁊ esse quidē Ollam Judam: ⁊ Olibaȝ esse Samariā. In duas ergo partes populus diuisus: duas fecit filias. Iste carnalem cupientes progeniem propagare: ⁊ vires regni terrestris numerosa posteritate munire: sopientes patrem: ⁊ somnuȝ ei inducentes: idest cogentes: ⁊ obruentes eius spiritualem sensum: solam ex eo carnis intelligentiam trahūt. Inde concipiunt: inde generāt filios tales: quod nec sentiret: nec agnosceret pater. Neque enim iste sensus: aut hec volūtas fuerit legis: vt carnaliter generaret: sed sopitur lex: vt talis posteritas generetur: que non intret in ecclesiam domini. Ammananite enim (inquit) ⁊ Moabite non introibunt in ecclesiam domini: vsque in tertiam ⁊ quartam progeniem: ⁊ vsqȝ in seculum. Designat quod carnalis generatio legis non intret in ecclesiam Christi: nec tertia generatione pro trinitate: nec quarta pro euangelijs:

nec in

nec in seculum: nisi forte post presens seculuz: cum plenitudo gentiuz introierit: ⁊ sic omnis Israel saluus fuerit factus. Hec vt potuim⁹ ſm allegoricam intellegentiam de Lotb: ⁊ vxore eius: ac de filiabus exculpsimus: nihil ꝑiudicantes his: qui sacratius aliquid de hoc sentire potuerint. Quod vero in morali loco superius ipsum quidem Lotb ad rationabilē sensum: ⁊ virilem animum traximus: vxorem vero eius: que retro respexerit: carnem concupiscentijs: ⁊ voluptatibus deditam diximus: non negligenter hec o auditor excipias. Obseruare enim debes: ne forte etiam cum effugeris flammas seculi: ⁊ incendia carnis euaseris: etiam cum pusillam ciuitatez Segor: qui est medius quidam: ⁊ ciuilis profectus superaueris: ⁊ ad scientie altitudinem: velut ad quedam cacumina montis ascenderis: vide ne tibi insidietur due filie iste: que a te non discedunt: sed sequuntur te etiam cum ascendis in montem: idest vana gloria: ⁊ maior soror eius superbia. Vide ne te iste filie sopitum: ac dormientem: dum tibi nec sentire: nec intelligere videris: complexibus suis instringāt. Que iccirco filie dicuntur: quia non nobis extrinsecus superueniūt: sed de nobis: ⁊ de actuum nostrorum: velut quadam integritate procedunt. Vigila ergo quantum potes: ⁊ obserua ne de his generes filios: quia qui de his nati fuerint: non introibunt in ecclesiam domini. Tu autem si vis generare: in spiritu genera: quoniaz qui in spiritu seminat: de spiritu metet vitam eternam. Si vis amplecti: amplectere sapiētiam: ⁊ dic sapiētiam sororem tuā eē: vt ⁊ sapientia dicat de te: qui fecerit volūtatez patris mei: hic meus ⁊ frater: ⁊ soror: ⁊ mater est. Que sapientia Jesus Christus dominus noster est: cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De Amalech rege Philistinorum quomodo voluit Saram in matrimonium.

Homilia. VI.

Recitata est nobis historia libri Geneseos: vbi refertur quod post visionem trium virorum: post euersionem Sodomorum: ⁊ Lotb: vel hospitalitatis merito: vel cōsanguinitatis Abrahe gratia seruatuz profectus est (inquit) inde Abraham ad Affricum: ⁊ venit ad regē Philistinorum. Referē etiam ꝙ pactus sit cuz Sara vxore sua: vt nō diceret vxorem se Abrahe: sed sororē eius eē. Et quod rex Abimelech acceperit eaz: ingressus sit aūt deus ad Abimelech noctu: ⁊ dixerit ei: q̄r non cōtigisti (inquit) mulierem hāc: ⁊ non ꝑmisi te contingere eam: ⁊ cetera. Post hec vero Abimelech reddidit eam viro suo: simul ⁊ increpauit Abrahaz cur ei non confessus fuerat veritatem. Refertur etiam ꝙ tāq̄ propheta Abrahā orauerit pro Abimelech: ⁊ vxore eius: ⁊ ancillis eius. Et cure fuit omnipotenti deo: vt etiam ancillas Abimelech sanaret. Quoniaz quidē concludēs concluserat (inquit) vuluas eorum ne parerent. Ceperūt autez parere propter orationem Abrahe. Si quis hec ſm litteram solum audire vult: ⁊ intelligere magis cum iudeis: q̄ cuz christianis dz habere auditorium. Si autez vult christianus eē: ⁊ Pauli discipulus: audiat eum dicētem: q̄r lex spiritalis est. Et cum de Abrahaz: atqz vxore eius: ac filijs loqueretur: pronūciat hec esse allegorica. Et licet eiusmodi allegorias habere debeāt: haud facile quis nostrū inuenire possit: orare tamē debet vt a corde eius auferatur velamen. Si quis est: qui conē conuerti ad dominū: dominus enim spiritus est: vt ipse auferat velamen littere: ⁊ aperiat lucez spiritus: ⁊ possimus dicē: quia reuelata facie gloriam domini speculantes: in eadem imagine transformamur a gloria in gloriā: tāquaz a domini spiritu. Puto ergo Sarā: que interpretatur princeps: vel principatum agēs: formā tenere ἀρέτης: quod ē animi virtus. Hec ergo virtus coniuncta est: ⁊ coheret sapiēti: ⁊ fideli viro: sicut ⁊ ille sapiens: qui dicebat de sapiētia. Hanc quesiui adducere sponsam mihi. Ideo ergo dicitur a deo ad Abrahā. Oīa quecunqz dixerit tibi Sara: audi vocez eius? Quod vtiqz in corporali coniugio non conuenit. Dictuz est quippe: cum diuinitus prolata sit illa sententia: que dicit ad mulierem de viro: ad ipsum conuersio tua: ⁊ ipse tui dominabitur. Si ergo dominus esse dicitur vir mulieris: quomodo iterum diceretur ad virum: oīa quecunqz dixerit tibi Sara: audi vocez eius? Si quis ergo asciuit sibi in coniugio ꝟtutez: audiat vocem eius in omnibus: in quibus cōsilium dederit ei. Igitur Abraham non vult iam virtutem vxorez suam dici. Donec enim vxor appellatur: virtus propria est: ⁊ cum nullo participari potest. Et est conueniens: vt donec ad perfectum veniamus: intra nos sit animi virtus: ⁊ propria sit. Cum vero ad perfectum venerimus: ita vt idonei simus: ⁊ alios docere: tunc iam virtutem: non vt vxorem intra gremium concludamus: sed vt sororē etiam alijs volentibus copulemus. Ad hos deniqꝫ: qui perfecti sunt: dicit sermo diuinus. Dic sapientiam sororem tuam esse. Se

cundum hoc igitur Abraham Saram dicebat sororem suam esse. Permittit ergo quasi iam perfectus: ut qui vult habeat virtutē. Voluit tamen aliquādo et Pharao accipere Saram: sed non in mundo corde voluit: et virtus nisi cum cordis munditia non potest conuenire. Propterea ergo scriptura refert: quia afflixit dominus Pharaonē afflictionibus magnis: et pessimis. Nec enim poterat cum exterminatore. Hoc enim interpretatur in lingua nostra Pharao virtus habitare. Amilech vero quid dixerit ad dominum videamus. Tu scis: inquit: dñe: quia in corde mūdo feci hoc. Longe aliter agit Abimelech iste: quam Pharao. Non est ita impius: et sordidus: sed scit quod cor mundum debet preparare virtuti: et quia puro corde voluit suscipere virtutem. Iccirco eum deus sanat: orāte pro ipso Abraham. Et non solum ipsum: sed et ancillas eius sanat. Quid autem est quod adiecerit scriptura: et dominus inquit non pmisit ei contingere illam? Si virtutis formā tenet Sara: et in corde mūdo Abimelech voluit accipere virtutem: quid est: quod dicitur: quia dominus non permisit eum contingere illam? Abimelech interpretatur pater meus rex. Et videt ergo mihi quod hic Abimelech formam teneat studiosorū: et sapientium seculi: qui philosophie operam dātes: licet non integram: et perfectam regulam pietatis attigerint: tamen senserint deum patrem et regem eē omnium: idest qui genuerit: et regat vniuersa. Isti ergo quātū ad ethicā: idest moralem philosophiam spectat: etiam puritati cordis operam dedisse aliquatenus cōprobātur: et omni animo: omniqꝫ studio diuine virtutis inspirationem quesisse. Sed hanc non permisit Deus contingere eos. Nec enim gratia nō per Abraham: qui quamuis esset magnus: famulus tamen erat: sed per Christum gētibus parabat. Iccirco ergo quamuis festinaret Abraham per se: et in se illud impleri: quod ad eum dictū est: quoniam benedicētur in te oēs gentes: tamē in Ysaac ei ponit repromissio: idest in Christo: sicut dicit apostolus. Non dixit et seminibus quasi in multis: sed tanquam in vno: et semini tuo: qui est Christus. Sanat tamē dominus Abimelech: et vxorem eius: et ancillas eius. Verū non mihi videtur ociosum: quod non solū vxoris: sed et ancillarum Abimelech mentio facta est: in eo maxime: quod dicit: quia sanauit eas deus: et pariebant. Cōcluserat enī illas ne parerent. Quātum possumus in tā difficilibus locis sentire putemus vxorem Abimelech naturalem posse philosophiam dici: ancillas vero eius: diuersa et varia pro qualitate sectarum cōmenta dialectica: Interea Abraham impartiri cupit etiam gentibus donū diuine virtutis: sed nondum est tēpus a priore populo transire ad gentes gratiam dei. Nam et apostolus licet sub alia specie: et alia figura: dicit tamen mulierem alligatam esse legi: quādiu vir eius viuit. Si autē mortuus fuerit vir solutā esse a lege: vt iam non sit adultera si fuerit cū alio viro. Oportet ergo mori prius legē littere: vt ita demum libera iam aīa spiritui nubat: et noui testamenti matrimoniū sortiatur. Hoc autē in quo nūc sumus: tēpus est vocationis gentium: et mortis legis: quo possint libere anime iam solute a lege viri: nouo viro nubere Christo. Quod si edoceri vis quomō lex mortua sit: considera et vide vbi nunc sacrificia: vbi nunc altare: vbi templum: vbi purificationes: vbi solēnitas pasche: nonne mortua est in his oibus lex? Aut si possunt isti amici et defensores littere: custodiāt litteram legis. Secūdum hūc ergo allegorie ordinē: Pharao quod est homo immūdus: et exterminator. Sarā: idest virtutem accipere omnino non poterat. Porro Abimelech: idest qui mūde: et philosophice viuebat: poterat quidē accipere: quia in corde mūdo querebat: sed nōdum tempus aduenerat. Manet ergo apud Abrahā virtus: manet in circūcisione: donec tempus veniat: vt in Christo Jesu domino nostro: in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter: integra et perfecta virtus ad ecclesiam gētium trāseat. Tūc ergo et domus Abimelech: et ancille eius: quas sanauit dominus: parient ecclesie filios. Hoc enim tēpus est: quo sterilis parit: et quo multi sunt filij deserte magis: quam eius: que habet virum. Aperuit enim dominus vuluam sterilis: et effecta est fecunda: ita vt pariat gentem de semel. Sed et sancti clamant et dicunt: domine a timore tuo in ventre concepimus: et peperimus: spiritum salutis tue fecimus sup terrā. Sed et Paulus similiter dicit. Filioli mei quos iterum parturio: donec formetur Christus in nobis. Tales ergo parturit: et talēs filios generat omnis ecclesia dei. Nam qui seminat in carne: de carne metet corruptionem. Filij autē spiritus isti sunt: de quibus et Apostolus dicit. Mulierem saluam futurā per filiorum procreationē: si permanserint in fide et castitate. Ecclesia igitur dei sic intelligat partus: sic generationes accipiat. sic patrū gesta decora: et honesta interpretatione sustollat. Sic verba spiritus sancti non ineptis: et iudaicis fabulis decoloret: sed plena honestatis: et plena virtutis atqꝫ vtilitatis assignet. Alioquin que nobis edificatio erit legentibus Abraham tantum

patriarcham

patriarcham:non solu3 mẽtitum esse Abimelech regi:sed ꝛ pudicitiam coniugis prodidisse? Quid nos edificat tanti patriarche vxoꝛ:si putetur contaminationibus exposita per conuenientiam maritalem? Hec iudei putẽt : ꝛ si qui cum eis sunt littere amici : non spiritus. Nos autem spiritalibus spiritalia comparantes:ꝛ actu:ꝛ intellectu spiritales efficiamur:in Christo Jesu domino nostro: cui est gloria : ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

De natiuitate Ysaac. Homilia.VII.

Moyses nobis legitur in ecclesia. Deprecemur dominum: ne ꝑm verbum apostoli etiam apud nos cum legitur Moyses:velamen sit positum super coꝛ nostrum. Lectum est enim:quia genuerat Abꝛaham filiu3 Ysaac:cum esset centum annoꝛum . Et dixit Sara. Quis (inquit) nũciabit Abꝛabe: ꝙ lactat puerum Sara? Et tunc (inquit) circuncidit Abꝛahã pueru3 die octaua. Huius pueri diẽ natalẽ non celebꝛat Abꝛaha3:sed celebꝛat diẽ depositionis a lacte:ꝛ facit conuiuiu3 magnũ. Quid putamus qꝛ pꝛopositum sit spiritui sancto histoꝛias scribere ꝛ narrare : ꝙ a lacte depulsus sit puer:ꝛ conuiuium factũ sit: quomodo luserit:aliaq3 puerilia egerit? An per hoc putandũ est ꝙ diuinũ aliquid nos edocere velit ꝛ dignum:ꝙ humanu3 genus dei vocibus discat? Ysaac risus:vel gaudiũ interpꝛetatur. Quis ergo est:qui talem filium generet? Ille nimiru3:qui dicebat de his:quos per euangelium genuerat. Uos enim estis gaudiũ meu3: ꝛ coꝛona gloꝛie dei. De huiusmodi filijs cum fuerint a lacte depulsi:fit conuiuium:ꝛ letitia magna. De his:qui non iam lacte indigent: sed cibo foꝛti:q pꝛo possibilitate sumẽdi exercitatos habẽt sẽsus ad discretionẽ boni: vel mali. Super his talibus cum depelluntur a lacte fit cõuiuiũ magnũ. Super illis aũt non põt exhiberi conuiuiũ:nec haberi letitia : de quibus dicit apostolus. Lac vobis dedi potũ:nõ escã. Nõdum enim poteratis:sed nec adhuc quidẽ potestis. Et ego non potui loqui vobis quasi spiritualibus:s3 quasi carnalib⁹:quasi paruulis in Chꝛisto. Dicãt nobis isti:qui simpliciter intelligi volunt scripturas diuinas : quid est non potui vobis loqui quasi spiritualibus:sed quasi carnalibus:quasi paruulis ĩ Chꝛisto:lac vobis potũ dedi:nõ escã? Possunt ne hec simpliciter accipi? S3 interi3 redeamus ad ea vnde digressi sumus. Letatur Abꝛahã:ꝛ conuiuium facit magnu3:in die:qua depulit a lacte Ysaac filium suum. Post hec ludit Ysaac: ꝛ ludit cũ Hismahel. Indignatur Sara ꝙ filius ancille ludat cum filio libere:ꝛ lusum illum perniciem putat:cõsilium dat Abꝛahe:ꝛ dicit eijce ancillam:ꝛ filium eius. Non enim heres erit filius ancille cũ filio meo Ysaac. Hec quo modo intelligi debeant:non ego nunc cõmentaboꝛ. Apostolus ita differuit dicens. Dicite mihi qui legem legistis: legem non audistis? Scriptũ est enim qꝛ Abꝛaham duos filios habuit:vnum de ancilla:ꝛ vnũ de libera. Sed is quidẽ:qui de ancilla ꝑm carnẽ natus est. Qui vero ex libera per repꝛomissionẽ:que sunt allegoꝛica. Quid ergo? Ysaac non est ꝑm carnem natus? Non eum peperit Sara non est circuncisus? Hoc ipsum quod ludebat cum Hismahele non in carne ludebat? Hoc est eni3: quod mirabile est in apostoli sensu: ꝙ de quibus nõ potest dubitari: quin ꝑm carnem gesta sint. Hec ille dicit esse allegoꝛica:vt nos quid faciẽdum sit in ceteris nouerimus: ꝛ in his maxime: in quibus nihil diuina lege dignum:histoꝛica videtur indicare narratio. Ismahel ergo ꝑm carnem nascitur ancille filius. Ysaac vero:qui erat libere filius:non nascitur ꝑm carnem:sed ꝑm repꝛomissionem . Et dicit de his Apostolus:quod Agar in seruitutem genuerit carnalem populum. Sara vero: que erat libera:populum genuerit:qui non est ꝑm carnem:sed in libertate vocatus est : qua libertate liberauit eum Chꝛistus. Ipse enim dixit . Quia si vos filius liberauerit:vere liberi eritis. Quid vero his addit:exponens Apostolus : videamus. Sed sicut tunc inquit is : qui ꝑm carnem est: persequebatur eum: qui ꝑm spiritũ: ita ꝛ nũc. Uide quomodo nos Apostolus docet:quia in omnibus caro aduersatur spiritui : siue populus ille carnalis aduersatur huic populo spirituali:siue etiam inter nosipsos:siquis adhuc carnalis est:spiritualibus aduersatur. Nam ꝛ tu si ꝑm carnem viuis:ꝛ ꝑm carnem conuersatis:filius es Agar . Et propterea aduersaris his:qui ꝑm spiritum viuunt:sicut etiam in nobisipsis si requirimus:inueuimus concupiscere carnem aduersus spiritum : ꝛ spiritum aduersus carnem. Et hec sibi inuicem aduersari. Et inuenimus legem in membꝛis nostris repugnantem legi mẽtis nostre : ꝛ captiuos nos ducentem in lege peccati. Uides quante sunt pugne carnis aduersus spiritum? Est adhuc ꝛ alia pugna his pene omnibus violentioꝛ: qꝺ hi: qui legem secundum carnem intelligunt: aduersantur his:qui secundum spiritum sentiunt:ꝛ persequuntur eos. Quare? quia animalis homo non percipit ea : que sunt spiritus Dei . Stultitia est enim illi : ꝛ non potest

intelligere: qa spiritualiter diiudicatur. Et tu ergo si habes in te fructum spiritus dei: quod est gaudium: pax: patientia: Ysaac esse potes: non sm carnem natus: sed sm repromissioné: et esse filius libere: si tamé potes et tu sm Paulum dicere: in carne enim ambulantes: non sm carnem militamus. Arma enim militie nostre non carnalia: sed potentia a Deo ad destructionem cogitationum: destruétes omnez altitudinem excellétem se aduersum sciétiam Dei. Si potes talis esse: vt digne tibi aptetur etiam illa apostoli senteétia: que dicit. Uos autem in carne nó estis: sed in spiritu: si tamé spiritus habitat dei in vobis. Et tu ergo si talis es: non es sm carnem natus: sed sm spiritum per repromissionem: et eris heres repromissionum sm quod dictum est: heredes quidez dei: coheredes autem Christi. Non eris choeres eius: qui sm carnem natus est: sed coheres Christi. Quia et si cognouimus Christum secundum carnem: sed nunc iam non nouimus. Et tamen sm ea: que scripta sunt: non video quid mouerit Saram: vt filiuz ancille iuberet expelli. Ludebat cum filio suo Ysaac. Quid leserat: aut quid nocuerat: si ludebat? Quasi non hoc in etate illa etiam gratum esse debuerit: quod luserit filius ancille cum filio libere? Tum deinde et apostoluz miror: qui ludú húc persecutionem prunúciauit dicens. Sed sicut tunc is: qui sm carnem persequebatur eum: qui sm spiritum: ita et nunc. Cum vtiqz nulla persecutio Hismaelis aduersum Ysaac nota referatur: nisi hic solus ludus isantie. Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus: et quid indignata sit Sara. Superius iaz exponentes spiritualiter: loco virtutis posuimus Saram. Si ergo caro cuius personaz gerit Hismahel: qui sm carnem nascitur spiritui blandiatur: qui est Ysaac: et illecebrosis cuz eo deceptionibus agat: si delectationibus illiciat: voluptatibus molliat: huiuscemodi lud⁹ carnis cum spiritu: Saram maxime: que est virtus offendit: et huiuscemodi blandimenta acerbissimam persecutioné iudicat Paulus. Et tu ergo o auditor bonum non illam solam persecutionem putes: quando furore gentiliú ad immolandum idolis cogeris: sed si forte te voluptas carnis illiciat: si tibi libidis alludat illecebra hec: si virtutis es filius: tanquaz persecutionem maximá fuge. Idcirco enim et apostolus dicit: fugite fornicationem. Sed si in iustitia tibi blandiatur: vt personaz potétis accipiens: et gratia eius flexus: non rectu iudicium feras: intelligere debes qr sub specie ludi blandam persecutioné ab iniustitia pateris. Verú et per singulas malitie species: etiaz si molles: et delicate sint: et ludo similes: has persecutionem spiritus dicito: qr in his omnibus virtus offenditur. Duo sunt ergo filij Abrahá vnus de ancilla: et vnus de libera: vterqz tamé filius Abraham: licet non vterqz et libere. Propterea et is: qui de ancilla nascit: heres quidé non fit cum filio libere. Accepit tamé dona: et non dimittitur vacuus. Accepit et ipse benedictionem: sed filius libere accepit repromissionem. Fiat et ille in gétem magná: sed iste in populú adoptionis. Spiritualiter ergo oés quidem q per fidem veniunt ad agnitionem dei: possunt filij Abrahe dici. Sed in his sunt aliq pro charitate adherétes Deo: alij pro metu: et timore futuri iudicij. Unde et Apostolus Joánes dicit. Qui timet non est perfectus in charitate. Perfecta auté dilectio: foras mittit timorez. Iste ergo: q i charitate pfectus est: et de Abraham nascitur: et filius libere est. Qui vero non perfecta charitate: sed future pene metu: et supplicioꝛum timore: mandata custodit: est quidé et ipse filius Abrahe. Accipit et ipse dona: idest operis sui mercedem: qr etiaz: qui calicé aque frigide dederit tátú in nomine discipuli: non peribit merces eius. Tamen inferior illo est: q non seruili timore: sed in charitatis libertate perfectus est. Tale aliquid etiaz apostolus osté dit cum dicit. Quamdiu quidez heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus: et actoribus est: vsqz ad prefinitum tempus a patre. Paruulus ergo est qui lacte alitur: et expers est sermonis iustitie: nec potest cibú solidum accipere sapientie: diuine: et sciétie legis: qui nó potest spiritalia spiritalibus cóparare: qui nondum potest dicere: cum auté factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Iste ergo nihil differt a seruo. Si vero relinqués initiorú Christi sermonem feratur: et que sursuz sunt qrat: vbi Christus est: in dextera Dei sedens: non que super terram: et contépletur non ea: que videntur: sz que non videntur: neqz in diuinis scripturis sequatur occidentem litteraz: sed viuificanté spiritum: ex illis erit sine dubio: qui nó accipiunt spiritú seruitutis iterú in timore: sed spiritum adoptionis: in quo clamét abba pater. Quid interiz agat Abrahá postqz indignata est Sara: videamus. Eijcit ancillaz: et filiuz eius: sed tamen daret ei vtré aque. Non eniz habebat mater eius puteum aque viue: nec poterat puer haurire de puteo aquaz. Ysaac habebat puteos: pro quibus et certamina patitur aduersus Philistinos. Ismahel autez de vtre bibit aquam: sed hic vter quasi vter deficit: et ideo

sitit: et non

sitit: ⁊ non inuenit potũ. Tu autẽ: qui sm̃ Ysa-
ac repromissionis es filius: bibe aquas de tuis
fontibus: ⁊ de puteis tuis: aque nõ effluant fo
ras: sed intus in plateis currant tue aque. Il-
le vero: qui sm̃ carnem natus est: de vtre aquã
bibit: ⁊ aqua ipsa deficit ei: ⁊ in multis deficit.
Vter: legis est littera: de qua ille carnalis po-
pulus bibit: ⁊ inde intellectum capit: que litte-
ra frequenter deficit: ⁊ explicare se non potest.
In multis enim defectum patitur historia-
lis intelligentia. Ecclesia autem de euangeli-
cis ⁊ apostolicis fontibus bibit: qui nunquam
deficiunt: sed in plateis suis percurrunt: q2 in
latitudine spiritalis interpretationis abundãt
semper ⁊ fluunt. Bibit ⁊ de puteis: cũ profun
diora queqȝ haurit: ⁊ scrutatur ex lege. Pro
hoc arbitror mysterio: quod etiaȝ dominus: ⁊
saluator noster dicebat ad Samaritanaȝ: vbi
velut si cũ ipsa Agar loqueretur: aiebat. Oĩs
qui biberit ex hac aqua: sitiet iterũ: qui aũt bi-
berit de aqua quam ego dabo ei: non sitiet in
eternum. Et illa dicit ad Saluatorẽ. Da mi-
hi dñe hanc aquaȝ: ⁊ non sitiam: neqȝ veniam
huc haurire. Post hec dominus ad eaȝ. Qui
credit (inquit) in me: fiet ĩ eo fons aque saliẽ-
tis in vitã eternã. Errabat ergo Agar per de-
sertum cũ puero: ⁊ puer prolabat: ⁊ proiecit eũ
Agar: dicẽs: ne videaȝ mortẽ filij mei. Post
hec cũ iã quasi moriturus fuisset abiectus: ⁊ fle
uisset: adest ei angelus domini: ⁊ apuit oculos
Agar: ⁊ vidit puteũ aque viue. Hec ad histo-
riam referri quẽadmodum possunt? Ubi eniȝ
inuenimus ꝙ Agar clausos habuerit oculos:
⁊ aperti sint postmodum? Nonne luce clarior
est in his intelligentia spiritalis: ⁊ mystica qđ
abiectus est is: qui sm̃ carneȝ est populus? etiã
diu iacet in fame: ⁊ siti. Non enim famem pa-
nis perferens: neqȝ sitim aque: sed sitim verbi
Dei: donec aperiantur oculi synagoge. Hoc
est: quod apostolus dicit esse mysterium: quia
cecitas contigit ex parte in Israel: donec pleni
tudo gentium introiret: ⁊ tunc omnis Israel
saluus fieret. Ista est ergo cecitas ĩ Agar que
sm̃ carnem genuit: que tãdiu in ea permanet:
donec velamen littere auferatur per euange-
lium Dei: ⁊ videat aquam viuaȝ. Nunc eniȝ
iacent iudei circa ipsum puteum: sed oculi eo-
rum clausi sunt: ⁊ non possunt bibere de puteo
legis: ⁊ prophetarum. Sed ⁊ nos caueamus:
quia frequenter ⁊ nos circa puteum iacemus
aque viue: idest circa scripturas diuinas ⁊ er-
ramus in ipsis. Tenemus libros: ⁊ legimus:
sed spiritualem sensum non attingimus. Et
ideo opus est lachrymis: ⁊ orationibus indesi-
nentibus: vt dominus aperiat oculos nostros:
q2 ⁊ illi ceci: qui sedebãt in hierico: nisi clamas-
sent ad dominũ: non fuissent aperti oculi eoꝝ.
Et quid dico vt aperiantur oculi nostri: qui iã
aperti sunt? Iesus enim venit aperire oculos
cecoruȝ. Aperti ergo sunt oculi nostri: ⁊ de lit
tera legis velamen ablatuȝ est. Sed vereor ne
nos ipsi eos somno iteruȝ profundiore clauda-
mus: dum non vigilamus in intellectu spiri-
tuali: neqȝ soliciti sumus: vt somnum discutia
mus ab oculis nostris: ⁊ contẽplemur que spi
ritualia sunt: vti ne cum populo carnali circa
ipsam aquam positi erremus: quin potius vi-
gilemus: ⁊ cum propheta dicamus: si dedero
somnum oculis meis: ⁊ palpebris meis dormi
tationem: aut requiem temporibus meis: do-
nec inueniam locum domino: tabernaculum
Deo Iacob. Ipsi gloria: ⁊ imperium in secu
la seculorum. Amen.

¶ De eo: quod obtulit Abraham filium su-
um Ysaac. Homilia. VIII.

Adbibete huc aures: q accessistis ad do
minuȝ: qui fideles esse vos creditis: ⁊ cõ
syderate diligentius quemadmodum fideliuȝ
fides pbatur ex his: que recitata sunt nobis.
Et factum est (inquit) post hec verba: tenta-
uit Deus Abrahaȝ: ⁊ dixit ei. Abrahã Abra
ham. Et ille dixit. Ecce ego. Obserua singu-
la que adscripta sunt. In singulis enim siquis
sciit in altum fodere: inueniet thesaurũ. Et for
tassis etiaȝ vbi non existimatur: latẽt mysterio
ruȝ pretiosa monilia. Abram vocabaẽ vir iste
prius: ⁊ nusq̃ legimus quod hoc nomine vo-
cauerit euȝ Deus: aut dixerit ei. Abrã Abrã.
Non enim a deo vocari poterat nomine delẽ
do sed vocat euȝ hoc nomine: quod ipse dona
uit: ⁊ non solũ vocat eum hoc nomine: sed ⁊ in
geminat. Cũqȝ ille respondisset ecce ego: dicit
ad eum. Accipe filium tuũ carissimũ: quẽ dili-
gis Ysaac: ⁊ offeres mihi euȝ. Vade (inquit)
in terram excelsam: ⁊ ibi offeres euȝ holocau
stum in vno ex mõtibus: queȝ ostendero tibi.
Nomen quidẽ cur ei donauerit deus: ⁊ voca-
uerit eum Abrahaȝ: ipse interpretatus est: q2
patrẽ (inquit) multarũ gentiũ posui te. Hãc
repromissionem dedit ei deus: cum haberet fi
liuȝ Ismahel: sed pollicitus est ei: quia in filio
qui nasceretur ex Sara: cõplebitur ista pmis-
sio. Accẽderat ergo animum ipsius in amore filij
non soluȝ posteritatis gratia: sed ⁊ promissio-
num spe. Sed hunc: in quo ei posite sunt pro-
missiones magne iste ⁊ mirabiles: hunc inquã
filiuȝ quo vocatuȝ est nomen eius Abraham:
holocaustuȝ domino iubetur offerre in vno ex

montibus. Quid tu ad hec o Abraham? Que
et quales cogitationes mouetur in corde tuo?
Prolata est vox a deo: que discutiat et probet
fidem tuam. Quid ad hec dicis? quid cogitas?
quid retractas? Putasne reuoluis in corde
tuo: quia si in Ysaac data est mihi repromissio:
hunc autem offero holocaustum: superest vt non
speretur illa promissio? Aut magis illa cogitas
et dicis quia impossibile est mentiri eum: qui re-
promisit: quicquid illud fuerit promissio per-
manebit? Uerum ego: quia minimus sum tan-
ti patriarche cogitationes non valeo perscru-
tari: nec scire possum: vox dei: que ad tentandum
eum processerat: quas ei cogitationes mouerit:
quid animi attulerit: cum iuberetur vnicum iu-
gulare. Sed quoniam spiritus prophetarum pro
phetis subiectus est. Paulus Apostolus: qui per
spiritum (credo) didicerat: quid animi: quid con-
silii Abraham gesserit: indicauit dicens. Fide
Abraham non hesitauit: cum vnicum offerret
in quo acceperat repromissiones: cogitans quia
et a mortuis eum suscitare potens est Deus.
Prodidit ergo nobis cogitationes viri fidelis
apostolus: quod fides resurrectionis iam tunc
haberi cepit in Ysaac. Abraham ergo resur-
recturum sperabat Ysaac: et credidit futurum:
quod adhuc non erat factum. Quomodo er-
go filii sunt Abrahe: qui factum non credunt in
Christo: quod ille futurum credidit in Ysaac?
Immo (vt aptius loquar) sciebat se Abraham
future veritatis imaginem preformare: sciebat
se de semine suo nasciturum Christum: qui et offe-
rendus esset totius mundi verior hostia: et resur
recturus a mortuis. Sed nunc interim tenta-
bat (inquit) deus Abraham: et dicit ad eum. Ac-
cipe filium tuum carissimum: quem diligis. Non
enim suffecerat dixisse filium: sed addicitur: et
carissimum. Esto et hoc quod adhuc additur:
et quem diligis? Sed vide tentationis pondus.
Caris et dulcibus appellationibus iterum ac se-
pe repetitis: paternos suscitantur affectus: vt amo
ris euigilante memoria ad immolandum filium
paterna dextera retardaret: et aduersus fidem
animi: tota carnis militia repugnaret. Accipe
(inquit) ergo filium tuum carissimum: quem dili
gis Ysaac. Esto domine: quia commemoras de
filio patrem: addis sed carissimum: quem precipis
iugulari. Sufficiat hoc ad supplicium patris:
addis rursum et quem diligis. Sint et in hoc pa-
renti triplicata supplicia. Quid opus est adhuc
vt commemores et Ysaac? Nunquid nesciebat
Abraham quia filius suus ille carissimus: ille
quem diligebat Ysaac vocaretur? Sed cur hoc
additur tentationis tempore? Et recordaretur Abra-
ham quod dixeras ad eum quod in Ysaac vocabitur
tibi semen: et quod in Ysaac erunt tibi repro-
missiones. Fit et commemoratio nominis: vt et pro
missionum: que sub hoc nomine facte sunt: despe
ratio subeat. Sed hec omnia: quia tentabat de-
us Abraham. Quid post hec? Uade (inquit)
in terram excelsam in vnum ex montibus: quem
tibi ostendero: et ibi eum offeres holocaustum.
Inuenimini per singula quomodo fiunt tentatio-
nis augmenta. Uade in terram excelsam. Nun-
quid non potuerat duci prius Abraham cum pue
ro ad illam terram excelsam: et imponi prius in
montem quemcunque delegerat dominus: et ibi
ad eum dici vt offerret filium? sed prius ei dici
tur quia offerre debeat filium suum: et tunc iubetur
ire in terram excelsam: et ascendere in montem.
Quo hoc spectat? Ut dum ambulat: dum iter
agit: per totam viam cogitationibus discerpa
tur: vt hinc vrgente precepto: hinc vero vni
ci affectu oblectante crucietur. Propterea er-
go etiam via iniungitur: etiam montis ascensio: vt
in his omnibus spatium certaminis accipiat affectus
et fides: amor Dei: et amor carnis: presentium
gratia: et expectatio futurorum. Mittitur er-
go in terram excelsam. Et non sufficit patriar
che tantum opus domino peracturo terra excelsa
sed et montem iubetur ascendere: scilicet: vt fi-
de elatus terrena derelinquat: et ad superna con
scendat. Surrexit ergo Abraham mane: et stra
uit asinam suam: et concidit ligna ad holocaustum.
Et accepit filium suum Ysaac: et duos pueros:
et peruenit ad locum: quem dixerat ei Deus die
tertia. Surrexit Abraham mane. Quod ad-
didit mane: ostendere fortasse voluit: quia ini-
tium lucis splenderet in corde eius. Strauit asi
nam suam: ligna preparauit: assumpsit filium. Non
deliberat: non retractat: non communicat cum vl
lo homine consilium: sed statim occupat iter: et
peruenit (inquit) ad locum: quem dixerat ei
dominus die tertio. Omitto nunc quid sacra-
menti contineat dies tertia. Sapientiam et consilium
tentantis intueor. Sic in proximo non erat mons
aliquis: cum totum ageretur in montibus: sed per
triduum iter protenditur: et per totum triduum recu-
santibus curis: paterna viscera cruciantur: vt
omni hoc spatio tam prolixo intueretur filium pater:
cibum cum eo sumeret: tot noctibus penderet in
amplexibus patris: inhereret pectori: cubita-
ret in gremio. Uide inquantum tentatio cumu-
latur? Tertia tamen dies apta fit sacramentis.
Nam et populus cum exisset de Egypto: ter-
tia die offert sacrificium deo: et in die tertia puri-
ficatur. Et resurrectionis domini tertia est di
es: et multa alia intra hanc diem mysteria con
cluduntur. Respiciens (inquit) Abraham vidit
locum de longe: et dixit ad pueros suos. Sede

te hic

te hic cum asina: ego autē ⁊ puer ibimus: vsqꝫ
illuc: ⁊ cūꝫ adorauerimus reuertemur ad vos.
Pueros dimittit. Non eniꝫ poterant ascēde
re pueri cum Abraham ad holocausti locum:
quem ostēderat Deus. Vos ergo (inquit) se-
dete: ego autem ⁊ infans ibimus: ⁊ cum adora
uerimus reuertemur ad vos. Dic mihi Abra
ham: verum dicis ad pueros: quod adores: ⁊
redeas cum infante: an fallis? Si veruꝫ dicis:
ergo non facies eum holocaustum. Si fallis:
tantum patriarcham non decet fallere. Quid
enim animi in te indicat sermo hic? Verum
(inquit) dico: ⁊ holocaustum offero puerum.
Idcirco enim ligna mecum porto: ⁊ cum ipso
redeo ad vos. Credo eniꝫ: ⁊ fides mea hec est:
ꝙ ⁊ a mortui suscitare eum potens est Deus.
Post hec accepit (inquit) Abrahā ligna ad
holocaustuꝫ: ⁊ superposuit ea Ysaac filio suo:
⁊ accepit ignem in manibus suis: ⁊ gladium:
⁊ abierunt simul. Quod ipse sibi ligna ad ho-
locaustum portat Ysaac: illa figura est: quod
⁊ Christus ipse sibi baiulauit crucem: ⁊ tamē
portare ligna ad holocaustum: sacerdotis offi
cium est. Fit ergo ipse hostia ⁊ sacerdos. Sed
⁊ quod additur: ⁊ abierūt ambo simul: ad hoc
refertur: cum enim Abraham velut sacrifica-
turus ignem portaret: ⁊ cultrum: Ysaac non
vadit post ipsum: sed cum ipso: vt ostendatur
cum ipso pariter fungi sacerdotio. Quid post
hec? Dixit (inquit) Ysaac ad Abraham pa-
treꝫ suū. Pater. Et hec pro tēpore a filio pla-
ta tentationis est vox. Quomodo enim putas
immolandus filius per hanc vocē viscera pa-
terna cōcussit? Et quāuis Abrahā rigidior es
set pro fide: reddit tamē etiam ipse affectionis
voceꝫ: ⁊ respondit. Quid est fili? At ille. Ecce
(inqt) ignis: ⁊ ligna: vbi ouis est ad holocau-
stum? Ad hec respondit Abrahā. Deus pro-
uidebit sibi ouem ad holocaustuꝫ fili. Mouet
me Abrahe satis diligens: ⁊ cauta responsio.
Nescio quid videbat in spiritu: qꝛ nō de pre-
senti: sed de futuro dicit: Deus ꝓuidebit ipse
sibi ouē. Futura respōdit filio de presentibus
requirēti. Ipse nāqꝫ sibi dominus ouē proui-
debat in Christo: quia ⁊ sapientia ipsa sibi do-
mum edificauit: ⁊ ipse se humiliauit vsqꝫ ad
mortē: ⁊ oīa quecunqꝫ legeris de Christo: non
necessitate: sed sponte facta reperies. Perre-
xerunt ergo ambo: ⁊ venerunt ad locum: queꝫ
dixerat ei deus: Moyses cuꝫ venisset ad locū:
quem ostendit ei Deus non permittitur ascen
dere: sed ante ei dicitur: solue corrigiam calcia
menti de pedibus tuis. Abrahe nihil horum
dicitur: ⁊ Ysaac: sed ascēdunt: nec calciamen-
ta deponunt. In quo illa fortassis est ratio: ꝙ
Moyses quāuis esset magnus: tamē de Egy
pto veniebat: ⁊ erant aliqua mortalitatis vin-
cula pedibus eius innexa. Abraham vero: ⁊
Ysaac nihil horum habēt: sed veniunt ad lo-
cum: edificant altare. Abraham ponit ligna
super altare: colligat puerum: preparat se ad
iugulandum. Multi estis patres in ecclesia
Dei: qui hec audistis. Putas alius vestrum
ex ipsa historie narratione tantum constantie:
tātū animi robur acquirit: vt cum forte amit-
titur filius morte cōmuni: ⁊ omnibus debita:
etiaꝫ si sit vnicus: et si sit dilectus: adducat si-
bi in exēplum Abraham: ⁊ magnanimitatem
eius ante oculos ponat? Et quidē a te nō exi-
gitur istud animi magnitudinis: vt ipse alli-
ges filiuꝫ: ipse cōstringas: ipse gladiuꝫ pares:
ipse vnicuꝫ iugules. Hec omnia a te mysteria
non querūtur. Proposito saltē ⁊ mēte cōstās
esto: fide fixus: letus offer filiuꝫ Deo. Esto sa-
cerdos anime filij tui. Sacerdotē autē immo-
lantē deo non decet flere. Vis videre qꝛ exigi-
tur hoc a te? In euāgelio dominus dicit. Si
filij Abraham essetis: opa vtiqꝫ Abrahe face
retis. Ecce istud est opus Abrahe. Facite ope
ra: que fecit Abrahaꝫ: sed non cum tristitia.
Hylarē enim datorē diligit deus. Quod ⁊ si
vos taꝫ prompti fueritis: a deo dicetur vobis:
ascende in terram excelsaꝫ: ⁊ in montē: quem
ostēdero tibi: ⁊ ibi offer mihi filiū tuum. Non
in profundis terre: nec in conualle fletus: sꝫ in
altis ⁊ excelsis mōtibus offer filium tuū. Ostē
de quia fides in dominuꝫ fortior est: ꝙ carnis
affectus. Amabat eniꝫ (inqt) Abrahā Ysaac
filiuꝫ suuꝫ: sed amori carnis ꝑtulit amorē dei.
Et inuētus est non in visceribus carnis: sed in
visceribus Christi: idest in visceribus ☧bi dei
⁊ veritatis: ⁊ sapiētie. Extēdit (inquit) Abra
ham manuꝫ suaꝫ: vt acciperet gladium: ⁊ iu-
gularet filiuꝫ suuꝫ: ⁊ vocauit eum angelus do
mini de celo: ⁊ dixit. Abrahā Abrahā. At il-
le dixit. Ecce ego. Et dixit. Ne inijcias manū
tuam sup puerum: neqꝫ facies ei quicꝙ. Nūc
enim cognoui quia tu times deum. In hoc er
go sermone solet obijci nobis: ꝙ deus nunc se
cognouisse dicat: quia Abraham timeat deū:
quasi qui ante ignorauerit. Sciebat Deus: ⁊
non eum latebat: quippe qui nouit omnia anꝫ
ꝙ fiant: sed propter te hec scripta sunt: quia ⁊
tu credidisti quidē deo: sed nisi opera fidei ex-
pleueris: nisi in omnibus preceptis etiā diffici
lioribus parueris: nisi sacrificium obtuleris: ⁊
ostēderis quia nec patreꝫ: nec matreꝫ: nec fili-
os preferas deo: non agnosceris: quia timeas
deū: nec dicetur de te quia nūc cognoui: quia
times tu deuꝫ. Et tamē cōsyderādum est: qꝛ

angelus hec refertur ad Abraham locutus: et quia in consequentibus euidéter hic angelus dominus ostéditur. Unde puto quod sicut inter nos homines habitu repertus é vt homo: ita et inter angelos habitu est repertus vt angelus. Et ipsius sequétes exemplum: angeli in celo letantur super vno peccatore penitentiã agente: et de profectibus hominũ gloriantur. Ipsi enim velut procurationem animarũ nostrarum tenent: quibus dũ adhuc paruuli sumus: velut tutoribus et actoribus cõmittimur vsq3 ad prefinitum tempus a patre. Et ipsi ergo nũc de profectu vniuscuiusq3 nostrũ dicũt: quia nunc cognoui q2 tu times Deum. (Verbi causa) Propositum habeo martyriũ: nõ ex hoc dicere ad me angelus poterit: q2 nũc cognoui quod tu times Deum. Deo enim soli cognitum est propositũ mẽtis. Si vero accessero ad agones protulero bonã confessionẽ: que inferuntur cõstanter cũcta suscepero: tunc potest dicere angelus: velut confirmans me: et corroborans: nunc cognoui ꝙ tu times Deũ. Uerum hec dicta sunt ad Abrahã: et pnũciatus sit timere deum. Quare? q2 non pepercit filio suo. Nos vero cõferamus hec cum Apostoli dictis: vbi dicit de Deo: qui proprio filio non pepercit: sȝ pro nobis oĩbus tradidit illũ. Uide Deum magnifica cũ hominibus liberalitate certantem. Abraham mortalẽ filiũ nõ moriturum obtulit Deo: Deus immortalem filiũ pro omnibus tradidit morti. Quid nos ad hec dicimus? quid retribuemus domino ꝓ omnibus: que retribuit nobis? Deus pater ꝓpter nos proprio filio non pepcit. Quis vestrũ putas audiet aliquando vocem angeli dicentis: nunc cognoui quia times tu deum: q2 non pepcisti filio tuo: vel filie tue: vel vxori: aut non pepercisti pecunie: vel honoribus seculi: et abhominationibus mundi: sed omnia contẽpsisti: et omnia dixisti stercora: vt Christum lucrifaceres? Uendidisti omnia et dedisti pauperibus: et sequutus es verbũ Dei? Quis vestrũ (putas) audiet ab angelis huiuscemodi vocem? Interim Abrahã audit hanc vocẽ: et dicitur ad eum: quia non pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter me. Et respiciẽs (inquit) Abrahã oculis suis vidit: et ecce aries tenebatur cornibus in virgulto Sabet. Diximus (puto) ĩ superioribus qđ Ysaac formã gereret Christi: sed et aries nihilominus formam Christi gerere videtur. Sed quomodo Christo vterque cõueniat: et Isaac: qui non est iugulatus: et aries qui iugulatus est: operepretium est noscere. Christus verbum Dei est: sed verbũ caro factum est. Unum igitur in Christo de superioribus est: alterum ex humana natura et virginali vtero susceptũ. Patitur ergo Christus: sed in carne: et pertulit mortem: sed caro cuius hic aries forma é. Sicut et Joãnes dicebat ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Uerbum vero in corruptionẽ permãsit: qđ est ẜm spiritũ Christus: cuius imago est Ysaac. Ideo ipse et hostia est: et pontifex: ẜm spiritum. Namq3 offert hostiam patri ẜm carnem: ipse in altare Crucis offertur. Quia sicut dictum est de eo: ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi: ita de eo dictum est: tu es sacerdos in eternum ẜm ordinem Melchisedech. Tenetur ergo cornibus aries in virgulto Sabet. Et accepit (inquit) arietem: et obtulit eũ holocaustũ ꝓ Ysaac filio suo: et vocauit Abraham nomen loci illius dominus videt. Scientibus hec audire intelligentie spiritualis euidens panditur via. Omnia enĩ que gesta sunt ad visionem perueniunt. Dicitur namq3 quia dominus videt. Uisio autem: quam dominus vidit: in spiritu é: vt et tu hec: que scripta sunt in spiritu videas. Et sicut in domino corporeũ nihil est: ita etiã tu in his oĩbus corporeũ nihil sentias: sed in spiritu generes etiã tu filiũ Ysaac: cum habere ceperis fructum spiritus: gaudiũ pacem. Quem tamẽ filiũ ita demũ generabis (sicut de Sara scriptũ est) q2 defecerunt Sare muliebria: et tũc genuit Ysaac: ita deficiãt et in anima tua muliebria: vt nihil iam muliebre et effeminatũ habeas in anima tua: sed viriliter agas: et viriliter precingas lũbos tuos: si sit pectus tuũ thorace iustitie munitũ: si galea salutari: et gladio spiritus accingaris. Si ergo deficiant muliebria fieri in aĩa tua: generes filiũ de coniuge tua: virtute et sapiẽtia: gaudiũ: ac letitiam. Generas aũt gaudium: si omne gaudiũ existimaueris: cum in tentationes varias incideris: et istud gaudium offeras in sacrificium Deo. Cũ enim letus accesseris ad Deũ: iterum tibi reddit quod obtuleris: et dicit tibi quia iterum videbitis me: et gaudebit cor vestrũ: et gaudium vestrũ nemo auferet a vobis. Sic ergo que obtuleris deo: multiplicata recipies. Tale aliqd: licet ꝑ aliã figurã refertur in euangelijs: cum per parabolam dicitur accepisse quis mnã: vt negociaretur: et patrifamilias pecuniã q̃reret. Sed si attuleris quinq3 multiplicata ĩ decẽ: tibi ipsi donantur: tibi cõceduntur. Audi enim quid dicit. Tollite (inquit) huic mnam: et date illi: q habet decem mnas. Sic ergo videmur quidẽ dño negociari: sed nobis cedunt negociationis lucra: et videmur offerre domino hostias: sed que offerimus redonãtur. Deus eniȝ nullius

lius indiget:sed nos vult diuites esse:nostrum desyderat per singula queq; profectum. Hec nobis figura ostenditur:etiam in his : que gesta sunt erga Job.Et ille enim propter deum perdidit omnia cum diues esset.Sed q: pertulit bene agones patiētie:ꝛ i omnibus:que passus est:magnanimus fuit:ꝛ dixit : Dominus dedit dominus abstulit:vt domino placuit ita factum est:sit nomen domini benedictum: vide ad vltimum quid de eo scribitur. Recepit (inquit) omnia dupla: que amiserat. Uides quid est amittere aliquid pro deo:hoc est multiplicata recipere tibi.Et aliquid amplius euāgelia promittunt: centuplum tibi pollicentur insuper ꝛ vita eterna: in Christo Jesu domino nostro:cui est gloria : ꝛ imperium in secula seculorum.Amen.

¶De repromissionibus secundis ab Abraham factis. Homilia.IX.

QUantum legentes progredimur:tantū nobis sacramentorum cumulus augetur: ꝛ vt siquis exiguo vectus nauigio ingrediatur mare:donec terre vicinus ē: minus metuit:cum vero paulatim in altum fuerit progressus:ꝛ vndis intumescentibus:vel in excelsum attolli ceperit : vel eisdem debiscentibus in ima deduci:ibi vero mentem pauor ingens ꝛ formido percutit quod exiguam ratem tam immensis fluctibus credidit:ita etiam nos pati videmur:qui exigui meritis:ꝛ ingenio tenues:intre tam vastum mysteriorum pelagus audemus.Sed si orantibus vobis: dominus dignetur spiritus sui sancti auram nobis prosperam dare:secundo verbi cursu portum salutis intrabimus.Uideamus ergo nunc que sunt: que nobis recitata sunt. Et vocauit (inquit) angelus domini Abraham secūdo de celo dicens. Per memetipsum iuraui dicit dominus. Propter quod fecisti verbum hoc:ꝛ non pepercisti filio tuo dilecto propter me: benedicens benedicam te:ꝛ multiplicans multiplicabo te:ꝛ erit semen tuum sicut stelle celi in multitudine:ꝛ sicut arena maris:que nō potest dinumerari:ꝛ cetera. Solicitum hec: ꝛ intentum auditorem requirunt. Nouum est enim: quod dicit:ꝛ vocauit (inquit) angelus domini Abraham secundo de celo. Quod tamen addidit non est nouum. Nam benedicens benedicam te:ꝛ ante iam dictum est : ꝛ multiplicans multiplicabo te: ante promissu; est ꝛ erit semen tuum sicut stelle celi : ꝛ sicut arena maris:ꝛ prius fuerat pronunciatum. Quid ergo est nunc amplius quod secundo clamatur e celo? Quid noui veteribus : vel promissionibus additur? Quid plus premij datur: in eo quod dicit: propter quod fecisti verbum hoc : idest propter quod filiu; obtulisti: propter quod nō pepercisti vnico filio tuo: nihil additu; video: eadem repetitur:que prius fuerant repromissa.Ergo superfluum videbitur eadem sepius retractare:ꝛ minus necessarium. In sacramētis enim fiunt:cuncta que fiunt. Abraham si tantum ſm carnem vixisset : ꝛ vnius populi: quem ſm carne; genuit:pater fuisset:vna suf fecerat repromissio. Nunc vero vt ostenderet eum primo patrem futurum eoru; qui ſm carnem circuncisi sunt: circuncisionis sue tempore datur ei repromissio:que ad populu; circuncisioni pertinere deberet:secūdo q: pater esset futurus etiam eoru; qui ex fide sunt: ꝛ qui per passionem Christi veniunt ad hereditatem. Tempore nihilominus passionis: Ysaac promissio renouatur:que pertinere debeat ad eu; populum:qui passione Christi ac resurrectione saluatur.Et eadem quide; repeti videtur: sed longe diuersa sunt. Illa eni;: que prius dicta sunt:ꝛ ad priorem populum pertinent : in terris dicta sunt. Sic enim dicit scriptura.Et eduxit eum foras:de tabernaculo scilicet: ꝛ dixit ei. Respice stellas celi : si dinumerari possunt a multitudine.Et addidit. Sic erit semē tuum.Ubi autē secundo repetitur repromissio:designat quia loquutus est ei de celo:ꝛ datur promissio de terra prima:secunda de celo: nonne aperte hic illud designare videtur : qđ apostolus dicit: primus homo de terra terrenus:secundus homo de celo celestis? Ista ergo promissio: que ad fidelem populum pertinet de celo est:illa de terra. In illa sermo tantūmodo fuit:hic interponitur iusiurādum:qđ iterpretatur ad hebreos scribens sanctus apostolus hoc modo dicens. Uolēs (inqt) Deus ostēdere pollicitationes heredibus per imobilitatem cōsilij sui:interposuit iusiurandu;.Et iterū.Homines (inquit) p maiorē sui iurant: Deus ait quoniā neminē habuit per que; iuraret maiorē: per memetipsum iuro dicit dominus.Non quo deū iurisiurandi necessitas vrgeret.Quis enim ab eo exigeret sacramentum? Sed sicut interpretatus est Apostolus Paulus:quo per hoc imobilitatē consilij sui cultoribus designaret:sic ꝛ alibi per prophetā dicitur:iurauit dominus:nec penitebit eū : tu es sacerdos in eternum ſm ordinem Melchisedech. Tunc deinde in prima repromissione non habet positam causam cur data sit repromissio:sed tantu; quod eduxit eu; foras:ꝛ ostēdit (inquit) ei stellas celi:ꝛ dixit:sic erit semen

tuum. Nunc vero addit causam propter quã
iuramẽto confirmat promissionem firmam fu
turam. Dicit enim q: fecisti verbum hoc: ꝛ nõ
pepercisti filio tuo. Ostẽdit ergo quia propter
oblationem: vel passionem filij: promissio fir
ma sit: euidẽter designans q: propter passionẽ
Christi populo ex gentibus: q ex fide est Abra
he: maneat firma promissio. Et nũquid in hoc
solo: secunda firmiora sunt primis? In multis
huiuscemodi adumbrata inuenies sacramen
ta. Primas tabulas legis in littera: cõfregit
Moyses ꝛ abiecit. Secundam legem in spiri
tu suscepit: ꝛ sunt firmiora secunda: quaꝫ pri
ma. Rursus idem ipse cũ oẽm legem in quat
tuor libris comprehẽdisset: Deuteronomium
scribit: quod secunda lex dicitur. Ismahel pri
mus est: secundus Ysaac: ꝛ similis in secundo
prelationis forma seruatur. Hoc ꝛ in Esau: ꝛ
in Jacob: in Effrem: ꝛ Manasse: in mille alijs
similiter inuenies adũbratuꝫ. Sed redeamus
nunc ad nosmetipsos: ꝛ moralem locũ per sin
gulos quosqꝫ tractemus. Apostolus dicit: si
cut iam supius memorauimus: primus homo
de terra terrenus: secũdus homo de celo cele
stis. Qualis terrenus: tales ꝛ terreni: ꝛ qualis
celestis: tales ꝛ celestes. Sicut portauimꝰ ima
ginem terreni: portemus ꝛ imaginem celestis.
Uides quid ostendit: q: si permanseris in eo:
quod primum est: quod de terra est: reproba
beris: nisi te cõmutes: nisi conuersus fueris: ni
si celestis effectus: imagineꝫ celestis acceperis.
Hoc idem est: quod alibi dicit. Exuite vos ve
terem hominem cuꝫ actibus suis: ꝛ induentes
nouum: qui ſm Deum creatus est. Idipsum
ꝛ alio loco scribit. Ecce vetera transierunt: fa
cta sunt omnia noua. Iccirco ergo promissio
nes suas renouat Deus: vt ostendat tibi quia
debeꝭ ꝛ tu renouari. Non permanet ille in ve
teribus: ne ꝛ tu vetus homo permaneas. De
celo hec loquitur: vt ꝛ tu imaginem celestis ac
cipias. Nunquid tibi prodest si deus innouet
promissiones: ꝛ tu non innoueris? Si ille de ce
lo loquatur: ꝛ tu de terra audias? Quid tibi
prodest si Deus se iuramento constringit: ꝛ tu
hec quasi cõmunem audiens fabulam transe
as? Quare nõ cõsyderas: quod propter te de
us etiam ea que nature sue apta minime vidẽ
tur: amplectitur? Iurare dicitur Deus: vt tu
audiens paueas: ꝛ intremiscas: ꝛ metu conster
natus inquiras: quid illud tãtum est: pro quo
Deus iurare dicaꝭ. Fiũt ergo hec: vt tu atten
tus: ꝛ solicitus fias: ꝛ audiens tibi repromissio
nẽm parari in celis: vigiles ꝛ requiras quate
nus diuinis ꝓmissionibus dignus existas. Ue
rũtamen hunc locum ꝛ apostolus interpreta
tur dicens: quia Abrahe promisit deus: ꝛ se
mini eius. Non dixit: ꝛ seminibꝰ quasi in mul
tis: sed tãquam in vnum: ꝛ semini tuo: qui est
Christus. De Christo ergo dicitur: multipli
cans multiplicabo semen tuum: ꝛ erunt sicut
stelle celi in multitudine: ꝛ sicut arena: que est
ad oram maris. Quis iam expositione idiget:
vt sciat semen Christi: quomodo multiplice
tur: qui videt a finibus terre vsqꝫ ad fines ter
re propagatam predicationẽ euangelij: ꝛ nul
lum pene esse iam locum: qui non semen verbi
susceperit? Hoc nãqꝫ ꝛ in initijs mundi prefi
gurabatur: cum diceret Ade. Crescite ꝛ mul
tiplicabimini. Quod ꝛ ipsum dicit apostolus.
in Christo dici: ꝛ in ecclesia. Quod autem di
xit sicut stelle celi in multitudine: ꝛ adiecit si
cut arena: que est ad oram maris innumerabi
lis: fortasse quidẽ dicat aliquis celestis nume
ri figuram christianorum populo: arene ma
ris iudaico conuenire. Ego tamen hoc magis
puto quod vtrũqꝫ exẽplum vtriqꝫ populo pos
sit aptari. Nam ꝛ in illo populo fuerunt mul
ti iusti: ꝛ prophete: quibus stellarum celi meri
to cõparatur exẽpluꝫ: ꝛ in nostro populo sunt
multi: qui terrena sapiunt: ꝛ quorum stultitia
grauior est arena maris. In qbus precipue he
reticorum turbas arbitror deputandas. Sed
ne nos quideꝫ securi simus: donec quis nostrũ
non deponit imaginem terreni: ꝛ induit ima
ginem celestis: terrenis comparatur exẽplis.
Unde ꝛ apostolus ex his (vt opinor) motus:
in celestibus: ꝛ terrestribus corporibus resur
rectionis format imagineꝫ dicẽs. Alia quidẽ
celestium gloria: alia autẽ terrestriũ. Et stella
ab stella differt in claritate: ita erit ꝛ resurre
ctio mortuorum. Sed ꝛ dominus eum dicit:
vt luceat lux vestra corã hominibus: ꝛ viden
tes homines opera vestra bona glorificent pa
trem vestrũ: qui in celis est: hoc idem commo
net eum: qui nouit audire. Quod auteꝫ Chri
stus semen Abrahe: ꝛ filius Abrahe sit: si vis
euidẽtius scripture verbis discere: audi quo
modo in euãgelio scriptuꝫ est. Liber (inquit)
generatiõis Jesu Xp̄i filij Dauid: filij Abra
haꝫ. In hoc ergo cõpletur ꝛ ille sermo: quem
dicit: hereditatem capiet semen tuum ciuita
tes aduersariorum. Quomodo hereditate ce
pit Christus ciuitates aduersariorum? Per
hoc sine dubio: quod in omneꝫ terram exijt so
nus apostoloꝝ: ꝛ in orbem terre verba eorum.
Unde ꝛ ad iracũdiam excitati sunt angeli il
li: qui singulas quasqꝫ nationes sub potestate
retinebant. Cum enim diuideret excelsus gen
tes: secũdum numerum angelorum dei: tunc
pars eius facta est Jacob: ꝛ funiculum heredi

tatis eius israel. Christus enim ad quem dixerat pater: pete a me: et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre: depellens ipsos angelos potestate: et dominatione: quam habebant in nationibus prouocat eos ad iracundiam. Et iccirco dicit: quare astiterunt reges terre: et principes conuenerunt in vnum aduersus dominum: et aduersus Christum eius. Et ideo aduersantur etiam nobis: atque agones contra nos: et certamina concitant. Hinc et apostolus: Christi luctamen est (inquit) nobis non aduersus carnem: et sanguinem: sed aduersus principatus: et potestates: et mundi huius rectores. Propterea ergo vigilandum nobis est: et solicite agendum: quia aduersarius noster sicut leo rugiens circuit: querens quem transuoret. Cui nisi restiterimus fortes in fide: rursus nos in captiuitatem reuocabit. Quod si nobis veniat: ingratum faciemus opus eius: qui cruci sue affixit principatus: et potestates: cum fiducia triumphans eos in semetipso: et qui venit captiuos dimittere in remissionem. Quin potius fidem Christi sequentes: qui triumphauit eos: dirumpamus vincula eorum: quibus nos deuinxerunt potestati sue. Vincula vero: quibus nos constringunt: passiones: et vitia nostra sunt: quibus tamdiu innectimur: donec carnem nostram crucifigamus cum vitiis: et concupiscentiis. Et ita demum dirumpamus vincula eorum: et proiiciamus a nobis iugum ipsorum. Igitur occupauit semen Abrahe ciuitates aduersariorum: id est semen verbi: quod est predicatio euangelii: et fides Christi. Sed dico. Nunquid iniquitate vsus est dominus: vt eriperet gentes de potestate aduersariorum: et ad fidem suam: ditionemque reuocaret? Nequaquam. Errat enim aliquando pars domini Israel: sed quia peccatis recesserat a deo suo: propter peccata sua dixit ei Deus. Ecce peccatis vestris distracti estis: et propter peccata vestra dispersi estis sub vniuerso celo. Sed iterum dicit ad eos. Si fuerit dispersio vestra ab extremo celi: vsque ad extremum eius: inde congregabo vos dicit dominus. Quia ergo principes huius mundi inuaserant partem domini: necesse habuit pastor bonus relictis in supernis nonaginta et nouem: descendere ad terras: et vnam ouem: que perierat querere: inuentamque eam: et humeris reuectam: ad supernum perfectionis ouile reuocare. Sed quid mihi prodest si semen Abrahe: qui est Christus hereditate possideat ciuitates aduersariorum: et meam ciuitatem non possideat? Si in mea ciuitate: hoc est in anima mea: que est ciuitas Regis magni: neque leges eius: neque instituta seruentur? Quid mihi prodest quod vniuersum mundum subiecit: et aduersariorum ciuitates possidet: si non et in me aduersarios suos vincat: si non destruat legem: que est in membris meis repugnans legi mentis mee et captiuum me ducit in lege peccati? Sic ergo vnusquisque nostrum satis agat: vt et in sua anima: et in suo corpore vincat Christus aduersarios suos: et subiiciens eos: ac triumphans etiam sue anime possideat ciuitatem. Hoc enim modo de parte eius efficimur: de parte meliore: que est sicut stelle celi in claritate: vt et nos benedictionem Abrahe capere possimus: per Christum dominum nostrum: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De rebecca cum exisset ad aquam hauriendam: et occurrisset ei puer Abrahe. Homilia.X.

Ysaac (inquit scriptura) crescebat: et confortabatur: id est gaudium crescebat Abrahe: respicienti non ad ea: que videntur: sed que non videntur. Non enim gaudebat de presentibus Abraham: neque de diuitiis mundi: et actibus seculi. Sed vis audire Abraham vnde gauderet? Audi dominum ad iudeos dicentem Abraham pater vester desyderauit vt videret diem meum: et vidit: et gauisus est. Per hoc ergo crescebat Ysaac: per quod Abrahe visio illa qua videbat Christi diem: et spes: que in ipso est: gaudia cumulabat. Atque vtinam essi cereminis etiam vos Ysaac: et essetis gaudium matris vestre ecclesie. Sed vereor ne adhuc in tristitia: et gemitu: ecclesia filios pariat. An non est ei tristitia: et gemitus: cum vos non conuenitis ad audiendum Dei verbum? Et vix festis diebus ad ecclesiam proceditis? Et hoc non tam desyderio verbi: quam studio solennitatis: et publice quodammodo remissionis obtemptu. Quid igitur ego faciam: cui dispensatio verbi credita est? Qui licet inutilis seruus sim: accepi tamen a domino distribuendam familie dominice tritici mensuram. Quid ergo faciam? Vbi vel quando vestrum tempus inueniam? Plurimum ex hoc immo pene totum tempus mundanis occupationibus teritis in foro: aliud in negociatione consumitis: alius agro: alius litibus vacat: et ad audiendum dei verbum nemo: aut pauci admodum vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo? Quid de absentibus conqueror? Presentes et et in ecclesia positi non estis intenti: sed communes ex vsu fabulas teritis: verbo Dei: vel lectionibus diuinis terga conuertitis. Vereor ne et vobis dicatur a domino illud: quod per prophetam dictum est. Conuerterunt ad me dorsa: et non facies suas. Quid igitur ego faciam: cui mini

sterium dei creditū est? Que leguntur mystica
sunt in allegoricis exponēda sunt sacramētis.
Possum ne surdis: ⁊ auersis auribus ingere-
re margaritas verbi Dei? Nō ita egit aposto
lus. Vide enim quid dicit. Qui legem (inqt)
legitis legē non auditis. Abraham enim du-
os filios habuit: ⁊ cetera: quibus addit q̄ sunt
allegorica. Nunquid sacramēta legis eis ape
ruit qui neqȝ audiunt: neqȝ legunt legē? Sed
legem legētibus dicebat: legem non audistis.
Quomodo ergo potero mysteria legis: ⁊ alle-
gorias: quas ab apostolo edocti sumus aperi-
re: ⁊ prodere his: quibus ⁊ auditio ⁊ lectio le-
gis incognita est? Asperior fortasse vobis vi-
deor: sed non possum linire parietē lapsantē.
Timeo enī illud qđ scriptū est: populus meus:
qui beatificāt vos: seducunt vos: ⁊ semitas pe-
dum vestrorū cōturbant: tāquam filios meos
carissimos moneo. Miror si nondū vobis in-
notuit via Christi. Si nec hoc qdē audistis:
qđ non est lata: ⁊ spatiosa: sed arcta: ⁊ angusta
via est: que ducit ad vitam. Et vos ergo intra
te p angustā: n portam: relinquite peuntibus
latitudinē. Nox precessit: dies autē appropin-
quauit: vt filij lucis ambulate. Tēpus breue
est: superest vt ⁊ qui habēt tanquā non habē-
tes sint: ⁊ qui vtuntur hoc mundo: tanquam
non vtantur. Sine intermissione orandū apo
stolus precipit. Vos qui ad orationes non con
uenitis quomodo impletis sine intermissione:
quod semper omittitis? Sed ⁊ dominus preci
pit: vigilate: ⁊ orate: ne intretis in tētationem.
Quod si illi vigilantes: ⁊ orantes: ⁊ semp ver-
bo Dei adherentes: tentationem tamen ne-
quaquam fugerunt: quid faciunt hi: qui die-
bus tantum solēnibus ad ecclesiam conueni-
unt? Si iustus vix saluus fiet: peccator: ⁊ impi
us vbi parebunt? Piget me dicere aliquid ex
his: que lecta sunt. Nam ⁊ apostolus dicit de
huiuscemodi sermōibus: qꝛ interpretabiles
sunt ad dicēdum: quoniam vos (inquit) im-
becilles facti estis ad audiēdū. Videamus ta
men hoc: quod nobis modo recitatum est. Re
becca (inquit) veniebat cū filiabus ciuitatis
haurire aquam de puteo. Rebecca cotidie ve-
niebat ad puteos: cotidie hauriebat aquā. Et
qꝛ cotidie vacabat ad puteos: iccirco inueniri
potuit a puero Abraham: ⁊ in matrimonium
sociari Ysaac. Nec fabulas putatis esse: ⁊ hi-
storias narrare in scripturis spiritū sanctum?
Animarū est ista eruditio: ⁊ spiritalis doctri-
na: que te instituit: ⁊ docet cottidie venire ad
puteos scripturarum: ad aquas spiritus san-
cti: ⁊ haurire semper: ac plenū vas domū re-
ferre: sicut faciebat ⁊ sācta Rebecca. Que nō
aliter iungi potuisset tanto patriarche Ysaac:
qui ex repromissione natus est: nisi hauriendo
aquas: ⁊ intātum hauriēdo: vt non solum po-
tare posset eos: qui domini sunt: sed ⁊ puerum
Abrahe: ⁊ non tantum puerum: sed ⁊ eousqȝ
abundaret aquis: quas hauriebat de puteis:
vt ⁊ camelos posset adaquare: vsquequo cessa
rent (inquit) bibētes. Mysteria sunt: cuncta
que scripta sunt: vult te Christus sibi despon-
sare: ad te enim loquitur per prophetā dicēs.
Desponsabo te mihi in eternū: ⁊ desponsabo
te mihi in fide: ⁊ misericordia: ⁊ cognosces do
minum. Quia ergo vult te sibi desponsare: p-
mittit ad te istum puerū. Puer iste: sermo p-
pheticus est: quē nisi prius susceperis: nubere
Christo non poteris. Scio tamen: quia nemo
inexercitatus: ⁊ imperitus sermonē propheti-
cum suscipit: sed qui scit haurire aquam de p-
fundo putei: ⁊ qui intantum scit haurire: vt ⁊
his sufficiat qui irrationabiles: ⁊ peruersi vi-
dētur: quorum figuram tenēt cameli: vt ⁊ ipse
possit dicere: quia sapiētibus: ⁊ insipientibus
debitor sum. Deniqȝ sic dixerat in corde suo
puer iste. Ex his (inquit) virginibus: que ve-
niunt ad aquam: quecunqȝ dixerit mihi bibe
tu: ⁊ camelos tuos adaquabo: ipsa erit sponsa
domini mei. Sic ergo Rebecca: que interpre-
tatur patientia: vt vidit puerum: ⁊ inspexit p-
pheticum verbū: deponit de humero hydri-
am. Deponit enim elatam grece facundie ar-
rogantiam: ⁊ ad humilem: ac simplicem se in-
clinans propheticum sermonem dicit. Bibe
tu ⁊ camelos tuos adaquabo. Sed dicis for-
tasse: si puer prophetici sermonis tenet figu-
ram: quomodo potatur a Rebecca: quam ip-
se magis potare deberet? Vide ergo: ne forte
sicut ⁊ dominus Jesus: cum ipse sit panis vi-
te: ⁊ ipse pascat animas esurientes: ipse rursū
esurire se fatetur cū dicit. Esuriui: ⁊ dedistis
mihi manducare: ⁊ iterum cum ipse sit aqua
viua: ⁊ potum det omnibus sitientibus: rur-
sum ipse dicit ad Samaritanam. Da mihi bi
bere. Sic ⁊ propheticus sermo: cum ipse potū
det sitientibus: nihilominus ipse ab his pota-
ri dicitur: cum studiosorum exercitia: ⁊ vigi-
lantiam suscipit. Ista ergo talis anima: que
agit cuncta patienter: que tam prompta est: ⁊
tanta eruditione subnixa: que de pfundis hau
rire scientie fluenta consueuit: ipsa potest co-
pulari nuptijs Christi. Nisi ergo cottidie ve-
nias ad puteos: nisi cottidie haurias aquas:
non solum alios potare non poteris: sed ⁊ ipse
quoqȝ sitim verbi Dei patieris. Audi ⁊ domi
num dicentem in euangelijs. Qui sitit veniat
⁊ bibat. Sȝ tu (vt video) nec esuris: nec sitis
iustitiam.

iustitia. Et quomodo poteris dicere: sicut cer-
uus desyderat ad fontes aquarum: ita desyde
rat anima mea ad te deus? sitiuit anima mea
ad deum fontē viuū: qn̄ veniaz: ⁊ parebo ante
conspectum eius? Obsecro vos. Qui audito-
rio verbi semper assistitis patiēter accipite: do
nec paululum neglegentes: ⁊ desides commo-
neamus. Habetote patiētiam: qz de Rebecca
nobis: idest de patientia sermo est. Et necesse
est nos eos: qui collectam neglegunt: ⁊ audire
declinant verbum Dei: paululum p̄ patientiā
castigare: qui non desyderant verbum panem
vite: nec aquam viuam: qui non exeunt de ca-
stris nec procedunt de domibus luteis: vt colli
gant sibi manna: qui non veniunt ad petram:
vt bibant de spiritali petra. Petra enim est
Christus (vt apostolus ait.) Habetote inꝗ
vos paululum patiētiam. Sermo enim nobis
ad neglegentes: ⁊ eos: qui male habent. Sani
enim non indigent medico sed male habētes.
Dicite mihi vos qui tantūmodo festis diebus
ad ecclesiā conuenitis: ceteri dies non sunt fe-
sti? Non sunt dies domini? Iudeorum est: di-
es certos: ⁊ raros obseruare solēnes. Et ideo
ad eos dicit deus: qz νεομηνίας vestras: ⁊ sab-
bata: ⁊ diem magnum: non sustineo. Ieiuniū
⁊ ferias: ⁊ dies festos vestros: odit anima mea.
Odit ergo Deus eos: qui vnum diem putant
festum diem esse domini. Christiani omni die
carnes agni comedunt: idest verbum cottidie
sumunt. Pascha enim nostrum immolatus
est Christus. Et qz lex pasche talis est: vt in ve
spera comedatur: propterea in vespera mundi
passus est dominus: vt tu semper manduces
de carnibus verbi: qz semper in vespera es: vs-
quequo veniat mane. Et si in hac vespera soli
citus fueris: ⁊ in fletu: ac ieiunijs: atqz in om-
ni labore iustitie vitam duxeris: poteris ⁊ tu di
cere. Ad vesperam demorabitur fletus: ⁊ ad
matutinum letitia. Letaberis eniz mane: idest
in seculo venturo: si in hoc seculo fructum iu-
stitie in fletu: ⁊ labore collegeris. Venite ergo
⁊ vos dum tempus est: bibamus de puteo vi-
sionis: vbi Ysaac deambulabat: ⁊ vbi proce-
dit ad exercitium. Obserua quanta geruntur
ad aquas: vt ⁊ tu inuiteris cottidie venire ad
aquas verbi Dei: ⁊ assistere puteis eius: sicut
faciebat Rebecca: de qua dicitur: virgo erat
decora valde: vir non cognouerat eaz. Et hec
(inquit) exijt sero haurire aquam. Nec hoc
frustra scriptum est de ea. Verumtamen mo-
uet me: quid est: quod dicitur: virgo erat: vir
non cognouerat eam: quasi vero aliqua sit vir
go: quam vir contigerit. Et quid tibi videtur
additamentum in virgine: vt dicatur: qz vir
non cognouerat eam? Est enim aliqua virgo
quam contingerit vir. Sepe iam dixi quod in
his non historie narrantur: sed mysteria con-
texuntur. Tale eniz in hoc aliquid indicari pu
to. Sicut Christus anime vir dicitur: cui nu-
bit anima: cum venit ad fidem: ita ⁊ huic con-
trarius vir ille est: cui nubit anima: cum decli-
nat ad perfidiam. Ipse ille qui ⁊ inimicus ho-
mo dicitur: cum lolium superserit tritico. Nō
ergo sufficit anime: vt casta sit corpore: opus
est vt ⁊ vir hic pessimus non cognouerit eam.
Potest enim fieri: vt habeat quis in corpore
virginitatem: ⁊ cognoscens istum virum pessi
mum diabolum: atqz ab eo concupiscentie ia
cula in corde suscipiens: anime perdiderit ca-
stitatem. Quia ergo Rebecca virgo erat: san-
cta corpore ⁊ spiritu: icirco eius duplicat lau-
dem: ⁊ dicit: virgo erat: vir non cognouerat
eam. Vespere ergo venit ad aquas. De vespe
ra iam supradiximus. Vide autem: prudētiaz
pueri: non vult assumere sponsaz domino suo
Ysaac: nisi quā inuenerit decoram: ⁊ pulchraz
facie virginem. Et non solum virginem: sed
quam non contigerit vir. Et nisi quam repe-
rerit aquas haurientem non vult aliam despō
dere domino suo: non ei dat ornamēta: nisi ta-
lis sit. Non dat inaures: non dat brachialia.
Manet incomposita: inerudita: incompta.
Putamus: quia pater Rebecce: vir diues:
non habebat brachialia: ⁊ inaures: quas im-
poneret filie sue? Tanta eius: aut neglegentia
erat: aut auaritia: vt filie ornamēta nō daret?
Sed Rebecca non vult de auro Batuelis or
nari. Non sunt ei condigna ornamenta homi
nis barbari: ⁊ imperiti. De domo Abrahe re-
quirit monilia: quia patientia de domo sapiē-
tis ornatur. Non potuerunt ergo aures Re-
becce recipere decorem suum: nisi veniret pu-
er Abrahe: ⁊ ipse eas ornaret. Nec manus ei⁹
ornamenta suscipiunt nisi que miserit Ysaac.
Vult enim aurea in auribus suscipere verba:
⁊ aureos actus in manibus habere. Sed hec
prius accipere non potuit: nec mereri: nisi ve-
nisset ad puteos haurire aquas. Tu qui non
vis venire ad aquas: q̄ non vis in auribus tuis
aurea prophetarum verba suscipere: quomo-
do poteris ornatus esse in doctrina? ornatus
in actibus: ornatus in moribus? Sed vt omit-
tamus plurima: neqz enim commētandi nunc
tempus est: sed edificandi ecclesiam Dei: ⁊ pi-
griores: ac desides auditores: exemplis sancto
rum: ⁊ mysticis explanationibus prouocandi:
secuta puerum Rebecca: venit ad Ysaac. Se-
cuta enim sermonem propheticum ecclesia: ve
nit ad Christum. Et vbi eum inuenit? Ad

puteum (inquit) iuramenti deambulantem. Nunquam receditur a puteis: nunquam desistitur ab aquis. Rebecca inuenitur ad puteũ: rursum Rebecca ad puteum inuenit Ysaac. Ibi primos eius contẽplatur aspectus: ibi desilit de camelis: ibi a puero sibi demonstratus vidit Isaac. Hec putas sola referri de puteis. Et Jacob ad puteum venit: et ibi inuenit Rachel: et ibi innotescit ei Rachel bona oculis: et decora aspectu. Sed et Moyses ad puteũ inuenit Sefforam filiam Raguhel. Nondum moueris: vt hec intellegas spiritaliter dici? Aut putas semper casu cõtingere: vt patriarche ad puteos veniant: et ad aquas cõiugia sortiãtur? Qui hec ita putat: animalis homo est: et non percipit que sunt spiritus Dei. Sed qui vult maneat in his maneat aĩal. Ego Paulum apostolum sequẽs: dico hec esse allegorica: et sanctorum nuptias: coniunctionẽ dico esse anime cum verbo Dei. Qui enim iungit se domino: vnus est spiritus. Hanc autẽ coniunctionẽ anime cum verbo certum est non aliter fieri posse: nisi per instructionem diuinorum librorũ: qui figuraliter putei appellantur. Ad quos siquis veniat: et hauriat ex his aquas. i. meditando in his sensum: intellectum percipiat altiorem: inueniet nuptias Deo dignas. Coniungitur enim anima eius cum Deo. Desilit etiam de camelis: idest descendit a vitijs: abijciet irrationabiles sensus: et coniungetur Ysaac. Dignum nãq3 est: vt Ysaac transeat de virtute ad virtutẽ. Qui virtutis filius est Sare: nunc coniungitur: et sociatur patientie: que est Rebecca. Et hoc est transire de virtute in virtutem: et ex fide ad fidem. Sed ad euangelia veniamus. Ipse dominus cum ex itinere fatigatus fuisset: videamus vbi requiem querit. Uenit (inquit) ad puteum: et sedebat super eum. Uides vbiq3 sibi concordare mysteria: vides noui: et veteris testamenti consonantes formas. Ibi ad puteos: et ad aquas venitur vt inueniatur sponsa: et ecclesia Christo in lauacro aque coniungitur. Uides quantus nos sacramentorum cumulus perurget: quanta sunt que occurrunt: explicare non possumus: saltem hec incitare te debent ad audiendum: ad conueniendum: vt etiam si nos aliqua pro breuitate transcurrimus: tu cum relegis et requiris: etiã ipse discutias: et inuenias: certe vel in horum inquisitione permaneas: vt et te verbum Dei inueniens ad aquam assumat: et coniungat sibi: vt efficiaris cuz eo vnus Spiritus in Christo Jesu Domino nostro: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod Abraham Cethuram accepit vxorem: et quod Ysaac habitauit ad puteum visionis.

Homilia. XI.

Semper nobis sanctus Paulus apostolus occasiones prebet intellegẽtie spiritalis: et pauca licet tamen necessaria studiosis ostendit indicia: quibus quod lex spiritalis sit: in omnibus agnoscat. Ipse igitur d' Abraam: et Sara disputans: quodam loco ait nõ (inquit) infirmatus fide cõsyderauit suũ corpus emortuum cum fere centum annorum esset: et emortuam vuluam Sare. Nunc ergo: quem ille dicit emortuum corporis in centenario annorũ numero fuisse: et Ysaac magis virtute fidei: quam corporis fecunditate genuisse: scriptura nunc refert accepisse vxorem Cethuram nomine: et filios ex ea plurimos genuisse: cum fere centum triginta et septem videatur annorum. Nam Sara vxor eius: decez ab eo annis iunior scribitur: que centesimo vicesimo et septimo anno defuncta: indicat Abrahã super centum triginta septem annorum fuisse cum Cethuram accepit vxorẽ. Quid ergo putamus quod in tanto patriarcha per idẽ tempus incitamenta carnis viguerint? Et qui oliz a naturalibus motibus emortuus dicit: nunc ad libidinem rediuiuus putabitur? An (vt sepe iam diximus) patriarcharũ coniugia mysticum aliquid indicant: et sacratum? Sicut et ille: qui dicebat de sapientia: Hanc ego cogitaui vxorem adducere mihi. Fortassis ergo is tunc et Abraham simile aliquid cogitauit: et quamuis esset sapiens: hoc ipso tamẽ sciebat: quod sapientie nullus est finis: nec discẽdi terminum senectus imponit. Qui eniz consueuit eo modo sortiri matrimonium: quo de ipso superius indicauimus idest qui virtutem habere in coniugio solet: quando potest ab huiuscemodi cessare cõiugio? Sare namq3 dormitio: virtutis est intelligenda consumatio. Qui vero cõsumate: et perfecte virtutis est: semper necesse est: vt in aliqua eruditione versetur. Quã eruditionem coniugez eius sermo diuinus appellat. Secũdum hoc puto q' et in lege celebs: et sterilis maledictio subiacet. Dicit eniz. Maledictus: qui non reliquerit semen in Israel. Quod si hec de carnali semine dici putentur: omnes ecclesie virgines sub maledicto posite videbuntur. Et quid de ecclesie virginibus dico? Ipse Joannes: quo maior inter natos mulierum nemo fuit: et alij sanctorum plurimi: semen h'm carnem non reliquerunt: quippe: qui nec inijsse quidem matrimonia referuntur.

Sed et

Sed ꝛ certum est illos spiritale semen: ꝛ spiritales filios reliquisse: ꝛ habuisse vnumquemqꝫ cõiugem sapiẽtiam: sicut ꝛ Paulus per euangelium filios generabat. Accepit ergo senex mortui iam corporis Abraham Cethurã vxorem: Ego puto fm hanc: quam supra exposui mus rationem: ꝓ melius tunc vxor accipitur quando emortuum corpus est: quando mortificata sunt membra. Maior enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas inest: quando mortificatio Christi circũfertur in corpore nostro mortali. Deniqꝫ Cethura: quam nunc senex Abrahã sortitur in matrimoniũ θύμιαμα interpretatur: quod est incensum vel bonus odor. Et ipse enl dicebat: sicut Paulus dixit: qꝛ Christi bonus odor sumus. Quomodo autem quis Christi bonus odor efficitur: videamus. Peccatum res est fetida. Deniqꝫ peccatores porcis comparantur: q in peccatis velut in stercore fetido volutanẜ. Et Dauid ex persona peccatoris penitẽtis dicit. Cõputruerunt ꝛ exese sunt cicatrices mee. Siquis ergo vestrũ est: in quo odor peccati iam nullus est: ſꝫ odor iustitie: suauitas misericordie: siquis sine intermissione orando offert dño semper incensuꝫ ꝛ dicit: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinũ: hic Cethurã duxit vxoreꝫ. Sic ergo senum nuptias interpretari dignius puto: sic pulchre inita patriarcharũ in vltima iaꝫ ꝛ defecta etate ꝯiugia: sic necessarias filiorum ꝑcreationes existimo numerãdas. Ad tales eniꝫ nuptias: ꝛ huiuscemodi sobolẽ: nõ ita iuuenes vt senes apti sunt. Quanto enim quis carne fessus est: tãto erit animi virtute robustior: ꝛ sapiẽtie cõplexibus aptior. Sic ꝛ ille i scripturis vir iustus Elchana duas simul refertur habuisse vxores: quarũ vna Fenẽna: alia Anna dicebatur: idest conuersio: ꝛ gratia. Et primo quidem dicitur de Fenẽna filios suscepisse: idest de cõuersione: ꝛ postmodũ de Anna: q̃ est gratia. Prouectus etenim sanctorum scriptura figuraliter per coniugia designat. Vñ ꝛ tu potes (si vis) huiuscemodi nuptiarũ maritus existere. Ut (verbi causa) si hospitalitatem libẽter exerces: hanc tibi coniugẽ videberis assumpsisse. Huic si addideris pauperũ curam: secundã videberis sortitus vxorẽ. Quod si ꝛ patientiam tibi iungas: ꝛ mansuetudineꝫ: ceterasqꝫ virtutes: tot videberis accepisse vxores: quot virtutibus gaudes. Inde ergo est ꝙ nõnullos patriarcharuꝫ simul plures habuisse coniuges: alios defunctis prioribus accepisse alias scriptura cõmemorat: vt illud figuraliter indicetur: quod quidem plures simul possunt exercere virtutes: alij non prius q̃ sequuntur incipere: quã priora perduxerint ad perfectuꝫ. Inde deniqꝫ Salomon plures simul habuisse refertur vxores: cui dixerat dominus sapiens ante te non fuit talis: ꝛ post te non erit. Quia ergo dederat ei dñs multitudinem prudentie: sicut arena maris: vt indicaret populũ suũ in sapiẽtia: ideo plures simul poterat exercere virtutes. Sane propter hoc: quod ex lege Dei edocemur: si etiam ex his eruditionibus: que extrinsecus vidẽtur esse in seculo aliquas contingimus: verbi causa: vt est eruditio litterarum: vel artis grãmatice: vt est geometrica doctrina: vel rationũ eorum: vel etiã dialectica disciplina: ꝛ hec omnia extrĩsecus quesita: ad nostra instituta ꝑducimus: atqꝫ in assertionem nostre legis adsciscimus: tũc videbimur vel alienigenas in matrimoniuꝫ sumpsisse: vel etiam concubinas. Et si de huiuscemodi coniugijs disputãdo: contradicẽtes redarguẽdo: cõuertere aliquos poterimus ad fidẽ: ꝛ si suis eos rationibus ꝛ artibus superantes: ad veraꝫ philosophiam Christi: ꝛ verã societatẽ Christi: pietatẽ Dei suscipe suaserimus: tũc ex dialectica: vel rhetorica videbimur quasi ex alienigena quadam: vel concubina filios genuisse. Igitur ad tales nuptias: vel ad huiuscemodi filios ꝑcreãdos: ꝑ senectaꝫ nullus excluditur: immo potius hec casta progenies mature etati plus conuenit. Sicut ꝛ nunc Abrahaꝫ grãdeuus: ꝛ (vt scriptura dicit) senex: ꝛ plenus dierum Cethuram ducit vxoreꝫ. Sed ne hoc quidem latere nos debet ex his: que per historiam referuntur: que ꝛ quales sint generationes: que ex ipsa propagãtur. Si enim hoꝝ meminerimus: facilius de diuersis gentibus: que in scripturis dicuntur: poterimus agnoscere. Uerbi causa: vt cum dicitur: qꝛ Moyses accepit vxorẽ filiaꝫ Jethro sacerdotis Madian: q Madian inuenitur filius fuisse Cethure: ꝛ Abraham. Agnoscimus ergo: qꝛ vxor Moysi ex semine Abraham sit: ꝛ non fuerit alienigena. Sed ꝛ (cum scribitur) regina Cedar: Sciendum nihilominus est: quod ꝛ Cedar ex ipso genere Cethure descendat ꝛ Abraham. Sed ꝛ in generationibus Ismahel similia inuenies. Quas si diligẽter intuearis: plurimas in his: que ceteros latent: historias deprehendis. Sed ꝛ nos interim hec in aliud tẽpus pretermittẽtes: ad eã: q̃ in cõsequẽtibus recitata sunt: properemus. Et factuꝫ est (inqt) postq̃ mortuus est Abraham: benedixit dñs Ysaac filium eius: ꝛ habitauit ad puteũ visionis. De morte Abrahaꝫ: quid nobis amplius dicẽdũ est: quã sermo dñi in euãgelijs continet dicẽs:

de resurrectione autem mortuorum nõ legistis quomodo dicit in rubo. Deus Abrahã: et deus Ysaac: et deus Jacob: deus aũt nõ est mortuorũ: sed viuorũ. Oẽs enim illi viuũt. Optemus ergo et nos huiusmodi morté: sicut et apostolus dicit: vt moriamur peccato: viuam⁹ autem deo. Talis nãq3 Abrahe mors intelligenda est: que intãtum dilatauerat sinus eius: vt oẽs sancti: qui de quattuor terre partibus veniunt: in sinu Abrahe portenť ab angelis. Sz videamus iam quomodo post morté eius benedixerit dñs Ysaac filiũ eius. Et que est ista benedictio? Bñdixit (inquit) dñs Ysaac: et habitauit ad puteũ visionis. Hec est enim omnis benedictio: qua benedixit dñs Ysaac: vt habitaret ad puteũ visionis. Intellegẽtibus grandis est ista bñdictio. Utinam et dñs mihi donet hãc bñdictioné: vt habitare merear ad puteũ visionis. Quis potest scire et intelligere que est visio: quã dicit Esaias filius Amos? Quis potest scire que est visio Naũ? quis põt intelligere qd ptineat illa visio: quã vidit Jacob i Bethel: cũ abiret in Mesopotamiam: vbi dixit: hec est domus Dei: et porta celi: et si qs põt singulas quasq3 visiones: vel que i lege sunt: vel que in prophetis: scire et intelligere: ille habitat ad puteum visionis. Sed et hoc diligẽtius perspice: quod ita magnam benedictionem accipe a dño meruit Ysaac: vt habitaret ad puteum visionis. Nos vero qñ satis mereri poterimus: si forte transitum habere possimus per puteũ visionis? Ille tamẽ permanere meruit in visione et habitare: nos quidẽ parũ illuminati per dei misericordiã sentire: vel suspicari de vnaquaq3 visione vix possumus. Si tamen potuero vnum aliqué intellectũ sentire de visionibus dei: vna die videbor fecisse ad puteũ visionis. Si vero non solum ẽm litteram: sed aliquid et ẽm spiritum attingere: biduum videor fecisse apud puteum visionis. Quod et si moralem locum contigero fecerim triduũ: vel certe etiam si non potuero oĩa intelligere: assidue tamen in scripturis diuinis: et in lege Dei meditor die ac nocte: et oĩno nunq̃ desino: inquirendo: discutiẽdo: tractando: et certe (quod maximum est) orando Deum: et ab ipso poscendo intellectũ: qui docet hominé scientiã: videbor etiã ego habitare ad puteũ visionis. Sin vero neglegam: et neq3 ecclesiam ad audiendu3 verbum Dei frequẽter ingrediar: sicut nõnullos in vobis video: qui diebus tãtũmodo solemnibus ad ecclesiam veniũt: qui huiusmodi sunt: non habitant apud puteũ visionis. Ego autem vereor: ne forte qui ita neglegẽtes sunt: etiam cum ad ecclesiam veniũt: non bibant de puteo vite: nec reficiãtur: sed occupationibus vacent cordis sui et cogitationibus: quas secum deferunt: et discedãt nihilominus ab scripturarum puteis sitiẽtes. Festinate ergo vos: et satis agite: vt ista ad vos domini bñdictio veniat: qua apud puteũ visionis habitare possitis: vt apiat dominus oculos vestros: et videatis puteũ visionis: et percipiatis ex eo aquam viuam: que fiat in vobis fons aque salientis in vitam eternam. Siquis aũt raro ad ecclesiã veniat: raro de scripturarum fontibus hauriat: et que audit continuo discedẽs: et alijs negocijs occupatus omittat: hic non habitat apud puteũ visionis. Uis tibi ostẽdam quis est: qui nũquam recedit a puteo visionis? Apostolus Paulus: q dicebat. Nos aũt oẽs reuelata facie gloriam domini speculamur. Et tu ergo si semper perscruteris ꝓpheticas visiones: si semp inquiras: semper discere cupias: hec mediteris: in his pmaneas: percipis et tu benedictionem a domino: et habitas apud puteum visionis. Et tibi enim apparebit dominus Jesus in via: et aperiet tibi scripturas: ita vt dicas: nonne cor nostrum ardens erat in nobis: cum aperiret nobis scripturas? Apparet autem his: qui de ipso cogitant: et in ipso meditãtur: atq3 in lege eius die ac nocte versantur: ipsi gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

De conceptu Rebecce: et partu. Homilia. XII.

Per singulas quasq3 lectiones cu3 legiť Moyses: orandus est nobis pater verbi: vt impleat etiã in nobis illud: quod in psalmo scriptum est. Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Nisi enim ipse aperiat oculos nostros: quomodo videre poterimus tanta hec: que in patriarchis sacramẽta formantur. Que nunc in puteis: nunc in nuptijs: nunc in parturitionibus: nunc etiam in sterilitatibus figurantur. Refert namq3 presens lectio: q Ysaac rogauit Deum pro Rebecca vxore sua: q2 sterilis erat: et exaudiuit illum Deus: et concepit et exultabant (inquit) pueri in vtero eius. Primo omnium intuere quid istud est quod plurime sanctarum mulierum in scripturis steriles fuisse referuntur: sicut ipsa Sara: ecce et nũc Rebecca. Sed et Rachel dilecta Israhel sterilis fuit. Anna quoq3 mater Samuhelis: sterilis scribitur. Sed et in euãgelijs Helisabeth sterilis fuisse memorať. In oibus ãt istis vnus hic titulus designať: q si post sterilitaté sãctũ oẽs ediderit partũ. Sic ergo et hec nũc Rebecca sterilis fuisse dicitur: sed orauit

sed orauit (inquit) Ysaac pro ea dominum: et exau
diuit illũ: et cõcepit: et exultabãt (ait) pueri in
vtero eius. Sterilitas hec: ecce quid cõcepit?
Filij sterilis ante: q̃ nascantur exultant: et que
desperauerat sobolẽ: gentes: et populos gestat
in vtero. Sic enim dicit. Abijt (inquit) Rebec
ca interrogare dominum: et dixit ei dominus.
Due gẽtes in vtero tuo sunt: et duo populi de
ventre tuo separabuntur. Longum est si veli-
mus nunc exultationem puerorum adhuc in
vtero habitantium: perscrutari. Longum est:
si de his interpretationibus: et enigmata: que
scribit apostolus proferamus: quid mysterij:
quid cause contineant. Cur antequã nascãtur
pueri: aut aliquid in hoc seculo agant boni vel
mali: dicitur de his: quia populus populum su-
perabit: et maior seruiet minori: cur anteq̃ de
matris vtero procederẽt: dicitur per prophe-
tam: quia Jacob dilexi. Esau autem odio habui
hec supra nostram linguam sunt: et supra audi
tum vestrum. Nunc interim videamus quid
est: quod dicitur: abijt Rebecca interrogare
ad dominum. Abijt. Quo abijt? Ex eo loco: in
quo non erat dominus: abijt ad eum locum: in
quo erat? Hoc enim videtur indicare cum di-
citur abijt interrogare dominũ. Nõne vbique
est deus? Nonne ipse dixit: celum et terram ego
repleo dicit dominus? Quo ergo abijt Rebec
ca? Ego puto quod non de loco ad locum abie-
rit: sed de vita ad vitam: de actu ad actum: de
bonis ad meliora transierit: de vtilibus ad vti
liora preterit: de sanctis ad sanctiora propera-
uerit. Absurdum nãque est si ita putemus im-
peritam fuisse Rebeccam: et indoctam: que in
domo sapiẽtis Abrahe: sub viro eruditissimo
Ysaac fuerat instituta: vt intra aliquẽ locũ do
minum putauerit esse conclusum: et illuc iret
interrogare: quid paruulorum intra vterũ exul-
tatio designaret. Uis autem videre: quia ex mo-
re venit hoc sanctis: vt cum aliquid a deo ostẽ
di sibi viderint: vel abire: vel trãsire se dicant.
Moyses cum vidisset rubum ardere: admira
tus visu dixit. Transeam: et videbo visum hoc.
Non vtique et ipse significabat se aliquid terre
spacium transiturum: non montes conscẽdere:
nec digredi prerupta conuallium. Prope ipsum
erat visio: in ore: et in oculis eius. Sed dicit trã
seam vt ostẽdat se cõmonitum visione celesti:
ad superiorem vitam debere conscendere ab
his: in quibus erat ad meliora transire. Sic er
go et nunc refertur de Rebecca: quia abijt in-
terrogare dominum: que (vt diximus abisse)
non passibus pedum: sed mentis profectibus
existimanda est. Et tu ergo si ceperis intueri
non ea: que videntur: sed que non videntur:
idest non carnalia: sed spiritalia: nõ presentia:
sed futura: abisse diceris iterrogare dominũ.
Si eruas te de cõuersatione veteri: et a consor
tio eorum: cum quibus turpiter et notabiliter
vixeras: honestis vero te: ac religiosis actibus
socies: cum requisitus fueris inter sodales tur
pitudinis: et in cateruis noxiorum nequaq̃ fue
ris repertus: dicetur et de te: quia abijt interro
gare dominum. Sic igitur sancti non de loco
ad locum: sed de vita ad vitam: de institutis p̃-
mis abeunt ad instituta potiora. Dixit ergo ei
dominus. Due gẽtes in vtero tuo sunt: et duo
populi de ventre tuo segregabũtur. Et popu-
lus populum superabit: et maior seruiet minori.
Quomodo populus populum superauerit. i.
ecclesia synagogam: et quomodo maior serui-
et minori: etiam ipsis iudeis licet non creden-
tibus notum est. His ergo que palam sunt: et
valde omnibus trita: dicere superfluum puto.
Illud (si placet) addamus: quod vnumquẽ-
que nostrum: qui hec audit: edificare et instruere
queat. Ego puto quod et de singulis nobis hoc di
ci potest: quia due gentes: et duo populi intra
nos sunt. Nam et virtutum populus intra nos
est: et vitiorum nihilominus populus intra nos
est. De corde enim nostro procedunt cogitatio-
nes male: adulteria: furta: falsa testimonia: do
li: contentiones: hereses: inuidie: commessatio
nes: et his similia. Uides quantus malorũ po-
pulus intra nos est? Si vero mereamur illam
vocem dicere sancto spiritui. A timore tuo do
mine in vtero concepimus: et peperimus: spi-
ritum salutis tue fecimus super terram: tunc
et alius intra nos populus inuenitur in spiritu
generatus. Fructus enim spiritus est charitas:
gaudium: pax: patientia: humilitas: mansue-
tudo: continentia: castitas: et his similia. Ui-
des et alium populum: qui et ipse intra nos est:
sed iste minor est: ille maior. Semper enim
plures sunt mali: quam boni: et vitia nume-
rosiora virtutibus. Sed si tales sumus: qua-
lis Rebecca: et mereamur de Ysaac: idest de
verbo dei habere conceptum: etiã in nobis po
pulus populum superabit: et maior seruiet mi-
nori. Seruiet etenim caro spiritui: et vitia vir-
tutibus cedẽt. Et impleti sunt (inquit) dies
eius vt pareret: et erãt gemini i vẽtre eius. Hic
sermo: idest impleti sunt dies eius: vt pareret:
nunquam fere nisi de sanctis mulieribus scri
bitur. De hac namque Rebecca dictũ est hoc:
et de Helisabeth matre Joãnis: et Maria ma
tre domini nostri Jesu Christi. Unde mihi vi
detur eximium aliquid: et preter ceteros ho-
mines huiuscemodi partus ostendere: et re-
pletio dierum ortum perfecte sobolis indi-

care. Erijt autem filius (inquit) primitiuus:
rubeus: ⁊ totus tanquam pellis hirsutus. Co-
gnominauit autem nomen illius Esau: ⁊ po-
stea exijt frater eius: ⁊ manus eius īplexa erat
calcaneo Esau: ⁊ appellauit nomen illius Ja-
cob. Refert đ his alia scriptura: qꝛ Jacob sup
plantauit in ventre fratrem suum: ⁊ huius rei
indiciū fit: quod manus eius implexa erat cal-
caneo fratris sui Esau. Qui Esau đ vtero ma
tris sue processit hirsutus totus tāꝙ pellis. Ja
cob autem lenis ⁊ simplex. Unde ⁊ Jacob a lu
ctando nomen accepit: Esau vero (vt aiunt:
qui hebrea nomina interpretantur) vel a ru-
bore: vel a terra: idest rubeus: vel terrenus: vel
(vt alijs visum est) factura dictus esse videat.
Uerum que sunt istius natiuitatis priuilegia?
Cur autem ille supplantauerit fratrē: ⁊ lenis:
ac simplex natus sit: cum vtiqꝫ (sicut dicit apo
stolus) ex vno fuerint Ysaac patre nostro veri
usqꝫ filij cōceptus: vel cur ille totus hirsutus:
⁊ horridus: ⁊ (vt ita dicam) peccati: ⁊ negtie
squalore circūdatus: non est meum discutere.
Si enim voluero in altum fodere: ⁊ aque viue
latentes venas aperire: cōtinuo aderūt Phi
listini: ⁊ litigabūt mecum: ⁊ rixas mihi: ⁊ calū-
nias cōmouebunt: ⁊ incipiēt replere terra sua:
⁊ luto puteos meos. Naꝫ vtiqꝫ si permitterēt
isti Philistini: ⁊ ego volebam accedere ad do
minum meum patiētissimum Jesum: qui di-
cit: qꝛ ego venientem ad me non repello: volebā
accedere: ⁊ sicut dixerunt ei discipuli domine
quis peccauit: hic aut parētes eiꝰ: vt cecus na
sceretur? Et ego volebam interrogare eum ⁊
dicere: domine quis peccauit hic Esau aut pa
rētes eius: vt sic totus hirsutus: ⁊ horridus na
sceretur: vt in vtero supplantaretur a fratre?
Sed si voluero interrogare de his verbū dei:
⁊ inquirere statim mihi lites Philistini: ⁊ ca-
lumnias mouēt. Et ideo nos relinquētes hūc
puteum: ⁊ vocātes eum inimicitiā: aliū fodia-
mus. Post hec (inqt) seminauit Ysaac ordeū
⁊ inuenit cētuplum. Benedixit aūt illū domi-
nus: ⁊ magnificatus est homo: ⁊ processu ma-
ior fiebat quoadusqꝫ magnus factus est valde.
Quid est quod Ysaac hordeū seminauit: ⁊ nō
frumentum: ⁊ benedicitur in eo quod hordeuꝫ
seminat ⁊ magnificatur quousqꝫ magnus fi-
at? Apparet ergo quia nonduꝫ magnus erat:
sed postea ꝙ seminauit ordeum: ⁊ collegit cen-
tupluꝫ: tūc factus est magnus valde. Hordeū
iumētorum maxime cibus est: aut seruoruꝫ ru
sticorum. Est enim species asperior: ⁊ que ve-
lut acuminibus quibusdam: cōtingētē stimu-
lare videatur. Ysaac sermo Dei est: qui sermo
in lege hordeū seminat: ⁊ in euāgelijs triticū.

Illum enim cibum perfectioribus: ⁊ spiritua-
libus: hunc imperitioribus ⁊ animalibus pa-
rat: quia scriptum est: homines ⁊ iumenta sal-
uos facies domine. Ysaac sermo legis hordeū
seminat: ⁊ tamen in ipso hordeo inuenit cētesi
mum fructum. Inuenis enim ⁊ in lege marty
res: quorum est centesimus fructus. Sed ⁊ do
minus noster in euangelijs Ysaac: perfectiora
queqꝫ apostolis: turbis aūt plebeia: ⁊ commu-
nia loquebatur. Uis aūt videre: qꝛ etiā ipsius
hordei cibos incipiētibus exhibuit? Scriptuꝫ
est in euangelijs: qꝛ secundo pauerit turbas.
Sed illos: quos primo pascit: idest incipientes
hordeaceis panibus pascit. Postea vero cum
iam profecissent in verbo ⁊ doctrina: triticeos
eis exhibet panes. Sed post hoc dn̄s (inquit)
benedixit Ysaac: ⁊ magnus factus est valde.
Paruus erat Ysaac in lege: sed processu tēpo
ris fit magnus. Fit magnus ꝓcessu tēporis in
prophetis. Nā in sola lege nōdū magnus est:
quippe que ⁊ velamine tecta est. Crescit ergo
iam in prophetis. Cuꝫ vero peruenerit ad hoc
vsqꝫ: vt ⁊ velamen abijciat: tunc erit magnus
valde. Cum ceperit littera legis velut palea
hordei eius secerni: ⁊ apparuerit quod spirita-
lis est lex: tunc Ysaac magnificabitur ⁊ fiet ma
gnus valde. Uide enim qꝛ ⁊ dominus in euan
gelijs paucos panes frangit: ⁊ quot milia refi-
cit populorum: ⁊ quanti cophini reliquiarum
supersunt? Donec integri sunt panes nemo sa
turatur: nemo reficitur: nec ipsi panes vidētur
augeri. Considera ergo nunc quomodo pau-
cos panes frāgimus: đ scripturis diuinis pau
cos sermones assumimus: quot milia hominum
saturantur. Sed nisi fracti fuerint isti panes:
nisi in partes cōminuti a discipulis: hoc est ni-
si minutatiꝫ littera fuerit discussa ⁊ fracta: sen
sus eius ad oēs non potest ꝑuenire. Cum autē
ꝑtractare ceperimus: ⁊ singula queqꝫ discute-
re: tunc turbe quidem quantum poterunt su-
mant. Quod aūt nō potuerint colligēduꝫ est:
⁊ reseruandum: nequid pereat. Seruamus er
go ⁊ nos siquid turbe capere non possunt ⁊ col
ligimus in cophinis: ⁊ sportis. Deniqꝫ cum
pauloante fregissem panē de Jacob: ⁊ Esau:
quanta de illo pane fragmenta superauerint?
Que nos diligēter recollegimus ne perirent:
⁊ seruamus in sportis: vel cophinis: vsquequo
dominus de ipsis quid etiā fieri iubeat: videa-
mus. Nunc autē quantum possibile est: vel de
panibus comedamus: vel de puteis hauria-
mus. Tentemus facere etiaꝫ illud: quod sapiē
tia cōmonet dicens. Bibe aquas de tuis fon-
tibus: ⁊ de tuis puteis: ⁊ fit tibi fons tuus ꝓpri
us. Tēta ergo ⁊ tu o auditor habere ꝓpriū pu-

teum: ⁊

teum: et proprium fontem: ut et tu cum apprehenderis librum scripturarum: incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum: et secundum ea: que in ecclesia didicisti: tenta et tu bibere de fonte ingenij tui. Est intra te natura aque vive: sunt vene perennes: et irrigua fluenta rationabilis sensus: si modo non sint terra: et ruderibus oppleta. Sed satis age fodere terram tuam: et purgare sordes: idest ingenij tui amovere desidiam: et torpores cordis excutere. Audi enim quid dicit scriptura. Punge oculum: et profert lachrymam: punge cor: et profert sensum. Purga ergo et tu ingenium tuum: ut aliquando etiam de tuis fontibus bibas: et de tuis puteis haurias aquam vivam. Si enim suscepisti in te verbum dei: si accepisti ab Jesu aquam vivam: et fideliter accepisti: fiet in te fons aque salientis in vitam eternam. In ipso Jesu Christo domino nostro: cui est gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De puteis: quos fodit Ysaac: et repleti sunt a Philistinis. Homilia.XIII.

SOlita ergo ad puteos semper patriarcharum invenimus exercitia. Ecce enim refert scriptura: quod Ysaac postquam benedixit illum dominus: et magnificatus est valde: aggressus est opus magnum. Et cepit (inquit) fodere puteos. Puteos: quos foderant pueri eius in tempore patris eius Abraham: sed opilaverunt eos Philistini: et impleverunt terra. Primo ergo habitavit apud puteum visionis: et illuminatus a puteo visionis: aggreditur alios puteos aperire. Et non primum novos puteos: sed quos foderat pater eius Abraham. Et cum fodisset primum puteum zelati sunt (inquit) eum Philistini. At ille zelo eorum non est deterritus: nec cessit invidie: sed iterum (inquit) fodit puteos: quos foderant pueri Abraham patris eius: et opilaverunt eos Philistini post mortem Abrahe patris eius: et posuit illis nomina secundum nomina: que posuerat pater eius. Fodit ergo illos puteos: quos pater suus foderat: et per malitiam Philistinorum terra fuerant repleti. Fodit et alios novos in valle Gerararum non quidem ipse: sed pueri eius: et invenit (inquit) ibi puteum aque vive. Sed rixati sunt pastores. Gerararum cum pastoribus Ysaac: dicentes suam esse aquam: et appellavit nomen putei iniquitas. Inique enim gesserunt cum eo: sed Ysaac recedit a malitia eorum: et fodit iterum alterum puteum: et pro ipso nihilominus (inquit) altercabantur: et appellavit nomen eius inimicitias. Et recessit inde: et fodit iterum puteum alium: et non sunt rixati. Ideo et appellavit nomen eius amplitudo: dicens: quia nunc dilatavit nos deus: et auxit nos super terram. Bene in quodam loco sanctus apostolus considerans mysteriorum magnitudinem dicit. Et ad hec quis idoneus? Simili modo: immo longe dissimili: quanto longe illo inferiores sumus: etiam nos videntes tantam mysterij altitudinem puteorum: dicimus: et ad hec quis idoneus? Quis enim digne valeat explicare: vel puteorum sacramenta tantorum: vel eorum: que gesta pro puteis referuntur: nisi invocemus patrem verbi venientis: et ipse in ore nostro verbum dare dignetur: ut sitientibus vobis possimus aliquantulum aque vive haurire ex his tam copiosis: et multiplicibus puteis? Sunt ergo putei: quos foderunt pueri Abraham: sed hos Philistini repleverunt terra. Hos ergo primum purgare aggreditur Ysaac. Philistini aquas oderunt: terram diligunt. Ysaac aquas diligit: puteos semper querit: veteres purgat: novos aperit. Intuere nostrum Ysaac: qui pro nobis oblatus est hostia: venientem in valle Gerararum: quam interpretantur macheram: sive sepem venientem in aquam: ut medium parietem sepis solvat: et inimicitias in carne sua venientem tollere macheram: idest peccatum quod inter nos separat: et deum: macheram que est media inter nos: et celestes virtutes: ut faciat utraque unum: et ovem: que erraverat humeris suis reportet ad montes: et restituat ad alias nonagintanovem: que non erraverunt. Hic ergo Isaac salvator noster cum venisset in istam vallem Gerararum: primo olim illos puteos fodere vult: quos foderant pueri patris sui: legis scilicet et prophetarum. Vult puteos innovare: quos Philistini terra repleverant. Qui sunt isti: qui terra puteos replent? Illi sine dubio: qui in lege terrenam: et carnalem intellegentiam ponunt: et spiritualem ac mysticam claudunt: ut neque ipsi bibant: neque alios bibere permittant. Audi Isaac dominum nostrum Jesum in evangelijs dicentem. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: quoniam tulistis clavem scientie: et neque ipsi introistis: neque volentes permisistis. Isti sunt ergo: qui puteos: quos foderant pueri Abraham: terra repleverunt: qui legem carnaliter docent: et aquam sancti spiritus maculant. Qui puteos ad hoc habent: non ut aquam proferant: sed ut terram ponant. Hos ergo puteos aggreditur fodere Isaac. Et videamus quomodo eos fodit. Cum pueri Isaac: qui sunt Apostoli domini nostri transirent (inquit) per segetes sabbato vellebant spicas: et confricantes manibus manducabant. Tunc ergo dicebant ei isti: qui terra repleverant puteos patris eius. Ecce discipuli tui faciunt

sabbatis quod non licet. Ille vt terrenum eorum foderet intellectum: dicit ad eos. Non legistis quid fecit Dauid: cum esuriret ipse: et qui cum ipso erant: quomodo intrauit ad Abiatar sacerdotem: et panes propositionis manducauit ipse: et pueri sui: quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Et his addidit. Si sciretis quid est misericordiam volo: et non sacrificium: nunquam vtique condemnassetis innocentes. Sed illi ad hec quid referunt? Rixati sunt cum pueris eius: et dicunt: non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Hoc ergo modo fodit puteos Ysaac: quos foderant pueri patris sui. Puer patris sui erat Moyses: qui foderat puteum legis. Pueri patris sui erant Dauid: et Solomon: et prophete: et si qui illi sunt: qui libros scripserant veteris testamenti: quos terrena: et sordida repleuerat intellegentia iudeorum. Quam cum vellet purgare Ysaac: et ostendere quia quecunque lex: et prophete dixerant: de ipso dixerant: rixati sunt cum eo Philistini: sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum eis: qui in puteis nolunt aquam habere: sed terram: et dicit eis. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Fodit ergo Isaac: et nouos puteos: immo pueri Isaac fodiunt. Pueri sunt Isaac. Mattheus. Marcus. Lucas. Joannes. Pueri eius sunt. Petrus. Jacobus. Judas: puer eius est et apostolus Paulus: qui omnes noui testamenti puteos fodiunt. Sed et pro his altercantur illi: qui terrena sapiunt: nec noua condi patiuntur: nec vetera purgari. Euangelicis puteis contradicunt: apostolicis aduersantur. Et quoniam in omnibus contradicunt: in omnibus litigant: dicitur ad eos: quoniam indignos vos fecistis gratia dei: ex hoc iam ad gentes ibimus. Post hec ergo fodit tertium puteum Isaac et appellauit nomen loci illius amplitudo: dicens: quia nunc dilatauit nos dominus: et auxit nos super terram. Vere enim dilatatus est Isaac et auctum est nomen eius super terram: cum adimpleuit nobis scientiam trinitatis. Tunc enim tantum in Judea notus erat Deus: et in Israel magnum nomen eius nominabatur: nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Euntes enim pueri Ysaac per vniuersum orbem terre: foderunt puteos: et aquam viuam omnibus ostenderunt: baptizantes omnes gentes in nomine patris: et filii: et spiritus sancti. Domini enim est terra: et plenitudo eius. Sed et vnusquisque nostrum: qui verbum dei ministrat: puteum fodit: et aquam viuam querit: ex qua reficiat auditores. Si ergo incipiam et ego veterum dicta discutere: et sensum in eis querere spiritalem: si conatus fuero velamen legis amouere: et ostendere allegorica esse que scripta sunt: fodio quidem puteos: sed statim mihi mouebunt calumnias amici littere: et insidiabuntur mihi inimicitias continuo: et persecutiones parabunt: veritatem negantes stare posse: nisi super terram. Sed nos si Isaac pueri sumus: puteos aque viue diligamus: et fontes: a litigiosis: et calumniatoribus recedamus: et relinquamus eos in terra: quam diligunt. Nos vero nunquam cessemus puteos aque viue fodiendo: et nunc quidem vetera: nunc etiam noua discutiendo: efficiamur similes illi euangelico scribe: de quo dominus dixit: quia profert de thesauro suo noua: et vetera. Sed et si quis eorum me nunc audiat disputantem: qui seculares literas nouit: dicit fortasse: nostra sunt ista: que dicis: et nostre artis eruditio est hec ipsa quam disputas: et doces: nostra eloquentia est. Et mouet mihi lites velut Philistinus quidam dicens: quia in meo solo fodisti puteum: et videbitur sibi merito vendicare: que proprie terre sunt. Verum ad hec ego respondebo: quia habet omnis terra aquas sed qui Philistinus est: et terrena sapit: nescit in omni terra inuenire aquam: nescit in omni anima inuenire rationabilem sensum: et imaginem dei: nescit fidem: pietatem: religionem posse in omnibus inueniri. Quid tibi prodest habere eruditionem: et nescire ea vti? et habere sermonem: et nescire loqui? Istud opus proprie puerorum Isaac est: qui in omni terra fodiunt puteos aque viue: idest omni anime verbum dei loquuntur: et inueniunt fructum. Denique vis videre: vnus puer Isaac quantos puteos in terra alienigenarum foderit? Vide Paulum: qui ab Hierusalem in circuitu vsque ad Illyricum repleuit euangelium dei. Sed per singulos istos puteos persecutiones passus est Philistinorum. Audi ipsum dicentem: quanta mihi acciderunt Iconio. Listris: quanta in Ephesio? quoties cesus: et quoties lapidatus est: quoties pugnauit ad bestias? sed permansit vsquequo exiret ad latitudinem: idest vsquequo in totius orbis terre latitudinem ecclesias collocaret. Sic ergo putei: quos fodit Abraham: idest scripture veteris testamenti repleti sunt terra a Philistinis: siue malis doctoribus: scribis: et phariseis: siue etiam aduersariis potestatibus: et obturate sunt earum vene: ne potum prebeant his: qui ex Abraham sunt. Non enim populus ille bibere describitur de scripturis: sed sitim patitur verbi dei: donec veniat Isaac: et aperiat eos vt bibant pueri sui. Gratias ergo filio Abrahe Christo: de quo scriptum est. Liber generationis Jesu Christi filii Dauid: filii Abraham: qui venit: et aperuit nobis puteos. Ipsos enim

enim aperiebat illis: qui dicebant. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis: cũ aperiret nobis scripturas? Apuit ergo hos puteos: et vocauit eos: sicut vocauerat eos Abraham pater eius. Non enim immutauit vocabula puteorum. Et est mirum quod Moyses etiã apud nos Moyses appellatur: et pphete vnusquisq; suo nomine compellãtur. Non enim Christus in eis nomina: sed intelligentiam cõmutauit. Cõmutauit autẽ in eo: vt iam vltra non attendamus iudaicis fabulis: et genealogijs infinitis: qui a veritate quidem auditũ auertũt: ad fabulas autẽ conuertuntur. Aperuit ergo puteos: et docuit nos: vt nõ in aliquo loco queramus deum: sed sciamus quia in omni terra offertur sacrificiũ nomini eius. Nũc enim illud est tẽpus qñ veri adoratores adorant patrem: neq; in Hierosolymis: neq; i mõte Garizin: sed in spiritu: et veritate. Nõ ergo in loco: neq; in terra habitat deus: sz in corde habitat. Et si locũ dei requiris: cor mũdũ est locus eius. In hoc nãq; loco habitaturũ se dicit: cum per prophetã ait. Habitabo in eis: et inambulabo et ipsi erunt mihi populus: et ego ero illis deus dicit dñs. Vide ergo quia forte etiã in vniuscuiusq; nostrũ anima est puteus aque viue: est qdã celestis sensus: et imago dei latens: et hunc puteum Philistini: idest potestates aduerse repleuerũt terra. Quali terra? Carnalib[9] sensibus et terrenis cogitatiõibus: et ppterea portauimus imaginem terreni. Tũc ergo cum portaremus imaginẽ terreni, Philistini repleuerũt terra puteos nños. Sz nunc quoniã venit noster Ysaac: suscipiamus eius aduentum: et fodiamus puteos nños: et abijciamus ab eis terram: purgemus eos ab omnibus sordibus: et a cunctis cogitationibus luteis: et terrenis: et inueniemus in eis aquã viuã: illã: quam dicit dominus: qui credit in me flumina de ventre ei fluẽt aque viue. Vide quanta sit liberalitas domini. Puteos repleuerũt Philistini: et venas nobis aquarũ exiles: et tenues inuiderũt: et pro his nobis fontes reddantur: et flumina. Si ergo et vos hodie hec audiẽtes fideliter pcipiatis auditũ: operatur et i vobis Ysaac purgat corda vestra a terrenis sensibus: et vidẽtes hec tanta mysteria in scripturis diuinis esse latentia: proficitis in intellectu: et proficitis in spiritalibus sensibus. Incipietis etiã ipsi esse doctores: et procedent ex vobis flumina aque viue. Adest enim verbum dei et hec nunc eius est operatio: vt de anima vniuscuiusq; nostrũ remoueat terrã: et aperiat fontẽ viuũ. Intra te eni est: et non extrinsecus venit: sicut et regnum dei intra te est. Et mulier illa: que perdiderat dragmam: non illam inuenit extrinsecus: sed in domo sua: posteaquam accẽdit lucernam: et mundauit domum sordibus: et immunditijs quã longi tẽporis ignauia et hebitudo cõgesserat: et ibi inuenit dragmam. Et tu ergo si accẽdas lucernam: si adhibeas tibi illuminationem spiritus sancti: et in lumine eius videas lumen: inuenies intra te dragmã. Intra te nãq; est collocata imago regis celestis. Cum enim faceret hominem ex initio deus: ad imaginẽ: et similitudinem suam fecit eum: et hanc imaginem non extrinsecus: sed intra eum collocauit. Hec in te videri nõ poterat: donec domus tua sordida erat: imũditijs et ruderibus repleta. Iste fons scientie intra te erat situs: sed nõ poterat fluere: quia Philistini repleuerãt eũ terra: et fecerant in te imaginem terreni. Sed tu portasti quidem tunc imaginem terreni. Nũc vero his auditis ab illa omni mole: et oppressione terrena per vbũ dei purgatus: imaginem celestis in te splẽdescere facito. Hec ergo imago est: de qua dicebat pater ad filium: faciamus hominem ad imaginẽ: et similitudinem nostram. Filius dei ẽ pictor huius imaginis. Et q[?] talis: ac tãtus est pictor: imago eius obscurari per incuriam potest: deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago dei in te: licet tu tibi ipse superducas imaginẽ terreni. Istam picturam tu tibi ipse depingis. Cum enim te libido fuscauerit: induxisti vnũ colorem terrenũ. Si vero et auaritie studeas: miscuisti et aliũ. Sed et cum te ira sanguineum facit: addis nihilominus et tertium colorem. Superbie quoq; alius additur fucus: et impietatis alius. Et sic p singulas quasq; malitias: velut diuersis coloribus cõgregatis: hãc imaginem terreni: quã deus in te non fecit: tu tibi ipse depingis. Propterea ergo deprecandus est nobis ille: qui dicit per prophetã: ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas: et sicut caliginem peccata tua. Et cum deleuerit omnes istos in te colores: qui ex fucis malitie sumpti sunt: tunc resplendet in te imago illa: q̃ a deo creata est. Vides quomõ diuine scripture formas inducũt: et figuras: quibus ad imaginẽ: vel purgationẽ sui anima doceatur. Vis adhuc et aliam videre formam huius imaginis? Sunt quedam littere: quas deus scribit: quedam littere: quas nos scribimus. Peccati litteras nos scribimus. Audi apostolũ dicẽtem. Delens (inquit) quod aduersũ nos erat chirographum in decretis: quod erat contrariũ nobis: tulit illud de medio: affigens illud cruci sue. Istud qdem qđ dicit chirographũ peccatorũ nostrorũ cautio fuit. Vnusquisq; et

enim nostrum:in his:que delinquit:efficitur debitor:et peccati sui litteras scribit. Quia et in iudicio dei:quod Daniel consedisse describit: libros dicit apertos : sine dubio : qui peccata hominum continerent. Nos ergo ipsi nobis scribimus per ea : que delinquimus. Huius enim rei et illa imago est:que in euangelio dicitur de villico iniquitatis:qui ad vnumquemque debitorem dicit:accipe litteras tuas: et sedens scribe octoginta:et cetera que referuntur. Vides ergo quia vnicuique dicitur:accipe litteras tuas. Unde constat nostras esse litteras peccati:litteras autem iustitie Deus scribit. Ita enim dicit Apostolus. Vos enim estis epistola scripta:non atramento:sed spiritu Dei viui:non tabulis lapideis:sed in tabulis cordis carnalibus. Habes ergo in te litteras dei: et litteras spiritus sancti. Si vero delinquas: ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed vide quia cum semel accessisti ad crucem Christi:et ad gratiam baptismi:chirographum tuum cruci affixum:et in fonte baptismi deletum est. Non rescribas vltra:que deleta sunt: nec repares que abolita sunt:solas in te serua litteras Dei:sola in te permaneat scriptura spiritus sancti. Sed redeamus ad Ysaac : et fodiamus cum ipso puteos aque viue etiam si obsistunt Philistini: etiam si rixantur : nos tamen perseueremus cum ipso puteos fodiendo:vt et nobis dicatur:bibe aquam de tuis fontibus:et de tuis puteis:et intantum fodiamus: vt superabundent aque putei in plateis nostris:vt non solum nobis sufficiat scientia scripturarum:sed et alios doceamus : et alios instruamus:vt bibant homines:bibant et pecora. Audiant prudentes:audiant simplices quoque:sapientibus et insipientibus debitor est doctor ecclesie potare homines : potare debet et pecora:quia et propheta dicit:homines et iumenta saluos facies domine:illuminante nos : et purgante corda nostra ipso domino Jesu Christo saluatore nostro:cui est gloria:et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo:quod apparuit dominus Ysaac ad puteum iuramenti:et de pacto quod composuit Abimelech. Homilia.XIIII.

Scriptum est in propheta ex persona domini dicentis:et in manibus prophetarum similatus sum. Qui sermo illud indicat: quod cum vnus sit dominus noster Jesus Christus per substantiam suam:et nihil aliud:quam filius dei sit:in figuris tamen:et formis scripturarum:varius ac diuersus ostenditur. Verbi gratia. sicut in superioribus exposuisse nos memini: quod ipse fuisset in typo Ysaac:cum offerretur ad holocaustum:ipsius tamen et aries formam teneret. Ego amplius dico:quod in angelo:qui locutus est ad Abraham:et dicit ei:ne inijcias manum tuam in puerum:ipse ostenditur:qui ait ad eum. Propter quod fecisti verbum hoc benedicens benedicam te:ouis.vel agnus:qui immolatur in pascha:ipse dicitur et ouium pastor. Ipse signatur et pontifex:qui offert sacrificium: nihilominus ipse describitur sponsus tamquam verbum dei ipse appellatur:et tamquam sapientia ipse rursus sponsa nominatur:sicut et propheta dicit ex persona ipsius:tamquam sponso posuit mihi mitram:tamquam sponsam adornauit me ornamento et multa alia:que nunc interim persequi longum est. Sicut ergo ipse dominus pro loco:et tempore formam sui singulis quibusque accommodat causis:ita etiam sancti:qui eius typum gerebant pro locis:et temporibus:et causis:mysteriorum figuras egisse credendi sunt:sicut et nunc fieri in Ysaac videmus: de quo recitatum est nobis. Ascendit (inquit) inde ad puteum iuramenti:et apparuit ei dominus nocte illa : et dixit. Ego sum deus Abraham patris tui:noli timere. Tecum enim sum:et benedicam te:et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Huius Ysaac duas nobis figuras exposuit apostolus Paulus:vnam qua dixit quod Ismahel quidem filius Agar:populi secundum carnem. Ysaac vero populi:qui ex fide est:formam tenet:et aliam qua ait:non dixit ex seminibus quasi in multis:sed semini tuo:qui est Christus. Tenet ergo Ysaac populi figuram:et Christi. Christum autem tamquam verbum dei non solum in euangelijs loqui:sed et in lege certum est et prophetis. Verum in lege incipientes:in euangelijs perfectos docet. Et Ysaac ergo formam nunc verbi quod in lege:vel prophetis est:tenet. Ascendit igitur Ysaac ad puteum iuramenti:et apparuit illi dominus. Ascensionem legis et ante iam diximus ornatum templi esse:et eorum que inibi diuina gerebantur obsequia. Potest et augmentum prophetarum legis ascensio nominari:et propterea forte ad puteum iuramenti ascendisse dicitur:et ibi apparuisse ei dominus. Nam per prophetas iurauit dominus:et non penitebit: quod ipse sit sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Ad puteum ergo iuramenti visus est ei Deus:futura in eo promissa confirmans. Et edificauit ibi altare Ysaac:et inuocauit nomen domini et fixit ibi tabernaculum suum. Foderunt autem ibi pueri Ysaac puteum. Edificat quidem Ysaac etiam altare in lege:et figit tabernaculum suum. In euangelijs vero non

tabernaculum

tabernaculũ figit: sed domum edificat: ⁊ fun-
damẽtum collocat. Audi .n. dicentẽ sapiẽtiã
de ecclesia. Sapiẽtia (inq̃t) edificauit sibi do-
mum: ⁊ supposuit septem columnas. Audi de
hoc etiam Paulũ dicẽtẽ. Fundamentũ enĩ
nemo potest ponere: preter id quod positũ est:
qui est Jesus Christus. Ubi ergo tabernacu-
lũ est ẽt si figatur: sine dubio resoluẽdũ ẽ: vbi
vero fundamẽta sunt: ⁊ supra petrã edificatur
domus: nũꝙ resoluitur domus illa. Fundata
enim est supra petram. Fodit tñ ⁊ ibi puteum
Ysaac: nec vnꝙ cessat puteos fodiẽdo: donec
oriat fons aque viue: ⁊ fluminis impetus letifi-
cet ciuitatẽ dei. Sz ⁊ Abimelech ille: q dudũ
honorauerat Abrahã: venit nũc cum amicis
suis de Gerarie ad Ysaac. Et dic illis Ysaac.
Quid venistis ad me? Uos enim odistis me: ⁊
eiecistis me a vobis. Ad hec illi respõdẽt. Ui-
dẽtes (inquit) vidimus: qꝛ est dñs tecũ ⁊ dixi-
mus: fiat ꝯiuratio iter nos ⁊ te: ⁊ cõstituamus
tecum pactũ ne facias nobiscũ mala: ⁊ cetera.
Iste Abimelech (vt video) nõ semꝑ pacẽ hz
cum Ysaac: sed aliqñ dissidet: aliqñ pacem re-
quirit. Si meministis qđo in supioribus dixi-
mus de Abimelech: qui ꝑsonã teneat studio-
soꝝ: ⁊ sapiẽtium seculi: qui per eruditionẽ phi-
losophie: multa etiã ex veritate ꝯprehẽderint:
intelligere potestis: quomõ hic cum Ysaac: q
verbum dei: quod in lege est: tenet figurã: ne-
qz in dissensione semper potest esse: neqz semꝑ
in pace. Philosophia enim neqz in omnibus
legi dei contraria est: neqz in omnibus conso-
na. Multi enim philosophorum vnum esse
deũ: qui cuncta creauerit: scribunt: in hoc cõ
sentiũt legi dei. Aliquãti etiã hoc addiderũt:
quod deus cũcta per verbũ suum ⁊ fecerit: ⁊
regat: ⁊ verbũ dei sit: quo cũcta moderentur.
In hoc non solum legi: sed ⁊ euãgelijs conso-
na scribunt. Moralis vero ⁊ physica que dici-
tur philosophia: pene omnis: que nostra sunt
sentiunt. Dissident vero a nobis: cum deo di-
cũt esse materiã coeternã: dissident: cũ negant
deum curare mortalia: sed prouidẽtiam eius:
supra lunaris globi spacia cohiberi. Dissidẽt
a nobis: cum vitas nascentium stellarum cur-
sibus pẽdunt: dissidẽt cum perpetuum dicunt
hunc mundum: ⁊ nullo fine claudendum. Sz
⁊ alia plurima sunt: in quibus nobiscum vel
dissident: vel concordant. Et ideo Abimelech
ꝑm hanc figuram: aliquando in pace esse cum
Ysaac: aliquando dissidere perscribitur. Sed
⁊ hoc nõ puto quod ociose spiritui sancto: qui
hec scribit: cure fuerit comprehendere: ꝙ duo
alij cũ Abimelech venerint: idest Ochozath
gener eius: ⁊ Ficol dux exercitus eius. Inter-
pretat aũt Ochozath tenẽs: ⁊ Ficol os oĩum.
Ipse autem Abimelech pater meus rex. Qui
tres (vt ego arbitror) imaginẽ totius philo-
sophie tenent: que apud eos in tres partes di-
uiditur: logicam: physicam: ethicam: idest ra-
tionalem: naturalem: moralẽ. Rationalis est
illa: que deum patrem oĩum confitetur: vt est
Abimelech. Naturalis illa est: que fixa est: ⁊
tenet omnia velut nature ipsius viribꝰ nitẽs:
quã profitetur Ochozath: qui dicitur tenẽs.
Moralis est: que in ore est omnium: ⁊ ad oẽs
pertinet: ⁊ pro communi similitudine ꝓcepto-
rum: in omnium ore versatur: quam designat
iste Ficol: qui os omnium interpretatur. Hi
ergo omnes in huiuscemodi eruditionibus in-
stituti: veniunt ad legem dei: ⁊ dicunt. Uiden-
tes vidimus: quia est dominus tecum: ⁊ dixi-
mus: fiat cõiuratio inter nos: ⁊ inter te: ⁊ con-
stituamus tecum pactum: ne facias nobiscũ
mala: sed quẽadmodum nos te nõ sumus exe-
crati: ita ⁊ tu benedictus domino. Possunt q-
dem isti tres: qui pacem requirũt a verbo dei:
⁊ preuenire cupiunt pacto societatẽ eius: figu-
ram tenere Magoꝝ: qui ex orientis partibus
veniunt: eruditi paternis libris: ⁊ institutioni-
bus maiorum: ⁊ dicũt: quia vidẽtes vidimus
natum Regem: ⁊ vidimus quia deus est cum
ipso: ⁊ venimus adorare eum. Sz ⁊ si quis ille
est: qui huiuscemodi eruditionibus institutus
videns quia deus erat in Christo mundũ re-
cõcilians sibi: ⁊ admiratus operum eius maie-
statem dicat: vidẽtes vidimus: quia est domi-
nus tecum: ⁊ diximus: fiat cõiuratio iter nos.
Ascendẽs enim ad legem dei necessario dicit.
Iuraui ⁊ statui custodire mãdata tua. Sz qd
petunt? Ne facias nobis (inquiũt) mala: sed
sicut nos te execrati nõ sumus: ita ⁊ tu benedi-
ctus domino. Remissionẽ peccatorũ per hec
deposcere mihi videntur: ne recipiant mala.
Benedictionem postulãt: nõ retributionem.
Deniqz vide quid seqtur. Et fecit illis (inq̃t)
cõuiuium magnum Ysaac: ⁊ manducauerunt
⁊ biberunt. Certũ est enim: quia qui ministrat
verbum: sapientibus ⁊ insipientibus: debitor
est: quia ergo hic conuiuium sapiẽtibus exhi-
bet: iccirco dicit: qꝛ nõ paruum: sz magnũ cõ-
uiuium fecit. Et tu si nõ sis adhuc paruulus:
⁊ lacte nõ indigeas: sz exercitatos deferas sen-
sus: ⁊ eruditiõe plurima ꝑmissa: ad intellegen-
tiã verbi dei capacior venias: fit etiam tibi ꝯui-
uiũ magnũ. Non tibi olera languidorũ para-
bit cibus: nec lacte nutrieris: quo paruuli nu-
triuntur: sed faciet tibi minister verbi cõuiuiũ

magnum. Loquetur tibi sapiētiam: que inter perfectos profertur: sapientiam dei in ministerio absconditam proferet tibi: quam nemo prīcipum huius seculi cognouit. Reuelabit tibi Christum sm̄ hoc: quod in eo omnes thesauri sapientie: ⁊ scientie absconditi sunt. Faciet ergo tibi conuiuium magnum: ⁊ ipse tecum epulatur si te non inueniat talem: vt dicat tibi quia nō potui vobis loqui: quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus: tanq̄ paruulis in Christo. Corinthijs hoc dicit: quibus ⁊ addit. Cum enim sint inter vos contentiōes: ⁊ dissensiōes: nonne carnales estis: ⁊ sm̄ hominem ambulatis? Istis non fecit magnum conuiuiū Paulus: intantum vt cum esset apud eos: ⁊ egeret: nulli oneri esset: nec panem gratis ab aliquo manducaret: sed sibi: ⁊ omnibus: qui secū erāt nocte ⁊ die laborātes manus sue ministrarēt. Tantum ergo longe aberant Corinthij: quibus magnum conuiuium fieret: vt nec minimum quidem: vel exiguum apud eos predicator verbi dei potuerit exhibere conuiuiū. Qui vero sciunt audire perfectius: qui eruditos: ⁊ exercitatos ad audiendum verbum dei deferunt sensus: istis fit magnum conuiuium: cum istis epulatur Ysaac: ⁊ non solum epulatur: sed ⁊ surgēs cum iuramento eis pacem de futuris promittit. Oremus ergo ⁊ nos tali mente tali fide accedere ad audiendum verbum dei: vt facere nobis dignetur conuiuium magnum. Sapientia enim iugulauit hostias suas: miscuit in cratere vinum suum: ⁊ misit seruos suos: q̄ oēs quotquot inuenerint: perducant ad conuiuiū suum. Tantum est: vt ⁊ nos ingressi conuiuiū sapientie: non rursum nobiscum indumenta insipientie deferamus: non infidelitatis veste circundati: non peccatorum maculis fucati: sed in simplicitate ⁊ puritate cordis āplectamur verbū: ⁊ diuine sapiētie famulemur: qui est Christus Jesus dominus noster: cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod scriptum est: ⁊ ascenderunt ex Egypto: ⁊ venerunt in terram Chanaan: ad Jacob patrem suum: ⁊ nunciauerunt ei dicētes: quia filius tuus Joseph viuit: ipse principatū agit toti⁹ terre Egypti. Homilia. XV.

Obseruandum nobis est scripturas sanctas legentibus: quomodo in singulis quibusq; locis ascēdere commemoratur: ⁊ descendere. Si enim diligentius consyderemus: inueniemus quia nunq̄ fere in sanctum quis locum dicitur descendisse: neq; ad vituperabilē conscendisse memoratur. Que obseruatiōes ostēdunt scripturam diuinam nō (vt plurimis videtur) inerudito: ⁊ agresti sermone compositam: sed sm̄ disciplinā diuine eruditiōis aptatam: neq; tantum historicis narrationibus: quantum rebus ⁊ sensibus mysticis ferulentes inuenies. Ergo scriptum est eos: qui ex semine Abraham nascuntur descendisse in Egyptū: ⁊ rursum filios Israel ascendisse de Egypto. Deniq; ⁊ de ipso Abraham sic dicitur: ascēdit autē Abraham de Egypto: ipse ⁊ vxor ei⁹: ⁊ omnia: que eius erant: ⁊ Loth cū ipso in desertum. Tum deinde: ⁊ de Ysaac dicitur: quia apparuit ei dominus: ⁊ dixit ei. Ne descēdas in Egyptum. Sed ⁊ Ismahelite: qui portabāt θυμαμιατα ⁊ resinam: ⁊ guttam: ⁊ ipsi ex semine Abraham erāt: in Egyptum descendere: referuntur: cum q̄bus Joseph descēdisse in Egyptum dicitur. Sed ⁊ post hec vides (inquit) Jacob quia est cōmercium frumenti in Egypto: dixit ad filios suos. Ut q̄d desides estis? Ecce audio q̄ est frumentum in Egypto. Descēdite illuc: ⁊ emite nobis escas: vt viuamus: ⁊ non moriamur. Et paulopost. Descenderūt (inquit) fratres Joseph in Egyptum comparare frumentum. Sane cum detentus fuisset Symeon in Egypto: ⁊ nouem fratres eius dimissi reuerterentur ad patrem: non est scriptū quia ascenderunt ex Egypto: sed imponentes (inquit) frumentum super asinos suos abierunt. Neq; enim digne dicerentur ascendere: quorum frater vinctus tenebatur in Egypto: cum quo ⁊ ipsi mente: ⁊ animo soliciti: velut q̄busdam charitatis vinculis cruciabantur adstricti. Cum autem recepto fratre: ⁊ agnito Joseph: sed ⁊ Beniamin in oculis eius ablato: cū letitia reuertuntur: tunc dicitur quia ascenderunt ex Egypto: ⁊ venerunt in terram Chanaan ad Jacob patrem suū: ⁊ sic etiam quādo dicunt ad patrem: q̄ Joseph filius tuus viuit: ⁊ ipse principatū agit totius terre Egypti. Necessario enim ab infimis: ⁊ humilibus dicūtur ad ardua: ⁊ excelsa cōscendere: qui Joseph viuere nūciant: ⁊ principatū totius Egypti gerere. Hec interim ad p̄sens nobis occurrere de ascēsione: ⁊ descēsiōe potuerūt: ex q̄bus studiosi quiq; occasiones h̄re possunt: plura de scripturis sanctis p̄ huiusmodi assertione probamenta colligere. Videamus sane quomō audire debeamus de eo: qd̄ scriptū est: q̄ Joseph filius eius viuit. Ego hec nō cōmuniter dicta suscipio. Si enim (verbi causa) ponamus: quia potuisset vinci a libidine: ⁊ peccasset cum vxore domini sui nō puto quod hoc a patriarchis

de eo

28

de eo nunciatū fuisset patri eius Jacob: quia filius tuus Joseph viuit. Hoc enim si fecisset: sine dubio nō viuebat. Anima enim: que peccat: ipsa morietur. Sed ⁊ Susanna eadem docet: cū dicit. Angustie mihi vndiqꝫ. Si enim hoc fecero: idest si peccauero: mors mihi est: ⁊ si non fecero: non effugiā manus vestras. Uides ergo ⁊ ipsam mortem in peccato posuisse: sed ⁊ ad primum hominem a deo prolata sententia: eadem continet: cum dicit. Qua die manducaueritis ex eo: morte moriemini. Statim namqꝫ vt preuaricatus est mandatū: mortuus est. Mortua est enim anima: que peccauit: ⁊ arguitur serpens fefellisse: qui dixit non morte moriemini. Et hec de eo: quod dictum est a filijs Israel ad Jacob: quia Joseph filius tuus viuit. Quibus similia etiam in posterioribus referunt: cum dicitur: ⁊ resuscitatus est spiritus Jacob patris eorū: ⁊ dixit. Israel magnū mihi est: si adhuc Joseph filius meus viuit. Quod in latino dicit resuscitatus est spiritus: in greco ανεζωπυρησεν scriptū est. Quod nō tā resuscitare: ꝙ reaccēdere (vt ita dicaꝫ) significat: ⁊ reignire. Quod dici solet: cū forte in aliqua materia ignis: eousqꝫ deficit: vt extingui videat: ⁊ si forte fomētis adhibitis reparetur: reaccēsus dicitur. Aut si lucerne lumē eousqꝫ perueniat: vt putetur extingui: si forte infuso oleo resuscitet: licet minus polito sermone: reaccēsa lucerna dicitur. Similr̄ ⁊ de lampade: vel alijs huiuscemodi luminibus appellabitur. Tale ergo aliquid: ⁊ in Jacob indicare videbitur hic sermo: quod donec longe fuit ab Joseph: ⁊ nō est ei annūciatuꝫ de vita eius: veluti defecerat in eo spiritus eius: ⁊ lumē qđ in ipso fuit: fomētis deficiētibus iaꝫ fuerat obscuratum. Ubi vero venerunt: qui ei annūciarent de vita eius: idest qui dicerent: quia vita erat lux hominū: reaccēdit in se spiritū suū: ⁊ reparatū est in eo fulgur luminis veri. Quod aūt possit interdū diuinus ignis extingui: etiā in sanctis: ⁊ fidelibus: audi apostolum Paulū precipientem his: qui dona spiritus: ⁊ grāꝫ merebantur accipere: ⁊ dicentem: spiritum nolite extinguere. Tāꝙ ergo tale aliquid passus fuerit Jacob: quale Paulus precepit fieri nō debere: ⁊ reparauerit se per ea: que ei nunciata fuerant de vita Joseph. Dicitur de eo: ⁊ reaccendit spiritum suum Jacob: ⁊ dixit Israel. Magnuꝫ mihi est: si adhuc filius meus Joseph viuit. Sꝫ hoc obseruanduꝫ est: qꝛ qui reaccēdit spiritum suum: eū scilicet: qui pene videbatur: extinctus Jacob dicitur. Ille autē q dicit. Magnuꝫ mihi est: si filius meus Joseph viuit: quasi intelligens: ⁊ videns magnam eē vitam: que est in Joseph: spiritalis iste nō iam Jacob: sed Israel scribitur: tāꝙ qui mente videat veram vitam: que est verus Deus Christus. Non solum autem de hoc motus est: qđ audiuit: quia Joseph filius tuus viuit: sꝫ ⁊ de illo maxime: qđ annūciatū est ei: qꝛ ipse sit: qui principatū teneat totius Egypti. Hoc.n. vere magnum est ei: quod in ditionem suaꝫ redegit Egyptum. Calcare enim libidem: fugere luxuriam: omnesqꝫ voluptates corporis premere: ac frenare: hoc est principatuꝫ gerere totius Egypti. Et hoc est: qđ apud Israel magnū ducitur: ⁊ in admiratione habet. Si quis vero est: qui aliqua qdem vitia corporis subiuget: alijs vero cedat ⁊ subiaceat: de isto non integre dicitur: quia principatuꝫ agit totius terre Egypti: sed (verbi causa) vnius forte: aut duaꝝ: vel triū ciuitatū videbitur gerere principatū. Joseph vero: cui nulla corporis libido dominata est: totius Egypti princeps: ⁊ dominus fuit. Dicit ergo non iam Jacob: sꝫ Israel reaccēso spiritu. Magnuꝫ mihi est: si Joseph filius meus viuit: ibo ⁊ videbo eū anteꝙ moriar. Sed ne hoc quidem ociose relinquendum est: quod non animam: sed spiritum: tāꝙ meliorem sui partem: resuscitatum: vel reaccēsum dicit. Splendor etenim lucis: qui erat in eo: etiam si extinctus in eo penitus non est: tūc cum obtulerūt filij eius tunicam Joseph: hedi sanguine maculatā: sed mēdacio eoꝝ decipi potuit: ita vt scinderet vestimenta sua: ⁊ poneret saccum super lūbuꝫ suū: ⁊ lugeret filiuꝫ suum: nec vellet omnino ꝯsolari: sed diceret: quia descendo ad filiū meum lugens in infernum: tūc etiam (sicut diximus) non erat penitus extinctum in eo lumen: maxima tamen ex parte fuerat obscuratum: quod decipi potuit: quod vestimenta scindere: quod falso lugere: quod implorare mortem: quod in infernuꝫ cuperet lugendo descendere. Propter hec ergo nunc resuscitat: ⁊ reaccendit spiritum suuꝫ: qꝛ ꝯsequens erat: vt lumen: quod in eo obscurauerat fraus mēdacij: reaccēderet: ⁊ refoueret veritatis auditus. Ueruꝫ quia diximus quod Jacob est: qui reaccēdit spiritū suū. Israel vero est: qui dicit. Magnū mihi est: si adhuc filius meus Joseph viuit. Potes ⁊ tu: q hec audis: incipiens ab eo loco vbi scriptum est: quia dixit ei. Jaꝫ nō Jacob vocabitur nomē tuuꝫ: sed Israel: quia inualuisti ad deuꝫ: ⁊ cū hominibus potens factus es: omneꝫ scripturam decurrēs: inuenire huius vocabuli differentiam. Uerbi causa: vt cūꝫ dicit annūcia mihi nomē tuum: hic is: qui ignorat nomē: non Israel eē dicitur: sed Jacob. Ubi vero nō edūt neruuꝫ:

qui obstupuit in latitudine femoris patriar-
che: non filij Jacob: sed filij Israel esse dicun-
tur. Ille vero: qui respiciens vidit Esau veni-
entem: ⁊ cum ipso quadrigentos viros: ⁊ ado-
rauit septies fornicatorem: ⁊ profanum: ⁊ eũ:
qui pro vna esca vendidit ꝓmogenita sua: nõ
Israel: sed Jacob dicitur. Sed ⁊ cum ei offert
dona: ⁊ dicit: si inueni gratiam coram te: susci
pe hec munera de manibus meis ꝓpter quod
vidi faciem tuam: sicut qui videt faciẽ dei: hic
non erat Israel: sed Jacob. Et vbi audiuit q̄
cõtaminata est Dina filia eius: ⁊ tacuit Jacob
vsq; quo cõuenirent filij eius: non dicit̃ israel.
Sed ⁊ tu (vt dixi) similia si obserues inuenies.
In presenti igit̃ lectione non Jacob: sed israel
dicit. Magnum mihi est: si adhuc filius meus
Joseph viuit. S; ⁊ cum venit ad puteum iu-
ramẽti: ⁊ offert hostias deo patris sui Ysaac:
nõ Jacob dicitur: sed Israel. Uerum si requi
ras: cur in visu nocte loquens ad eũ deus: non
dicit israel: sed Jacob: forte ꝓpter hoc: q̄ nox
erat: ⁊ adhuc per visum: ⁊ nõdum palam vo-
cem dei audire merebat̃. Et cũ intrat in Egy
ptum non isral: sed Jacob dicitur: ⁊ filij eius
cum ipso: ⁊ cum stat ante Pharaonem: vt be
nedicat eum: nõ israel: sed Jacob nominatur.
Neq; enim capiebat Pharao israelis bñdi-
ctionẽ: ⁊ Jacob non israel est: q dicit ad Pha
raonem: q̄ parui: ⁊ pessimi sunt dies vite sue.
Quod vtiq; nunquã diceret israel. Post hec
vero non de Jacob: sed de israel dicitur: quia
vocauit filium suum Joseph: ⁊ dicit ei. Si in-
ueni gratiam in cõspectu tuo: pone manũ tuã
sub femore meo: ⁊ facies super me misericor-
diam: ⁊ veritatem: ⁊ qui adorauit super fasti-
gium virge Joseph: non erat Jacob: sed isra
el. Tum deinde cum benedicit filios Joseph:
israel dicitur. Et cum conuocat filios suos di-
cit. Cõuenite vt annuntiẽ vobis: que euenient
vobis in nouissimis diebus. Congregamini fi
lij Jacob: ⁊ audite israel patrem vestrum. S;
fortasse requiras: quare filij Jacob dicũtur: q
conueniunt. Israel vero dicitur: qui benedicit
eos. Uide ne forte hoc indicetur: quod illi nõ-
dũ eousq; profecerant: vt israel meritis equa-
rentur. Et ideo illi filij Jacob dicuntur tanq̄
inferiores: ille vero: qui iam perfectus erat ⁊
benedictiones futurorum conscius dabat: isra-
el appellabatur. Sane quod dicitur: quia se-
pelierunt sepultores Egyptij non Jacob: sed
israel: grãdis videtur questio. Sed ego arbi-
tror q̄ illorũ in hoc vitiũ exponatur: quibus ꝑ
eo: quod exosus est omnis intellectus bonorũ:
⁊ omnis perspicacia intellegentie celestis. Is-
rael ab eis sepeliri dicatur: quia apud impios:
sancti mortui sunt: ⁊ sepulti. Hec inquantum
ad presens occurrere potuit de differentia Ja-
cob: ⁊ Israel: memorata sint nobis. Dignum
sane post hec videtur intueri: ⁊ prospicere: que
ad ipsum deus loquatur: ⁊ quomodo eum: ve
lut ad quosdam agones proficiscentem corro-
borans: ⁊ cohortans mittat ad Egyptum.
Ait enim. Noli timere descẽdere in Egyptũ.
Hoc est dicere: congressurus aduersus princi
patus: ⁊ potestates: ⁊ aduersus mundi huius
(qui figuraliter Egyptus appellatur) recto-
res tenebrarum harum: noli timere: noli tre-
pidare. Quod si ⁊ causam scire vis: quia time
re non debeas: audi ꝓmissionem meã. In gen
tem.n. magnam faciã te ibi: ⁊ descẽdam tecũ
in Egyptum: ⁊ ego te reuocabo inde in finem.
Non ergo timet descendere in Egyptum: nõ
timet agones huius mundi: ⁊ obsistentium de-
monum subire certamina: cum quo in agones
descẽderit deus. Deniq; audi apostolũ Pau
lum dicẽtem. Amplius (inquit) ego: q̄ omnes
illi laboraui: nõ autem ego: sed gratia dei me-
cum. S; cum Hierosolymis aduersus eũ cõ-
mota fuisset seditio: ⁊ agonem clarissimum pro
verbo ⁊ predicatione domini desudaret: astitit
ei dominus: ⁊ dixit eadem: que nunc dicuntur
ad israel. Noli (inquit) timere Paule: quia
sicut testificatus es de me Hierosolymis: ita
te oportet ⁊ Rome testimonium dare. Uerum
ego amplius adhuc aliquid hoc in loco arbi-
tror latere mysterij. Mouet enim me: quod di
xit: in gẽtem magnam faciam te: ⁊ descendam
tecum in Egyptum: ⁊ inde te reuocabo in finẽ.
Quis est iste: qui factus est in gentem magnã:
in Egypto: ⁊ in fine reuocatus est? Quãtũ ad
Jacob illum expectat: de quo dici putat̃: non
videbit̃ esse verum. Non enim reuocatus est in
finem de Egypto. Quippe qui defunctus in
Egypto est. Absurdum autẽ erit: si quis in eo
reuocatum dicit a deo Jacob: q̄ corpus eius
reportatum est. Quod si recipiatur: non erit
verũ: q̄ deus non est deus mortuorum: sed vi-
uorum. Non ergo conuenit hoc de corpore
mortuo intellegi: sed super viuis: ⁊ vigentibꝰ
approbari. Uideamus ergo ne forte: vel do-
mini descendentis in hunc mundum: ⁊ in gen
tem magnam: hoc est in ecclesiam ex gentibus
factam: consumatisq; omnibus ad patrem re
gressi: vel protoplasti in hoc figura formetur:
qui in agones descẽdit in Egyptum: cum de
paradisi delitijs eiectus: ad huius mũdi labo-
res: erumnasq; deducitur: proposito sibi cum ser
pente certamine: cum dicitur: tu illius obser-
uabis caput: ⁊ ipse tuum obseruabit calcane-
um: ⁊ iterum cum ad mulierem dicitur: quia

ponam inimicitias inter te:ꝛ ipsum:ꝛ inter se men tuum:ꝛ semen illius. Nec tamen eos in hoc certamine positos deserit deus:sed semꝑ est cū ipsis.Cōplacet in Abel.corripit Cain. Inuocatus adest Enoch.Noe mandat in diluuio arcā salutis extruere. Abrahā educit de domo pr̄is sui:ꝛ de cognatiōe sua.Isaac ꝛ Iacob benedicit:filios israel educit ex Egypto.Per Moysen legē lr̄is scribit:per ꝓphetas que deerant implet:hoc est esse cum eis in Egypto.Quod aūt dicit:reuocabo te inde in finē:hoc esse arbitror (sicut supius diximus) qđ in fine seculoꝝ vnigenitus filius suus ꝓ salute mundi vsqꝫ in inferna descendit:ꝛ inde ꝓtoplastum reuocauit.Quod enim dixit ad latronē:hodie mecum eris in paradiso:hoc non illi soli dictū:sed ꝛ oībus sanctis intellege:ꝓ quibus in inferna descēderat.In hoc ergo verius:ꝙ in Iacob adimplebitur:quod dictum est:quia reuocabo te inde in finē.Sed ꝛ vnusquisqꝫ nostrum eodem ordine:atqꝫ eadē via Egyptum:ꝛ agones igreditur:ꝛ si mereatur: vt deus semper maneat cū eo:faciet eū in gētē magnā.Magna.n.gēs ē virtutū numerus ꝛ iustitie multitudo:in qua sancti quiqꝫ multiplicari dicūtur ꝛ crescere.Cōplet̄ in eo etiā illud:qđ dictum est:qꝛ reuocabo te īde in finē. Finis enim pfectio rerū:ꝛ virtutū cōsumatio ponit̄.Propter hoc deniqꝫ ꝛ alius quidā sanctoꝝ dicebat.Ne reuoces me in dimidio dierum meoꝝ.Et iteꝝ magno patriarche Abrahā scriptura testimoniū phibet:qm̄ ɔfunctus est Abrahā plenus dieꝝ:hoc est ergo reuocabo te inde in finē velut si diceret:quoniā certamē bonū certasti:fidē seruasti:cursum cōsumasti:reuocabo te iam de hoc mundo ad beatitudinē futurā:ad perfectionē vite eterne:ad iustitie coronā:quā reddet dn̄s in finē seculorū oībus:qui diligūt eū.Uideamus aūt quid etiā inde sentiēdū sit qđ dicit.Et Ioseph ponet manus suas sup oculos tuos.Multa qdē intra huius sermonis velamen arcane intellegētie contegi arbitror sacramēta:que contingere:ꝛ pulsare alterius tēporis ē.Nūc interī nō videbit̄ absqꝫ ratione dici qđ ꝛ prioribus nostris qbusdā visū ē:ꝓphetiā quādā in hoc designatā videri.Quoniā qdē de tribu Ioseph fuit Hieroboā ille:q fecit duas vaccas aureas vt seduceret populū adorare eas:ꝛ per hoc velut inpositis māibus suis excecauit:ꝛ clausit oculos israel:ne viderent impietatem suā:de quo dictū ē.Propter īpietatē Iacob hec oīa ꝛ ꝓpter peccatū domus israel.Que aūt īpietas Iacob?Nōne Samaria?Sed si qs forte neget obesse ea:q̄ sub specie pietatis?futura a deo dicta sunt ad partē vituꝑabilē flecti:dicemus qꝛ ꝛ verus Ioseph dn̄s ꝛ saluator noster sicut corporalē manum suā posuit sup oculos ceci:ꝛ reddidit ei visum:quem perdiderat:ita etiā spiritales manus suas posuit sup oculos legis:qui per corporalē intellegētiā scribaꝝ:ꝛ phariseoꝝ fuerant excecati:ꝛ reddidit eis visum:vt his qbus apit dn̄s scripturas spiritales:in lege visus:ꝛ intellectus appareat.Atqꝫ vtinā ꝛ nobis iniiciat dn̄s Iesus manus suas sup oculos:vt incipiamus ꝛ nos respicere non ea que vidētur:sed que non vidētur:ꝛ aperiat nobis illos oculos:qui nō intuētur presentia: sed futura:ꝛ reuelet nobis cordis aspectū:quo deus videt̄ i spiritu p ipsū dn̄m Iesū Christū:cui gloria ē ꝛ ptās i secula seculoꝝ.Amē.

¶ De eo:qđ scriptū est:ꝛ adqsiuit Ioseph oē terrā Egyptioꝝ Pharaoni: vēdiderūt enim Egyptij terram suā Pharaoni: qꝛ obtinuit eos fames:ꝛ facta est terra Pharaonis:ꝛ populū sibi in seruitutē redegit:a summis finib9 Egypti vsqꝫ ad summos fines eius.

Homilia.XVI.

SEcūdū scripture fidē nullus Egypti9 liber.Pharao.n.populū sibi in ſuitutē redegit:nec aliquē intra Egyptioꝝ fines liberꝝ dereliqt:sꝫ in omni terra Egypti adēpta libertas ē.Et ppea forte scriptū ē:ego suū dn̄s deus tuus:q eduxi te de terra Egypti:de domo ſuitutis.Facta ē ergo Egyptus domus seruitutis:ꝛ qđ ē ifelicius:volūtarie ſuitutis. Nā de hebreis ꝙuis legat̄:qꝛ in seruitutē redacti sunt:ꝛ qꝛ iugū dn̄ationis erepta libertate ptulerint:violēter tn̄ ad hoc memorant̄ adducti.Sriptū est enim:qꝛ Egyptij abbominabant̄ filios israel:ꝛ per potētiam opprimebāt Egyptij filios israel violēter:ꝛ affligebāt vitā eoꝝ in opibus duris:luto ꝛ latere:ꝛ omnibus opibus que erāt in cāpis:in quibus oib9 in seruitutē eos redigebāt cū vi.Intēde ergo diligētius quomodo hebrei scribuntur violenter in seruitutem redacti:qbus naturalis inerat libertas:que nō eis facile:vel p deceptionē aliꝙ sed cū vi extorquebat̄.Pharao vero Egyptiū populum facile sibi in seruitutem redegit:nec scribitur qꝛ cū vi hoc fecerit.Procliues enim sunt Egyptij ad degenerē vitā:ꝛ cito ad oēm famulatū decidūt vitioꝝ.Respice ad originē generis:ꝛ inuenies ꝙ pater eorū Cham:qui nuditatē riserat patris huiuscemodi sniā meruit:vt filius eius Chanaan seruus esset fratribus suis: quo in eo nequitiam morum argueret conditio seruitutis.Non ergo imme-

rito ignobilitatem generis decolor posteritas
imitatur. Hebrei vero etiam si in servitutem
redigantur: etiã si tyrãnidẽ patianꝰ ab Egy
ptijs: violẽter ⁊ necessitate patiunꝰ. Jccirco er
go liberanꝰ de domo servitutis: ⁊ ad libertatẽ
pristinam: quã inuiti amiserãt: reuocanꝰ. De
niq; etiã diuinis legibus cauetꝰ: vt si forte eme
rit qs hebreũ puerũ: nõ eum ꝑpetua servitute
possideat: sed sex annis seruiat ei: septimo ṽo
anno exeat liber. De Egyptijs nihil tale cẽse
tur: nec vsq̃ diuina lex curam gerit libertatis
Egyptie: q eã spõte ꝑdiderant: sed eterno eos
conditionis iugo: ac seruituti ꝑpetue derelin
quit. Hec ergo si itelligamus spiritaliter que
sit Egyptiorum servitus: agnoscimus: quia ser
uire Egyptijs non aliud est: quam obnoxium
fieri carnalibus vitijs: ⁊ demonibus esse subie
ctum. Jn quod vtique vnumquemq; non ex
trinsecus illata necessitas cogit: sed segnities
animi: ⁊ libido: ac voluptas corporis subigit:
cui se animus per concordiã subdit. Qui ṽo li
bertatis aie curã gerit: ⁊ dignitatẽ mentis ce
lesti cognitiõe nobilitat: iste ex filijs israel est.
Qui etiã si violẽter opprimaꝰ ad tẽpus: nõ tñ
libertatẽ suã in ꝑpetuũ ꝑdit. Deniq; ⁊ Salua
tor de libertate: ⁊ servitute in euangelio diffe
rẽs: ita loquiꝰ. Ois (inquit) q peccat: servus
est peccati. Et iterum dicit. Si mãseritis in ṽbo
meo agnoscetis veritatẽ: ⁊ veritas liberos fa
ciet vos. Quod si qs forte dicat nobis: quomo
do ergo ꝑ Joseph ois terra in possessionẽ tra
ditꝰ Pharaoni? ⁊ cũ ois ista ſuitus: quã supi
us exposuimus: ex peccati ꝯditione suscepta ꝑ
hãc tẽporalẽ seruitutẽ significaꝰ quomodo ꝑ
sanctũ virũ in ſuitutẽ ois terra addiciꝰ Pha
raoni? possumus ad hec rñdere: q2 ipse scriptu
re sermo excusat sancti viri ministerium: cũ di
cit: q2 semetipsos vẽdiderũt Egyptij: ⁊ posses
siones suas. Nõ ergo ad dispẽsantẽ culpa re
flectiꝰ: vbi digna dispẽsatorum meritis prouidẽ
tur. Jnuenies enim tale aliqd ⁊ a Paulo fieri:
cũ ab eo is: q semetipsum pro feditate actuum
consortio sanctorum fecit indignum: traditur
Sathane: vt discat nõ blasphemare. Jn quo
vtique nemo dixerit Paulum dure egisse: qui
hominem de ecclesia eiecit: ⁊ Sathane tradi
dit. Sed in illum sine dubio culpa refertur: q
pro actibus suis meruit: vt non ei esset in ec
clesia locus: sed Sathane consortio merere
tur adiungi. Jta ergo ⁊ Joseph: cum nihil he
bree libertatis: nihil israelitice nobilitatis in
Egyptijs ꝓuidisset: digna seruitia digno do
minatui sociauit. Ego etiam amplius aliquid
dico. Jnuenies ⁊ in diuinis dispensationibus
tale aliquid gestum: in eo: quod dicit Moy
ses. Cum diuideret excelsus gentes: ⁊ distin
gueret filios gentium: ſm meritum angelorũ
Dei posuit eas: ⁊ facta est pars domini Ja
cob: funiculus hereditatis eius Jsrael. Vides
ergo quoniam pro meritis vnicuiq; genti an
gelorum statuitur principatus. Pars aũt dñi:
gẽs efficiꝰ israel. Post hec seqtur. Vẽdiderũt
(inquit) Egyptij terrã suã Pharaoni: obti
nuit enim eos fames. Vitupatio mihi vꝰ ⁊ in
hoc Egyptiorum contineri. Non enim facile de
hebreis scriptũ inuenies: quia obtinuit eos fa
mes. Licet enim scriptum sit: quia inualuit fa
mes sup terram: non tñ scriptũ est: quia obti
nuit fames Jacob: aut filios eius: sicut ð Egy
ptijs dicitur: quia obtinuit eos fames. Quã
uis enim veniat etiam ad iustos fames: non ta
men obtinet eos. Propter quod ⁊ gloriãtur
in ea: sicut Paulus inuenitur libẽter gloriari
huiuscemodi passionibus: cum dicit. Jn fame:
⁊ siti: ⁊ frigore: ⁊ nuditate. Quod ergo iustis
exercitium virtutis est: hoc iniustis pena pec
cati est. Denique etiam Abrahe temporibus
scriptum est. Quia facta est fames super ter
ram. Descendit Abraham in Egyptum ha
bitare ibi: quoniam inualuerat fames super ter
ram. Et vtiq; si (vt quidam putant) incaute:
⁊ imperite esset sermo scripture diuine compo
situs potuerat dicere: quia descendit Abrahã
in Egyptum habitare ibi: quia inualuerat sup
eum fames. Sed intuere quanta distinctione
vtatur sermo diuinus: quanta cautela. Cum
de sanctis refert: famem dicit inualuisse super
terram. Cum de iniustis: ipsos fame dicit ob
tentos. Neq; ergo Abrahã: neq; Jacob: ne
q; filios eorum obtinet fames. Sz ⁊ si inualescat
super terram dicitur inualescere. Et tẽporibꝰ
Jsaac nihilominus scriptum est: quia facta ẽ
fames super terram preter illam famem prio
rem: que facta est temporibus Abrahe. Jntã
tum autẽ non potest obtinere fames Jsaac: vt
dicat ad eũ dominus. Noli descẽdere in Egy
ptum: sed habita in terra: quãcũq; ostendero
tibi: ⁊ in ea habita: ⁊ ego ero tecum. Secũdum
hanc (vt arbitror) obseruantiam longe post
ista tẽpora ꝓpheta dicebat. Juuenis fui: etenĩ
senui: ⁊ non vidi iustum derelictum: nec semen
eius querẽs panem. Et alibi. Non occidet de
us fame animã iusti. Ex quibus omnibus de
claratur terram quidẽ posse pati famẽ: ⁊ eos:
qui terrena sapiũt. Quorum autem iste cibus
est: vt faciant volũtatem patris: qui in celis ẽ:
⁊ quorum animã panis ille alit: qui de celo descẽ
dit: nũquam possunt famis inedia laborare.
Jccirco ergo obseruãs scriptura diuina: nõ di
cit eos fame obtineri: qbus nouit esse scientiam

Dei:⁊ cibum celestis preberi sapientie. Sed ⁊
in tertio Regnorum libro similem de relatio-
ne famis inuenies habitam esse cautelam: vbi
cum fames inualuisset super terram: dicentez
audis Heliaz ad Achab. Uiuit dominus de
us virtutum deus israel: in cuius ꝯspectu sto:
si in his annis ros: vel pluuia fuerit super ter-
ram: nisi per sermonem oris mei. Et post hec
mandatur a domino coruis vt pascāt prophe
tam:⁊ vt aquam bibat de torrente Coraph.⁊
iteruz in Sarephta Sidonie mādatur mulie-
ri vidue pascere ꝓphetam: vt cui nō amplius:
quam vnius diei supererat victus: largiēte ea
indeficiēs fieret:⁊ multipliciter abundaret ex-
haustus. Hydria enim farine:⁊ capsaces olei
ſm verbum domini non defecit pascēdo pro-
phetam. Similia quoqz inuenies etiam in tē-
poribus Helisei: cuz filius Adadezer rex Sy-
rie ascendit aduersum Samariam:⁊ obsedit
eam:⁊ facta est (inquit) fames magna in Sa
maria: vsquequo efficeretur caput asini quin-
quaginta siclis argēteis:⁊ quartarium sterco
ris columbini quinqz argenteis. Sed subito
per ꝟbum prophete fit mira cōuersio dicētis.
Audi verbuz domini. Hec dicit dominus de
us. Sicut hec hora crastino: mēsura similagi-
nis siclo vno:⁊ due mensure ordei siclo vno in
portis Samarie erunt. Uides ergo ex his oī-
bus quid colligatur. Quia cum terraz fames
obtineat: nō solum non obtinet iustos: sed me
dela potius per eos intentate cladi defertur.
Cum ergo videas huiusmodi obseruātiam in
omnibus pene scripture sancte locis integre cu
stodiri: conuerte hec ad tropicum:⁊ allegori-
cum sensum: quem ipsorum nihilominus pro
phetarū sermonibus edocemur. Unus enim
ex duodecim ꝓphetis: aperte:⁊ euidenter spi-
ritalē dici famem nudo sermone ꝓnunciat di-
cens. Ecce dies veniunt dicit dn̄s:⁊ emittā fa
mem super terrā: non famez panis: neqz sitim
aque: sed famem audiēdi verbum dn̄i. Uides
que sit fames: que obtinet peccatores? Uides
que sit fames: que inualescat super terrā? Qui
enim de terra sunt:⁊ terrena sapiūt:⁊ nō pos-
sunt percipere que sunt spiritus dei: famē ver-
bi dei patiūtur: legis mādata non audiūt: cor
reptiones ꝓphetarū nesciūt: apostolicas cōso-
lationes ignorāt: non sentiūt euāgelij medici-
nā. Et ideo de his merito dicit: quia inualuit
fames sup eos. Iustis aūt:⁊ in lege dn̄i medi-
tātibus die: ac nocte sapiētia preparat mēsam
suaz. Occidit victimas suas: miscuit in crate-
re vinuz suum:⁊ summa voce clamat: non vt
oēs veniant: nō vt abūdantes: non vt diuites:
neqz vt sapiētes huius mūdi deuertant ad se:
sed si qui sunt (īquit) inopes sensu: veniāt ad
me: idest si qui sunt humiles corde: qui a Chri
sto didicerūt mites esse:⁊ humiles corde: quod
alibi dicitur spiritu pauperes: sed fide diuites
isti conueniant ad epulas sapientie:⁊ dapibus
eius refecti depellūt famem: que inualescit su-
per terraz. Uide ergo ne ⁊ tu forte inueniaris
Egyptius:⁊ obtineat te fames: ne forte seculi
actibus occupatus: aut auaritie vinculis stri-
ctus: aut luxurie effusione resolutus: alienus
efficiaris a sapientie cibis: qui semper in Dei
ecclesijs exhibentur. Si enim auertas auditū
ab his: que vel legūtur in ecclesia: vel disputā
tur: sine dubio famem verbi dei patieris. Si
vero de Abraham stirpe descēdas:⁊ nobilita-
tē israelitici generis custodias: pascit te semꝑ
lex: pascunt prophete: exhibent tibi ⁊ apostoli
opulēta conuiuia. In sinibus quoqz Abrahā
⁊ Isaac:⁊ Iacob: in regno patris recūbere te
inuitabunt euangelia: ibi manduces de ligno
vite:⁊ bibas vinum de vite vera: vinum nouū
cum Christo in regno patris eius. Ab his eni
cibis non possunt ieiunare: nec famem pati fi-
lij sponsi: donec cum ipsis est sponsus. Referē
sane in consequentibus: quoniam terra sacer-
dotum Egyptiorum non sit in seruitutem re-
dacta Pharaoni: neqz cum ceteris Egyptijs
vendiderint semetipsos: sed quia extrinsecus
acceperint: vel frumenta: vel munera: non a Io
seph: sz ab ipso Pharaone:⁊ propter hoc tā-
quam familiariores ceteris non vendiderint
terram suam Pharaoni: sed per hoc nequio
res esse ceteris ostenduntur: qui pro nimia fa-
miliaritate: que erat eis cuz Pharaone nihil
immutationis recipiunt: sed permanēt in ma
la possessione:⁊ sicut his: qui in fide ⁊ sanctita-
te profecerant dicit dominus: iam non dico
vos seruos: sz amicos: ita dicit ⁊ istis Pharao
tanquam qui ad summum gradum nequitie
⁊ sacerdotium ꝑditionis ascēderint: iam nō di
co vos seruos: sed amicos. Denique vis scire
quid intersit inter sacerdotes Dei:⁊ sacerdo-
tes Pharaonis? Pharao terras cōcedit sa-
cerdotibus suis: dominus autem sacerdotibꝰ
suis partē non concedit in terra: sed dicit eis.
Ego sum pars vestra. Obseruate ergo: q hec
legitis oēs domini sacerdotes:⁊ videte que sit
differentia sacerdotum: ne forte qui partē ha
bēt in terra:⁊ terrenis cultibus: ac studijs va-
cant: non tam domini: quam Pharaonis sa
cerdotes eē videantur. Ille est enim: qui vult
sacerdotes suos habere possessiones terraruz:
⁊ exercere agri: non anime culturam: ruri:⁊
non legi operam dare. Christus autem domi
nus noster sacerdotibus suis quid preceperit:

audiamus. Qui non abrenunciauerit (iquit) omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Contremisco hec dicens. Meus enim primo omnium: meus inquam ipse accu sator existo: meas condemnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum: quez viderit aliquid possidentem: & eum qui non re nunciat omnibus que possidet. Et quid agi mus? quomodo hec aut ipsi legimus: aut po pulis exponimus: qui non solum non abrenū ciamus his: que possidemus: sz adquirere vo lumus ea: que nunquam habuimus antequā veniremus ad Christum? Nunquid nam quia nos redarguit conscientia: tegere: non profer re: que scripta sunt possumus? Nolo duplica ti criminis fieri reus. Confiteor hec palam po pulo audiente: confiteor hec scripta esse: etiam si nondum implesse me noui. Sed ex hoc sal tem commoniti festinemus implere: festine mus transire a sacerdotibus Pharaonis: q bus terrena possessio est: ad sacerdotes domi ni: quibus in terra pars non est: quibus portio dominus est. Talis enim erat & ille: qui dice bat. Tāquam egentes: multos autem locuple tantes. Et nihil habentes: & omnia possiden tes. Paulus hic est: qui in talibus gloriatur. Uis audire quid etiam Petrus de seipso p nunciet? Audite eum cum Joanne pariter p fitentem: & dicentem. Aurum & argentum nō habeo: sed quod habeo hoc tibi do. In no mine Jesu Christi surge: & ambula. Uides sa cerdotum Christi diuitias: vide nihil haben tes quanta: & qualia largiuntur. Istas opes largiri non potest terrena possessio. Contuli mus sacerdotes sacerdotibus: nunc (si vide tur) & populum Egyptium populo Israeliti co conferamus. Dicitur enim in consequenti bus: quia post famem: & seruitutem populus Egyptius quintas offerat Pharaoni. E cō trario vero Israeliticus populus decimas of fert sacerdotibus. Uide & in hoc scripturam diuinam ingenti ratione subnixaz: vide Egy ptium populum quinario numero tributa pē dentem. Quinque enim sensus corporei desi gnantur: quibus populus carnalis deseruit. Semper enim Egyptij visibilibus rebus: & corporalibus obsequuntur. At vero israeliti cus populus honorat decadam: perfectionis numerum. Decem enim verba legis accepit: & decalogi virtute instructus ignota mundo huic sacramenta diuina largitione suscepit. Sed & in nouo testamento similiter venerabi lis est decadis: sicut & fructus spiritus denis exponitur germinare virtutibus. Et seruus fidelis de negociationis sue lucris decē mnas offert domino: & decem ciuitatum accipit pote statem. Uerum quia vnus auctor est omniuz: & fons: & initium vnus est Christus: iccirco & populus decimas quidem ministris: & sacer dotibus prestat: primogenita vero offert pri mogenito omnis creature: & initia initio om nium. De quo scriptum est: qui est initiuz pri mogenitus omnis creature. Uide ergo ex his omnibus differentiam populi Egyptio rum: & populi Israel: & differentiam sacer dotum Pharaonis: & sacerdotum domini: & discutiens temetipsum: peruide de quo popu lo sis: & cuius ordinis sacerdotium teneas. Si adhuc carnalibus sensibus seruis: si adhuc quinario numero vectigal exsoluis: & respicis ea: que visibilia: & temporalia sunt: & non re spicis ea: que inuisibilia: & eterna sunt: de Egy pto te populo esse cognosce. Si vero decalo gum legis: & decadam noui testamenti quam supra exposuimus: semp ante oculos habes: & de his decimas offers: & primogenita sensus tui in fide immolas primogenito ex mortuis: & initia tua refers ad initium omnium: verus israelita es: in quo dolus non est. Sed & sacer dotes domini si semetipsos discutiant: vt ter renis actibus liberi sint: & possessione munda na: vere possunt dicere ad dominum: quia ec ce nos dimisimus omnia: & secuti sumus te: atque audire ab eo: quia vos: qui secuti estis me: in regeneratione omnium cum venerit fi lius hominis in regno suo: sedebitis & vos su per duodecim thronos: iudicantes duodecim tribus Israel. Post hec videamus quid di cit Moyses. Et habitauit (inquit) Israel in Egypto: in terra Gessen. Interpretatur autem Gessen proximitas: vel propinquitas: per quod ostenditur quia etiam si in Egypto habitet Israel: non tamen longe est a deo: sed proximus est ei: & coniunctus: sicut etiam ipse dicit. Quia ego descendam tecum in Egy ptum: & ego ero tecum. Et nos ergo etiam si videmur in Egyptum descendisse: etiam si in carne positi agones mundi huius: & certa mina sustinemus: etiam si inter eos habita mus: qui deseruiunt Pharaoni: tamē si pro pe deum simus: si in mandatorum eius medi tatiōe versemur: & precepta eius: ac iudicia p quiramus. Hoc est enim prope esse deo sem per: que dei sunt cogitare: que Dei querere: & deus semper erit nobiscum. Per Jesum Christum dominum nostruz: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Expliciunt Homilie Origenis super Genesin.

¶ Incipit

¶ Incipit Tractatus Origenis in Exodu3. Homilia. I.

Videtur mihi vnusquisq3 sermo scripture diuine similis esse alicui seminū: cuius natura hec est: vt cum iactum fuerit in terrā: regeneratu3 in spicam: vel quācūq3 aliā sui generis speciē multipliciter diffundat: ⁊ tanto cumulatius: quāto vel peritus agricola plus seminibus laboris impēderit: vel beneficiu3 terre fecūdioris indulserit. Sic ergo efficitur: vt culture diligētia exiguu3 semē: vbi causa sinapis: qđ est minimū oium: efficiat maius olbus olerib⁹: ⁊ fiat arbor: ita vt veniāt volatilia celi: ⁊ habitent in ramis eius. Ita ⁊ hic sermo: q nūc nobis ex diuinis voluminib⁹ recitatus est: si peritū inueniat: ⁊ diligētē colonū: cū primo adiactu videat exiguus: ⁊ breuis: vt cepit excoli: ⁊ spiritali arte tractari: crescit i arbores: in ramis: ⁊ in virgulta diffundit: ita vt possint venire disputatores: ⁊ rethores huius mūdi: q velut aues celi leuibus pēnis vboru3 dūtaxat pōpa: excelsa sectant: ⁊ ardua: ⁊ rōnibus capti velint habitare in ramis istis: in quibus nō loquēdi decor ē: s3 ratio viuēdi. Quid ergo faciemus ⁊ nos de his: q̄ lecta sūt nobis? Si mihi dñs ɔcedere dignaret spiritalis agri culture disciplinā: si peritiam colēdi ruris donaret: vnus sermo ex his: q̄ recitata sunt: intātu3 posset lōge: lateq3 diffundi: si tñ ⁊ auditorꝝ capacitas sineret: vt vix nobis ad explicādum sufficeret dies: tētabimus tñ pro viribus nřis aliqua differere: etiā si neq3 nobis vniuersa explicare: neq3 vobis cūcta audire possibile est. Quia ⁊ hoc ipsum agnoscere: quod supra vires nostras sit horū scientiam: non parue arbitror esse peritie. Videamus ergo quid statim in initijs Exodi lectio contineat: ⁊ qua possumus breuitate quantum ad edificationem auditorum sufficit: persequamur. Si tamen precibus vestris iuuctis: vt adsit nobis sermo dei: ⁊ ipse dux nostri dignetur esse sermonis. Hec sunt (inquit) nomina filiorū israel: qui ingressi sunt in Egyptum vna cu3 Iacob patre suo: vnusquisq3 cum vniuersa domo sua intrauerunt. Ruben. Simeon. Leui. Iudas: ⁊ ceteri patriarche. Ioseph aute3 (inqt) erat in Egypto. Erāt aūt omnes anime de Iacob septuagintaquinq3. Simile huic mysterio ⁊ illud eē puto: quod per prophetam dicitur si quis aduertere potest. In Egyptum descendit populus meus: vt habitaret ibi: ⁊ in Assyrios vi abductus est. Si quis ergo potest inuicē sibi ista conferre: ⁊ ex his: que vel a prioribus nostris: vel etiam ab equalibus: sed ⁊ a nobis nōnunquam disputata sunt intellegere que sit Egyptus in quā populus dei nō tā ad habitādu3: quam ad incolēdum descendit: qui etiam sint Assyrij: qui eos vim faciētes abduxerūt: cōsequenter aduertet: quis sit patriarcharū numerus: ⁊ ordo: queue eorum domus: ⁊ familie designentur: que vna cu3 Iacob patre suo ingressi dicantur in Egyptum. Dicit enim. Ruben cum tota domo sua: ⁊ Leui cum tota domo sua: sed ⁊ ceteri omnes. Ioseph autem erat in Egypto: ⁊ vxorem de Egypto accepit: ⁊ licet ibi positus: tñ in patriarcharꝝ numero habet. Si qs ergo pt spiritaliter ista discutere: ⁊ apostoli sensum sequi: quo discernit: ⁊ segregat israel: ⁊ dicit eē quēda3 sm carnem israel: vt alium sine dubio indicet esse sm spiritum: sed ⁊ si quis sermonē domini diligentius considerat quo hoc ipsum designat cum dicit de quodā. Ecce vir israelita: in quo dolus non est: ⁊ dat intellegi esse aliquos veros israelitas: aliquos sine dubio non veros: poterit fortasse spiritalibus spiritalia conferens: ⁊ nouis vetera: ac veteribus noua componēs: mysteriu3 Egypti: ⁊ patriarcharū in eā descensionis aduertere. Se3 ⁊ differētias tribuu3 cōtēplabitur: vt cōijciat qđ eximiu3 visum sit in tribu Leui: q ex ea sacerdotes dñi eligūtur: ac ministri: qđ etiā i tribu Iuda precipuū dñs senserit q ex ea Reges adsumūtur: ⁊ principes: ⁊ qđ est maius oium qđ ex ipsa etiā dñs ⁊ saluator noster sm carnē nascitur. Nescio.n. si huiuscemodi priuilegia ad illorum meritum referenda sint: ex quoru3 stirpe nomē: vel originem ducunt: idest vel ad ipsu3 Iudā: vel ad Leui: vel ad vnūquēq3 eorū: q tribui nomē dedit. Mouet.n. me in hac intētione ⁊ illud: quod Ioannes in Apocalypsin de populo hoc: qui Christo credidit scribit. Dicit.n. q ex tribu Rubē duodecī millia ex tribu Simeon duodecī millia: similiter aūt ⁊ ex singulis qbusq3 tribubus duodena millia quos simul oēs dicit eē cētū quadragintaquatuor millia: qui se cum mulieribus non coinquinauerint: s3 virgines pmāserint. Quod vtiq3 cū dicitur: nec qualiscūq3: vel inepta potest esse suspicio: quin ad istas tribus iudeoru3. Simeon: ⁊ Leui: ⁊ ceteras: que ad Iacob genus ducunt: possint reuocari. Ad quos igitur patres iste numerus virginum referendus sit: tam equalis: ta3 integer: tamq3 compositus: ita vt nullus altero superior: aut inferior nume-

retur. Ego quidem progredi vltra inquirẽdo non audeo: sed ⁊ hactenus pene cum aliquo discrimine incedo. Apostolus tamen quasdã suspitiones his: qui altius intueri possunt: subiecit cum dicit. Propter, quod flecto genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi: ex quo omnis paternitas in celis: ⁊ in terra nominatur. Et quidem de terrenis paternitatibus intellectus non videtur esse difficilis. Patres etenim tribuum: vel domorum: ad quos successio potestatis refert: simul omnis paternitas appellat. In celo vero quod dicit quomodo aut qualiter sint patres: aut pro quib⁹ posteritatibus celestis paternitas noietur ipsius est nosse solius: cuius celum celi est: terram autem dedit filijs hominum. Descenderunt ergo in Egyptum patres. Ruben. Symeon. Leui. vnusquisq3 cum omni domo sua: quomodo quis ⁊ hoc differat: qđ cu3 omni domo sua introierunt in Egyptu3: quibus additur. Et omnes (inquit) anime: que introierũt cu3 Jacob. lxxij. Hic ia3 nominãdo animas pene nudauerat mysterium sermo propheticus qđ vbiq3 contexerat: vt pderet quod non de corporibus: sed de animalibus hec dicit. Verũtamen habet adhuc velamen suu3. In vsu nãq3 esse creditur: animas pro hominibus appellari. Interim. lxxv. anime descẽderũt cũ Jacob in Egyptu3. Iste sunt anime quas genuit Jacob. Ego non puto quod quilib3 hominũ possit animam gignere: nisi si quis forte talis sit: qualis ille: qui dicebat. Nam ⁊ si multa milia pedagogo⁊ habeatis in Christo: sed nõ multos patres. Nam in Christo Jesu per euangelium ego vos genui. Isti tales sunt: qui generant animas: ⁊ parturiunt eas: sicut ⁊ alibi dicit. Filioli mei: quos iterum parturio: donec formetur Christus in vobis. Alij enim huiusmodi generationis curam: aut nolũt habere: aut nequeũt. Deniq3 stati3 i initijs ipse Ada3 quid dicit. Hoc nunc os de ossibus meis: ⁊ caro de carne mea. Nec tamen addidit ⁊ anima de aia mea. Sed velim mihi diceres o Adam si os de tuis ossibus agnouisti: ⁊ carne3 de tua carne sensisti: cur non intellexisti etiam animã de tua anima processisse? Si enim omnia: que in te erant tradidisti: cur non etiam anime facis cum ceteris mentionem: que melior totius hominis pars est? Sed videtur per hec intellegentibus indicium dare: quod cum dicit: os de ossibus meis: ⁊ caro de carne mea: que de terra sunt sua esse profiteri: non audere vero sua dicere que scit non esse de terra. Sed ⁊ Laban similiter cum dicit ad Jacob: quoniam os meu3: ⁊ caro mea es tu: nec ipse amplius aliquid videtur audere suum dicere: nisi quod terrene cõsanguinitatis agnoscit. Alia quippe est animaru3 cognatio: que vel Jacob descendenti in Egyptum sociatur: vel ceteris patriarchis: ⁊ sanctis sub enumeratione mystice posteritatis adscribitur. Sed qui vicinu3 terre nauigãtes seruare disposuimus cursu3: ⁊ ipsam quodammodo oram littoris stringere: in altum nescio quomodo vndaru3 nos violentior estus abducit. Redeamus igitur ad ea: que consequenter adduntur. Mortuus est (inquit) Joseph: ⁊ omnes fratres eius: ⁊ omnis generatio illa. Filij autem Israel creuerunt: ⁊ multiplicati sunt multitudine magna: ⁊ diffusi sunt: ⁊ inualuerunt multu3 valde: multiplicauit enim illos terra. Donec viueret Joseph: non refertur quod multiplicati fuerint filij Israel: nec aliquid omnino in his de augmentis: ⁊ numerositate memoratur. Ego credens verbis domini mei Jesu Christi in lege: ⁊ prophetis iota quidem vnum: aut vnu3 apicem non puto esse mysterijs vacuum: nec puto aliquid horum transire posse: donec omnia fiant. Verum quoniam exigue capacitatis sumus: ea nunc tantum pulsemus: quibus tutius incedamus. Antequa3 moreretur noster Joseph: ille qui distractus est triginta argenteis ab vno ex fratribus suis Juda: valde pauci erant filij Israel. Cum vero pro omnibus gustauit mortem: per quam destruxit eu3: qui habebat mortis imperium: idest diabolũ: multiplicatus est fidelium populus: ⁊ diffusi sunt filij israel: ⁊ multiplicauit eos terra: ⁊ creuerunt nimis valde. Nisi enim (sicut ipse dixit) cecidisset granum frumenti in terram: ⁊ mortuum fuisset: non vtique fructum hunc plurimum totius orbis terre ecclesia attulisset. Igitur posteaq̃ cecidit granũ in terra: ⁊ mortuu3 est: omnis hec ex ipso surrexit filioru3 seges: ⁊ multiplicati sunt filij Israel: ⁊ inualuerunt nimis valde. In oẽm terra3 exiuit sonus apostolo⁊: ⁊ in fines orbis terre verba eorum: ⁊ per ipsos sicut scriptum est: verbum domini crescebat: ⁊ multiplicabatur. Hec quantu3 ad mysticum pertinet intellectũ. Sed ⁊ moralem in his non omittamus locu3. Edificat. n. animas auditorum. Igitur ⁊ in te si moriatur Joseph: idest si mortificatione3 Christi in corpore tuo suscipias: ⁊ mortifices membra tua peccato: tunc in te multiplicantur filij Israel: sensus boni: ⁊ spiritales accipiuntur. Si ergo sensus carnis mortificetur: sensus spiritus crescunt: ⁊ cottidie emorientibus in te vitijs: virtutu3 nũerus augef. S3 ⁊ terra te multiplicat in operibus bonis: que per officium corporis ministrantur.

ministrantur. Uerum si vis vt ostendam tibi de scripturis: quis est: quem terra multiplicauerit: intuere Apostolū Paulū quomodo dicit. Si autem viuerem in carne: hic mihi fructus operis est: ꝛ quid eligam ignoro. Coarctor enim ex duobus: desyderium habens dissolui: ꝛ esse cum Christo: multo enim melius permanere in carne magis necessarium ꝓpter vos. Uides quomodo hec terra multiplicat? Dum enim manet in terra: idest in carne sua multiplicatur condendo ecclesias: multiplicatur acquirendo populū deo: ꝛ ab Hierusalem in circuitu vsque ad Illiricum Dei euangelium predicando. Sꝫ videamus quid addit in cōsequentibus. Surrexit autē (inqt) rex alius in Egypto: qui nesciebat Joseph: ꝛ dixit genti sue. Ecce gens filiorum israel grādis multitudo est: ꝛ valet super nos. Primo omniū requirere volo quis est rex in Egypto: q̄ scit Joseph: ꝛ qui est rex: qui nescit Joseph. Dū.n. ille regnaret: qui sciebat Joseph: non referūtur afflicti esse filij israel: neqꝫ in luto: ꝛ latere consumpti: neqꝫ masculi eorum necati: ꝛ femine viuificate. Sed cum surrexit iste: qui non nouerat Joseph: ꝛ cepit ipse regnare: tūc hec omnia gesta referūtur. Quis ergo est iste rex: videamus. Si dñs regit nos: ꝛ sensus mētis nostre inluminatur a dño: si Christi semper memoriaꝫ tenet faciens illud: quod Paulus ad Timotheū scribit. Memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis. Dum hic venit in Egypto: idest in carne nostra: spiritus noster regnum cum iustitia tenet: ꝛ filios Israel: quos supra diximus rōnabiles sensus vel anime virtutes in luto: ꝛ latere: non consumit: nec curis eos terrenis; ꝛ sollicitudinibus atterit. Si vero perdiderit horum memoriaꝫ sensus nr̄: declinauerit a Deo: nescierit Christum: tunc sapiētia carnis: que inimica est deo succedit in regnum: ꝛ alloquitur ad gentem suam: corporeas scilicet voluptates: ꝛ vitiorūꝫ ducibus ad cōcilium vocatis: initur deliberatio aduersus filios israel: quomodo circūueniantur: quomodo opprimantur: vt luto: ꝛ lateribus affligantur: vt mares exponāt: feminas alant: vt edificent ciuitates Egypti: ꝛ ciuitates munitas. Non nobis hec ad historiā scripta sunt: neque putandum est libros diuinos Egyptioꝝ gesta narrare: sed que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: ꝛ commonitionem: vt tu: qui hec audis: si forte iaꝫ gratiam baptismi consecutus es: ꝛ adnumeratus es inter filios israel: ac suscepisti in te deum regem: ꝛ post hec declinare volueris ad opera seculi: agere actus terre: ꝛ lutea explere mysteria: scias ꝛ agnoscas: q̄ surrexit i te rex alius: qui nescit Joseph. Rex Egypti ꝛ ipse te cogit ad opera sua: ꝛ ipse te facit laterēꝫ sibi operari: ꝛ lutum. Ipse est: qui te superpositis magistris: ꝛ compulsoribus ad opa terrena flagris ac verberibus agit: vt edifices illi ciuitates. Ipse est: qui te facit discurrere per seculūꝫ maris: ac terre: elementa pro cupiditate turbare. Ipse est hic Egypti rex: qui te forum pulsare litibus facit: ꝛ pro exiguo terre cespite propinquos iurgijs fatigare: vt nōnulla dicam castitati insidiari: decipere innocentiam: domi feda: foris crudelia: intra consciētiam flagitiosa cōmittere. Cuꝫ ergo tales videris actus tuos scito te regi Egyptio militare: quod est immundi spiritus imperio agi. Si vero ꝛ aliquid de hoc etiam altius sentiendum est: potest videri rex iste: qui nescit Joseph diabolus: insipiēs ille: qui dixit in corde suo nō est deus: gēti sue: hoc est apostaticis angelis colloqui: ꝛ dicere. Ecce genus filiorum israel magna multitudo est. De his scilicet: qui possunt mēte deū videre: ꝛ potentior est nobis. Uenite itaqꝫ circunscribamus illos: ne forte increscant: ꝛ cum acciderit nobis bellum: consentiant ꝛ hi cuꝫ aduersarijs: ꝛ expugnantes nos exibūt de terra nostra. Sed vnde hoc sentit diabolus? Unde intellegit q̄ magna gens sit israel: ꝛ ipsis fortior: nisi quia sepe congressus est: sepe habuit luctamen: ꝛ sepe superatus est? Scit enim ꝛ ipsum Jacob luctatum esse: ꝛ adiutorio angeli obtinuisse aduersarium: ꝛ inualuisse cuꝫ deo. Non dubito quin ꝛ aliorum sanctorum senserit luctamē: ꝛ spiritalia pertulerit semper certamina: ꝛ inde dicit quia gens filiorum israel magna est valde: ꝛ valet super nos. Sed ꝛ illud: quod timet: ne quando eueniat eis bellū: ꝛ cōsentiāt aduersarijs eius: ꝛ deuictis eis discedāt de terra sua. Uidetur mihi ex his: que sanctis patriarchis: vel prophetis de aduentu Christi nōnunquam indicata fuerant presensisse: ꝛ inde scire quod sibi immineat bellum. Sentit venturūꝫ: qui exuat principatus eius: ꝛ potestates: ꝛ cuꝫ fiducia triumphet eos: ꝛ affigat in ligno crucis sue. Igitur conuocata omni gente sua circūuenire: ꝛ circūscribere cupit in hominibus rationabilem sensum: q nūc figuraliter dicitur Israel: ꝛ ideo prefecit eis magistros operuꝫ: qui eos cogant discere opera carnis: sicut ꝛ in psalmis dicit. Et admixti sunt gentibus: ꝛ didicerunt opera eoruꝫ. Docet eos ꝛ ciuitates edificare. Pharaoni phithon: que in nostra lingua significat os defectiōis: vel os abyssi: ꝛ Raamses: que interpretaī cōmotio tinee: ꝛ ethon: idest Heliopolis:

que dicitur ciuitas solis. Uides quales sibi ci uitates edificari pcepit Pharao: Os (inqt) deficiens deficit. Namqз os cum mendaciuз loquitur: a veritate: ꝛ probationibus deficit. Ille enim ab initio mendax fuit: ꝛ ideo tales sibi ciuitates edificari vult: vel etiaз os abyssi: qꝛ abyssus pditionis: ꝛ interitus est locus. Et alia eius ciuitas cōmorio tinee est. Oēs enim qui eum sequuntur: ibi congregāt thesauros suos: vbi tinea exterminat: ꝛ vbi fures effodiunt ꝛ furantur. Sз ꝛ ciuitatem solis edificant falso nomine: pro eo: quod cōuertit se sicut angelus lucis. In his ergo preuenit: in his occupat mentes: que ad hoc facte sunt: vt videant deum. Prospicit tamen imminere sibi bellū: ꝛ maturum gentis sue affuturum sentit exitium: ideo dicit: quia gēs Israel valet sup nos. Utinam ꝛ de nobis hoc dicat: sentiat nos valere super se. Quomodo sentire hoc poterit? Si cum mihi cogitationes injicit malas: ꝛ cōcupiscentias pessimas: ego non suscipiam: sed iacula eius ignita scuto fidei repellam: si in oībus q̄cunqз suggerit menti mee: ego memor Christi mei domini: dicam. Uade retro Sathanas. Scriptum est enim: dñm deum tuuз adorabis: ꝛ ipsi soli seruies. Si ergo hec oī fide: omni constantia agamus: dicit ꝛ de nobis quia gens Israel magna est: ꝛ valet sup nos. Sed ꝛ hoc: quod dicit: ne forte accidat nobis bellum: ꝛ consentiant: ꝛ hi cū aduersarijs nostris: ex pphéticis vocibus preuidit venturuз sibi bellum: ꝛ derelinquendum se a filijs Israel: ꝛ quia cōsentiēt aduersario eius: ꝛ adijcientur ad dominū. Hoc est enim: qđ de eo Hieremias ppheta predixerat. Clamauit perdix: cōgregauit: que non peperit: fecit diuitias suas non cum iudicio: in dimidio dieruз eius derelinquent euз: ꝛ in nouissimis suis erit stultus. Intellegit ergo perdicem se dictum: que non peperit: cōgregasse: ꝛ quod hi: quos non cum iudicio congregauit: in dimidio dierum suoꝝ derelinquent eū: ꝛ sequentur dominū: ꝛ creatorem suum Christum Iesuз: qui eos genuit. Ille autem congregauit: quos non genuit. Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis: cum ad factorem ꝛ ad parenteз suū vniuersa: que nunc pro huius tyrānide cōgemiscit: creatura confugerit: ꝛ hoc indignat: ꝛ dicit: ne expugnātes (inquit) nos exeāt de terra nostra. Nō vult nos exire de terra sua: sз vult vt semper portemus imaginem terreni. Si enim ad aduersariuз eius cōfugerimus: euз qui nobis preparauit regna celorum: necesse est vt relinquamus imaginē terreni: ꝛ suscipiamus imaginem celestis. Propterea ergo Pharao statuit magistros operuз: qui nos suas artes doceant: qui nos artifices malitie faciāt ꝙ nobis malorum magisterium prebeāt. Et quia multi sunt isti magistri: ꝛ doctores malitie: quos prefecit Pharao: ꝛ est ingens multitudo huiuscemodi compulsorum: qui omnes exigunt: imperant: ꝛ extorquēt opera terrena: ideo veniens dominus Iesus: fecit alios magistros: ꝛ doctores: qui pugnātes aduersum illos: ꝛ subijcientes omnes eoruз principatus: ꝛ potestates: ꝛ virtutes: defendant a violentijs eoruз filios Israel: ꝛ doceāt nos opera israelitica. Et rursum doceant nos mente deuз videre: relinquere opera Pharaonis: exire de terra Egypti: abijcere Egyptios: ꝛ barbaros mores: deponere totum veterem hominem cum actib⁹ suis: ꝛ induere nouum: qui ꝑm Deuз creatus est: renouari semper de die in diem ad imaginem eius: qui fecit nos in gloriam: ꝛ laudem suam: cui est gloria: ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De obstetricibus. Homilia. II.

Multa quidem aduersum gentem Dei molitur rex iste: qui non nouit Ioseph: ꝛ artes nocendi nouas semper inquirit. Uerum nunc calliditas eius supereminet modū: cum obstetricum ministerio soboleз gentis conatur extinguere: quarum arte solet vita seruari. Quid enim dicit? Et dixit (inquit) rex Egyptiorum obstetricibus Hebreorum: quarum vni nomen erat Sephora: ꝛ nomen alterius Phua: ꝛ ait. Cum obstetricabitis Hebreas: ꝛ prope partum erunt: si masculus fuerit: occidite eum: si femina viuificate. Sed his adiungitur in consequentibus. Timuerūt autem obstetrices Deuз: ꝛ non fecerunt sicut p̄ceperat illis rex Egypti: ꝛ viuificabant masculos. Si ꝑm historie narrationem suscipienda essent que scripta sunt: videretur hoc: quod dicit scriptura: quia non fecerunt obstetrices ꝑз quod precepit eis rex Egypti: stare non posse. Non enim inueniuntur obstetrices non viuificasse feminas: quas precepit rex Egypti viuificari. Sic enim ait: siquidem masculus est: occidite illum: si femina: viuificate. Et si non fecerunt obstetrices sicut preceperat Rex Egypti: debuerant vtiqз sicut masculos viuificabant contra preceptum regis: ita feminas occidere: vt ꝛ hoc esset contra preceptū regis. Nam feminas viuificasse ꝑm preceptum est fecisse Pharaonis. Hec interim propter eos: qui amici sunt littere: ꝛ non putant legem spiritalem esse: ꝛ spiritaliter intelligendam. Sed

nos: qui

33

nos: qui omnia: que scripta sunt: non pro narrationibus antiquitatum: sed pro disciplina: et utilitate nostra didicimus scripta: hec que leguntur: etiam nunc fieri non solum in hoc mundo: qui Egyptus figuraliter dicitur: sed in uno quoque nostrum deprehendimus. Requiramus ergo quomodo rex Egypti: qui est princeps huius mundi vivificari mares non vult: feminas vult. Si meministis sepe ostendimus disputantes: quod in feminis caro: et affectus carnis designatur: vir autem rationabilis sensus: et intellectualis fit spiritus. Sensum autem rationabilem: qui potest celestia sapere: qui pot intelligere deum: et que sursum sunt querere: hunc odit Pharao rex et princeps Egypti hunc necari cupit: et interimi. Cupit autem quecunque carnis sunt vivere: et que ad materiam ptinent corporalem: hec non solum vivere: sed et augeri: et excoli cupit. Vult enim ut oes carnalia sapiant: temporalia desyderent: que supra terram sunt querant: nemo eleuet ad celum oculos suos: nemo requirat unde huc venerit: nemo patriam paradisum recordetur. Cum ergo videris homines in voluptatibus: et delitiis vitam ducere: luxu fluitare: epulis: vino: conviviis: cubilibus: et impudicitiis operam dare: in istis scias quod rex egypti masculos necat: et vivificat feminas. Si vero rarum quemque videas unum ex mille ad dominum converti: oculos sursum erigere: que perpetua sunt: et eterna querere: contemplari non ea: que videntur: sed que non videntur: odisse delitias: amare: continentiam: luxuriam fugere: excolere virtutes: istum quasi masculum: quasi virum necari cupit Pharao: persequitur: insectatur: mille aduersus eum machinis pugnat. Odit tales: vivere eos in Egypto non sinit. Inde ergo est: quod in hoc mundo servi Dei: et omnes qui deum querunt: despectui habentur: et contemptui. Inde contumeliis expositi sunt: inde replentur opprobriis: inde odia in eis: et persecutiones agitantur: quia odit eos Pharao: odit huiusmodi mares: qui feminas amat. Iste etiam obstetrices corrumpere adgreditur: et per ipsas implere: quod desyderat: quarum etiam nomina nobis per prouisionem spiritus sancti: qui hec scribi voluit: indicantur. Sephora inquit una: que interpretatur passer: et Phua: que apud nos: vel rubens: vel verecunda dici pot. Per has igitur necari mares: et vivificari solas feminas querit. Sed quod dicit scriptura: Et timebant (inquit) obstetrices deum: et non fecerunt sicut preceperat eis Rex Egypti. Istas obstetrices dixerunt ante nos quidam: rationabilis eruditionis formam tenere. Obstetrices enim medie quedam sunt: et tam masculos nascentes: quam feminas fovent. Eruditio ergo ista communis rationabilis scientie ad omnem propemodum peruenit sensum. Omnes instruit: omnes fovet. Si quis in ea virilis animi fuerit: et voluerit celestia querere: et divina sectari: veluti medicatus et fotus per huiusmodi eruditiones: ad divinorum intellegentiam paratior veniet. Est enim una velut passer: que celsiora docet: et rationabilibus doctrine pennis in altum volare prouocat animos. Alia: que rubens est: vel verecunda moralis est: mores componit: verecundiam docet: instituit honestatem. Mihi tamen: quoniam dicit de his scriptura: quia timebant deum: non fecerunt precepta regis Egypti: videntur obstetrices iste due utriusque testamenti figuram servare: et Sephora: que passer interpretatur: legi: que spiritalis est: posse conferri. Phua vero que rubens: vel verecunda est: indicare euangelia que Christi sanguine rubent: et per universum mundum passionis eius rutilant cruore. Ab his ergo anime: que nascuntur in ecclesia: velut obstetricibus medicantur: quia ex scripturarum lectione cuncta in ea eruditionis medicina confertur. Tentat tamen Pharao per hec necare ecclesie masculos: cum studiosis quibusque in scripturis divinis hereticos sensus: et peruersa dogmata suggerit. Sed stat immobile fundamentum Dei. Timent enim obstetrices deum: idest timorem Dei docent: quia initium sapientie timor domini. Sic denique competentius aptari puto et illud: quod in posterioribus scriptum est: ubi dicit: quia timebant obstetrices deum: fecerunt sibi domos. Quod dictum nullam consequentiam secundum litteram habere potest. Quis enim ordo est: ut dicat: quia timebant obstetrices Deum: fecerunt sibi domos: quasi propterea domus fiat: quia timetur Deus: Hoc si ita accipiatur (ut scriptum est:) non solum nihil consequentie: sed et inanitatis plurimum habere videbitur. Sin autem videas quomodo scripture noui: ac veteris testamenti timorem Dei docentes domos ecclesie faciant: et universum orbem terre orationum domibus repleant: tunc quod scriptum est: rationabiliter scriptum videbitur. Sic ergo iste obstetrices: quia timent Deum et timorem Dei docent: non faciunt preceptum regis Egypti: sed vivificant masculos suos: nec tamen dicitur quia paruerint precepto regis egypti: ut vivificarent feminas. Ego confidenter audeo dicere secundum scripture sensus: obstetrices iste non vivificant feminas. Neque enim vitia docentur in ecclesiis: aut luxuria predicatur: aut peccata nutriuntur. Hoc enim vult Pharao: cum vivificari feminas iubet sed sola virtus excolitur: et ipsa sola nutritur. Verum hec ad unumquemque nostrum

referamus. Et tu si times deum: non facis pre
ceptum regis Egypti. Ille enim tibi precipit:
vt in delitijs viuas: vt diligas presens seculū:
vt presentia cōcupiscas. Tu si deū times: ⁊ ex-
hibes obstetricis officium anime tue: si ei salu-
tem conferre cupis: nō facis hec: sed viuificas
masculū: qui in te est: interiorē tuum hominem
medicaris: ⁊ foues: ⁊ ipsi per actus: aut intelle
ctus bonos vitam conquiris eternā. Sed post
hec vbi vidit Pharao: ꝙ per obstetrices non
posset necare masculos israel: precepit (inquit)
omni populo dicēs. Omne masculinum quod-
cūq3 natum fuerit Hebreis: in flumen proijcite:
⁊ omne femininum viuificate. Uidete quid
princeps huius mundi precipit suis: vt infan-
tes nostros rapiant: ⁊ in flumine proijciant: ⁊
prime statim natiuitati nostrorum insidiantes
continuo vt vbera ecclesie prima contigerint:
irruant: diripiant: persequantur: vndis ⁊ flu-
ctibus huius seculi absorbeant. Uidete quid
audiatis: sapiētia dei per Salomonem dicit.
Intellegibiliter intellege que apponunt tibi.
Uide statim vt natus: immo vt renatus fueris
quid tibi iminet. Hoc illud est: quod in euan-
gelio legis: quia Jesus statim vt ascendit de ba
ptismo: ductus est ab spiritu in deserto: vt ten
taret a diabolo. Hoc ergo ē: quod ⁊ in hoc lo
co Pharao precepit populo suo: hebreos in-
fantes statim vt nati fuerint inuadant: diripi-
ant: aquis submergāt. Hoc fortassis est: quod
⁊ per ꝓphetā dicitur. Quia intrauerunt aque
vsq3 ad animam meam. Defixus sum in limo
ꝓfundi: ⁊ nō est substātia. Sed ꝓpterea Chri-
stus superauit: ⁊ vicit: vt tibi vincendi iter ape
riret. Propterea ieiunans vicit: vt ⁊ tu scias
huiusmodi genus demoniorum ieiunijs: ⁊ ora-
tionibus superādum. Propterea ⁊ oblata sibi
omnia regna mundi: ⁊ gloriam eorū contem-
nit: vt ⁊ tu cōtemnens gloriam mundi possis
superare tētantē. Egyptij ergo: quib⁹ Pha-
rao dedit precepta: feminas tantum viuificāt:
oderunt masculos: oderunt namq3 virtutes:
vitia tantum: ⁊ voluptates nutriunt. Et nunc
igitur insidiātur Egyptij: si forte hebreis na-
scatur aliquis masculus: vt statim persequan
tur ⁊ interficiant: nisi caueant: nisi obseruent:
⁊ occultent germen masculinum. Deniq3 re-
fert scriptura ꝙ dē tribu Leui: qui genuit ma-
sculinum: ⁊ vidit infantem esse elegantem: oc
cultauit eum mēsibus tribus. Uide si nō ꝓpte
rea nobis precipitur: ne bonos actus in publi
co geramus: ne iustitiam nostram corā homi-
nibus faciamus: sed vt clauso ostio oremus pa
trem in occulto: ⁊ quod facit dextera nostra
nesciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit: di-
ripietur ab Egyptijs: inuadetur: in flumen ia
ctabitur: vndis ⁊ fluctibus submergetur. Er-
go si facio elemosynam: quia opus dei est: ma
sculum genero. Sed si ita faciā: vt hominib⁹
innotescat: ⁊ ab hominibus laudem queram:
⁊ non eam occultauero: rapta est ab Egyptijs
elemosyna mea: ⁊ in flumen demersa est: ⁊ tā-
to labore: tātoq3 studio Egyptijs masculū ge
nui. Propterea o vos populus dei: q hec au-
ditis: nolite putare (vt sepe iam diximus) ve-
terū vobis fabulas recitari: sed doceri vos per
hec: vt agnoscatis ordinem vite: instituta mo-
rum: fidei: virtutumq3 certamina. Uidētes ergo
isti de tribu Leui elegantem esse infantem: ce
lauerūt eū mēsibus tribus. Cūq3 non possent
amplius celare eū: sumpsit (inquit) mater ei⁹
tibin: ⁊ liniuit bitumine: ⁊ iniecit infantem: in
eam: ⁊ posuit in palude secus flumen: ⁊ obser-
uabat soror eius de longe: vt videret quid ac-
cideret ei. Descendit aūt filia Pharaonis: vt
lauaret in flumine: ⁊ audiuit plorantem infan-
tem: ⁊ misit (inquit) ⁊ adsumpsit eum: ⁊ dixit
filia Pharaonis. Quia de infantib⁹ Hebreo
rum est hic. Post hec iam refertur quomodo
soror eius dixit: vt matrem pueri vocaret: que
eum nutriret. Et dixit (inquit) ad illam filia
Pharaonis. Custodi mihi hunc infantem: ⁊
nutri eum mihi: ego autem dabo tibi merce-
dem. Cumq3 nutrisset eum: ⁊ fortior factus es-
set: induxit illum ad filiam Pharaonis: ⁊ fa-
ctus est ei in filiū: ⁊ nominauit nomē eius Moy-
sen dicens: quia de aqua eū adsumpsi. Singu
la hec immensis repleta mysterijs: tempus exi
gunt grande: ⁊ totius diei spatia si in his con
sumamus: vix fortasse sufficiat. Breuiter ta-
men aliqua nobis pro ecclesie edificatione pul
sanda sunt. Puto filiam Pharaonis ecclesiā:
que cōgregatur ex gētibus: videri posse: que
quāuis impium ⁊ iniquū habeat patrē: tamē
dicitur ad eam per prophetā. Audi filia: ⁊ vi-
de: ⁊ inclina aurem tuā: ⁊ obliuiscere populum
tuum: ⁊ domum patris tui: quia ꝯcupiuit rex
speciem tuam: hec ergo est: que exit de domo
patris: ⁊ venit ad aquas: vt lauaretur a pecca
tis: que contraxerat in domo patris sui. De-
niq3 statim viscera misericordie suscipit: ⁊ mise
ratur infantem. Hec ergo ecclesia ex gentib⁹
veniens: in palude inuenit iacētem Moysen:
abiectum a suis: ⁊ expositum: dat eum nutrici:
⁊ nutritur apud suos: ibi agit infantiam. Cū
autem fortior factus est: tūc inducitur ad eam
⁊ adoptatur in filium. Moyses autē quia lex
appellatur: in multis locis iam sepe dissertum
est. Ueniens ergo ecclesia ad aquas baptismi:
suscepit etiam legem: que tamen lex erat in-

tra tibin

tra tibin conclusa:pice:& bitumine oblita. Tibis genus est tegminis ex virgis:aut ex papyro cōtextum:vel etiam ex arborum cortice formatū:intra quod iniectus infans videbatur expositus. Jacebat ergo lex cōclusa intra huiusmodi tegmina:& pice:ac bitumine oblita: vilibus:& tetris iudeorum sensibus sordebat obsepta:vsq3quo ecclesia veniret & gentibus:& adsumeret eā de luteis:& palustribus locis : atq3 intra sapientie aulas & regalia tecta consciscere ret. Hec tamē lex infantiam suam apud suos transigit. Apud illos enim:qui spiritaliter eā intellegere nesciunt:paruula est:& infans: & lactentium habens cibos. Cum vero ad ecclesiam venit:cum ecclesie ingreditur domum:fortior est:& validior Moyses. Amoto enim velamine littere:perfectus in lectione eius cibus:& solidus inuenitur. Quid tamē est:quod & mercedem nutrimentorum a filia percipit Pharaonis:illa apud quam lex & nata est : & nutrita? quid est quod synagoga accipit de ecclesia? Puto illud itellegi posse:quod idē Moyses scribit dicens. Ego in non gentem:in emulationem vos inducam:in gentem insipientē: in ira vos concitabo. Et synagoga ergo de ecclesia istud mercedis accipit: vt vltra idola nō colat. Uidens enim eos:qui ex gentibus sunt: ita ad Deum conuersos esse: vt vltra idola nesciant: Deum preter vnum neminem venerentur:ipsa erubescit idola vltra ia3 colere. Jstud ergo recipit beneficij de ecclesia synagoga:qd ei paruulam nutrisse visa est lege3 . Sed & nos etiam si Pharaonem habuimus patrē: etia3 si nos in opibus malis genuit princeps huius mundi:cum venimus ad aquas adsumamus ad nos legem Dei : nec nobis sordeat littere eius vile tegumen:& obscuru3:que parua eius sunt:& lactentia concedamus:que pfecta & valida sunt:sumamus:atq3 hec intra cordis nostri tecta regalia collocemus. Grandem & validu3 habeamus Moysen:nihil de eo paruū: nihil humile sentiamus:sed magnificu3 totū: totum egregium:totum elegans . Totu3 eni3 magnum est quicquid spiritale:quicquid sublimis intellegentie. Et oremus dominum Jesum Christum:vt ipse nobis reuelet : & ostendat quomodo magnus est Moyses:& quomodo sublimis. Jpse enim reuelat quibus vult p spiritum sanctum:ipsi gloria : & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est. Ego autem gracili voce sum:& tardus lingua.

Homilia. III.

Donec esset Moyses in Egypto : & erudiretur omni sapientia egyptioru3 : nō erat gracili voce:nec tardus lingua:nec profitetur se esse ineloquentem. Erat enim quantū ad egyptios & sonore vocis: & eloquētie incomparabilis. Ubi autem cepit audire vocē Dei: & eloquia diuina suscipere:tunc sensit exile3 : & gracilem vocem suam:tardamq3: & impeditā esse suam intellegit linguam: tunc se pronunciat mutum:cum cepit agnoscere verum illud verbum:quod erat in principio apud Deum. Sed quo facilius quod dicimus possit aduerti:vtamur huiusmodi similitudie. Mutis animalibus:quamuis sit imperitus : & indoctus: rationabilis homo si cōparetur: videbitur eloquens ad comparationē coru3:que & rationis: & vocis expertia sunt. Si vero eruditis : & eloquentibus viris:atq3 in omni sapientia probatissimis conferatur:ineloquens & mutus videbitur. At si ipsum quis cōtempletur diuinum verbū:ipsamq3 diuinam respiciat sapiētiam: quāteuis sit eruditionis:& quantecūq3 sapientie:multo amplius:ꝙ apud nos sūt pecudes. Jpse apud Deū mutum se animal profitebitur. Hoc nimirū erat:qd & beatus Dauid intuēs: & tali ordine semetipsum ad diuinam sapientiam librans dicebat. Ut iumētum factus sum apud te. Secūdu3 hoc ergo & prophetarū maximus Moyses i presenti lectione dicit ad deum:quod gracili voce sit: & tardus lingua : & quod non sit eloquens. Omnes eni3 homines ad comparationem verbi diuini non solum in eloquētes:sed & muti putandi sunt. Qui igitur in id intelligētie profecit:vt agnosceret semetipsum:in quo est pars maxima sapiētie:remuneret eū diuina dignatio. Audi qua3 opimis: magnificisq3 muneribus. Ego (inquit) apiam os tuū:& instruam te que oporteat te loqui. Beati sunt:quorū deus os aperit vt loquantur Prophetis deus apit os:& replet illud eloquio suo:sicut in presenti dicit. Ego apiam os tuum:& instruā te q̄ oporteat te loq. Sed & per Dauid dicit Deus. Dilata os tuū:& replebo illud. Similiter & Paulus dicit. Ut detur mihi sermo in adapertionem oris mei. Coru3 ergo:qui verba Dei loquūtur:os Deus apit. Uereor autem ne sint aliqui: quorū ecōtrario os diabolus apiat. Na3 qui loqtur mēdaciū: certum est q2 diabolus aperiat os eius:vt mēdacium loqretur. Qui falsum testimonium dicit:qui scurrilitates:ac turpitudines: & cetera huiusmodi de ore suo proferunt:diabolus aperuit os eorum. Uereor ne & susurronum: & detractorum os diabolus aperiat : sed & eorum:

qui ociosa verba proferũt: pro quibus redden
da in die iudicij ratio est. Iam vero: qui iniq-
tatem in excelso loquuntur: qui negant domi-
num meũ Iesum Christũ in carne venisse: vel
qui spiritum sanctum blasphemant: quibus
neqȝ in presenti: neqȝ in futuro seculo remitte
tur: quis dubitet: quod os eorum Diabolus
aperiat? Uis tibi ⁊ hoc de scripturis ostendã:
quomodo huiusmodi hominibus qui aduer-
sum Christum loquũtur: os diabolus aperit?
Uide quid scriptuȝ est de Iuda: quomodo re
fertur: qȝ introiuit in illum Sathanas: ⁊ quia
misit in cor eius diabolus: vt traderet dñm?
Ipse ergo aperuit os eius: vt loqueretur cum
principibus: ⁊ phariseis: quomodo euȝ trade-
ret: accepta pecunia. Unde mihi videt̃ nõ esse
paruę gratię intellegere os: quod apit Deus:
⁊ intellegere os: quod aperit diabolus. Non
est sine sancti spũs gratia huiusmodi os: ⁊ ver
ba discernere. Et ideo in diuisionibus spirita
lium gratiarũ additur etiam hoc quod datur
quibusdã discretio spirituuȝ. Ergo spiritalis
est gratia: per quã spiritus discernitur: sicut ⁊
alibi dicit Apostolus. Probate spiritus: q ex
Deo sunt. Sed sicut aperit os sanctorum:
ita puto quod ⁊ aures sanctorũ Deus aperiat
ad audiẽda verba diuina. Sic enim dicit Esa
ias propheta. Dñs mihi aperuit aurẽ: vt sciã
quãdo oporteat dici verbũ. Sic ⁊ oculos ape-
rit dominus: sicut aperuit oculos Agar: ⁊ vi-
dit puteum aque viue. Sed ⁊ Eliseus ppheta
dicit. Api domine oculos pueri: vt videat qȝ
plures nobiscũ sunt: ꝙ cũ aduersarijs. Et ape-
ruit (inquit) dominus oculos pueri: ⁊ ecce to-
tus mons plenus erat equitibus: ⁊ curribus:
auxilijsqȝ celestibus. Circũdat enim angelus
dñi in circuitu timentium eum: vt eripiat eos.
Aperit ergo (vt diximus) Deus: ⁊ os: ⁊ au-
res: ⁊ oculos: vt vel loquamur: vel cernamus:
vel audiamus q̃ dei sunt. Sed ⁊ illud nõ ocio-
se accipio: qđ dicit propheta. Eruditio (inqt)
dñi aperuit mihi aurem: hoc mihi videtur ad
nos: idest cõmuniter ad omnẽ dei ecclesiã ptĩ-
nere. Si enim in dñi eruditione versemur: ape
rit ⁊ nobis aurem domini eruditio. Auris ve-
ro: que per eruditionẽ dñi aperitur: non sem-
per aperta est: sed aliquãdo aperta: aliquando
clausa est. Audi legislatorem dicẽtem. Ne re-
sperseris audituȝ vanum. Si quando ergo va-
na dicitur: si quãdo inania: inepta: turpia: p-
fana: scelesta proferuntur: q nouit domini eru
ditionem: claudit aures: ⁊ auertit auditum: ⁊
dicit. Ego aũt sicut surdus non audiebaȝ: ⁊ si-
cut mutus: qui non aperuit os suũ. Si vero ad
vtilitatẽ anime pertinẽt que dicunt: si de deo
sermo est: si mores docet: virtutes inuitat: vi-
tia resecat: patere dbẽt aures huiuscemodi elo
quijs: ⁊ non solum aures: sed ⁊ cor: ⁊ mẽs: ⁊ to
ta ad huiuscemodi audituȝ: anime ianua pan-
denda est. Sũma tamen moderatione prece-
pti vsa est lex: vt non diceret non audies audi-
tum vanũ: sed non recipies. Naȝ vana frequẽ
ter audimus. Marcion que loqtur vana sunt.
Ualẽtinus que loquitur vana sunt: ⁊ omnes
qui contra creatorem Deuȝ loquuntur: vana
sunt que loquuntur. Sed tamen freqnter nos
audimus ea: vt aduersum ea: respondere possi
mus: ne forte subripiãt simplicioribus qbusqȝ
fratrum nostrorum per sermonis ornatum.
Audimus ergo hec: sed nõ recipimus. Dicta
sunt enim de ore illo ꝙ diabolus aperuit. Et
ideo oranduȝ nobis est: vt dignetur dominus
aperire os nostrum: vt possimus ⁊ contradicẽ-
tes reuincere: ⁊ obturare os: qđ diabolus ape-
ruit. Hec de eo: quod scriptũ est: ego aperiam
os tuum: ⁊ instruaȝ te: que oporteat te loqui.
Non solum autẽ Moysi promittitur os ape-
riri a dño: sed ⁊ Aaron. Dicitur. n. ⁊ de ipso.
Ego aperiam os tuũ: ⁊ os illius: ⁊ instruã vos
que faciatis. Occurrit enim ⁊ Aaron Moysi:
⁊ exit de Egypto. Occurrit autem ei: vbi? In
quali loco? Interest enim vbi occurrat Moy-
si is: cuius os aperiẽduȝ est a deo. Occurrit ei
(inquit) in mõtẽ Dei. Uides qȝ merito aperi
tur os eius: qui potest occurrere in montẽ dei:
Petrus: ⁊ Iacobus: ⁊ Ioañes mõtẽ dei ascẽ
derũt: vt transformatũ Iesum videre mererẽ
tur: ⁊ Moysen cum ipso: atqȝ Heliam vide-
rẽt i gloria. Et tu ergo nisi ascẽderis ad mõtẽ
Dei: ⁊ ibi occurreris Moysi: idest nisi excel-
sum legis ascenderis sensum: nisi ad spiritalis
intellegentie cacumen euaseris: non est os tuũ
apertum a domino. Si in humili loco littere
steteris: ⁊ historie textum iudaicis narrationi-
bus innectas: non occurristi Moysi in montẽ
Dei: nec ostium aperuit Deus: neqȝ instruxit
te: que oporteat te loqui. Nisi ergo Aaron oc
currisset Moysi in monte: nisi eius sensuȝ sub-
limeȝ vidisset: ⁊ arduum: nisi excelsam eius in
tellegentiam perspexisset: nunquaȝ ei locutus
fuisset verba Dei: neqȝ virtutẽ signoruȝ: pro-
digiorumqȝ tradidisset: neqȝ participem eum
tanti mysterij consciuisset. Uerum quoniaȝ lõ
gum est de singulis per ordinẽ dicere. Uidea-
mus ingressi ad Pharaonẽ Moyses: ⁊ Aa-
ron quid dicũt: hec dicit dñs. Dimitte popu-
lum meũ: vt seruiant mihi in eremo. Nõ vult
Moyses vt populus in Egypto positus ser-
uiat dño:

niat domino:sed vt exeat in desertu3:⁊ ibi ser-
uiat domino. Hoc est sine dubio: qd ostendit:
q2 donec quis in tenebris secularibus manet:
⁊ in negociorum obscuritate versatur:non po-
test seruire domino. Non enim potest duobus
dominis seruire:non potest domino seruire: ⁊
Mamone. Exeūdu3 igitur nobis est de Egy-
pto:relinquēdus est mūdus si volumus domi
no seruire. Relinquēdus autem dico : non lo-
co:sed animo. Non itinere proficiscēdo:sed fi-
de proficiendo. Audi hec eadem Joannes di-
centem. Filioli nolite diligere mundum:neq3
ea:que in mundo sunt. Quonia3 omne : quod
in mundo est: desyderium carnis est: ⁊ desyde
rium oculorum. Et quid tamē dicit? Quomo
do:vel quatenus proficisci iubet ex egypto: vi-
deamus. Viā (inquit) trium dierum ibimus
in eremo:⁊ ibi immolabimus domino deo no-
stro. Que est via trium dierum: que nobis in-
cedenda est: vt exeuntes de egypto peruenire
possimus ad locum : in quo immolare debea-
mus? Ego viam:illū intellego qui dixit. Ego
sum via:⁊ veritas: ⁊ vita. Hec via triduo no-
bis incedēda est. Qui enim confessus fuerit in
ore suo dominum Jesum: ⁊ crediderit in cor-
de suo:quod deus illū suscitauit a mortuis ter
tia die saluus erit. Hec ergo est tridui via:per
quam peruenitur in locu3:in quo domino im-
moletur:⁊ reddatur sacrificium laudis. Hec
quātum ad mysticū ptinet intellectum. Si ve
ro etiam moralē:qui nobis perutilis est: requi
rimus locum:iter tridui de Egypto proficisci
mur:si ita nos ab omni inquinamento anime:
⁊ corporis:ac spiritus conseruemus:vt queād
modu3 dixit apostolus:integer spiritus vester
⁊ anima:⁊ corpus in die Jesu Christi seruet.
Tridui iter proficiscimur de egypto : si ratio-
nale3:naturalē:moralē:sapiētiā de rebus mū
dialibus auferētes ad statuta diuina conuerti
mus:tridui iter de egypto proficiscimur:si pu
rificātes i nobis dicta:facta: vl' cogitata:tria:
sunt enim hec:per que peccare homines pos-
sunt:efficiamur mūdi corde: vt possimus deu3
videre. Vis aūt videre quod huiusmodi sunt:
que i scripturis idicat spiritus sanctus? Pha
rao hic:qui est princeps egypti:vbi se videt ve
hementius perurgeri:vt dimittat populū dei:
secundo loco hoc cupit impetrare ne longius
abeant:ne totū triduu3 proficiscantur : ⁊ dicit
non longe abeatis. Non vult longe a se fieri
populū Dei:vult eu3 si non in facto: vel in ser
mone peccare:si non in sermone:vel in cogita-
tione delinquere. Non vult vt totum a se tri-
duum proficiscātur. Vult i nobis vel vnū die3
suu3 habere:in alijs duos:in alijs totū triduū
ipse possidet. Sed illi beati:qui integrū ab eo
triduum secedunt:⁊ nullam in eis suam possi-
det diem. Nō ergo putetis:quia tunc tātum-
modo eduxit Moyses populū d Egypto. Et
nunc Moyses:quem habemus nobiscū:habe
mus enim Moysen:⁊ prophetas:idest lex dei
vult te educere de Egypto:si audiamus ea3:
vult te longe facere a Pharaone:eruere te cu
pit de opere luti:⁊ paleaꝝ:si tamen audias le-
gem dei:⁊ spiritaliter intellegas. Non vult te
in carnis:⁊ tenebraꝝ actibus permanere. S3
exire ad eremum:venire ad locū perturbatio-
nibus:⁊ fluctibus seculi vacuū:venire ad quie
tem silentij. Verba enim sapientie in silentio ⁊
quiete discuntur. Ad hunc ergo locu3 quietis
cum veneris:ibi poteris immolare dño:ibi le-
gem dei:⁊ virtutem diuine vocis agnoscere.
Propterea ergo cupit te Moyses eijcere de
medio fluctuātium negociorum:⁊ de medio p-
strepentium populorum. Propterea cupit te
exire de Egypto:idest de tenebris ignorātie:
vt legem Dei audias:⁊ luce3 scientie capias.
Sed obsistit Pharao:relaxare te non vult:
rector tenebrarum haru3:nō vult te abstrahi
de tenebris suis:⁊ ad scientie lumen adduci: ⁊
audi quid dicit. Quis est (inquit) cuius audi-
am voce3? Nescio dominū:⁊ israel nō dimit-
tam. Audi quid respōdit princeps huius mū-
di:nescire se deū dicit. Vides quid agit cruda
supbia? Donec in laboribus hominū non est:
⁊ cum hominibus non flagellat:propterea te-
nuit eum superbia. Deniq3 videbis eum pau
lopost quātum proficit in flagellis:quātū me-
lior se verberatus efficitur. Iste qui modo di-
cit:nescio dominū:postea cū vim senserit ver-
berum:dicturus est:orate pro me dominu3:⁊
non solum hoc:sed etiam cōtestātibus magis
fatebitur:quia digitus dei est in virtute signo
rum. Nemo ergo ita ineruditus diuine sit di-
sciplime:vt flagella diuina perniciem putet: vt
verbera domini penalē credat interitu3. Ecce
etiā Pharao durissimus:tamen proficit v'be
ratus. Ante verbera dominū nesciit: v'berat⁹
supplicari pro se dominū rogat. Est profectus
in penis:hoc ipsum agnoscere q meruerīs pe-
nam. Nescio ergo (ait) dominu3:⁊ israel nō
dimitto. Sed vide in euangelijs : quomodo
verberatus emendet hanc vocem. Scriptum
est enim q2 clamauerūt demones ad dominu3
⁊ dixerunt. Quid venisti ante tempus torque-
re nos? Scimus te qui sis:tu es filius dei viui.
Vbi tormēta senserunt sciunt dominu3. An-
te flagella dicit nescio dominū:⁊ israel non di
mitto. Sed postea israel dimittit:⁊ non solu3
dimittit:sed ⁊ ipse perurgebit eu3 exire. Nul-

la enim societas lucis ad tenebras: nulla pars fideli cum infideli. Sed quid adhuc addit in responsis suis? Quare (inquit) Moyses: et Aaron peruertitis populum ab operibus? Discedite vnusquisque ad opus vestrum: donec secum est populus: et lutum operatur: ac laterem: donec in paleis occupatus est: non putat eum esse peruersum: sed recto itinere incedere. Si vero dicat volo ire viam trium dierum: et seruire domino peruerti populum dicit per Moysen: et Aaron. Hoc quidem dicebatur antiquitus. Sed et hodie si Moyses: et Aaron: idest propheticus: et sacerdotalis sermo animam solicitet ad seruitium Dei: inuitetque eam exire de seculo: renunciare omnibus: que possidet: operam dare diuine legi: et sequi verbum dei: continuo audies dici ab his: qui Pharaoni vnanimes: et amici sunt. Uidete quomodo seducuntur homines: et peruertuntur: quales adolescentes ne laborent: ne militent: ne agant aliquid: quod eis prosit: relictis rebus necessarijs et vtilibus: ineptias sectantur: et ocium. Quid est seruire domino? Laborare nolunt: et inertis ocij occasiones requirunt. Hec erant verba Pharaonis: hec et nunc amici eius: et familiares loquuntur. Non solum verbis res agitur: sequuntur et verbera: flagellari iubet scribas Hebreorum: paleas non dari: opus exigi: hec pertulerunt patres: ad quorum figuram: sepe etiam populus Dei qui est in ecclesia patitur. Inuenies enim si considereres eos: qui se ex integro principio huius mundi tradiderunt: prosperis successibus agere: omnia eis (vt ipsi putant) feliciter euenire. Seruis autem Dei sepe: nec hec quidem humani victus humilia: et parua succedere. Istas enim puto videri paleas: que a Pharaone ministrantur. Fit ergo sepe: vt deum timentes: vili hoc etiam et paleis simili indigeant victu. Sepe etiam persecutiones sustinent tyrannorum: perferunt cruciatus: et seua tormenta: ita vt fatigati nonnulli dicant ad Pharaonem. Ut quid tu affligis populum tuum? Superati namque verberibus nonnulli a fide decidunt: et confitentur se esse populum Pharaonis. Non enim omnes: qui ex Israel: hi sunt Israelite: nec quia sunt semen: omnes et filij. Isti ergo: qui dubij sunt: et in tribulationibus fatigantur: etiam contra Moysen: et Aaron loquuntur: et dicunt. Ex qua die intrastis: et existis vos ad Pharaonem execrabilem fecistis odorem nostrum coram eo. Uerum dicunt isti: licet ignorent fortasse quod dicunt: sicut et Caiphas ille verum dicebat: quia expedit vobis: vt moriatur vnus pro populo: sed quid diceret nesciebat. Nam (vt Apostolus dicit) Christi bonus odor sumus. Sed alijs (inquit) odor de vita in vitam: alijs autem odor de morte in mortem. Ita et propheticus sermo suauis odor est credentibus. Dubijs vero: et incredulis: et his: qui se populum confitentur esse Pharaonis: odor execrabilis efficitur. Sed et ipse Moyses dicit ad dominum. Quia ex quo loquutus sum cum Pharaone: afflixit populum tuum. Certum est enim: quia antequam sermo Dei audiatur: antequam predicatio diuina nascatur: non est tribulatio: non est tentatio. Quia nisi buccinet tuba: non committitur bellum. Ubi vero signum belli tuba predicationis ostenderit: ibi (inquit) sequitur afflictio: ibi omnis tribulationum pugna consurgit. Ex quo ergo loqui cepit Moyses: et Aaron ad Pharaonem: affligitur populus Dei. Ex quo in animam tuam sermo Dei perlatus est: necessario certamen intra te virtutibus aduersum vitia suscitatur. Prius vero: quam veniret sermo: qui argueret: vitia intra te in pace durabant. Sed vbi sermo Dei facere cepit vniuscuiusque discrimen: tunc perturbatio magna consurgit: et sine federe nascitur bellum. Cum iniustitia enim quando potest conuenire iustitia? Impudicitia cum sobrietate? cum veritate mendacium? Et ideo non magnopere perturbemur: si videtur odor noster execrabilis esse Pharaoni. Execrationi namque ducitur virtus. Quin potius: vt in posterioribus dicit: quia stetit Moyses ante Pharaonem: stemus etiam nos contra Pharaonem: et non flectamur: sed stemus succincti lumbos nostros in veritate: et calciati pedes in preparatione euangelij pacis. Sic enim nos hortatur apostolus dicens. State ergo: et nolite iterum iugo seruitutis inherere. Iterum dicit. In quo stamus: et gloriamur in spe glorie Dei. Stamus autem confidenter: si dominum deprecemur: vt statuat pedes nostros super petram: ne nobis illud eueniat: quod idem propheta dicit. Mei autem paulominus moti sunt pedes: et paulominus effusi sunt gressus mei. Stemus ergo ante Pharaonem: idest obsistamus ei in certamine: sicut et Petrus apostolus dicit. Cui resistite fortes in fide. Sed et Paulus nihilominus dicit. State in fide: et viriliter agite. Si enim fortiter steterimus: consequetur illud: quod orabat Paulus pro discipulis dicens. Qui Deus conteret Sathan sub pedibus vestris velociter. Quanto enim nos constantius et fortitius steterimus: tanto infirmior: et inualidior erit Pharao. Si autem nos vel infirmi cepimus esse: vel dubij: ille aduersum nos validior: et constantior fiet. Et vere illud impletur in nobis: in quo Moyses dedit figuram. Cum enim ipse eleuaret manus: vincebatur Amalech. Si vero velut lassas deijceret: et brachia infirma deponeret: inualescebat Amalech. Ita ergo etiam nos in virtute crucis Christi extollamus brachia: et eleuemus in

uemus in oratione sanctas manus in omni loco sine ira: ⁊ disceptatione: vt domini mereamur auxiliū. Hoc idē nāqꝫ ⁊ Jacobus apostolus cohortatur dicens. Resistite autem diabolo: ⁊ fugiet a vobis. Agamus ergo omni fide: vt non solum fugiat a nobis: sed ⁊ conteratur Sathanas sub pedibus nostris: sicut ⁊ Pharao demersus est ī mare: ⁊ in profundo abyssi extinctus. Nos autē si recedamus de egypto vitiorum: fluctus seculi tanq̄ iter solidum euademus: per Jesuꝫ Christū dñm nostrū: cui est gloria: ⁊ imperiuꝫ in secula seculoruꝫ. Amen.

¶ De decē plagis: quibus percussa est Egyptus. Homilia. IIII.

Historia quidem famosissima nobis recitata est: ⁊ que pro sui magnitudine vniuerso mundo fit cognita: per quā designatur quod in gentibus signorum: ac prodigiorum verberibus Egyptus cū Pharaone rege castigata sit: vt Hebreorum populuꝫ: quē ex liberis patribus natum violenter in seruituteꝫ redegerat: ingenite redderet libertati. Veruꝫ ita gestorum cōtexta narratio est: vt si singula diligēter inspicias: plura in quibus hereat intellectus: quam in quibus expedire se possit: inuenias. Et quia longum est singula per ordinem scripture dicta proponere: continentiam totius historie compendiosius recensebimus. Igitur primo signo proiecit virgam suā Aaron: ⁊ facta est draco: ⁊ conuocati incātatores: ⁊ malefici Egyptiorum fecerunt similiter ex virgis suis dracones. Sed draco: qui ex virga Aarō fuerat effectus: absorbuit dracones egyptiorum. Quod cum stupori esse debuerit Pharaoni: ⁊ ad credulitatem proficere: in cōtrarium versum est. Dicit enim scriptura: qꝛ induratuꝫ est cor Pharaonis: ⁊ nō exaudiuit eos. Et hic quidem dicit: quia induratum est cor Pharaonis: Sed ⁊ ī prima nihilominus plaga: vbi aqua in sanguinem vertitur similiter rescriptum est: ⁊ in secunda cum rane debulliunt: sed ⁊ in tertia cum scinipes ingruūt. In quarta quoqꝫ cum cynomyia educitur: ⁊ in quinta vbi manus domini fit super pecora Egyptioruꝫ: paria super hoc dicuntur ⁊ similia. In sexta vero: vbi sumpsit fauillam de fornace Moyses: ⁊ respersit: ⁊ facta sunt vlcera: ⁊ vesice feruētes in hominibus: ⁊ in quadrupedibus: ⁊ iam non poterant stare malefici in cōspectu Moysi: non dicitur: quia induratū est cor Pharaonis: sed terribilius aliquid dicit. Scriptū est enim: qꝛ indurauit dñs cor Pharaonis: ⁊ non audiuit illos: quēadmoduꝫ constituit dominus. Rursuꝫ in septima: cū grando: ⁊ ignis Egyptum vastat vniuersam: induratur quidem cor Pharaonis: sꝫ non a domino. In octaua: vbi locusta producitur: dominus dicitur indurare cor Pharaonis. Sꝫ ⁊ ī nona cum tenebre palpabiles fiunt per totam terraꝫ Egypti. Pharaonis cor dominus scribit indurare. Ad vltimū quoqꝫ cum extinctis primogenitis Egyptiorum. Hebreus populus discessisset: post multa dicit. Et indurauit dominus cor Pharaonis regis Egypti. ⁊ seruorū eius: ⁊ insecutus est post filios israel. Sꝫ ⁊ cuꝫ Moyses de terra Madian ad Egyptū mittitur: ⁊ precipit ei facere omnia prodigia: que dedit dñs in manu eius: addit. Facies (inquit) ea in ɔspectu Pharaonis. Ego aūt induro cor Pharaonis: ⁊ nō dimittet populuꝫ meum. Hic primo dictū est a domino: ego induro cor Pharaonis. Sꝫ ⁊ secundo: vbi enumerati sunt principes israel: post pauca addit ex persona dñi. Ego (inqt) induro cor Pharaonis: ⁊ multiplico signa mea. Quod si credimus diuinas esse has litteras: ⁊ per spiritum sanctuꝫ scriptas: non puto quod tam indigne de diuino spiritu sentiamus: vt fortuitu in tāto hoc opere facta sit ista varietas: vt nūc quidem dominus dicatur īdurasse cor Pharaonis: nūc aūt non a domino: sed sponte induratum dicat. Equidem cōfiteor me minus idoneum: ⁊ minus capaceꝫ: qui valeā in huiuscemodi varietatibus diuine sapientie secreta rimari. Paulum tamen apostolū video: q propter habitātem in se spiritū dei dicere cōfidenter audebat. Nobis autē reuelauit dñs p spiritū suū. Spiritus enim oīa scrutatur: ⁊ alta dei. Hūc inquā video tāq̄ intellegētem qd differat induratū eē cor Pharaonis: ⁊ indurasse cor Pharaonis: dominū dicere. Alibi quideꝫ dicit. An diuitias bonitatis eius: ⁊ patientie: ⁊ longanimitatis cōtēnis? Ignoras: quia patiētia dei ad penitētiam te adducit? Secūdum duritiam aūt tuam: ⁊ cor impenitēs thesaurizas tibi iram in die ire: ⁊ reuelationis iusti iudicij dei: per quod eū sine dubio: qui spōte induratus est: culpat. Alibi vero velut questionem super hoc quādam proponens dicit. Ergo cui vult miseretur: ⁊ queꝫ vult indurat. Dicis itaqꝫ mihi. Quid igitur adhuc cōqueritur? Voluntati.n. eius quis resistit? Addit et his. O homo tu quis es qui contra respondeas deo? Per quod de eo: qui a domino dicit induratus non tam questionis absolutione: quam apostolica autoritate respondit. Credo non iudicans dignū pro incapacitate auditoruꝫ: chartis: ⁊ atramento huiuscemodi abso-

lutionum ſecreta cõmittere. Sicut ⁊ in alio lo co de quibuſdam verbis ipſe dicit: audiſſe ſe quedam: que non licet hominibus loqui. Vn de ⁊ in conſequẽtibus eum: qui nõ tam ſtudio rum merito: ꝙ ſciẽdi cupiditate ſecretioribus ſe queſtionibus curioſus immergit: magnifici doctoris ſe veritate deterret: cuꝫ dicit. O ho mo: tu qui es: qui cõtra reſpõdeas deo. Nun quid dicit figmẽtum ei: qui ſe finxit: quid me feciſti ſic? ⁊ cetera. Vnde ⁊ nobis hec obſeruaſ ſe tantum: ⁊ inſpexiſſe ſufficiat: atqꝫ oſtendiſſe auditoribus quanta ſint in lege diuina profun dis dimerſa myſterijs: pro qbus dicere in ora tione debeamus. De ꝓfundis clamaui ad te dñe. Sed ⁊ illa non minus mihi intuẽda vide tur obſeruatio: cum quedam verbera Aaron inferre dicitur Pharaoni vel egypto: quedã Moyſes: quedam vero ipſe dñs. Nam in pri ma plaga: cũ aquas vertit in ſanguinẽ: Aarõ dicitur eleuaſſe virgam: ⁊ percuſſiſſe aquam. Sed ⁊ in ſecunda cum percuſſit aquas: ⁊ edu xit ranas: ⁊ in tertia cũ extendit manu ſua vir gam: ⁊ percuſſit puluerem terre: ⁊ facti ſunt Scnipes. In his tribus verberibus Aaron miniſteriuꝫ fuit. In quarto vero dñs feciſſe di cit: vt adueniret cynomyia: ⁊ repleret domos Pharaonis. Sed ⁊ quinto cuꝫ extingũtur pe cora Egyptiorũ: dñs nihilominus feciſſe dici tur verbum hoc. In ſexto vero Moyſes aſp git fauillam de fornace: ⁊ fiunt vlcera: ⁊ veſice cum feruore in hominibus: ⁊ pecoribus. Sed ⁊ in ſeptimo Moyſes eleuat manum ſuam in celum: ⁊ fiunt voces in celo: ⁊ grando: ⁊ diſcur rit ignis ſuper terra. In octauo quoqꝫ idem Moyſes extendit manum ſuam in celuꝫ: ⁊ do minus induxit vẽtum tota die: ⁊ tota nocte: ⁊ adducit locuſtas. Sed ⁊ in nono idẽ nihilomi nus. Moyſes extẽdit manum ſuam in celum: ⁊ fiunt tenebre: ⁊ caligo ſuper omnem terram egypti. In decimo vero: finis: ⁊ ꝑfectio totius operis a domino miniſtratur. Ita enim ſcri ptum eſt. Factum eſt enim circa mediam no ctem: ⁊ dñs percuſſit omne primogenitum in terra Egypti: a primogenito Pharaonis: q ſedebat ſuper thronum eius: vſqꝫ ad primoge nitum captiue: que eſt in lacu: ⁊ omne primo genitum pecoris. Eſt ⁊ alia in his differentia: quam obſeruauimus: quod in prima quidem plaga: cum aqua in ſanguinẽ fluit: nonduꝫ di citur Moyſi: vt intraret ad Pharaoneꝫ: ſed dicitur ei. Vade in occurſum eius ad ripaꝫ flu minis: cuꝫ procedit ad aquaꝫ. In ſecũda vero plaga poſteaꝙ prima ab eis cõſtanter ⁊ fideli ter miniſtrata eſt: dicif ad eũ. Intra ad Pha raonẽ: ⁊ ingreſſus dicit. Hec dicit dñs: ⁊ reli qua. Iã vero in tertia: vbi ſcnipes īferunt: ma gi qui prius obſtiterãt: cedunt confitẽtes: quia digitus dei eſt hic. In quarta quoqꝫ vigilare iubef Moyſes mane: ⁊ ſtare cõtra Pharao nem procedẽtẽ ad aquam: cum cynomyia re plentur egyptiorũ domus. In qnta nihilomi nus: vbi pecora egyptiorũ delẽtur: intrare iu betur Ad Pharaonẽ Moyſes. In ſexta ſa ne cõtẽnitur Pharao: ⁊ nõ refertur qđ intra uerit Moyſes: vel Aaron ad Pharaonẽ: qꝛ facta ſunt vlcera: ⁊ veſice cum feruore etiaꝫ ſu per maleficos Egypti: ⁊ non poterãt reſiſtere Moyſi. In ſeptima vigilare iubef mane val de: ⁊ ſtare contra Pharaonẽ: cum grandineꝫ ⁊ ignẽ producit: ⁊ voces. In octaua precipitur intrare ad eum cuꝫ locuſta producitur. In no na rurſum contẽnitur Pharao: ⁊ precipitur ad celum manus extendere Moyſes: vt fiant in tota terra Egypti palpabiles tenebre: ⁊ nõ quidem per ſe intrat: ſed vocatur a Pharao ne. Similiter ⁊ in decima: cum primitiua de lentur: ⁊ cogitur cum feſtinatione exire de egy pto. Sunt ⁊ alie permulte obſeruationes: in quibus ſingulis: diuine demonſtrantur indi cia ſapientie. Inuenies enim quod primo non flectitur Pharao: nec diuinis verberibus ce dit: cum aque in ſanguinem verſe ſunt. In ſe cundo vero parum quid molliri videtur. Vo cauit enim Moyſen: ⁊ Aaron: ⁊ dixit ad eos. Orate pro me ad dominum: ⁊ tollat ranas a me: ⁊ a populo meo: ⁊ dimittam populuꝫ. In tertio magi cedũt: ⁊ dicunt ad pharaonẽ. Di gitus Dei eſt hic. In quarto per cynomyiam verberatus dicit. Eũtes imolate domino deo veſtro: ſed nõ longius tẽdetis iter. Orate igi tur pro me ad dominuꝫ. In quinto nece pecu dum ceditur: ⁊ non ſolum non cedit: ſed ⁊ am plius induratur. Similiter ⁊ in ſexto ſup pla gas vlcerum facit. In ſemetipſo vero: cũ grã dine vaſtatur ⁊ ignibus: miſit (inquit) Pha rao: ⁊ vocauit Moyſen: ⁊ Aaron: ⁊ dixit illis. Peccaui ⁊ nũc: dominus iuſtus eſt: ego auteꝫ ⁊ populus meus impij. Orate igitur pro me ad dominuꝫ. In octauo: cum locuſtis vrgere tur. Et feſtinauit (inqt) Pharao: ⁊ vocauit Moyſen: ⁊ Aaron dicens. Peccaui ante do minuꝫ deũ veſtrũ: ⁊ in vos: ſuſcipite peccatum meũ etiã nunc: ⁊ orate pro me ad dñm Deum veſtrũ. In nono: cũ tenebris offunditur. Voca uit (inquit) Pharao Moyſen: ⁊ Aaron di cens. Ite ſeruite domino deo veſtro. Iam ve ro in decimo: cum primitiua hominũ extingũ tur: ⁊ pecorum. Vocauit (inquit) Pharao Moyſen: ⁊ Aaron nocte: ⁊ dixit illis. Surgi te: ⁊ exite de populo meo: ⁊ vos: ⁊ filij Iſrael

ite ſeruite

ite seruite domino Deo vestro: sicut dicitis: oues: ⁊ boues vestros adsumentes pergite: sicut dixistis. Benedicite autem ⁊ me. Et cogebant Egyptij populum ꝗ celerrime exire de terra Egypti. Dicebant enim. Quoniaꝫ omnes nos moriemur. Quis est ille: quem repleat illo spiritu Deus: quo repleuit Moysen: ⁊ Aaron: cum hec prodigia: ⁊ signa perficerent vt eodem spiritu illuminatus possit: que per illos sunt gesta: differere? Aliter enim non arbitror has ingentium rerum varietates: ac differentias explanari: nisi eodem spiritu: quo gesta sunt: disserantur. Quia ⁊ Paulus Apostolus dicit quod spiritus prophetarum prophetis subiectus sit. Non ergo quibuscunqꝫ ad explanandum dicta prophetaruꝫ: sed prophetis dicuntur esse subiecta. Uerum quoniam ideꝫ beatus Apostolus huius gratie: idest prophetalis doni: tanquaꝫ ex parte sit: ⁊ in potestate nostra: imitatores nos fieri iubet: dicēs emulamini autem dona meliora: magis auteꝫ vt prophetetis: tentemus ⁊ nos emulationem suscipere bonorum: ⁊ siquid est in nobis: exigere. A domino vero plenitudinem muneris expectare. Pro hoc enim dicitur a domino per prophetam. Aperi os tuum: ⁊ replebo illud. Pro illo vero alia scriptura dicit. Pūge oculum: ⁊ producit lachrymam: punge cor: ⁊ producit sensum. Ne ergo ex desperatione silentio nos tradamus: quod vtiqꝫ non edificat ecclesiam Dei. De quibus possumus: ⁊ inquantum possumus: breuiter repetamus. Puto ergo (vt sentire possuꝫ) quod Moyses ad Egyptum veniens: ⁊ deferens virgam: qua castigat: ⁊ verberat Egyptum decem plagis. Moyses hic lex Dei sit: que data est huic mūdo: vt eum decem plagis: idest decem mandatis: que in Decalogo continentur: corripiat: ⁊ emendet. Uirga vero: per quam geruntur hec omnia: per quam Egyptus subijcitur: ⁊ Pharao superatur: Crux Christi sit: per quam mundus hic vincitur: ⁊ princeps huius mundi cum principatibus: ⁊ potestatibus triumphatur. Quod autem virga proiecta fit draco: vel serpens: ⁊ deuorat Egyptiorum magorum serpentes: qui id similiter fecerant: serpentem pro sapientia poni: vel prudentia: indicat euangelicus sermo cum dicit. Estote prudentes tanquam Serpentes. Et alibi. Serpens erat prudentior omnibus animalibus: ⁊ bestijs: que erant in Paradiso. Crux ergo Christi: cuius predicatio stultitia videbatur: quam Moyses: idest lex continet: sicut dominus dixit: de me enim ille scripsit. Hec inquam Crux: de qua Moyses scripsit: postquam in terra proiecta est: idest posteaquaꝫ ad credulitatem: ⁊ fidem dominuꝫ venit: conuersa est in sapientiam. Et tantam sapientiā: que omnem egyptiorum: idest huius mundi sapientiaꝫ deuoraret. Intuere ergo quomodo stultam fecit Deus Sapientiam huius mundi: posteaquam manifestauit Christum: qui crucifixus est: Dei virtutem esse: ⁊ Dei sapientiam: ⁊ vniuersus iam mundus comprehensus est ab eo: qui dicit. Comprehendens comprehendam sapientes in astutia eorum. Quod vero aque fluminis vertūtur in sanguinem: satis conuenienter aptatur. Primo quidem: vt is fluuius: cui hebreorum paruulos crudeli nece tradiderant autoribus sceleris poculum sanguinis redundaret: ⁊ cruorē polluti gurgitis: quem parricidali cede maculauerant: potando sentirent. Tum deinde: vt allegoricis legibus nihil desit. Aque vertuntur in sanguinē: ⁊ sanguis suus egypto propinatur. Aque egypti: erratica: ⁊ lubrica philosophorum sunt dogmata. Ista quoniaꝫ paruulos quosqꝫ sensu: ⁊ pueros intellegentia decipiūt: vbi crux Christi mundo huic veritatis lumen ostēdit: necis eorum penas: ⁊ reatum sanguinis exigit. Ita enim ⁊ ipse dominus dicit: qꝛ omnis sanguis: qui effusus est super terram: a sanguine Abel iusti vsqꝫ ad sanguinē Zacharie requiretur a generatione hac. Per secūdam vero plagaꝫ: in qua rane producūtur: idicari figuraliter arbitror carmina poetarū: qui inani quadam: ⁊ inflata modulatione: velut ranarū sonis: ⁊ cātibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud animal illud vtile est: nisi quod sonuꝫ vocis improbis: ⁊ importunis clamoribus reddit. Post hoc scniphes producuntur. Hoc animal pēnis quidem suspēditur per aera volitans: sed ita subtile est: ⁊ minutum: vt oculi visuꝫ: nisi acute cernētis effugiat: corpus tamen cum insederit: acerbissimo terebrat stimulo: ita vt quē volitantem videre quis non valeat: sentiat stimulantē. Hoc ergo animalis genus dignissime puto arti dialectice comparari. Que minutis: ⁊ subtilibus verboruꝫ stimulis animas terebrat: ⁊ tanta calliditate circumuenit: vt deceptus nec videat: nec intellegat vnde decipitur. Quarto quoqꝫ in loco cynomyia stoicorum secte comparauerim: qui ad reliquas deceptiones sue improbitatis: etiam voluptatem: ⁊ libidinem sūmum predicant bonuꝫ. Quoniam igitur per hec singula prius deceptus est mundus. Adueniens sermo: ⁊ lex dei huiuscemodi eum correptionibus arguit: vt ex qualitate penarū: qualitates proprij agnoscat erroris. Quod vero quīto in

loco animalium nece: vel pecudū egyptus verberatur: vecordia in hoc arguitur: stultitiaqꝫ mortalium: qui tanquam irrationabilia pecora cultum: ꝛ vocabulum dei: diuersis inposuerunt figuris: non solum hominum: sed ꝛ pecudum: ligno: ꝛ lapidibus inpressis. Hāmonem Iouem in Ariete venerātes: ꝛ Anubim in cane: Apin quoqꝫ colentes in Tauro. Cetera quoqꝫ: que egypti deorum portenta mirātur: vt in quibus cultum credebant inesse diuinum: in his viderent miseranda supplicia. Vlcera post hec: ꝛ vesice cum feruore sexto in verbere producuntur. Et videtur mihi quod in vlceribus arguatur dolosa: ꝛ prurulēta malitia in veneficijs tumens: sed ꝛ inflata superbia in vesicis cum feruore scilicet ire: ac furoris insania: huiusqꝫ per errorum suorum figuras: mundo supplicia temperantur. Post hec vero verbera veniunt de supernis voces (inquit) tonitrui sine dubio: ꝛ grando: ꝛ ignis discurrens in grandine. Vide temperamentum diuine correptionis: non cum silentio verberat: sed dat voces: ꝛ doctrinam celitus mittit: per quam possit culpam suā castigatus agnoscere mundus. Dat ꝛ grandinē: per quam ꝛ tenera adhuc vastantur nascētia vitiorum. Dat ꝛ ignem: sciens esse spinas: ꝛ tribulos: quos debeat ignis ille depasci. De quo dicit dominus. Ignem veni mittere in terram. Per hunc enim incentiua voluptatis: ꝛ libidinis consumuntur. Quod autem locustarum in octauo loco fit mētio: puto per hoc genus plage: diffidentis semper a se: ꝛ discordantis humani generis incōstantiam confutari. Locusta enim cum regē non habeat: sicut scriptura dicit: vna acie ordinatū ducit exercitū: homines vero cum rationabiles a deo facti sunt: neqꝫ semetipsos ordinate regere potuerunt: neqꝫ dei regis patiēter moderamina pertulere. Nona plaga tenebre sunt: siue vt mentis eorum cecitas arguatur: siue vt intellegant diuine dispēsationis: ꝛ prouidētie obcurissimas esse rationes. Posuit enim deus tenebras latibulū suū: quas illi audacter: ꝛ temere perscrutari cupiētes: ꝛ alia ex alijs asserentes: incrasset: palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt. Ad vltimum primitiuorum infertur interitus: in quo fit fortassis aliquid supra nostram intellegentiam: quod commissum ab egyptijs videatur in ecclesia primitiuorum: que adscripta est in celis. Unde ꝛ exterminator angelus ad huiuscemodi ministerium mittitur: qui parcat illis tantum: qui vtrosqꝫ postes agni sanguine inuncti fuerint habere signatos. Delentur interim primogenita egyptiorum: siue hos principatus: ꝛ potestates: ꝛ mundi huius rectores tenebrarū dicamus: quos in aduentu suo Christus dicitur traduxisse: hoc est captiuos duxisse: ꝛ triumphasse in ligno crucis: siue inuentores falsarum: siue autores: que in hoc mundo fuerunt religionum dicamus: quas Christi veritas cum suis extinxit: ꝛ deleuit autoribus. Hec quantum ad locum mysticum spectat. Iam vero si etiam moralis nobis figura tractāda est: dicemus quod vnaqueqꝫ anima in hoc mundo: dum in erroribus viuit: ꝛ ignorantia veritatis in Egypto posita est. Huic si appropinquare ceperit lex dei: aquas ei vertit in sanguinem: idest fluidam: ꝛ lubricam iuuentutis vitam conuertit: ad sanguinem veteris: vel noui testamenti. Tum deinde educit ex ea vanam ꝛ inanem loquacitatem: ꝛ aduersum Dei prouidentiam ranarum similem querelam. Purgat etiam malignas cogitationes eius ꝛ scinipum mordacitatem similis caliditatis aculeos discutit. Libidinum quoqꝫ morsus cynomyie spiculis similes depellit: stultitiamqꝫ in ea: ꝛ intellectum pecudibus similem delet: per quam homo cum in honore esset: non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus: ꝛ similis factus est illis. Arguit enim ꝛ vlcera peccatorum atqꝫ arrogantie tumorem: feruoremqꝫ in ea furoris extinguit. Adhibet post hec etiam voces filiorum tonitrui: idest euangelicas: apostolicasqꝫ doctrinas. Sed ꝛ castigationem grādinis admonet: vt luxuriam: voluptatesqꝫ coerceat. Adhibet simul ꝛ ignem penitentie: vt ꝛ ipsa dicat. Nonne cor nostrum ardens erat intra nos? Nec locustarum ab ea subducit exēpla: quibus mordeantur: ꝛ depascantur omnes inquieti motus eius: ꝛ turbidi: quo ꝛ ipsa discat: quod Apostolus docet: vt omnia secundum ordinem fiant. Ubi vero sufficienter fuerit castigata pro moribus: ꝛ pro emendatioris vite correptione coercita: cum autorem verborum senserit: ꝛ confiteri iam ceperit: quia digitus dei est: ꝛ parum quid agnitionis acceperit: tunc precipue gestorum suorum tenebras videt: tūc errorum suorum caliginem sentit. Cumqꝫ in hoc venerit: tunc merebitur: vt extinguantur mea primogenita Egypti. In quo tale aliquid intellegi posse arbitror. Omnis anima cum ad supplementum etatis aduenerit: ꝛ velut naturalis in ea quedam lex ceperit sua iura defendere: primos sine dubio motus secundum desyderium carnis producit: quos ex concupiscentie vel ire fomite vis incentiua commouerit. Unde quasi precipuum: ꝛ quod non sit commune cum ceteris hominibus de solo Christo propheta dicit. Butyrum: ꝛ mel manducabit: priusquam faciat: aut proferāt maligna:

malígna: eligit bonum. Quoniam priusquã sciat puer bonũ: aut malum resistit malitie: vt eligat quod bonum est. Alius autem propheta tãq̃ de semetipso loquẽs: dicebat. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantie mee ne memineris. Quia ergo primi isti anime motus ẜm carnem prolati in peccatũ ruunt: merito in mortali loco Egyptiorum primitiua ponuntur: q̃ eatenus extinguuntur: si relique vite conuersatione emendatiorem dirigat cursũ. Sic ergo in anima: quã lex diuina ab erroribus susceptam castigat: ⁊ corrigit: etiam primogenita Egyptiorum intelleguntur esse deleta: nisi post hec omnia: in infidelitate perduret: ⁊ nolit adiungi israelitice plebi: vt exeat de profundo: ⁊ euadat incolumis: sed in iniquitate permaneat: ⁊ descendat tãq̃ plumbum in aquam validissimam. Iniquitas enim ẜm Zacharie prophete visum: super talentũ plumbi sedet. Et ideo qui permanet in iniquitate: tãq̃ plumbum demergi dicitur in profundũ. Sane qđ in superioribus obseruauimus: quedam prodigia per Aaron: quedam per Moysen: quedam vero per ipsum dominum ministrata intellegi catenus possunt: vt agnoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum: ⁊ obseruationes pontificum nos esse purgandos: quod Aaron persona designat. In quibusdam vero per scientiã diuine legis emendandos: quod Moysi designat officiũ. In aliis autem sine dubio: que difficiliora sunt: ipsius domini egere virtute. Sꝫ ne illud quidẽ putãdum est nobis inaniter obseruatũ: quod primo quidem Moyses non intrat ad Pharaonẽ: sed occurrit ei exeunti ad aquas: postmodũ vero intrat ad eum: post hoc non intrat: sed accersitus accedit. Et in hoc ita arbitror intellegi posse: q̄ siue nobis in verbo dei: ⁊ religionis assertiõe certamen est aduersum Pharaonẽ: siue etiã obsessas ab eo animas a potestate eius conamur eripere: ⁊ est nobis in disputatione luctamen: non statim in prima fronte ingredi debemus ad vltima questionũ loca: sed occurrẽdum nobis est aduersario: ⁊ occurrendum ad aquas suas. Aque enim sue sunt auctores gẽtilium philosophorũ. Ibi ergo nobis primũ disputare volẽtibus: occurrẽdum est: vt ipsos arguamus: ⁊ ipsos errasse doceamus. Post hoc iã ingrediẽdũ nobis est: ⁊ ad interiora certaminis. Dicit enim dñs. Nisi prius quis alligauerit fortẽ non põt introire in domũ eius: ⁊ vasa eius diripere. Prius ergo nobis alligandus est fortis: ⁊ questionum vinculis constringẽdus: ⁊ ita introeundũ ad diripiẽdum vasa eius: ⁊ liberandas aĩas: quas deceptiõis fraude possederat. Quod cum sepius fecerimus: ⁊ steterimus contra ipsum: steterimus autem eo modo: quo apostolus dicit: state ergo succincti lumbos vestros in veritate. Et iterũ. State in domino: ⁊ viriliter agite: cum ergo hoc modo steterimus aduersum ipsum: ille artifex antiquus: ⁊ callidus etiam vinci se simulabit: ⁊ cedere: si forte per hoc neglegentiores nos efficiat ad certamen. Sed ⁊ penitentiam simulabit: ⁊ deprecabitur nos discedere quidem: sed non longe discedere. Uult nos esse sibi aliqua ex parte vicinos: vult nos a suis finibus nõ lõge discedere. Sed nos: nisi ab eo longius recedamus: ⁊ transeamus mare: ⁊ dicamus: quantum interiacet ortus ab occasu: elõgabit a nobis iniqtates nostras: salui esse non possumus. Propter quod deprecemur misericordiã domini: vt ⁊ nos eripiat de terra egypti: de potestate tenebrarum: ⁊ Pharaonẽ cũ exercitu suo: tanquã plumbum demergat in aqua validissima. Nos autem liberati cum gaudio: ⁊ exultatione: hymnũ cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Quia ipsi gloria: ⁊ honor in secula seculorum. Amen.

¶ De profectione filiorum israel.

Homilia. V.

Doctor gentium in fide: ⁊ veritate Apostolus Paulus tradidit ecclesie: quam congregauit ex gentibus: quomodo libros legis susceptos ab aliis: sibiqꝫ ignotos prius: ⁊ valde peregrinos deberet aduertere: ne aliena instituta suscipiens: ⁊ institutorũ regulam nesciens: in peregrino trepidaret instrumento. Propterea ergo ipse in nonnullis intellegentie tradit exempla: vt ⁊ nos similia obseruemus in ceteris: ne forte pro similitudine lectionis: ⁊ instrumenti: iudeorum nos effectos esse discipulos crederemus. Hoc ergo differre vult discipulos Christi ac discipulos synagoge: quod legem: quam illi male intellegendo Christum non receperunt. Nos spiritaliter intellegendo ostendamus eam ad ecclesie instructionem merito datam. Iudei ergo hoc solum intellegebant: quia profecti sunt filii Israel de Egypto: ⁊ prima profectio eorum fuerit ex Ramesse: ⁊ inde profecti venerint in Soccoth: ⁊ de Soccoth profecti venerint in Othon: ad Epauleũ iuxta mare. Tum deinde quod ibi nubes eos precesserit: ⁊ secuta sit petra: de qua biberent aquam: transierint etiã per mare rubrum ⁊ venerint in desertum Syna. Nobis autem qualem tradiderit de his

Hec autem sic interpretatur. Epauleum quidem ascensio tortuosa. Magdalum turris. Beelsephon ascẽsio specule: vel habẽs speculas. Tu fortasse credebas: quia iter: quod Deus ostendit: planum esset: ⁊ molle: ⁊ nihil prorsus haberet difficultatis: aut laboris. Ascẽsio est: ⁊ ascẽsio tortuosa. Non enim procliue iter est: quo tenditur ad virtutes: sed ascenditur: ⁊ anguste: ac difficulter ascẽditur. Audi etiam dominũ in euangelio dicẽtẽ. Quam arcta ⁊ angusta via est: que ducit ad vitam. Vide ergo quantũ cõsonat euangeliũ cum lege. In lege ostẽdit virtutis via: ascẽsio tortuosa. In euangelijs dicitur arcta: ⁊ angusta via est que ducit ad vitam. Nõne hec aperte etiã ceci videre possunt: quod legẽ ⁊ euãgelia vnus: atq; idem spiritus scripsit? Est ergo iter: quod incedunt ascẽsio tortuosa: ⁊ ascẽsio specule: vel habens speculam. Ascẽsio ad actus pertinet: specula ad fidem. Ostendit ergo q̃ ⁊ in actibus ⁊ in fide multa est difficultas: ⁊ multus labor. Multe enim tentationes nobis occurrũt: multa offendicula volentibus agere que dei sunt. Tum deinde in fide multa inuenies tortuosa. plurimas questiones: multas obiectiones hereticorum: multas contradictiones infidelium. Hoc ergo iter agendum est sequẽtibus deũ. Sed est ⁊ turris in hoc itinere. Que est ista turris? Illa nimirũ: quam dñs in euãgelio dicit. Siq̃s vestrũ volens turrim edificare: nõne prius sedebit ⁊ cõputabit sumptus: si habet vnde ꝑficiat? Ista est ergo turris: sedes ardua: ⁊ excelsa virtutũ. Sed videns hec Pharao: audi quid dicit. Errant (inquit) isti. Apud Pharaonẽ qui deũ sequitur errare dicitur. Quia (vt diximus) sapiẽtie iter tortuosum est multos habens flexus: multas difficultates: plurimos anfractus. Deniq; cũ cõfiteris vnũ deũ: eadẽq; confessione patrẽ: ⁊ filium: ⁊ spiritum sanctum: asseris vnũ deũ: quã tortuosum: quã difficile: quã inextricabile videtur hoc esse infidelibus. Tum deinde cum dicis dñm maiestatis crucifixum: ⁊ filiũ hominis esse: qui descendit de celo: q̃ tortuosa hec videntur: ⁊ quam difficilia. Qui audit: ⁊ non in fide audiat: dicit. Quia errant isti. Sed tu fixus esto: nec dubites de huiusmodi fide: sciens quia deus tibi ostendit hanc fidei viã. Ipse enĩ dixit. Tollẽtes de Othon castra: collocate inter Epauleũ ⁊ inter Magdalũ: cõtra Beelsephõ. Fugiẽs ergo egyptũ venies ad hec loca: venis ad has operũ ascẽsiones: ⁊ fidei: venis ad edificiũ turris: venis etiam ad mare: ⁊ occurrunt tibi fluctus. Non enim iter vite sine tentationum fluctibus agitur. Sicut ⁊ Apostolus dicit. Omnes qui volũt pie viuere in Christo: persecutiones patiẽtur. Sed ⁊ Iob nihilominus pronũciat: q̃ tẽtatio est vita nostra sup terram. Hoc est ergo venisse ad mare. Sed si Moysen: idest legem dei sequẽs agas hoc iter: egyptus te q̃dem ꝑsequitur: ⁊ insectat̃. Sed vide quid fiat. Leuauit (inquit) angelus domini: qui antecedebat castra israel: ⁊ abijt post illos. Eleuauit ⁊ columna nubis a facie eorum: ⁊ stetit post illos: ⁊ intrauit inter castra egyptiorum: ⁊ israelitarum. Hec columna nubis populo quidem dei efficitur murus. Egyptus vero obscuritatem imponit: ⁊ tenebras. Non enĩ trãsfertur columna ignis ad egyptios: vt videant lucẽ: sed in tenebris permanent: quia dilexerunt tenebras: magis quam lucem. Et tu ergo si ab egyptijs recedas: ⁊ de potestate demonum fugias: vide quanta tibi diuinitus preparantur auxilia: vide quantis adiutoribus vteris. Tantum est: vt ꝑmaneas fortis in fide: nec te Egyptiorum equitatus: ⁊ quadrigarum formido perterreat: nec reclames ꝯtra legẽ dei Moysen: ⁊ dicas: sicut quidã ex illis dixerunt. Tãquã non essent sepulchra in Egypto: ita eduxisti nos: vt in deserto hoc moriamur: melius fuerat nos seruire Egyptijs: q̃ mori in deserto hoc. Hec fatiscentis in tentatione animi v̄ba sunt. Sed quis ita beatus est: qui sic tẽtationum pondus expediat: vt nulla menti eius cogitatio ambiguitatis obrepat? Vide magno illi ecclesie fundamento: ⁊ petre solidissime: super quam Christus fundauit ecclesiam: quid dicatur a domino. Modice (inquit) fidei: quare dubitasti? Veruntamen q̃ dicunt melius fuerat nos seruire Egyptijs: quam mori in eremo: tentationis: ⁊ fragilitatis hec verba sunt. Alioquin falsum est. Lõge enim melius est in eremo mori: quam seruire Egyptijs. Qui enim in eremo moritur: hoc ipso quod separatus est ab Egyptijs: ⁊ discessit a rectoribus tenebrarum: ⁊ de potestate Sathane. Habuit aliquem profectum etiam si ad integrum peruenire non potuit. Melius enim perfectam vitam querenti: est in itinere mori: quam ne proficisci quidem ad perfectionem querendam. Vnde ⁊ eorum falli videtur opinio: qui dum nimis arduum iter virtutis exponunt: dumque multas eius difficultates: multaq; pericula: ⁊ lapsus enumerant: ne ineundum quidem id: aut incipiendũ iudicant. Sed multo melius est me in hoc itinere: vel mori: si ita necesse est: quam inter Egyptios permanentem necari: ⁊ salsis: atq; amarissimis fluctibus obrui. Sed interim clamat Moyses ad dominũ. Quomõ clamat?

Nulla eius vox clamoris auditur: et tamen dicit ad eum deus. Quid clamas ad me? Velim scire quomodo sancti sine voce clamant ad dominum. Apostolus docet. Quia dedit spiritum filij sui in cordibus nostris: clamantem abba pater. Et addit. Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et iterum. Qui autem scrutatur corda scit quid desyderet spiritus: quia secundum deum postulat pro sanctis. Sic ergo interpellante spiritu sancto apud deum: per silentium sanctorum clamor auditur: et quid post hoc? Iubetur Moyses virga percutere mare: vt ingredienti populo dei debiscat et cedat: ac voluntati diuine elementorum famulentur obsequia: et aque que timebantur dextra: leuaque famulis dei murus effecte: non solum perniciem nesciant: sed et munimen exhibeant. Cogitur ergo fluctus in cumulum: et vnda in semetipsam repressa curuatur. Soliditatem recipit liquor: et solum maris arescit in puluerem: vt sicca planta populus dei transiret. Bonitatem dei creatoris intellege: si voluntati eius obtemperes: si legem eius sequaris: ipsa tibi elementa etiam contra sui naturam seruire compellit. Audiui a maioribus traditum quod in ista digressione maris: singulis quibusque tribubus filiorum israel: singule aquarum diuisiones facte sint: et propria vnicuique tribui in mari aperta sit via. Idque ostendi ex eo quod in psalmis scriptum est. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Per quod multe diuisiones docentur facte: non vna. Sed et per hoc quod dicitur: ibi Beniamin iunior in stupore. Principes Iuda duces eorum: principes Zabulon: et principes Neptalim: nihilominus vnicuique tribui proprius enumerari videtur ingressus. Hec a maioribus obseruata in scripturis diuinis: religiosum credidi non tacere. Quid ergo nos docemur per hec? Iam supius diximus quis sit in his Apostoli sensus. Baptismum hoc nominat in Moyse consumatum in nube: et in mari: vt et tu: qui baptizaris in Christo: in aqua: et in spiritu sancto scias insectari quidem post te Egyptios: et velle te reuocare ad seruitium suum rectores scilicet huius mundi: et spiritales nequitias: quibus antea deseruisti. Que conantur quidem te insequi: sed tu descendis in aquam: et euadis incolumis: atque ablutis sordibus peccatorum homo nouus ascendis: paratus ad cantandum canticum nouum. Egyptij vero insequentes demergentur in abyssum: etiam si videntur rogare Iesum: ne interim mittat eos in abyssum. Sed et alium ex his accipere possumus intellectum. Si Egyptum fugias: si ignorantie tenebras relinquas: et sequaris legem dei Moysen: obuiet autem tibi mare: et contradicentium fluctus occurrant: percute tu obluctantes vndas virga Moysi: idest verbo legis: et vigilantia scripturarum iter tibi ipsi disputando per aduersarios pande: cedet vnde continuo: et superati fluctus locum victoribus dabunt. Mirantibusque et attonitis: ac stupore defixis his: qui pauloante aduersabantur: legitimis disputationum lineis: rectum fidei iter secabis. Et intantum doctrine verbo proficies: vt auditores tui: quos in virga legis erudisti: ipsi iam contra Egyptios: velut fluctus maris insurgant: et non solum impugnent eos: sed et superent: et extinguant. Extinguit namque Egyptium: qui non agit opera tenebrarum. Extinguit egyptium: qui non carnaliter: sed spiritaliter viuit. Extinguit Egyptium: qui cogitationes sordidas: et impuras: vel depellit ex corde: vel omnino non recipit: sicut et apostolus dicit. Assumentes scutum fidei: in quo possimus omnia iacula maligni ignita extinguere. Hoc enim modo possumus etiam hodie egyptios videre mortuos: et iacentes ad litus: submergi quadrigas eorum et equos. Possumus etiam ipsum Pharaonem videre demergi: si tanta fide viuamus: vt deus conterat Sathanan sub pedibus nostris velociter: per Iesum Christum dominum nostrum: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De cantico quod cantauit Moyses cum populo. et Maria cum mulieribus. Homilia. VI.

Multa quidem cantica fieri legimus in scripturis diuinis: horum tamen omnium primum istud est canticum: quod Egyptijs: et pharaone submerso populus dei post victoriam cecinit. Moris quippe sanctorum est: vbi aduersarius vincitur: tanquam qui sciant non sua virtute: sed dei gratia victoriam factam: hymnum deo gratulationis offerre. Accipiunt tamen hymnum canentes: etiam tympanum in manibus suis: sicut de Maria sorore Moysi: et Aaron refertur. Et tu ergo si mare rubrum transieris: si Egyptios mari submergi videris: et extingui Pharaonem: atque in abyssi profundum precipitari: potes hymnum canere deo: potes vocem gratulationis emittere: et dicere. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est: equum: et ascensorem proiecit in mare. Melius autem et dignius hec dices: si habueris tympanum in manu tua: idest si carnem tuam crucifixeris cum vitijs: et concupiscentijs: si mortificaueris membra tua: que sunt super terram. Et tamen videamus quid dicit. Cantemus domino gloriose enim honorificatus est? Quasi non sufficeret honorificatus est: sed addidit gloriose glorificatus est. Equidem quantum possum conijcere videtur mihi aliud esse glorificari: aliud gloriose

ud glorioſe gloꝛificari. Naꝫ dñs meus Jeſus
Chꝛiſtus: cū carnē ex virgine Maria ꝓ ſalu-
te nr̃a ſuſcepit: gloꝛificatus eſt qdē: qꝛ venit q̄-
rere qđ perierat: nō tñ glorioſe gloꝛificatus eſt.
Dicitur enim de ipſo. Quia vidimus eum: ⁊
non habebat ſpeciem: neqꝫ decoꝛem: ⁊ vultus
eius ignobilis ſuper filios hominū. Gloꝛifica-
tus eſt ⁊ cum ad crucē venit: ⁊ pertulit moꝛtē.
Uis ſcire quia gloꝛificatus eſt? Ipſe dicebat.
Pater venit hoꝛa: clarifica filium tuuꝫ: vt fi-
lius tuus clarificet te. Erat ergo ei gloꝛia: etiā
ipſa paſſio crucis. Uerum gloꝛia hec: nō erat
glorioſa: ſed humilis. Deniqꝫ dicit de eo: hu-
miliauit ſe vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtē aūt crucis.
De quo etiam ꝓpheta pꝛedixerat: moꝛte tur-
piſſima condēnemus eū. Sꝫ ⁊ Eſaias dicit de
eo. In humilitate iudiciuꝫ eius ſublatum eſt.
In his ergo omnibꝰ gloꝛificatus eſt: ſꝫ (vt ita
dicā) humiliter non glorioſe gloꝛificatus eſt.
Uerum qꝛ hec opoꝛtebat pati Chꝛiſtum: ⁊ ſic
introire in gloꝛiam ſuam. Cum venerit in glo
ria patris: ⁊ ſanctoꝝ angeloꝛum: cum venerit
in maieſtate ſua iudicare terram: quando ⁊ ve
rum Pharaoneꝫ: ideſt diabolū interficiet ſpi
ritu oꝛis ſui: cum ergo refulgebit in maieſtate
patris ſui: ⁊ poſt aduentum humilitatis: ſcḋm
nobis in gloꝛia oſtendet aduentum: tunc non
ſoluꝫ gloꝛificatur dominus: ſed ⁊ glorioſe glo-
rificatur: cuꝫ omnes ita honoꝛificant filiuꝫ: ſi-
cut honoꝛificant patrem. Equum: ⁊ aſcēſoꝛeꝫ
pꝛoiecit in mare adiutoꝛ: ⁊ pꝛotectoꝛ factus eſt
mihi in ſalutē. Hoſtes qui nos inſequūtur: eq
ſunt: ⁊ (vt ita dicam) omnes: qui in carne na-
ti ſunt: figuraliter equi ſunt. Sꝫ hi habēt aſcē
ſoꝛes ſuos. Sunt equi: quos dominus aſcēdit:
⁊ circueunt omnē terraꝫ: de quibus dicitur: ⁊
equitatus tuus ſalus. Sūt autē equi: qui aſcē-
ſoꝛes habēt diabolum: ⁊ angelos eius. Judas
equus erat: ſed donec aſcēſoꝛem habuit domi
num: de equitatu fuit ſalutis. Cū ceteris enim
apoſtolis miſſus: egrotis ſalutē: ⁊ ſanitatē lan
guentibus pꝛeſtabat. Sed vbi ſe diabolo ſub-
ſtrauit: poſt bucellam enim introiuit in illum
Sathanas: aſcēſoꝛ ipſius effectus eſt Satha-
nas: ⁊ illius habenis ductus: aduerſus dñm: ⁊
ſaluatoꝛem noſtruꝫ cepit equitari. Oēs ergo q
perſequuntur ſanctos: equi ſunt hinnientes.
Sed habent aſcēſoꝛes: quibus aguntur: ange
los malos: ⁊ ideo feroces ſunt. Si ergo videris
aliquando perſecutoꝛem tuum nimium ſeuien
tem: ſcito quia ab aſcenſoꝛe ſuo demone perur
getur: ⁊ ideo ſeuus: ideo truculentus eſt. Do-
minus ergo equū: ⁊ aſcēſoꝛeꝫ pꝛoiecit in mare:
⁊ factus eſt mihi in ſalutem. Hic deus meus:
⁊ honoꝛificabo eum Deus patris mei: ⁊ exal-
tabo eum. Hic ergo ⁊ meus eſt deus: ⁊ patris
mei. Pater noſter: q nos fecit: ⁊ genuit Chꝛi-
ſtus eſt: ⁊ ipſe dicit. Uado ad patrem meum ⁊
patrē veſtrum: deum meum: ⁊ deum veſtrum.
Si ergo agnoſcam quod deus meus ſit deus:
gloꝛificabo eum. Si vero etiam iſtud agnoſcā
quomodo patris mei Chꝛiſti ſit deus: exalta-
bo eum. Altioꝛ namqꝫ intellectus eſt: quomo-
do Chꝛiſtus vt vnius dei conſtringat: ⁊ muni
at veritatē: deum ſuum dicit: queꝫ natura pa-
trem vocat. Deus cōterēs bella: dominus no-
men eſt illi. Nolo putes: quia tātum viſibiles
pugnas conterit dominus: ſed ⁊ illas cōterit:
que nobis ſunt: non aduerſus carneꝫ: ⁊ ſangui
nem: ſꝫ aduerſus pꝛincipes: ⁊ poteſtates: ⁊ ad-
uerſus mundi huius rectoꝛes tenebꝛarum ha-
rum. Dominus enim nomen eſt illi. Non eſt
enim vlla creatura: cuius dominus non ſit.
Quadrigas Pharaonis: ⁊ exercitū eius pꝛo-
iecit in mare. Electos aſcenſoꝛes: ternos ſtato
res demerſit in rubꝛuꝫ mare. Pharao velut
potētioꝛ in malitia: ⁊ regnū neqtie tenēs: qua-
drigas agit. Non illi ſatis eſt vnū equū aſcen-
dere: plures ſimul agitat: plures ſimul plaga
toꝛti verberis cogit. Quoſcūqꝫ videris in luxu
ria turpioꝛes: in credulitate ſenioꝛes: in auari-
tia tetrioꝛes: i ipietate flagitioſioꝛes: ſcito hos
de quadrigis eſſe pharaōis. Ipſis ſedet: ipſos
currui ſuo ſubiungit. In ipſis fert: ⁊ volitat: ⁊
ꝑ aptos ſcelez cāpos effuſis eos agit habenis.
Sunt ⁊ alij electi aſcenſoꝛes: electi ſine dubio
ad malitiaꝫ. Sed iam de aſcēſoꝛibus ſupꝛa di-
ximus: nunc etiam qui ſunt terni ſtatoꝛes: vi-
deamus. Mihi videntur terni ſtatoꝛes pꝛo eo
dici: quod triplex eſt hominibus peccandi via.
Aut enim in facto: aut in dicto: aut in cogita-
tione peccatur. Et ideo terni ſtatoꝛes ꝑ ſingu-
los quoſqꝫ dicūtur: qui tres iſtas in nobis pec
candi obſideāt vias: ⁊ ſpeculētur ſemper atqꝫ
in inſidijs agant: vt aut ille ex miſero homine
ſermonē malum eliciat: aut ille iniquuꝫ opus
extoꝛqueat: aut ille cogitationē peſſimam ra-
piat. Deniqꝫ ⁊ ſemē verbi dei vbi cadit: ⁊ de-
perit: triplex deſcribitur locus. Unus ſecus vi
am refertur: qui ꝯculcatur ab hominibus: ali-
us in ſpinis: alius in petroſis. Et ecōrrario ter
ra bona afferre dicitur triplicem fructum: vel
cētēſimum: vel ſexageſimum: vel triceſimum.
Triplex nāqꝫ eſt etiam bene agēdi via: nihilo-
minus enim vel opere: vel cogitatione: vel ver
bo aliquid agitur. Hoc enim ſignificat ⁊ apo
ſtolus cum dicit. Quia autē edificat ſupꝛa fun
damentuꝫ hoc aurum: argentum: lapides pꝛe
tioſos: triplicē honoꝛum indicans viam: ſub-
iungit nihilominus triplicem etiam maloꝛuꝫ:

eum dicit:ligna:fenum:stipulā. Isti ergo terni statores sunt angeli nequā de exercitu pharaonis:qui stāt in huiuscemodi vijs:obseruātes vnūquēqȝ nostrum p hec iter agere in peccatum:quos demergit dominus:in rubrū mare:ꝛ ignitis eos in iudicij die fluctibus tradet: ac penarum pelago teget. Si tu deum sequēs de eorum te potestate subtraxeris. Deciderūt in profundum quasi lapis. Quare deciderunt in profundum tanq̄ lapis? Quia nō erāt tales lapides:de quibus suscitari possint filij Abrahe:sed tales:qui amarēt profunduȝ:ꝛ ligdum diligerēt elemētum:idest qui amaram:ꝛ fluxā presentium rerū cuperēt voluptatem. Unde ꝛ ipsis dicitur. Demersi sunt tanq̄ plumbuȝ in aquaȝ validissimā. Peccatores graues sunt. Deniqȝ ꝛ iniquitas sup talētum plumbi sedere mōstratur:sicut Zacharias propheta dicit. Uidi (inquit) mulierē sedētē super talentum plūbi:ꝛ dixi. Que est hec? Et respōdit iniquitas. Inde est ergo quod iniqui demersi sunt in profundū sicut plumbuȝ in aquā validissimā. Sancti aūt non demerguntur: sed ambulant sup aquas:qȝ leues sunt:ꝛ peccati pōdere non grauātur. Deniqȝ dn̄s ꝛ Saluator noster sup aquas ambulauit. Ipse est enim:qui vere peccatū nescit. Ambulauit ꝛ discipulus eius Petrus:licet paululū trepidauerit. Non eniȝ tantus erat:ac talis:q nihil omnino de specie plūbi in se haberet admixtū. Habuit: licet parū. Propter quod dicit ad eum dn̄s. Modice fidei quare dubitasti? Iccirco igitur qui saluus fit:per igneȝ saluus fit. Et si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum: id ignis decoquat:ꝛ resoluat:vt efficiātur omnes auruȝ bonum. Quia auruȝ terre illius bonuȝ esse dicitur:quā habituri sunt sancti:ꝛ sicut fornax pbat aurum:sic homines iustos tētatio. Ueniēdum ergo est omnibus ad ignē: veniēdum est ad conflatorium. Sed etenim dn̄s ꝛ conflat:ꝛ purgat filios Iuda. Sed ꝛ illuc cōuenitur: siquis multa opa bona:ꝛ parū aliquid inigtatis attulerit:illud paruȝ tanq̄ plumbū igni resoluitur:ac purgatur:ꝛ totū remanet aurum purum. Et siquis plus illuc plūbi detulerit: plus exuritur:vt amplius decoquatur: vt ꝛ si parū aliqd sit auri:purgatū tamen resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus venerit fiet de illo hoc quod scriptū est. Demergetur in profundum tanq̄ plūbū in aqua validissima. Sȝ longum est si per ordinem velimus exponere: sufficiat pauca perstringere. Quis (inquit) similis tibi in dijs domine:qs similis tibi? Gloriosus in sanctis:mirabilis in maiestatibus:faciēs prodigia. Quod dicit quis similis tibi in dijs:non simulacris gentiuȝ comparat Deū: nec demonibus:qui sibi falso deorum nomen adsciscunt:sed deos illos dicit:qui per gratiam:ꝛ participationem dei dij appellātur. De quibus ꝛ alibi scriptura dicit. Ego dixi dij estis. Et iteruȝ. Deus stetit in congregatione deoruȝ. Sed hi quāuis capaces sint dei:ꝛ hoc nomine donari per gratiam videātur:nullus tamen deo similis inuenitur: vel potentia: vel natura. Et licȝ Ioānes apostolus dicat. Filioli nōdum scimus quid futuri simus:si autē reuelatū nobis fuerit de domino scilicet dicens: similes illi erimus. Similitudo tamen hec:nō ad naturam:sed ad gratiam reuocatur. Uerbi cā:vt dicamus picturam similem esse ei:cuius imago in pictura videtur expressa. Quantum ad gratiam pertinet visus:similis dicit. Quātum ad substantiā:longe dissimilis. Illa enim species carnis est:ꝛ decor corporis viui: ista colorum fucus est:ꝛ cera tabulis sensu carētibus superposita. Nullus ergo in dijs similis domino:nullus enim inuisibilis:nullus incorporeus:nullus immutabilis:nullus sine initio:ꝛ sine fine:nullus creator omnium:nisi pater cum filio:ꝛ spiritu sancto. Extēdisti dexteram tuā:deuorauit eos terra. Impios quideȝ ꝛ hodie deuorat terra. An non tibi videt terra deuorari illū:qui semper de terra cogitat? Qui semper terrenos habȝ actus? Qui de terra loquitur:de terra litigat:terrā desyderat: ꝛ omnem spem suaȝ ponit in terra. Qui ad celum non respicit?qui futura non cogitat? qui iudicium dei non metuit:nec beata eius pmissa desyderat:sed semper de presentibus cogitat:ꝛ terrena suspirat? Talem cum videris:dicito quia deuorauit eum terra. Sed ꝛ si quem videris luxurie carnis:ꝛ voluptatibus corporis deditum:in quo animus nihil valet:sȝ totum libido carnis obtinuit:dicito ꝛ de hoc:qȝ deuorauit euȝ terra. Adhuc me mouet: quod ait:extendisti dexteram tuaȝ:ꝛ deuorauit eos terra:quasi vt deuorarentur a terra:hec causa fuerit q extendit dominus dexteram suaȝ. Si consyderes quomodo dominus exaltatus in cruce tota die extendit manus suas ad populum non credentem:ꝛ contradicentē:ꝛ qualiter infidelem populum:qui clamauit crucifige crucifige euȝ:mors admissi sceleris oppressit:euidenter inuenies quomodo extendit dexteram suam:ꝛ deuorauit illos terra. Nec tamen penitus desperanduȝ est. Possibile nāqȝ est:vt si forte resipiscat:qui deuoratus est:rursum possit euomi:sicut Ionas. Sȝ ꝛ oēs nos puto quod aliquādo terra deuoratos in inferni penetralibꝰ retinebat. Et ppterea dominus

noster descendit non solu3 vsq3 ad terras: sed
vsq3 ad inferiora terre:ꝛ ibi nos inuenit deuo
ratos:ꝛ sedentes sub vmbra mortis:ꝛ inde edu
cens non iam locum terre: vt iterum deuore-
mur: sed locum preparat nobis regni celoru3.
Deduxisti in iustitia tua populum tuum hūc:
quem liberasti. Consolatus es in virtute tua:
in requie sancta tua. Dominus populum su-
um: quem liberauit per lauacru3 regeneratio-
nis deducit in iustitia: cōsolatur etiam eu3 per
consolationem spiritus sancti in virtute sua:ꝛ
in requie sua. Futuroꝝ nāq3 spes: laborātib⁹
requiem parit: sicut ꝛ in agone positis: dolo-
rem vulnerum mitigat spes corone. Audierūt
gentes:ꝛ irate sunt: dolores comprehenderūt
habitatores Philistiim. Tunc festinauerunt
duces Edom:ꝛ principes Moabitarū: adpre-
hēdit illos tremor. Tabuerunt omnes inhabi
tantes Chanaan. Quātum ad historiā perti-
net: nullum ex his gētibus interfuisse mirabi-
libus: que facta sunt: constat. Quomodo ergo
videbātur tremore deterrite: vel festinasse (vt
dicit) vel irate esse Philistiim:ꝛ Moabite:ꝛ
Edom:ꝛ relique: quas enumerat nationes?
Sed si redeamus ad intellegētiam spiritale3:
inueniemus quia Philistini: idest cadētes po-
puli:ꝛ Edom: qui interpretaꝛ terrenus: trepi-
dant:ꝛ hoꝝ oīum principes cursitāt:ꝛ pauent
cōstricti doloribus: cum vidēt regna sua: que
in inferno sunt: penetrari ab eo: qui descendit
in inferiora terre: vt eriperet eos: qui posside-
bantur a morte. Hinc eos cōprehēdit timor:ꝛ
tremor: qui senserunt magnitudinem brachij
eius. Hinc etiam tabuerunt omnes inhabitā-
tes Chanaan: qui mutabiles interpretantur:
ꝛ mobiles: cū vident moueri regna sua: alliga
ri fortem:ꝛ vasa eius diripi. Ueniat ergo suꝑ
eos timor:ꝛ tremor magnitudis brachij tui.
Quid timent demones? Quid tremunt? Si-
ne dubio crucem Christi: in qua triumphati
sunt: in qua exuti sunt principatus eoru3:ꝛ po
testates. Timor ergo ꝛ tremor cadēt suꝑ eos:
cum signum in nobis viderint crucis fideliter
fixum:ꝛ magnitudinem brachij illius: qđ do-
minus expandit in cruce: sicut dicit. Tota die
expādi manus meas ad populū non credente3
ꝛ cōtradicētem mihi. Nō te ergo aliter time-
būt: nec aliter tremor tuus veniet super eos: ni
si videāt in te crucem Christi: nisi ꝛ tu potue-
ris dicere: mihi aute3 absit gloriari: nisi in cru
ce domini mei Jesu Christi: ꝑ quē mihi mun-
dus crucifixus est:ꝛ ego mundo. Fiant tāquā
lapis: donec transeat populus tuus domine:
donec transeat populus tuus hic: que3 adqui-
sisti. Fieri tanquam lapidem: non est natura
esse lapidē. Nō enim fieret: nisi quod nō erat.
Hoc ꝑp illos dicimus: q male nature Pha-
raonem: vel egyptios dicunt fuisse:ꝛ nō ex ar-
bitrij libertate in hec esse deductos. Sed ꝛ ꝓ-
pter eos: qui creatorem deu3 accusant tāqua3
seuu3: quod homines vertat in lapides. Hi er
go priusquam blasphemēt: cōsyderēt summa
libratione: que scripta sunt. Non enim dixit
fiant tāq̄ lapis:ꝛ tacuit: sed tempus statuit:ꝛ
mēsuram condēnationis decernit. Ait enim.
Donec trāseat populus tuus. Quo scil3 post
trāsitu3 populi non sint tanq̄ lapides. In quo
mihi videtur prophetie aliquid latere. Uideo
enim: quia prior populus: qui fuit ante nos: fa
ctus est tanq̄ lapis: durus:ꝛ incredulus. Ue-
rū non eatenus: vt in lapidis natura perma-
neat: sed donec trāseat populus hic: populus
hic: quē adquisiuit. Cecitas eni3 ex parte cōti-
git in israel ꝑm carnem: donec plenitudo gen-
tium subintroiret. Cum enim plenitudo gen-
tium subintrauerit: tunc etiam omnis israel: q
per incredulitatis duritiam factus fuerat: si-
cut lapis: saluabitur. Et vis videre quomodo
saluabitur? Potēs est (inquit) deus de lapi-
dib⁹ istis suscitare filios Abrahe. Manēt er-
go lapides nūc: donec transeat populus tuus
dn̄e: populus tuus hic: quē adquisisti. Sed si
ipse dn̄s creator est oīum: vidēdum est quomo
do hic adquisisse dicatur: que sua esse non du-
bium est. Dicitur ꝛ in alio cantico Deutero-
nomij. Nōne hic ipse deus tuus: qui fecit te:ꝛ
creauit te:ꝛ adquisiuit te? Uideꝛ enim vnus-
quisq3 illud adquirere: quod non fuit suū. In
de deniq3 ꝛ heretici dicūt de Saluatore: q2
non erant sui: quos adquisiuit. Dato etenim
pretio mercatus est homines: quos creator fe-
cerat. Et certum est (aiunt) vnūquēq3 nō illđ
emere: quod suū est. Apostolus eni3 ait. Pre-
tio enim empti estis. Sed audi quid dicit pro-
pheta. Peccatis vestris venundati estis:ꝛ ꝑ
iniquitatibus vestris dimisi matrem vestra3.
Uides ergo: quia dei quide3 creatura omnes
sumus. Unusquisq3 vero peccatis suis venū-
daꝛ:ꝛ pro iniquitatibus suis a proprio creato-
re discedit. Dei igitur sumus: ꝑm quod ab eo
creati sumus. Effecti vero sumus serui diabo
li: ꝑm quod peccatis nostris venūdati sumus.
Ueniens autem Christus redemit nos: cum
seruiremus illi domino: cui nosmetipsos pec-
cādo vēdidimus:ꝛ ita videꝛ tanq̄ suos quidem
recepisse: quos creauerat:ꝛ tanq̄ alienos autē
adquisisse: quia alienū sibi dominū siue erran-
do: siue peccādo quesiuerant. Et fortasse recte
quidem diciꝛ redemisse nos Christus: qui pre
tiu3 nostri sanguinē suū dedit. Quid tale au-

tez: vt nos mercaretur: diabolus dedit? Ergo
(si videt) ausculta. Homicidiū: pecunia dia-
boli est. Ille enim ab initio homicida est. Feci
sti homicidium: diaboli pecuniam suscepisti.
Adulteriū: diaboli pecunia est. Diaboli enim
in eo imago est: ⁊ superscriptio. Cōmisisti adul-
terium: accepisti diaboli numisma. Furtum:
falsum testimonium: rapacitas: violentia: hec
omnia diaboli census est: ⁊ diaboli thesaurus.
Talis enim pecunia de eius moneta procedit.
Has igitur pecunia emit ille: quos emit ⁊ effi
cit sibi seruos omnes: qui de huiuscemodi cen
su eius quantulūcunqꝫ susceperunt. Nec ego
vereor: ne etiam aliquos de astantibus: quos
nescimus: diabolus mercetur occulte: ne etiā
aliquibus nostrorū hanc pecuniam: quam su-
pra enumerauimus: ingerat: ⁊ faciat illos rur
sum suos: ⁊ rursus pro eis tabulas seruitutis:
⁊ peccati chirographum scribat: atqꝫ immisceat
seruis dei eos: quos peccati pretio sibi fecerit
seruos. Solet enim: quia inimicus homo est.
tritico miscere zizaniam. Et tamen si quis for
te huiusmodi pecuniā a diabolo deceptus ac
cepit: non vsquequaqꝫ desperet: misericors.n.
est: ⁊ miserator dominus: ⁊ creature sue non
vult mortem: sed vt cōuertatur: ⁊ viuat. Pe-
nitēdo: flendo: satisfaciendo deleat: quod ad-
missum est. Dicit enim ppheta. Quia si con-
uersus ingemueris; tunc saluus eris. Paulo
latius pgressi sumus: dum volumus exponere
quomodo deus que sua sunt dicatur adquire-
re: ⁊ redimere Christus sanguie ptioso: quos
emerat diabolus: vilem mercedē peccati indu
cens. Planta eos in monte hereditatis tue.
Non vult nos deus in Egypto plantare: nec
in deiectis ⁊ humilibus locis: sed in montē he
reditatis sue vult plantare quos plātat. Tum
preterea qd addit inducens: plāta eos in mōte
hereditatis: num tibi videtur tāquam de pue
ris dicere: qui inducūtur ad scholas: inducunt
ad litteras inducunt ad oēm eruditionē? In-
tellege ergo per hec: si tamen habes aures au
diendi quomodo deus plātat: ne forte cum au
dis eum inducere: ⁊ plātare: putes euz ficus in
terra: aut alia huiusmodi virgulta defigere.
Audi ⁊ alibi quomodo plātat deus. Prophe
ta dicit. Vineam ex Egypto transtulisti: ⁊ ex-
pulisti gētes: ⁊ plātasti eā. Peruiā iter fecisti
ante eam: plantasti radices eius: ⁊ replesti ter-
ram. Operuit montes vmbra eius: ⁊ arbusta
eius cedros dei. Aduertisti iam quomodo plā
tat deus: ⁊ vbi plantat? Non plantat in valli-
bus: sed in montibus excelsis: ⁊ sublimibus lo
cis. Quos enim educit de Egypto: quos de
seculo adducit ad fidem: non vult eos iterum
in humilibus collocare: sed conuersationē eo-
rum vult esse sublimem. Vult nos in mōtibꝰ
habitare: sed in ipsis nihilominus montibus
nō vult nos super terrā repere: nec vltra vult
vineam suā humi deiectos habere fructus: sꝫ
vult palmites eius sursum duci: in alto collo-
cari: traduces fieri: ⁊ traduces non in quibus-
cūqꝫ humilibus arboribus: sed in excelsis: ⁊ in
altissimis cedris dei. Cedros dei: ego pphetas
⁊ apostolos puto: quibus nos si adiungamur
vitis: quam de Egypto transtulit deus: ⁊ per
ramos eorum nostri palmites diffundantur:
atqꝫ ipsis inniti traduces quedam efficiamur
charitatis adinuicem vinculis connexi: fructū
sine dubio plurimū adferemus. Nam omnis
arbor: que non facit fructū excidet: ⁊ in ignem
mittet. In preparata habitatione tua: quā p-
parasti domine. Vide clemētis domini boni-
tatē: non vult te inducere ad laborē: non vult
vt ipse tibi facias habitaculū. Iam te ad ppa-
ratam deducit habitationē. Audi deuz dicen
tem in euāgelio. Alij laborauerunt ⁊ vos in la
bores eorum introiistis. Sanctimonium dñe:
quod preparauerūt manus tue. Sāctimoniuz
dicitur tabernaculū dei: vel tēplum: ab eo qd
sanctificat accedentes. Hoc nō dicit manu ho
minis factū: sed manu dei. Quid ergo? pprer
te deus ⁊ plantat: ⁊ edificat: agricola efficitur:
structor efficitur: ne tibi aliquid desit. Audi ⁊
Paulum dicere. Dei agricultura: dei edifi-
catio estis. Quod ergo istud est sanctimoniuz
quod non manu hominis factum est: sed ma-
nibus dei paratū? Audi sapiētiā dicētē: quia
edificauit sibi domum. Ego autem hoc de in-
carnatione domini rectius intellegendum pu-
to. Non enim manu hominū factum est: idest
non opere humano templuz carnis edificatur
in virgine: sed sicut pdixerat Daniel. Lapis
sine manibus excisus creuit: ⁊ factus est mons
magnus. Istud est testimoniuz carnis adsum
pte: ⁊ sine manibus: idest absqꝫ opere hominum
de monte humane nature: ⁊ substantie carnis
excisum. Domine: qui regnas in seculum: ⁊ in
seculum: ⁊ adhuc. Quoties in seculū dicitur:
longitudo quidem temporis: sed esse finis ali-
quis indicatur: ⁊ si in aliud seculū dicatur: ali
quis sine dubio longior quidē: tamē ponitur
finis: ⁊ quoties secula seculorum nominantur:
fortasse licet ignotus nobis: tamē a deo statu-
tus aliquis terminus idicatur. Quod vero ad
dit in hoc loco ⁊ adhuc nullum sensum termi
ni alicuius: aut finis reliquit. Quodcūqꝫ eniz
illud cogitaueris: in quo fine putes posse cōsi-
stere: semper tibi dicit sermo ppheticus: ⁊ ad-
huc: velut si loquat ad te: ⁊ dicat. Putas i se-
culum

culum seculi dominum regnaturuz:⁊ adhuc. Et quodcunqз dixeris illud de regni eius spatijs semper tibi dicit propheta:⁊ adhuc. Quoniam intrauit equitatus Pharao cuз quadrigis:⁊ ascẽsoribus in medium mare:⁊ induxit super eos dominus aquas maris. Filij aũt israel ambulauerũt p siccum in medio mari. Et tu si filius israel es:potes ambulare per siccuз in medio mari. Si fueris ĩ medio natiõis praue:⁊ peruerse:sicut lumen solis verbũ vite cõtinens ad gloriam. Potest fieri:vt in medio peccatorum incedẽtem te nõ infundat humor peccati? Potest fieri:vt trãseuntez te per hũc mundum:nulla libidinis vnda respergat:nullus cupiditatis estus euerberet? Qui egyptius est:⁊ sequitur Pharaonem:ille vitiorꝫ fluctibus mergitur. Qui vero sequitur Christuз:⁊ sicut ipse ambulauit:ita ⁊ ipse ambulat:aque ei murus fiũt dextra:leuaqз:ipse autez media via incedit per siccum. Non declinat ad dexteram:neqз ad sinistram vsquequo exeat ad libertatem ⁊ hymnum victorie domino concinat dicẽs. Cãtemus domino gloriose eniз honorificatus est:per Jesum Christum dominũ nostrum:cui est gloria:⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

De amaritudine aque myrrhe. Homilia. VII.

Post transitum maris rubri:⁊ magnifici secreta mysterij:post choros:⁊ tympana:post triumphales hymnos venit ad myrrham. Myrrha autez aqua erat amara: quã non poterat populus bibere. Quid ergo post tanta:⁊ tam mirifica mirabilia ad amaras aquas:⁊ periculũ sitis adducitur populus dei? Ait enim. Et venerunt filij israel in myrrhã: ⁊ non poterant aquam bibere de myrrha:qꝛ amara erat:⁊ propter hoc appellatum est nomen loci illius amaritudo. Sed quid addit post hec? Clamauit (inquit) Moyses ad dominum:⁊ ostendit illi dominus lignum:⁊ misit illud in aquam:⁊ facta est dulcis aqua. Et ibi (inquit) posuit illi deus iustitias:⁊ iudicia ibi:vbi amaritudo:vbi sitis:⁊ quod est grauius sitis in abundantia aquarum:ibi posuit ei deus iustitias:⁊ iudicia. Alius non erat locus dignior:aptior:vberior:ꝙ iste:in quo amaritudo est. Tum preterea quod dixit:ostendit illi dominus lignum:⁊ misit illud in aquam: ⁊ facta est dulcis aqua. Mirum admodum est: vt deus lignuз ostenderet Moysi:quod mitteret in aquam:⁊ faceret eam dulcem:efficere deus aquam dulcem sine ligno non poterat? Aut Moyses nesciebat lignum:vt ei Deus ostenderet? Sed videndum est: quid decoris in his interior habeat sensus. Ego puto ꝙ lex si ẽm litterã suscipiatur:satis amara sit:⁊ ipsa sit myrrha. Quid enim tam amarum: ꝙ vt puer octaua die circuncisionis vulnus accipiat:⁊ rigorem ferri tenera patiatur infantia? Amarum satis:⁊ peramarum est huiusmodi poculuз legis:intãtum vt populus dei nõ ille: qui in Moysen baptizatus est in mari:⁊ in nube:sed iste qui in spiritu:⁊ aqua baptizatus ẽ: non possit bibere de ista aqua: sed ne gustare quidẽ de circũcisionis amaritudine põt:neqз hostiaruз ferre amaritudinẽ valet:nec sabbati obseruãtiã. Si vero ostẽdat deus lignũ:qđ mittitur in amaritudinez:vt dulcis aqua fiat legis:põt de illa bibere. Quod est istud lignũ: quod dñs ostendit? Salomon edocet nos:cuз dicit de sapientia:quia lignum vite est omnibus amplectentibus eam. Si ergo lignũ sapiẽtie Christus missum fuerit in lege:⁊ ostenderit nobis quomodo intellegi debeat circuncisio:quomodo sabbata:quomodo lex lepre seruanda sit:qualiter mundi:⁊ immundi discrimen habeatur:tunc efficiẽ aqua myrrhe dulcis:⁊ amaritudo littere legis conuertiẽ in dulcedinem intellegentie spiritalis:⁊ tunc potest bibere populus dei. Si enim non interpretentur hec spiritaliter populus:qui idola dereliquit:⁊ ad deuз cõfugit:si audiat legẽ de sacrificijs precipientem:cõtinuo refugit:⁊ non potest bibere:amarum quippe hoc sentit:⁊ asperũ. Si enim (inquit apostolus) que destruxi: hec iterum reedifico:preuaricatorem me constituo. Et in hac ergo amaritudine myrrhe: idest in ista littera legis:posuit deus iustitias: ⁊ testimonia. Non tibi hoc videtur dicere: qꝛ velut in vasculo quodaз:ita in legis littera sapientie:⁊ scientie sue thesauros cõdiderit deus? Hoc est ergo:qđ dicit:⁊ ibi posuit ei deus iustitias:⁊ testimonia. Hoc erat quod ⁊ Apostolus dicebat. Habemus autez thesaurꝫ hũc in vasis fictilibus:vt sublimitas virtutis Dei sit:⁊ nõ ex nobis. Ut ergo possit bibi aqua hec de myrrha:ostendit deus lignum quod mittatur in ea:vt qui biberit non moriatur: non amaritudinẽ sentiat. Unde constat quod si qs sine ligno vite:idest sine mysterio crucis: sine fide Christi:sine itellegẽtia spiritali bibere voluerit de legis littera p amaritudinem nimiaз morietur. Hec sciens Paulus apostolus dicebat:quia littera occidit. Hoc est apte dicere: quia aqua myrrhe occidit:si nõ mutata bibatur:⁊ in dulcedinem versa. Sed quid addit: Postquã posuit illis deus iustitias:⁊ iudicia:

⁊ ibi (inquit) tentabat eum dicēs. Si auditu
audieris vocem domini dei tui: ⁊ que placent
coram illo feceris: ⁊ audieris p̄cepta eius: ⁊ cu
stodieris omnem infirmitatem: quam induxe
ram Egyptijs: non inducam super te. Ego. n.
sum dominus: qui sano te. Videtur mihi quo
prospectu date sint iustificationes: ⁊ iudicia: ⁊
testimonia legis exponere: vt tentaret (inqt)
eos deus si audirent vocem domini: ⁊ que mā
dabantur: custodirent. Nam quantū ad prio
rem populum expectat: quid eis boni: aut per
fecti murmurantibus: ⁊ contradicentibus mā
daretur. Deniqꝫ paulopost etiam ad idola cō
uertuntur: ⁊ obliti beneficiorum: ⁊ mirabilium
Dei: caput vituli statuunt. Propterea ergo
dantur eis precepta: in quibus tententur. In
de est: quod ⁊ per Ezechielem prophetam dicit
dominus ad eos. Quia dedi vobis precepta: ⁊
iustificationes non bonas: in quibus non viue
tis in eis. Tentati enim in preceptis domini nō
inueniuntur fideles. Ideo enim inuentum est
eis mandatum: quod erat ad vitā: esse ad mor
tem: quia vnum: atqꝫ idem mandatum si ser
uetur vitam: si non seruetur generat mortem.
Secundum hoc ergo quod non seruantibus
generat mortē: dicitur mādata non bona: in
quibus non viuāt in eis. Sed quia admiscuit
eis lignum crucis Christi: ⁊ in dulcedinē ver
sa sunt: ⁊ spiritaliter intellecta seruant̄: eadem
ipsa mādata vite appellātur. Sicut ⁊ alibi di
cit. Audi israel mandata vite. Sed videamus
quid eis p̄mittitur si seruent̄. Si (inquit) ser
uaueritis precepta mea: nō īducā sup vos: oēs
egritudines quas induxi Egyptijs. Quid er
go videtur dicere? quod si quis seruet manda
ta nullā egritudinē patiatur? Hoc est neqꝫ fe
briat: neqꝫ alios dolores corporis ferat? Non
puto quod hec sint: que p̄mittant̄ diuina mā
data seruātibus. Alioqn inditio nobis est Iob
iustissimus: ⁊ totius pietatis obseruātissimus:
qui a capite vsqꝫ ad pedes repletur vlcere pes
simo. Non his carere dicuntur infirmitatibꝰ:
qui mandata custodiunt: sed non habebunt il
las infirmitates: quas egyptij habēt. Egyptꝰ
nāqꝫ mūdus figuraliter appellat̄. Diligere er
go mundum: ⁊ ea: que in mūdo sunt: egypti
us langor est. Dies obseruare: ⁊ menses: ⁊ tē
pora: signa requirere: stellarum cursibus adhe
rere: egyptius langor est. Deseruire carnis lu
xurie: voluptatibꝰ operā dare: vacare delitijs.
egyptius langor est. Caret ergo his infirmita
tibus ⁊ lāgoribꝰ: qui mandata custodit. Post
hec dicit. Quia venerunt in Helim: ⁊ erāt ibi
duodecim fontes aquarū: ⁊ .lxx. arbores pal
marum. Putas ne habet aliquid rationis: qđ
non ante in Helim ducitur populus: vbi erāt
duodecim fontes aquarū: quibus nihil ama
ritudinis inerat: immo potius vbi erat ameni
tas plurima ex densitate palmarū: sed primo
ductus est ad aquas salsas: ⁊ amaras: quibus
p lignū mōstratū a dn̄o dulcibus effectis: po
stea venitur ad fontes. Si historiā solā seq̄a
mur: non multum nos edificat scire ad quē lo
cum primo venerint: atqꝫ secundo. Si v̄o ri
memus in his mysteriū latens: inuenimus or
dinē fidei. Primo enim ducitur populus ad
litterā legis: ab hac donec permanēt in ama
ritudine sua recedere non potest. Cum vero p
lignū vite dulcis fuerit effecta: ⁊ intellegi lex
spiritaliter ceperit: tunc de veteri testamento
transitur ad nouū: ⁊ venitur ad duodecim apo
stolicos fontes. Ibi etiam arbores reperient̄.
lxx. palmarum. Non enim soli duodecim apo
stoli fidem Christi predicauerunt: sed ⁊ alij se
ptuaginta missi ad predicandum verbum dei
referuntur: per quos palmas victorie Christi
mundus agnosceret. Non ergo sufficit popu
lo dei aquā myrrhe bibere: quāuis in dulcedi
nem versa sit: quāuis per lignum vite: ⁊ myste
rium crucis omnis littere amaritudo depulsa
sit: solum vetus instrumentum non sufficit ad
bibendum: sed veniēdum est ad nouum testa
mētum: de quo absqꝫ scrupulo bibitur: absqꝫ
vlla difficultate potatur. Iudei etiā nūc apud
myrrham sunt: etiā nunc adsidēt aquas ama
ras. Nōdum enim eis deus ostēdit lignum: p
quod dulces fierent aque ipsorum: etenim pre
dixit eis pp̄heta: quia nisi credideritis: neqꝫ in
tellegetis. Post hec scriptū est. In secūdo mē
se (inquit) postq̄ de Egypto profecti sunt: qn
tadecima die mēsis murmurauit populus ad
uersum Moysen dicens. Utinam mortui fu
issemus in terra Egypti: cū sederemus sup ol
las carnis: ⁊ manducaremus panes ad satieta
tem: quoniam eduxisti nos in desertum hoc: ne
care omnem synagogam fame. Esto q p̄pter
correptionem credētiū indicetur populi pecca
tum: quia murmurauerit: ⁊ ingratus fuerit be
neficijs diuinis: cum celeste manna susciperet.
Quid etiam dies describitur: in qua murmu
rauerit populus? Secundo (inquit) mense:
qntadecima die mēsis. Quod vtiqꝫ non absqꝫ
ratione scriptum est. Recordare de legibus pa
sche que scripta sunt: ⁊ inuenies ibi hoc esse tē
pus: quod statuitur ad secūdum pascha faciē
dū: his qui immundi in anima fuerint: vel oc
cupati in negocijs p̄egrinis. Qui ergo nō fue
rint immundi in anima: vel non lōge peregri
nabantur: quartadecima die primi mensis pa
scha fecerunt. Qui aūt longe peregrinabant̄:

43

& inmundi erant: sc̄d pascha in hoc tempore faciunt: quo & mãna de celo descendit. In die quo primum pascha fit: non descendit manna de celo: sed in hoc: qd̄ sc̄m pascha fit. Videamus ergo nunc quis sit in his ordo mysterij. Primum pascha: primi populi est. Secundũ pascha: nostrum est. Nos enim fuimus immũdi in anima: qui colebamus lignum & lapidẽ: & ignorantes deum: his qui natura non erant dij seruiebamus. Nos enim eramus: qui longe peregrinabamur: de quibus dicit Apostolus. Qui fuimus hospites: & peregrini testamentorum Dei spem nõ habentes: & sine deo in hoc mundo. Veruntamen non datur mãna de celo in illa die: qua primum pascha fit: sed in illa qua secundum. Panis enim: qui de celo descendit: non venit ad illos: qui primam solẽnitatem celebrabant: sed ad nos: qui secundam suscepimus. Nostrum enim pascha immolatus est Christus qui verus nobis panis de celo descẽdit. Sed interim videamus quid est: quod in hac die gestum mõstratur. Quintadecima (inquit) die mẽsis secundi murmurauit populus: & dixit. Quia melius fuerat nos mori in Egypto: quando sedebamus super ollas carnium. O populus ingratus: desyderat Egyptũ: q Egyptios vidit extinctos: carnes egypti requirit: qui egyptiorum carnes vidit maris piscibus: & celi alitibus datas. Murmur ergo aduersum Moysen: imo aduersum deũ leuant: sed hoc primo quidẽ ignoscitur. Ignoscitur & secundo: fortassis & tertio. Verũtamẽ si non desinant: sed persistant. Audi quid post hec murmurantem populum cõsequatur. In Numerorum libro refert: q & in suis scripturis retexuit apostolus dicens. Neq3 murmuraueritis: sicut quidã eorũ murmurauerũt: & a serpentibus perierunt. Murmurãtes populũ venenatus in eremo depascitur serpentum morsus. Videamus nos: qui hec audimus: nos in quam pro qbus scripta sunt. Illis enim ad correctionem facta sunt: scripta sunt autem propter nos: in quos fines seculorũ deuenerũt. Si non desinimus murmurãtes: si non cessamus a querelis nostris: quas frequenter habemus aduersus deũ: obseruemus: ne simile offensionis incurramus exẽplum: etenim cum de celi intemperie: de infecunditate fructuum: de ariditate imbriũ: d prosperitatibus aliorum: & de aliorum improsperitate causamur: hoc est aduersus deũ murmur attollere. Sed hec initia habentibus ignoscũtur: in eos vero: qui non desinũt: grauiter vindicat. Mittũtur nãq3 in eos serpẽtes: idest imũdis spiritibus tradũtur: venenatisq3 demonibus: qui eos morsibus occultis: ac latentibus perimant: atq3 internis: & intra cordis penetralia conclusis cogitationibus assumant. Sed obsecro vos: prosint nobis premisse correptionis exempla: illorũ pena: emendatio nostra sit. Dicit enim Deus: quia audiui murmurationẽ filiorum israel. Videtis q nõ latet deũ murmuratio nostra: audit oĩa: & qd̄ non statim punit: penitentiam nostre correctionis expectat. Sed quid post hec recitatum est? Dixit (inquit) dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo: & exibit populus: & colliget vnius diei in die: vt tentẽ illos si ambulant in lege mea: an non. Et erit in die sexto: parabunt quicũq3 intulerint: & erit duplum quodcũq3 intulerint: quottidianũ i die. Ego quidem super hac scriptura velim primo cum iudeis habere sermonem: quibus credita dicuntur eloquia Dei: quid illis videatur de eo: quod dicit sex diebus continuis colligetis. Die autẽ sexto duplo colligetis. Apparet aũt sextam diem nominari illam: que ante sabbatum ponitur: que apud nos parasceue appellatur. Sabbatum autem: septima dies est. Quero ergo qua die ceperit manna celitus dari: & volo comparare dominicam nostram cũ sabbato iudeorum. Ex diuinis namq3 scripturis apparet: quod in die dominica primo in terris datum est mãna. Si enim (vt scriptura dicit) sex diebus cõtinuis collectũ est. Septima autẽ die: q̃ est sabbati cessatum est sine dubio initium eius a die prima que est dies dominica: fuit. Quod si ex diuinis scripturis hoc cõstat: quod in die dominica deus pluit mãna de celo: & in sabbato non pluit: intellegant iudei iam tunc prelatam esse dominicam nostram iudaico sabbato iam tũc indicatũ: quod in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos de celo nulla descenderit: panis celestis: qui est sermo Dei: ad eos nullus venerit. Dicit enim & alibi propheta. Diebus multis sedebunt filij israel sine rege: sine principe: sine propheta: sine hostia: sine sacrificio: sine sacerdote. In nostra enim dominica die semper dominus pluit manna de celo. Sed & hodie ego dico: quia pluit dominus mãna de celo. Celestia namq3 sunt eloqa ista: que nobis lecta sunt: & a deo descẽderunt verba: que nobis recitata sunt: & ideo qui tale mãna suscepimus: semper manna nobis datur de celo. Illi infelices dolent: & suspirãt: & se miseros dicũt: quia manna: sicut acceperunt patres ipsorum: ipsi nõ merẽtur accipere. Illi nunq̃ mãna mãducant: non enim possunt illud mãducare: qd̄ est minutũ sicut semen coriandri: & candidum sicut pruina. Nihil enim in verbo Dei minutum: nihil subtile: nihil sentiũt spiritale: sed to-

tum pingue: totũ crassum. Incrassatũ est enĩ cor populi illius. Sed & iterpretatio nominis hoc idem sonat. Manna enim interpretatur. Quid est hoc? Vide si nõ ipsa nominis virtus ad discẽdum te prouocat: & cum audis legem dei recitari: inquiras semper: & iterroges: & dicas doctoribus. Quid est hoc? Hoc enim est: quod indicat manna. Tu ergo si vis manducare mãna: idest si cupis suscipere verbũ dei: scito illud minutũ esse: & valde subtile sicut semen coriandri. Habet enim aliquid in se holeris: quo nutrire: & recreare possit infirmos: quia qui infirmus est: holera manducat: habet aliquid rigoris: & ideo vt pruina est. Cãdoris autem & dulcedinis habet plurimum. Quid enĩ candidius? Quid splendidius eruditione diuina? Quid dulcius? quamue suauius eloquijs domini: que sunt super mel: & fauum? Sed quid est: quod dicit: vt in die sexto duplum colligatur in repositione: quãtum sufficiat etiam sabbato? Hoc sm̃ nostram intellegẽtiã nõ ociosi: nec securi preterire: vel transire debemus. Sextus dies est hec: in qua nunc sumus vita. In sex enim diebus dominus fecit hunc mundum: hac ergo die tantũ reponere: & recondere debemus: quãtum sufficiat & in futuro die. Si quid enim hic boni operis adquiras: si qd iustitie: misericordie: & pietatis recondas: hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Nunquid nõ ita in euangelio legimus? quia qui adquisiuit hic decem talenta ibi accepit decẽ ciuitates? & qui adquisiuit quattuor: accepit quattuor ciuitates? Hoc est quod & per aliam figurã apostolus dicit. Quę enim seminauerit homo: hoc & metet. Quid ergo agimus nos: q amamus illud recondere: quod corrumpatur non quod permaneat: & perduret in crastinum? Diuites huius seculi ea recondunt: que in hoc seculo: immo cum seculo corrumpuntur. Si qua autem bona opera recondunt. Illa permanent vsq; in crastinũ. Deniq; sic scriptũ est: quod qui infideles fuerunt: seruauerunt (inquit) de mãna: & ebullierunt ex eo vermes: & computruit. Illud autem: quod pro die sabbati reponebatur: non est corruptũ: neq; vermes ebullierunt in eo: sed permanet integrum: & tu ergo si propter presentem vitam tantũmodo: & propter amorem seculi thesaurizes: continuo vermes ebulliunt. Quomodo vermes ebulliunt? Audi de peccatoribus: & ijs: qui presens seculũ diligũt: que sit prophete sentẽtia. Vermis enim eorum non morietur: & ignis eorum non extinguet. Isti sunt vermes: quos generat auaritia: isti sunt vermes: quos generat diuitiarũ ceca cupiditas ijs: qui habent pecunias: & videntes in necessitatem fratres suos: claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus dicit. Diuitibus autem huius seculi precipe nõ superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarum: sed diuites sint in operibus bonis: facile tribuãt: communicent: & thesaurizent sibi veram vitam. Sed dicit aliquis. Si mãna Xbũ Dei esse dicis: quomodo vermes facit? Nec aliũde fiũt vermes in nobis: nisi ex verbo dei. Sic enim dicit ipse. Nisi venissẽ: & loquutus eis fuissem: peccatum nõ haberẽt. Post susceptum ergo verbum dei si quis peccet: efficitur ei ipsum verbum vermis: qui eius semper conscientiam fodiat: & arcana pectoris eius rodat. Sed quid nos adhuc amplius docet sermo diuinus? & ad vesperam (inquit) scietis: quia ego sum dominus: mane aũt videbitis maiestatẽ domini: & de hoc velim mihi iudei responderent: quomodo ad vesperaũ agnoscitur dominus: mane autẽ videt maiestas eius. Ubi dominus agnitus est ad vesperã: & eius maiestas visa est mane? Respõdete nobis qui erudimini ab infantia vsq; ad senectutẽ semper discẽtes: & nũquam ad sciẽtiam veritatis peruenientes. Quare non intellegitis hec prophetice dici? Sed si vis ista intellegere: non potes: nisi p euãgelium. Ibi nãq; inuenies scriptũ: quia vespere sabbati: que lucescit in pᵐa sabbati: venit Mariamagdalene: & Maria Iacobi ad sepulchrum: & inuenerũt lapidem reuolutũ a monumẽto. Ibi audies terremotũ factũ: monumẽta disrupta: cẽturionẽ: & milites: qui ad custodiam positi erant: dicẽtes. Uere: hic filius dei erat. Agnitus ergo est per hec in vespera dominus: quia ipse dominus erat agnitus in virtute resurrectionis. Sed quomodo mane gloria eius visa est? Cũ venissent alie mulieres prima sabbati valde mane: inuenerunt angelos cum ingenti claritate ad sepulchrũ sedẽtes: & dicentes. Non est hic: resurrexit a mortuis. Uenite: & videte locum vbi positus erat: & ite dicite discipulis eius: quia resurrexit: & p̄cedet vos in Galilea. Uisa est ergo mane maiestas domini: cũ per angelos resurrectio nũciata est. Additur autem in cõsequẽtibus. Uespere (inquit) mãducabitis carnẽ: & mane replebimini panibus: & de hoc velim scire: quali ordine iudei prophete dicta suscipiunt. Quid enim consequẽtie videbit: vt aut vespere carnes sine panibus comedant: aut mane panes absq; pulmẽti adiectione mãducent? Quid in hoc diuini muneris? quid tẽperamenti gratie celestis ostenditis? Hoccine est: in quo agnosci deum ponitis quod carnes in vespera sine panibus comedantur: & maiestatem Dei dicitis apparere:

tis apparere:si rursus panes sine carnibus co
medātur: Sz vobis ista seruate:⁊ ijs:qui ad
quiescūt vobis:⁊ in coturnicibus agnosci pos
se deum putāt. Nos autē:quibus in fine secu
li:⁊ ad vesperam mūdi. Verbum caro factus
est:in illa carne agnosci dicimus deū:quā su
scepit ex Virgine. Istas.n. vbi dei carnes ne
qz mane aliqs:neqz meridie māducauit:sz ad
vesperā. Aduētus enī dñi in carne:ad vesperā
factus est. Sicut ⁊ Joannes dicit. Pueri no
uissima hora est:sz ⁊ mane (inqt) replebimini
panibus. Nobis panis:verbū dei est. Ipse est
enim panis viuus:qui de celo descēdit:⁊ vitaz
dat huic mūdo. Sed qūo dicit mane dari hūc
panē:cū aduētū eius in carne factū dixerimus
ad vesperaz? Hoc mō itellegēduz puto:qd ad
vesperā qdez vergētis mūdi:⁊ prope finē cur
sus sui positi dñs venerit:sed aduētu suo: qm̄
ipse est sol iustitie:nouū credētibus reparaue
rit diē. Quia ergo nouū mūdo sciētie lumē ac
cendit:suuz quodāmodo mane effecit:⁊ suum
mane:tāq̄ iustitie sol produxit:⁊ in hoc mane
replētur panibus:qui eius p̄cepta suscipiunt.
Nec mireris:qr verbū dei:⁊ caro dr:⁊ panis.
⁊ lac dicitur:⁊ holera dicit:pro mēsura credē
tiuz:vel possibilitate sumentiuz diuerse noiaf.
Potest tamen ⁊ hoc intellegi q̄ post resurre
ctionem suam:quā mane ostendimus factaz:
credentes repleuerit panibus:pro eo quod li
bros legis:⁊ prophete ignotos prius:⁊ icogni
tos dederit nobis:⁊ ad instructionē nostrā hec
ecclesie instrumenta ɔcesserit:vt ipse sit panis
in euāgelio. Ceteri vero libri legis:vel ꝓphe
taꝝ:vel historiarum:plures appellati sint pa
nes:ex qbus repleanf:qui ex gētibus credunt.
Quod tñ non sine ꝓphetica auctoritate factū
docemus. Predixerat nāqz Esaias prophe
ta hoc mō. Ascēdent in montez:bibēt vinum:
vngētur vnguēto. Trade hec omnia gētib⁹:
cōsilium.n.dñi omnipotētis est hoc. Sic ergo
cōpetenter ⁊ carnes ad vesperaz accepimus:⁊
panibus replemur mane:qr nec possibile erat
nobis mane carnes edere:nōdū enim tempus
erat:sed nec meridie poteramus. Vix eniz an
geli edūt carnes meridie:⁊ illi fortassis ordini
meridianū cōceditur tēpus. Preterea illud i
tellegere possumus:quod vnicuiqz nostrū ma
ne est:⁊ initiū diei illud tēpus:quo primū illu
minamur:⁊ ad lucez fidei accedimus. In hoc
ergo tēpore:quo adhuc in p̄ncipijs sumus:car
nes verbi dei comedere nō possumus:idest pfe
cte:⁊ consumate doctrine nōdum capaces exi
stimus. Sed post longa exercitia : post profe
ctum plurimum:cum iam proximi sumus ad
vesperam:⁊ ad ipsum finem perfectionis vrge
mur:tunc demum solidioris cibi:⁊ pfecti ver
bi capaces fieri possumus. Nunc ergo festine
mus celeste manna suscipere. Istud enim mā
na:prout vult quisqz:talem saporez reddit in
ore eius. Audi enim ⁊ dominum dicentez ijs:
qui accedunt ad se. Fiat tibi ſm fidem tuam:
⁊ tu ergo si verbum dei:quod in ecclesia predi
catur:tota fide:tota deuotione suscipies : fiet
tibi ipsum verbum quodcunqz desyderas.
Verbi gratia. Si tribularis:consolatur te di
cens. Cor contritum:⁊ humiliatum deus non
spernit. Si letaris pro spe futura:cumulat ti
bi gaudia dicens. Letamini in domino : ⁊
exultate iusti. Si iracundus es:mitigat te di
cens. Desine ab ira:⁊ derelinque indignatio
nem. Si in doloribus:sanat te dicens. Domi
nus sanat omnes langores tuos. Si pauper
tate consumeris:consolatur te dicens. Domi
nus alleuat de terra inopem:⁊ de stercore eri
git pauperem. Sic ergo māna verbi dei red
dit in ore tuo saporem quemcunqz volueris.
Hoc tamen si quis infideliter suscipiat:⁊ non
comedat:sed abscondat:vermes ex eo ebulli
unt. Putas ne eousqz deducēdum est verbuz
dei:vt etiam vermis fieri putetur? Non te hic
turbet auditus:audi prophetaz ex persona do
mini dicētem. Ego autem sum vermis:⁊ non
homo. Sicut eniz ipse est:qui fit alijs i ruinā:
alijs autem in resurrectionez:ita ⁊ ipse est:qui
nunc in māna:fidelibus quidez dulcedo mel
lis:infidelibus autem vermis efficitur. Ipse ē
enim sermo dei:qui iniquorum mentes argu
it:⁊ corruptionum spiculis peccatorū consciē
tias terebrat. Ipse est:qui ⁊ ignis efficif in cor
dibus illorum:quibus adaperit scripturas : q
dicūt. None cor nostrū ardēs erat intra nos:
cum apiret nobis scripturas:⁊ alijs ipse ignis
est:qui conflagrat spinas de terra mala:idest
qui malignas cogitatiōes in corde consumit:
⁊ ideo peccatoribus quidem:neqz vermis ar
guens inique moritur:neqz ignis exurens ali
quando restinguitur. Justis autez ⁊ fidelibus
permanet dulcis:⁊ suauis. Gustate enim ⁊ vi
dete:quoniaz suauis est dominus. Ipse domi
nus:⁊ saluator noster Jesus Christus: cui est
gloria:⁊ imperium:in secula seculoruz. Amē.

¶ De initio decalogi. Homilia. VIII.

OMnis qui dicit contemnere presens se
culum:quod figuraliter Egyptus ap
pellatur : ⁊ per verbum Dei:vt ſm scriptu
ras dicas translatus est:⁊ non inuenitur:quia

ad seculum futurum festinat: ac tedit. De huiusmodi anima dicit dominus. Ego sum dominus deus tuus: q eduxi te de terra Egypti: de domo seruitutis. Non ergo hec ad illos tantū dicuntur: qui de Egypto profecti sunt: sed multomagis ad te: qui nunc audis ista: si tamē proficiscaris ex Egypto: & Egyptijs vltra non seruias: dicit hec deus. Ego sum dominus deus tuus: qui eduxi te de terra Egypti de domo seruitutis. Uide si non negocia seculi: & actus carnis: domus est seruitutis. Sicut rursum econtrario relinquere secularia: & fm deum viuere: domus est libertatis. Sicut & Dominus in euangelio dicit. Si permanseritis in verbo meo: vos agnoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Ergo egyptus domus est seruitutis. Judea vero & Hierusalem: domus est libertatis. Audi & Apostolum de his fm sapientiam: que ei in ministerio data fuerat pronunciantem. Que autem sursum est (inquit) Hierusalem: libera est: que est mater omnium nostrum. Sicut ergo Egyptus ista: terrena prouincia filijs Israel domus dicitur seruitutis ad comparationem Judee: & Hierusalem: que eis domus efficitur libertatis: ita ad comparationem celestis Hierusalē: que (vt ita dicam) mater est libertatis: totus hic mundus: & omnia que in hoc mūdo sunt: domus est seruitutis. Et quoniam de paradiso libertatis ꝑ pena peccati ad huiusmodi venim fuerat seruitutem: iccirco primus sermo decalogi: idest prima mandatorum Dei vox de libertate profertur dicens. Ego sum dominus Deus tuus: qui eduxi te de terra Egypti: de domo seruitutis. Hanc vocem in Egypto positus: audire non poteras: etiam si tibi iniungatur: vt pascha facias: etiam si accingaris lumbos: & sandalia accipias in pedibus: etiam si virgam teneas: in manu: & azima cum amaritudine comedas. Et quid dico in Egypto positus hec audire non poteras? Sed ne inde quidem profectus in prima statim mansione hec audire potuisti: nec in secūda: nec in tertia: nec cum transires rubrū mare: etiam si ad myrrham veneris: & fuerit ibi amaritudo in dulcedinem versa: etiam si in Helim veneris ad duodecim fontes aquarū: & .lxx. arbores palmarum: etiam si Raphidin preterieris: ceterosq; profectus ascenderis: nondum ad huiuscemodi verba idoneus iudicaris: sed cum perueneris ad montē Syna. Multis ergo ante laboribus peractis: multis erumnis: & tentationibus superatis: vix aliquando mereberis precepta suscipere libertatis: & audire a domino. Ego sum dominus Deus tuus: qui eduxi te de terra Egypti: de domo seruitutis. Uerum hic sermo nondum sermo mandati est: sed qui sit: qui mandat: ostendit. Nunc ergo videamus quid sit initium decem mandatorum legis: etiam si non occurrimus ad omnia initia: saltem prout dominus dederit: explicemus. Primum ergo mandatum est. Non erunt tibi Dij alij: preter me. Et post hoc sequitur. Non facias tibi idolum: neq; vllam similitudinem quecunq; in celo sursum sunt: & quecunq; sunt in aquis subtus terram: & non adorabis illa: neq; coles illa. Ego enim sum dominus Deus tuus: deus zelās: qui reddo peccata patrum in filios: in tertiam: & quartam progeniem ijs: qui oderunt me: & faciens misericordiā in millia ijs: qui diligunt me: & qui seruant precepta mea. Hec omnia simul nonnulli putant vnum esse mandatum. Quod si ita putetur: non complebitur decem numerus mandatorum. Et vbi iam erit decalogi veritas? Sed si eo modo dirimatur: quo & nos in superiori pronunciatione distinximus: integer decem mandatorum numerus apparebit. Est ergo primum mandatum. Non erunt tibi dij alij: preter me. Secundum vero. Non facies tibi idolū: neq; vllam similitudinē: & cetera. Incipiamus ergo a primo mandato. Sed & ego auxilio indigeo ipsius: qui hec precepit dei: ad dicendū: & vos purgatioribus egetis auribus ad audiendum. Si quis ergo vestrū habet aures audiendi: audiat: quomodo dictum est: non erūt tibi dij alij: preter me. Si dixisset: non sint dij preter me: absolutior sermo videretur. Nunc autem quia dicit: non erunt tibi dij alieni: ꝑter me: non negauit quia sint: sed ne illi sint: cui hec precepta dantur: inhibuit. Hinc puto & Apostolum Paulum sumpsisse illud: quod ad Corinthios scripsit: dicēs. Si quidē sunt: qui dicuntur dij: siue in celo: siue in terra: & addit: & sicut sunt dij multi: & domini multi. Nobis tamen vnus deus pater: ex quo omnia & nos per ipsum. Sed in multis alijs inuenies scripture locis Deos nominari: sicut & alibi dicit. Quoniam deus summus: terribilis: & rex magnus super omnes deos: & deus deorum dominus locutus est: & in medio autē deos discernit. De dominis idem Apostolus dicit. Siue throni: siue dominationes: siue potestates. Omnia per ipsum: & in ipso creata sunt. Dominationes autem nihil aliud sunt: quā ordo quidam: & multitudo dominorum. In quo (vt mihi videt) sensum legis

lucidiorem

lucidiorem fecit Apostolus Paulus. Tale est enim: quod dicit. Licet sint multi domini: qui alijs gentibus dominētur: ⁊ dij multi: qui ab alijs colātur: sed nobis vnus deus: ⁊ vnus dominus. Quid autē cause sit in dijs multis: vel dominis multis: si intente: ⁊ patiēter auditis: ipsa nos scriptura poterit edocere. Ait enī idē Moyses in Deuteronomij cantico. Cum diuideret (inquit) excelsus gētes: ⁊ dispergeret filios Ade: statuit terminos gentium sm numerum angelorum dei. Et facta est portio domini populus eius: funiculus hereditatis eius israel. Angelos igitur: quibus regēdas gētes cōmisit excelsus: vel deos appellari: vel dominos constat. Deos quasi a deo datos: ⁊ dominos: quasi a domino sortiti sint potestatē. Unde ⁊ dominus dicebat ad angelos: qui non seruauerunt suum principatū. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi omnes. Uos aūt vt homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis: imitātes scilicet diabolū: qui princeps eius factus est ad ruinam. Unde constat q̄ execrabiles illos fecit preuaricatio: nō natura. Tibi ergo o populus israel: qui pars dei es: q funiculus hereditatis eius effectus es: non erūt tibi (inqt) alij dij: pter me. Quia vere deus vnus ē de⁹: ⁊ vere dn̄s vnus est dn̄s. Ceteris vero: qui ab ipso creati sunt: cōtulit nomē istud: non natura: sed gratia. Uerum ne existimes hec tātum ad illum dici israel: qui sm carnem natus est: multomagis hec ad te dicuntur: qui israel effectus es: mente deuz videndo: ⁊ circūcisus es corde: non carne. Nam ⁊ si in carne gētes sumus: in spiritu israel sumus: pter euz: qui dixit. Pete a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditatē tuam: ⁊ possessionē tuā terminos terre: ⁊ propter eū: q iterū dixit: pater oīa mea tua sunt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ glorificatus suz in his: si tamē ita agas: vt dignus sis pars eē dei: ⁊ in funiculo hereditatis eius metiri. Alioquin si idigne agas: exemplo sunt tibi illi: qui ad hoc vocati fuerant: vt essent pars dei: ⁊ peccatis suis hoc meruerūt: vt dispergerētur per oēs gētes. Et qui prius educti fuerant de domo seruitutis: nūc rursum: (quia qui peccat seruus est peccati) non iam egyptijs solis: sed oībus gentibus seruiūt. Ergo dicit ⁊ tibi: qui per Jesuz Christū existi de Egypto: ⁊ de domo seruitutis eductus es: non erūt tibi dij alij: preter me. Post hec videamus quid etiam sm videtur continere mandatum. Non facies tibi ipsi idoluz: neq3 omnem similitudinē eoꝝ: que sunt in celo: vel que in terra: vel que in aquis: ⁊ que subtus terraz. Longe aliud sunt idola: ⁊ aliud dij: sicut ipse nos nihilominus Apostolus docet.

Nam de dijs dixit: sicut sunt dij multi: ⁊ domini multi. De idolis aūt dicit: quia nihil est idolū in mūdo. Unde mihi videt̄ nō trāsitorie hec legisse que lex dixit. Uidit enim differentiam deorum: ⁊ idoloꝝ: ⁊ rursum differentias idolorum: ⁊ similitudinum. Nam qui de idolis dixit quia nō sunt: nō addidit q: ⁊ similitudines non sunt. Hic autez dicit: non facies tibi ipsi idolum: neq3 similitudinē oīum. Aliud est ergo facere idolū: aliud similitudinē. Et si quidem dn̄s nos ad ea: que dicēda sunt: illuminare dignet̄. Ego sic arbitror accipiēdum: quod (verbi causa) si quis in quolib3 metallo auri: vel argēti: vel ligni: vł lapidis faciat speciē quadrupedis alicui⁹: vel serpētis: vel auis ⁊ statuat illā adorādam: nō idolum: sed similitudinem fecit. Uel etiam si picturam ad hoc ipsuz statuat: nihilominus similitudinē fecisse dicēdus est. Jdolū vero facit ille: qui sm Apostolum dicentem: quia idolum nihil est: facit quod non est. Quid est autem q̄ non est? Species: quam non vidit oculus: sed ipse sibi animus fingit. Uerbi gratia. Ut si qs humanis mēbris caput canis: aut arietis formet: vł rursum in vno hois habitu duas facies fingat: aut humano pectori postremas partes eq: aut piscis adiungat: hec ⁊ ijs similia qui facit: nō similitudinē: sed idolū facit. Facit enim q̄ nō est: nec habet aliquem similē sui: ⁊ iccirco hec sciens Apostolus: dicit. q: idolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus extantibus adsumitur species: s3 quod ipsa sibi ociosa mens: ⁊ curiosa repererit. Similitudo vero est: cum aliquid ex his: que sunt vel in celo: vel in terra: vel in aquis formatur: sicut superius diximus. Uerūtamen non sicut de ijs: qui in terra sunt: vel in mari similitudinibus: in promptu est pronūtiare: ita etiā de celestibus: nisi si quis dicat de Sole ⁊ Luna: ⁊ stellis hoc posse sentiri. Et horum nāq3 formas exprimere gētilitas solet. Sed quia Moyses eruditus erat in omni sapiētia egyptiorum: etia3 ea q̄ apud illos erant: in occultis: ⁊ recōditis phibere cupiebat: sicut (v̄bi causa) vt nos quoq3 appellationibus vtamur ipsoꝝ Ecaten: quā dicūt: aliasq3 demonū formas: que Apostolus spiritalia neqtie in celestibus vocat. De ipsis fortassis ⁊ pphēta dicit. Quia inebriatus est gladius meus in celo: his enim formis: ⁊ similitudinibus inuocare demonia moris est ijs: quibus talia cure sunt: vel ad repellenda: vel etiā ad vitanda mala: que nunc sermo dei vniuersa cōplectens simul abiurat: ⁊ abijcit: ⁊ non solum idolum fieri vetat: sed ⁊ similitudinem omnium: que in terra sunt: ⁊ in aquis: ⁊ in ce-

lo. Addit autē ⁊ dicit. Non adorabis ea: neqꝫ
coles ea: aliud est colere: aliud adorare. Po-
test quis interduꝫ ⁊ in vitijs adorare: sicut nō-
nulli regibus adulantes: cum eos ad huiusce-
modi studia deditos viderint: adorare se simu
lant idola: cum in corde ipsorum certuꝫ sit: qꝛ
nihil est idolum. Colere vero est: toto his affe-
ctū: ⁊ studio mancipari. Utrum ergo resecat
sermo diuinus: vt neqꝫ affectu colas: neqꝫ spe
cie adores. Sciēdum tamen est: quod cum de-
creueris precepti eius seruare mandatuꝫ: ⁊ om
nes ceteros deos: ⁊ dominos repudiare: ⁊ pro-
pter vnum deum: ⁊ dominum neminē habe-
re: vel deum: vel dominum: hoc est belluꝫ sine
federe denunciasse omnibus ceteris. Cum er-
go venimus ad gratiā baptismi: vniuersis ali-
is dijs ⁊ dominis renunciantes: solum confite-
mur deum patrem: ⁊ filium: ⁊ spiritū sanctuꝫ.
Sed hoc confitētes: nisi toto corde diligamus
dominum deum nostrum: ⁊ tota anima: ⁊ to-
ta virtute adhereamus: ipsi non sumus effecti
pars domini. Sed velut in cōfinio quodā posi
ti: ⁊ illos offensos patimur: quos refugimꝰ: ⁊
dominuꝫ: ad quē confugimus propitium non
efficimus: quē non ex toto: ⁊ integro corde dili
gimus: ⁊ ideo luget nos propheta: quos: videt
huiuscemodi inconstantia fluctuare: ⁊ dicit.
Ue duplices corde: ⁊ animo. Et iteruꝫ. Usqꝫ-
quo claudicatis vtrisqꝫ genibus vestris? Sed
⁊ Apostolus Jacobus dicit. Uir duplex aīo:
inconstās est in omnibus vijs suis. Sumus er-
go nos: qui non integra: nec pfecta fide sequi-
mur deum nostrum: ⁊ ab alienis recessimus di
is: velut in medio quodam cōfinio positi: ⁊ ab
alienis quasi fugaces cedimur: ⁊ a nostro do-
mino tanquam instabiles: ⁊ dubij non defendi
mur: aut non hoc est: quod ⁊ prophete spirita-
liter imaginantur de amatoribus Hierusalē:
cum dicunt: qꝛ amatores tui ipsi inimici facti
sunt tibi? Ita ergo intellege ⁊ anime tue mul-
tos fuisse amatores: qui delectati sunt decore
eius: cū quibus meretricata est. De qbus ⁊ di
cebat. Post amatores meos ibo: qui dāt mihi
vinum meum: ⁊ oleū meū: ⁊ cetera. Sed venit
iam illud tempus: vt diceret. Reuertar ad vi-
rum meum priorē: qꝛ melius mihi erat tunc:
quam modo. Regressa es ergo ad virum tuū
priorē: offendisti sine dubio amatores tuos: cū
quibus adulteria cōmittebas. Nisi ergo nunc
tota fide permaneas cum viro tuo: toto etiam
ore glutineris: ex multis sceleribus: que com-
misisti suspecta es ei: omnis motus tuus: ⁊ as-
pectus tuus: ipse etiam incessus si fuerit negle-
gentior: displicebit. Nihil vltra in te lasciuuꝫ
videre: nihil dissolutū: ⁊ prodigum potest. At
vbi paruꝫ quidē a viro tuo diuerteris oculos:
statim necesse est memoriā fieri priorum: vt er-
go priora deleas: ⁊ fides tibi possit haberi in re
liquis: non modo agenduꝫ tibi nihil est: impu-
dicum: sed ne cogitandum quideꝫ. Uide enim
quod scriptum est. Cū (inquit) immūdus spi-
ritus exierit ab homine: vadit per loca arida:
querit requiem: ⁊ nō inuenit. Tunc dicit. Re-
uertar in domum meaꝫ vnde exiui: ⁊ si veniēs
inuenerit eam vacantē: mundatam ⁊ ornatā:
vadit: ⁊ adducit secum alios septē spiritus ne-
quiores se: ⁊ intrās in domuꝫ illam habitat in
ea. Et erunt nouissima hominis illius: peiora
prioribus. Hec si aduertamus: quomodo pos-
sumus vel in paruo neglegentie locum dare?
Habitauit enim in nobis immundus spiritus
antequam crederemus: anteq̄ veniremus ad
Christum: cum adhuc (vt superius dixi) for-
nicaretur anima nostra a Deo: ⁊ esset cū ama-
toribus suis demonibus. Sꝫ posteaq̄ dixit: re
uertar ad virum meū priorē: ⁊ venit ad Chri-
stum: qui eam ex initio ad imaginē suam crea-
uit: necessario locū dedit adulter spiritus: vbi
vidit legitimum virum. Suscepti ergo sumus
a Christo: ⁊ mundata est domus nostra a pec-
catis prioribus: ⁊ ornata est ornamentis sacra
mentorum fidelium: que norunt: qui initiati
sunt. Sed non statim domus hec habitatoreꝫ
habere Christum meretur: nisi sit vita eius: ⁊
conuersatio ita sancta: ita pura: ⁊ incōtamina
bilis: vt templuꝫ Dei esse mereatur. Non.n.
domus adhuc: sed templum esse debet: in quo
habitet deus. Si ergo acceptam gratiam ne-
glegat: ⁊ implicet se negocijs secularibus: cō-
tinuo spiritus ille immundus redit: ⁊ vendicat
sibi domum vacantem. Et ne iterum possit ex-
pelli: alios secum septem spiritus adhibet ne-
quiores: ⁊ fiunt nouissima huiusmodi homi-
nis peiora prioribus. Quia tolerabilius fuerat
non redijsse ad virum priorem animam semel
meretricantem: quam regressam post confes-
sionem viri: rursum adulteraꝫ fieri. Nulla er-
go societas: sicut dicit Apostolus: templo dei
cum idolis: nulla consonantia Christo: ⁊ Be
lial. Si Dei sumus: tales esse debemus: vt cō-
pleatur illud: quod dicit de nobis Deus. Qꝛ
habitabo in eis: ⁊ inambulabo: ⁊ ipsi erunt mi
hi in populum. Et sicut alio loco propheta di-
cit. Exite de medio eorum: ⁊ separamini dicit
dominus: qui portatis vasa domini. Exite: ⁊
immundum nolite contingere: ⁊ ego recipiam
vos: ⁊ ero vobis in patrem: ⁊ vos eritis mi-
hi in filios: ⁊ filias dicit dominus omnipo-
tens. Propterea ergo dicit non erunt tibi
dij alij preter me: nec facies tibi: ipsi idolum:
neqꝫ

neq3 similitudinẽ vllā3 quecunq3 in celo sunt: ꝛ quecunq3 in terra: ꝛ que in aquis: non adorabis eos: neq3 coles eos. Ego enim sum dominus deus tuus: deus zelans. Uide benignitatem dei: quomodo vt nos doceat: ꝛ pfectos faciat: ipse fragilitatem humanoru3 non recusat affectuum. Quis enim audiens deum zelātem non continuo miretur: ꝛ humane fragilitatis vitiū putet? S3 omnia propter nos agit: ꝛ patitur deus: ꝛ vt possimus edoceri notis ꝛ vsitatis affectibus: nobis loqtur. Uideamus ergo quid est hoc quod dicit: quia deus zelās ego sum. Sed vt contemplari facilius possint diuina: de humanis: ꝯm ea que superius disseruimus doceamur exemplis. Omnis mulier aut sub viro est: ꝛ subiecta legibus viri: aut meretrix est: ꝛ vtitur libertate peccandi. Qui ergo ingreditur ad meretricem: scit se ad eam ingressum esse mulierem que prostituta est: ꝛ cunctis volētibus patet: ꝛ ideo indignari non potest: si cum ea: ꝛ iam alios videat amatores. Qui vero legitimo vtitur matrimonio nō patitur in vxore potestatem peccandi: sed accenditur zelo ad castitatem matrimonij conseruādam: quo possit ex ea fieri legitimus pater.

Hoc ergo exemplo intellegamus omnem animam: aut prostitutam esse demonibus: ꝛ habere plurimos amatores: ita vt intret ad eam modo quidem spiritus fornicationis. Illo discedente intret spiritus auaritie. Post hūc veniat superbie spiritus: inde ire: inde inuidie: post etiam vane glorie: alijq3 cum eis plurimi spiritus immundi. Isti autem omnes ita cum infideli anima meretricātur: vt alter alteri nō inuideat: nec zelotypia moueantur: adinuicem. Et quid dico ꝙ alter alterum non excludat? immo ꝛ inuitant seinuicem: ꝛ sponte se conuocant: sicut pauloante ia3 diximus: quod in euāgelio scriptu3 est de illo spiritu qui exijt ab homine: ꝛ regressus adduxit secum septem alios nequiores se spiritus: vt in vna anima simul habitarent. Sic ergo nullā3 zelotypiam amatorum suoru3 patitur anima: que demonibus prostituta est. Si vero legitimo coniuncta sit viro: illi viro cuius matrimonio Paulus animas coniungit ꝛ sociat: sicut ꝛ ipse dicit: statui enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: ꝛ de quo in euangelijs scriptum est: quia rex quidem fecit nuptias filio suo: in huius ergo viri nuptias: cum se anima dederit ꝛ legitimo cum eo sortita fuerit matrimonio: etiam si fuit aliquando peccatrix: etiam si meretricata est: tamen si se huic viro tradidit: vltra ea3 peccare non patitur. Non potest ferre vt rursum anima que se sortita est viru3 alludat cum adulteris: quia excitatur super ea3 zelus eius viri: ꝛ defendit coniugij castitatem. Et ideo zelans dicitur dominus: q2 animam sibi mancipatam non patitur demonibus admisceri. Alioquin si eam viderit temerantem iura coniugij: ꝛ occasionem querere ad peccādum: tunc vt scriptum est: dat ei libellum repudij: ꝛ dimittit eam dicens. Ubi est libellus repudij matris vestre quo dimisi eā? Quibus etiam addit ꝛ dicit. Ecce peccatis vestris venūdati estis: ꝛ propter iniquitates vestras dimisi matrem vestram: hec qui loquitur zelans est: zelo cōmotus hec dicit: post agnitionem enim sui: post illuminatione3 verbi diuini: post gratiam baptismi: post confessionem fidei: ꝛ tot tātisq3 sacramentis matrimonium confirmatū: non vult nos vltra peccare. Non patitur animam cuius ipse vel sponsus vel vir appellatur cum demonibus ludere: scortari cum immundis spiritibus: cum vitijs: ꝛ immunditijs volutari. Quod ꝛ si forte aliquando eueniat infeliciter: saltem vt conuertatur: ꝛ redeat: ꝛ peniteat miseratus expectat. Nouum enim hoc bonitatis eius est genus: vt etiam post adulteriū reuertentem: tamen ex toto corde penitentem suscipiat animam. Sicut ꝛ ipse per propheta3 dicit. Nunquid mulier si exierit a viro: ꝛ dormierit cum alio viro: reuertetur ad viru3 suū? Nonne contaminatione cōtaminabitur? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: ꝛ reuertebaris ad me. Item alibi dicit. Et postea quam fornicata es in omnibus his: dixi reuertere ad me: ꝛ nec si reuersa es dicit dominus. Hic ergo deus zelans si requirit ꝛ desyderat animam tuam adherere sibi: si te seruat a peccato: si corripit: si castigat: si indignatur: si irascitur: ꝛ velut zelotypia quadam erga te vtitur: spem tibi esse salutis agnosce. Si vero castigatus non resipiscis: correctus non emendaris: verberatus contemnis: scito quod si eousq3 peccando profeceris: discedit a te zelus eius: ꝛ dicetur tibi illud quod per Ezechielem prophetam ad Hierusalem dicitur. Propterea discedet zelus meus a te: ꝛ non irascar vltra super te. Uide misericordiam ꝛ pietatē boni dei: quādo vult misereri: indignari se dicit: ꝛ irasci: sicut per Hieremiam dicit. Dolore ꝛ flagello castigaberis Hierusale3: vt ne abscedat anima mea abs te. Hec si intellegis: miserantis Dei vxor es: vbi irascitur ꝛ zelatur: vbi adhibet dolores ꝛ verbera. Flagellat eni3 omnem filiu3 quem recipit. Uis aute3 audire indignantis Dei terribilem voce3? Audi quod dicit per prophetam. Cum enumerasset multa nefanda que commiserat populus: addit

etiam hec. Et propter hoc (inquit) non visitabo super filias vestras: cum fornicantur: neq3 super nurus vestras cum mechantur. Hoc est terribile: hoc extremum: cum iam non corripimur pro peccatis: cum iam nō corrigimur delinquentes. Tunc enim cum excesserimus peccandi modum: Deus zelans auertit a nobis zelum suum: sicut superius dixit. Auferetur enim zelus meus a te: ꝛ non irascar super te vltra. Hec de eo: quod dictum est deus zelans. Videamus nunc ꝛ quod sequitur: quomodo reddi dicuntur peccata patrum in filios: in tertiam ꝛ quartam progeniem. In hoc enim sermone solent nos heretici sugillare quod nō sit boni Dei sermo: qui pro peccatis alterius aliū plecti dicat. Sed ꝫm ipsorum rationem: qui dum legis mandatum: licet non bonum: iustū tamen dicunt: ne ipsi quidem possunt ostendere quomodo ꝫm sensum suum iustitie sue conuenire videatur: si alius alio peccante puniatur. Superest igitur vt dominum deprecemur ꝛ ostendat nobis quomodo precepta hec iusto: bonoq3 conueniant Deo. Sepe iam diximus quod scripture diuine non omnia ad exteriorē hominem: sed per plura ad interiorem loquuntur. Interior igitur homo noster: aut Deum dicitur habere patrem: si ꝫm Deum viuit: ꝛ que Dei sunt agit: aut diabolum si in peccatis sit: ꝛ voluntates illius gerit. Sicut euidenter in euangelijs Saluator ostendit: cum dicit. Vos de patre diabolo estis: ꝛ desyderia patris vestri facere vultis. Ille homicida fuit ab initio: ꝛ in veritate non stetit. Sicut ergo semē Dei in nobis dicitur manere: cum verbū Dei seruantes in nobis non peccamus (vt Joannes dicit) qui autem ex deo est: non peccat: q2 semen dei manet in eo: ita etiam cum a diabolo ad peccandum suademur: semen eius efficimur. Cum vero etiam opere implemus quod suaserit: tunc iam ꝛ genuit nos. Nascimur. n. ei filij per peccatum. Verum quoniam peccantes vix fere accidit: vt sine adiutore peccemus: sed aut ministros peccati: aut adiutores semper requirimus. Verbi causa. Si adulterium quis molitur: non potest hoc solus admittere. Sed necesse est etiam adulteram consortē fieri: sociamq3 peccati. Tunc preterea ꝛ si nō plures: esse tamen necesse est aliquem: vel aliquā in ministerijs ad societatē peccati: qui omnes velut vnus ex altero ꝫm persuasionis ordinem generati: ex patre diabolo noxie natiuitatis progeniem ducunt. Et vt ad ea: que scripta sunt veniamus: dominus Maiestatis Jesus Christus saluator noster crucifixus est: huius piaculi autor: ꝛ pater sceleris: sine dubio diabolus est: sic enim scriptum est. Cum autē introijsset diabolus in corde Jude scariothis: vt traderet eum. Pater ergo peccati diabolus est. Iste in hoc scelere primum filium generat Judam: sed solus hoc Judas implere non poterat. Quid ergo scriptum est? Abijt (inquit) Judas ad scribas: ꝛ phariseos: ꝛ ad pōtifices: dicens eis. Quid mihi datis: ꝛ ego eum vobis tradā? Nascitur ergo ex Juda generatio tertia: ꝛ quarta peccati. Et hunc ordinem deprehendere poteris etiam in singulis qbusq3 peccatis. Nunc ergo videamus ꝫm hanc: quam diximus progeniem: quomodo Deus peccata patrum reddat in filios: in tertiam ꝛ quartam progeniem: ꝛ in ipsos non reddat patres. Nihil enī de patribus dixit. Diabolus ergo: qui peccandi iam modum excessit: sicut propheta dicit. Quemadmodū vestimentū in sanguine concretum non erit mundum: ita ꝛ ipse non erit mundus in hoc seculo: neq3 corripitur pro peccato: neq3 flagellatur. Omnia nāq3 ei seruata sunt in futurum. Unde ꝛ ipse sciens sibi illud statutū tempus esse penarū: dicebat ad saluatorē. Quid venisti ante tempus torquere nos? Dum ergo stat hic mūdus peccata sub non recipit diabolus: qui est peccātium pater. Redduntur autē in filios: idest in eos: quos genuit per peccatum. Etenim homines in carne positi: corripiūtur a domino: verberantur: flagellantur. Non enim vult dominus mortem peccatoris: sed vt reuertatur: ꝛ viuat. Et propterea: benignus: ꝛ misericors dominus reddit peccata patrum in filios. Et quoniā patres: idest diabolus: ꝛ angeli eius: ceteriq3 principes mundi: ac rectores tenebrarum harum: ꝛ ipsi enim efficiuntur patres peccati: sicut ꝛ diabolus. Quoniam inquam patres isti indigni sunt: qui in presenti seculo corripiantur: sed in futuro recipient que merentur. Filij eorum: idest quos peccare persuaserint: ꝛ qui nihilominus per ipsos adsciti fuerint ad consortium: societatemq3 peccati. Hic recipiunt que gesserunt: vt purgatiores ad futurum seculum pergant: ꝛ vltra diabolo socij non efficiantur in pena. Quia ergo misericors est dominus: ꝛ omnes homines vult saluos fieri: propterea dicit. Visitabo in virga facinora eorum: ꝛ in flagellis peccata eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eis. Visitat ergo dominus animas: ꝛ requirit: quas iste pessimus persuasione peccati genuerit pater ꝛ dicit ad vnāquāq3 earum: Audi filia: ꝛ vide: ꝛ inclina aurē tuam: ꝛ obliuiscere populū tuum: ꝛ domum patris tui. Visitat ergo te post peccatum: ꝛ commonet

47

te: et in flagello: et virga te visitat pro peccatis que tibi pater diabolus suggessit: vt reddat tibi illud in sinum: idest dum in corpore degis. Et sic cõpletur reddit peccata patrum in sinus filiorum: in tertiam: et quartã progeniẽ. Deus enim zelans est: et animam: quam sibi despondit in fide: non vult illam permanere in contaminatione peccati: sed vult eam cito purgari: vult eam velociter abijcere omnes immũditias suas: sicui forte subreptum est. Si vero pmanet in peccatis: et dicit. Non audiemus vocem domini: sed faciẽtes faciemus volũtates nostras: et incendemus ignem regine celi: sicut exprobratur per prophetam. Tunc seruantur etiam ipsi ad illam sapientie sentẽtiam: que dicit. Quoniam quidem vocabam: et non obaudiebatis: sed irridebatis sermones meos. Itaque et ego vestre perditioni superridebo. Vel illam: que posita est illis in euangelio: dicente domino. Discedite a me in ignem eternum: quem preparauit deus diabolo: et angelis eius. Ego opto: vt dum in hoc seculo sum: visitet dominus peccata mea: et hic mihi restituat: vt ibi dicat etiam de me Abraham: sicut dixit de paupere Lazaro ad diuitem. Memẽto fili: quod recepisti bona in vita tua: et Lazarus similiter mala. Nunc autem hic requiescit: tu vero cruciaris. Propterea ergo cum corripimur: cum castigamur a domino: esse non debemus ingrati sed intellegamus propterea nos in presenti seculo corripi: vt in futuro requiẽ cõsequamur: sicut et Apostolus dicit. Cum autem castigamur a domino corripimur: ne cum hoc mundo damnemur. Propterea denique et beatus Iob libenter suscipiebat cuncta supplicia: et dicebat. Quia si bona accepimus de manu dñi: nõne et mala tolerabimus? Dñs dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit ita factũ est: sit nomẽ dñi benedictum. Reddit autem et misericordiam in millia ijs: qui diligunt eum. Qui enim diligit: correptione nõ indigẽt: neque enim peccãt: sicut et dominus dicit. Qui diligit me: mãdata mea custodit: et ideo perfecta dilectio foras mittit timorem. Ob hoc ergo diligentibus sola misericordia posita est. Beati enim misericordes: quia ipsis miserebitur deus in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De tabernaculo. Homilia. IX.

Siquis digne intellegat: vel ex Egypto hebreorum profectionem: vel transitum maris rubri: sed et omnem hanc viam: que agitur per desertũ: et metationes singulas quasque castrorũ: si horum ita extiterit capax: vt etiam legem dei suscipiat scriptam: non atramento: sed spiritu dei viui. Siquis inquam ad hec ita per ordinem perfecte veniat: vt singula queque implẽs in spiritu adsecutus sit: et ea: que in his indicantur augmenta virtutum: ille poterit cõsequenter etiam ad visionem: et intellegentiam tabernaculi peruenire. De quo tabernaculo multis quidem in locis memorant scripture diuine: et indicare quedam videntur: quorum vix capax esse possit humanus auditus. Precipue tamen Apostolus Paulus de intellegẽtia tabernaculi quedam nobis prodit scientie excelsioris indicia. Sed nescio quo pacto fragilitatem fortassis intuens auditorum: claudit quodammodo ipsa que pandit. Dicit namque ad Hebreos scribens. Tabernaculum enim factum est primum: in quo erat candelabrum: et propositio panum: quod dicebatur sancta sanctorum. Post: Secundum autem velamen: tabernaculum quod dicitur sanctum: habens aureum altare incensi: et arcam testamenti: et intra eam duas tabulas: et manna: et virgam Aaron: que fronduerat. Sed ijs addidit: de quibus non est modo dicendum per singula. Quod ergo ait: de quibus non est modo dicendum: quidam ad illud tempus referunt: quo Hebreis scribebat epistolam. Alijs vero videtur: quod pro mysteriorum magnitudine omne tempus presentis vite ad hec explananda idoneum neget. Uerum non vsquequaque tristes nos relinquit Apostolus: sed vt sibi moris est: aperit pauca de multis: vt clausum sit quidem neglegentibus: inueniatur autem a pulsantibus: et credẽtibus aperiatur. Repetit ergo rursum de tabernaculo: et dicit. Non enim in sancta manu facta ingressus est Iesus exemplaria verorum: sed in ipsum celum: vt appareat nunc vultui dei: per velamen: idest per carnem suam. Qui ergo velamen interioris tabernaculi: carnem Christi interpretatus est: sancta autem: ipsum celum: vel celos. Dominum vero Christum pontificem: cumque dicit introijsse semel in sancta: eterna redemptione inuenta. Ex his paucis sermonibus: siquis intellegere nouit Pauli sensum: potest aduertere quãtum nobis intellegentie pelagus patefecerit. Sed qui satis amant litteram legis Moysi: spiritum vero eius effugiunt: suspectũ habent Apostolum Paulũ interpretationes huiusmodi preferentem. Uideamus ergo si non etiã veterum sanctorum aliqui opinionem tabernaculi: longe aliam: quam isti nunc existimant: habuere. Dauit namque eximius prophetarũ: quam magnifice de tabernaculo sentit: auscul-

ta. Dum dicit (inquit) mihi per singulos di es: vbi est deus tuus? hec memoratus sum: et effudi in me animam meam: quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis: vsque ad domum dei. Et iterum quartodecimo psalmo dicit. Domine quis habitabit i tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam: et cetera. Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis: ex quo peruenitur vsque ad domum dei? cuius quia memor factus est. Effusa est in ipso anima eius: et velut quodam intolerabili desyderio resolutus est. Ita ne tandem credendum est: quia istud tabernaculum: quod ex pellibus: et cortinis: atque opercimentis ciliciis: aliisque nostri vsus materiis constabat. propheta desyderans effunderetur alo: ac tota mente corrueret? Vel certe quomodo verum erit de isto dici tabernaculo quod non habitet in eo: nisi innocens manibus: et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam: cum Regnorum prodat historia habitasse in tabernaculo dei sacerdotes pessimos filios pestilentie: et ipsam quoque arcam testamenti ab Allophylis captam: apud impios: et profanos fuisse detentam. Ex quibus omnibus constat longe alio sensu Prophetam sentire de tabernaculo hoc: in quo dicit quod non habitet: nisi innocens manibus: et mundo corde: et qui non accepit in vano animam suam: nec fecit proximo suo malum: et obprobrium non accepit aduersus proximum suum. Talem ergo oportet esse huius habitatorem tabernaculi: quod finxit Dominus: et non homo. Sed veniamus etiam ad euangelia: si quid in ipsis dici de tabernaculis inuenimus: vt per sententiam domini indubitatum possit esse: quod querimus. Inuenimus ergo ipsum saluatorem Jesum Christum tabernaculum: non vnum: sed plura memorantem: et non temporalia: sed eterna: cum dicit. Facite vobis amicos de iniquo Mamona: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Audisti pronunciantem dominum eterna esse tabernacula: audi nunc et Apostolum dicentem Tabernaculum nostrum: quod de celo est: superinduí cupientes. Pondus tibi ex his omnibus iter aperitur: quod derelicta terra sequens propheticum: et apostolicum sensum: et (quod omnium maius est) sequens verbum Christi tota mente: et toto sensu ascendas in celum: atque ibi eterni tabernaculi magnificentiam queras: cuius figura per Moysen adumbratur in terris? Denique sic ad eum etiam dominus dicit. Vide (inquit) omnia facito secundum figuram: que tibi ostensa est in monte. Verum humana mens: et nostra: precipue qui nos minimos: aut etiam nullos in diuina sapientia nouimus: eousque fortassis possit accedere: vt sentiat quidem hec: que diuinis voluminibus inferuntur: non de terrenis: sed de celestibus dici: et formas esse non presentium: sed futurorum bonorum: non corporalium: sed spiritalium rerum. Quomodo autem horum narratio aptari possit celestibus et eternis: nec nostre mensure est dicere: nec vestre (vt opinor) capacitatis audire. Pauca tamen si nos: orantibus vobis: dominus illuminare dignetur: que ad ecclesie edificationem pertineant: aperire tentabimus. Jubetur ergo vniuersus populus: vnusquisque pro viribus conferens facere tabernaculum: vt quodammodo omnes simul vnum sint tabernaculum. Conlatio vero ipsa non fit necessitate: sed sponte. Ait enim Dominus ad Moysen: vt vnusquisque sicut visum fuerit cordi eius: aurum: argentum: lapides preciosos: es. Tum preterea byssum: coccum: iacynthum: et purpuram: pelles etiam arietum rubras: et pelles iacynthinas sed et ligna imputribilia: pilos quoque caprarum: ad constructionem tabernaculi offerat. Mulieres quoque sapientes in arte textrina requiruntur: et fabri: qui aurum: vel argentum: vel es: lapides etiam aptare nouerint: aurum: et ligna formare. Tum deinde mensure traduntur atriorum. Que atria extenta tentoriis: colunnis erecta: feris stabilita: et funibus distenta firmantur. Fiunt preterea quedam velaminibus distincta: que appellantur sancta: et alia nihilominus secundo direpta velamine: que dicuntur sancta sanctorum. Collocatur intrinsecus arca testamenti: supra quam Cherubim extensis alis: seque inuicem contingentibus statuuntur: ibique ex auro: velut bases eis quedam collocatur: ac sedes: quod appellatur propitiatorium: sed et altare aureum incensi. Tum preterea in exteriori loco candelabrum ponitur aureum in parte austri: vt respiciat ad aquilonem. In parte vero aquilonis mensa collocatur: et propositio panum super eam: necnon et altare holocaustorum iuxta velamen interius ponitur. Sed quid ego de his reuoluo per singula? Vix ad hec tantum enarranda sufficimus: vix nobis ipsa rerum materialium forma adduci ante oculos potest. Et quomodo que latentia in his mysteria expedire sufficiet? Verumtamen causa pro qua fieri deberet tabernaculum: in superioribus inuenitur predicta: dicente domino ad Moysen. Facietis (inquit) mihi sanctificationem: et inde videbor vobis. Vult ergo deus: vt faciamus ei sanctificationem. Promittit enim: quia si fecerimus ei sanctificationem: possit nobis videri. Vnde et Apostolus ad Hebreos

breos dicit. Pacem sequimini ꝛ sanctificationem sine qua nemo videbit Deum. Hec ergo est sanctificatio quā iubet dominus fieri quaꝫ ꝛ Apostolus in virginibus esse vult vt sint sancte corpore ꝛ spiritu. Sciēs sine dubio quod q fecerit domino sanctificationem per cordis sui ꝛ corporis puritatem ipse videbit Deum. Faciamus ergo ꝛ nos sanctificationem domino ꝛ omnes vnam: ꝛ vnusquisqꝫ per singulos vnā: vt omnes sanctificationem ecclesiaꝫ faciamus que est sancta non habens maculaꝫ aut rugā. Hoc modo: si columnas habeat doctores: ꝛ ministros suos: de quibus dicit Apostolus. Petrus Jacobus: ꝛ Joannes: qui videbantur colūne esse dextras dederunt mihi ꝛ Barnabe societatis. In tabernaculo ergo hoc columne seris interiectis iunguntur: in ecclesia doctores: datis sibi dextris: sociamur. Sed columne iste inargentate sint: ꝛ bases earum inargentate. Bine autem bases columnis singulis deputentur. Una que caput dicitur ꝛ superponitur: alia que vere basis appellatur: ꝛ columne velut fundamentum subiicitur. Inargentate ergo sunt columne: idcirco: quia q verbum dei predicant: accipient per spiritum eloquia domini: que sunt eloquia casta: argentum igne probatum. Isti auteꝫ predicationis sue bases habent prophetas. Super fundamētum enim Apostolorum: ꝛ prophetaruꝫ collocantur: quorum testimoniis vtentes fidē Christi confirmant. Caput autem columnarum est ille (vt opinor) de quo dicit Apostolus: quia caput viri Christus est. Seras vero columnarum: societatis apostolice datas sibi inuicē dextras supra iam diximus. Tentoria: que ansulis assuta: ꝛ circulis suspensa: atque innexa funibus: admodum cortinaruꝫ viginti ꝛ octo in longum: atque in latum quattuor cubitis distenduntur: habeatur reliqua credentiū plebs que heret ꝛ pendet in funibus fidei. Funis enī triplex non rumpitur: que est trinitatis fides: ex qua pendet: ꝛ per quam sustinetur omnis ecclesia. Uiginti autem ꝛ octo cubitorum: quod in longum distenditur: ꝛ in latum quattuor: atrii vnius mensure: puto ꝙ inserta lex euangeliis designetur. Septenarius namqꝫ numerus legem significare solet: pro multis septimi numeri sacramentis. Si consotiatur ad quattuor. Quater septem consequenter. xxviij. numerum faciunt. Decem vero hec atria fiunt: vt integrum perfectionis numerum teneant: ꝛ legis decalogum signent. Jam vero cocci: ꝛ iacynthi: byssi: ac purpure specie: multa: ac diuersa opera explicant. Inde tentoria: inde velum exterius: ꝛ interius: inde tota sacerdotalis ꝛ pontificalis vestis auro: ꝛ gemmis expeditur adiunctis. Sed ne diutius per singularuꝫ demoremur species virtutum: possumus breuiter dicere illa significari per hec: quibus ornatur ecclesia: fides enim auro conferri potest. Sermo predicationis eius argento: lapidibus pretiosis: es patientie: lignis imputribilibus scientia: que per lignum venit: aut incorruptio castitatis: que nunquam veterescit. Bysso virginita: cocco confessionis gloria purpure charitatis fulgor: iacyntho spes regni celorum. Iste sint interim materie: ex quibus omne tabernaculum construatur. Induantur sacerdotes: ornetur ꝛ pontifex. Quorum indumenta que sint: vel qualia in alio loco pronunciat propheta: ꝛ dicit. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Sunt ergo omnia ista indumenta iustitie. Et iteruꝫ Paulus apostolus dicit. Induite vos viscera misericordie. Sunt ergo indumenta misericordie. Sed ꝛ alia nihilominus idē Apostolus indumēta nobiliora designat: cum dicit. Induite vos dominuꝫ Jesuꝫ Christum: ꝛ carnis curam ne feceritis ad concupiscentias. Ista sunt ergo indumēta: quibus ornatur ecclesia. Potest autem ꝛ vnusquisqꝫ nostrum etiam in semetipso construere tabernaculum deo. Si eniꝫ (vt quidā ante nos quoqꝫ dixerunt) tabernaculum hoc totius mundi tenet figuram: mūdi autem etiam singuli quiqꝫ habere imaginem possunt. Cur non ꝛ tabernaculi vnusquisqꝫ in semetipso formam possit explere? Has ergo debet colūnas sibi aptare virtutum: columnas argenteas: idest patientiam rationabilem. Potest enim esse quidem in homine: que videatur patientia: sed que rationabilis non sit. Nam ꝛ qui non sentit iniuriam: ꝛ propterea non reddit: patiens videtur sed non est rationabilis ista patientia. Iste ergo habet quidem columnas: sed non sunt argentee. Qui vero propter verbum dei patitur ꝛ fortiter fert iste columnis argenteis decoratus est ꝛ munitus. Potest in se ꝛ atria distendere: cum dilatauerit cor suum ſm Apostoli vocem dicentis ad Corinthios. Dilatamini ꝛ vos. Potest se ꝛ seris muuire: cum se vnanimitate dilectionis adstrinxerit. Potest super argenteas bases stare: cum super stabilitatem verbi dei: verbi prophetici ꝛ Apostolici collocatur. Potest habere in columna deauratum caput: si caput aureuꝫ sit ei fides Christi. Omnis namqꝫ viri caput: Christus est. Decem vero atria potest in semetipso distendere: cum nō in vno tantuꝫ verbo legis dilatatur: neqꝫ duobus: aut tribus: sed in toto decalogo legis spiritalis intellegentie dilatare amplitudineꝫ pe

test: aut cum fructum spiritus: gaudium: pacem: patientiam: benignitatem: bonitatez: modestiam: fidem: continentiam: adiecta: que est mater omnium: charitate protulerit: habeat adhuc in se anima ista: que non dederit somnuz oculis suis: nec palpebris suis dormitationem: nec requiem temporibus suis: donec inueniat locum domino: tabernaculum deo Jacob. Habeat inquam in se desiruin ꝛ altare: in quo orationum hostias: ꝛ misericordie victimas offerat deo. In quo continentie cultro superbiam: quasi taurum immolet: iracundiam quasi arietem iuguletur: luxuriam: omnemqz libidinem tanquaz hircos: ꝛ hedos litet. Sciat tamen ex his etiam sacerdotibus separare: dextrum brachium: ꝛ pectusculum: ꝛ maxillas: idest opera bona: ꝛ opera dextra. Naz sinistrũ nihil reseruet. Pectusculum quoqz integruz quod est cor rectum: ꝛ mens deo sacrata: ꝛ maxillas ad verbum Dei loquendum. Sciat sibi in sanctis etiam candelabrum luminis collocandum: vt sint ei lucerne semper ardentes: ꝛ lumbi succincti: ꝛ ipse tanquaz seruus: qui expectat dominum suum redire de nuptijs. De his enim lucernis: ꝛ dominus dicebat. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Sed istud candelabrum in austro collocet: vt ad aquilonem respiciat. Accẽso etenim lumine: idest vigilanti corde respicere semper debet ad aquilonem ꝛ obseruare eum: qui ab aquilone est. Sicut ꝛ propheta videre se dicit succensum lebetẽ: vel ollam: ꝛ faciem eius a facie aquilonis. Ab aqlone enim accenduntur mala vniuerse terre. Vigilans ergo: ꝛ sollicitus: ꝛ ardens intueatur semper astutias diaboli: ꝛ semper aspiciat vnde sit ventura tẽtatio. Unde hostis irruat: vnde inimicus obrepat. Dicit eniz ꝛ Petrus apostolus. Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiẽs: circuit querẽs quẽ trãsuoret. Mensa quoqz propositionis habẽs duodeciz panes in parte collocetur aquilonis: respiciẽs ad austrum. Panes isti: apostolicus taz numero: quam virtute sit sermo: quo indesinẽter vtimur quotidie. Nãqz hos ante dominum iubetur apponere. Rursum respiciat ad austrum: vnde dominus venit. Dominus eniz ex Theman veniet: sicut scriptum est: quod est de austro. Habeat in penetralibus pectoris sui etiã altare incẽsi: vt ipse dicat: quia Christi bonus odor sumus. Habeat ꝛ arca testamẽti: in qua sint tabule legis: vt in lege dei meditetur die: ac nocte: ꝛ memoria eius: arca ꝛ bibliotheca efficiatur librorum dei. Quia ꝛ ꝓpheta beatos dicit eos: qui memoria tenent mandata eius: vt faciant ea. Sit intra ipsum vrna manne reposita: intellectus verbi dei subtilis: ꝛ dulcis. Sit ꝛ virga Aaron intra eum: doctrina sacerdotalis: ꝛ florida seueritas disciplinę. Supra omnem vero gloriam: sit ei pontificalis ornatus. Potest enim intra se agere pontificatum pars illa: que in eo est pretiosior omniuz quod quidam principale cordis appellant: alij rationabilem sensum: aut intellectualẽ substantiã: vel quocunqz modo appellari potest in nobis portio nostri illa: per quam capaces esse possumus dei. Ista ergo pars in nobis: velut quidã pontifex exornetur indumẽtis: ꝛ monilibus ꝓtiosis. Podere byssino. Indumẽti hoc genus est: quod vsqz ad pedes deducitur: totum contegens corpus. In quo designatur: vt primo omniũ totus sit castitate vestitus accipiat post modum ꝛ humerale gẽmatum: in quo fulgor operum collocatur: vt videntes homines opera vestra: magnificent patrem vestrum: qui in celis est. Accipiat ꝛ logium: quod rationale dici potest: pectori superpositum: quaterno lapidum ordine distinctum. Sed ꝛ aurea lamina in fronte resplendeat: quod petalum appellatur: in quibus vtrisqz veritas: ꝛ manifestatio dicitur collocata. Ego ĩ his: que in pectore locari dicuntur: sermonem euangelicum sentio: qui quadruplicato ordine veritatem fidei nobis: ꝛ manifestationẽ trinitatis exponit. Cuncta referẽs ad caput: ad vnius scilicet Dei naturaz. In his est ergo omnis veritas: ꝛ omnis manifestatio veritatis. Igitur si recte vis pontificatum gerere deo: euangelicus sermo: ꝛ trinitatis fides semper tibi habeatur in pectore. Cui conuenit etiã apostolicus sermo tam virtute: quam numero: tantum vt nomẽ dei semper habeatur in capite: ꝛ ad vnũ deum cuncta referantur. Habeat etiã in interioribus pontifex partibus opimenta sua: habeat pudẽda cõtecta: vt corpore: ꝛ spiritu sanctus sit: ꝛ cogitationibus: ꝛ operibus purus sit: habeat etiaz ꝑ indumenti circuitũ tintinabula: vt ingrediens (inquit) sancta: det sonitum: ꝛ non intret cuz silentio. Et hec tintinabula: que semper sonare debent: in extremo vestimenti sunt posita: idcirco credo: vt de extremis tẽporibus: ꝛ fine mundi nunquaz sileas: sed inde semper sones: inde disputes: ꝛ loquaris ꝫm eum: qui dixit. Memor esto nouissimorum tuoruz: ꝛ non peccabis. Ad hunc ergo modum homo noster interior deo pontifex adornetur: vt introire possit non solum in sancta: sed in sancta sanctoꝝ: vt possit adire propitiatorium: vbi sunt Cherubim: ꝛ inde appareat ei Deus. Sancta possunt esse ea: que in presenti seculo habere sancta cõuersatio potest. Sancta vero sanctorũ in

qua semel

qua semel tantūmodo intratur: ad celum esse trāsitum puto: vbi est ꝓpitiatorium: ⁊ Cherubim: vbi ⁊ mundis corde apparere poterit deus. Uel quia dominus dicit. Ecce regnū Dei intra vos est. Hec interim quātum ad presens in transcursu occurrere sensibus nostris potuit: quātūcūq; moderari auribus potuimus auditorū de tabernaculo dicta sint: ⁊ vnusquisq; nostrū studeat facere ītra se tabernaculū deo. Non enim frustra de patribus refertur: q; in tabernaculis habitauerunt. Ego sic intellego Abraham habitasse in tabernaculis ⁊ Isaac: ⁊ Jacob. Cōstruxerūt nāq; isti ītra se tabernaculū deo: qui se tātis: ac talibus virtutū splēdoribus adornauerūt. Refulgebat nāq; in eis insigne regium purpura ꝓpter quod dicebat ad Abrahā a filijs Heth. adeo rex ī nobis tu es. Splendebat ⁊ coccus: ꝓpterea cui ad iugulandum duxit deo vnicum: ⁊ ꝓpterea dextrā illius angelus tenuit. Splēdebat iacynthus: cū celū superintuens: celi dominum sequebatur. Sz ⁊ in ceteris similiter ornabatur. Ego sic intellego ⁊ diem festū tabernaculorum: qui mandatur in lege: vt exeat populus certa die anni: ⁊ in tabernaculis habitet: habēs ramos palmarum: ⁊ frondes salicis: ac populi: ⁊ ramos arboris frōdose. Palma victorie: signū est illius belli: quod inter se caro: ⁊ spiritus gerit. Arbor aūt populus: ⁊ sālix: tam ṽtute: ꝙ nomine virgulta sunt castitatis. Que si ītegre conserues: habere potes ⁊ nemorose: ac frondentis arboris ramos: que est eterna: ⁊ beata vita: cum te dominus in loco viridi collocauerit super aquam refectionis. Per Christum Jesum dominū nostrū: cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De muliere pregnāte: que duobus viris litigantibus abortiuerit. Homilia.X.

Quod si litigabunt duo viri: ⁊ percusserint mulierem pregnantem: ⁊ exierit īfans eius nondum formatus: detrimentū patietur quantum indixerit vir mulieris: ⁊ dabit cum honore. Quod si deformatus fuerit: dabit animā pro anima: oculum pro oculo: dentem pro dente: manum pro manu: pedem pro pede: combusturam pro combustura: vulnus pro vulnere: liuorem pro liuore. Primo omnium in his requirendum esse puto: sub quo legis titulo huiusmodi statuta cēsentur. Nō. n. (vt simplicioribꝫ videtur) cūcta ꝗ statuunt lex dicit: sꝫ q̄dā q̄dē lex: q̄dā testimonia: alia mādata: ⁊ iustitie: quedam iudicia appellantur. Quod euidētius in vnum collectum: octauus decimus edocet psalmus: cum dicit. Lex domini inreprehensibilis: conuertens animas: testimonium domini fidele: sapientiam prestans paruulis. Justitie domini recte: letificantes corda: preceptum domini lucidū: inluminās oculos. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini vera: iustificata in semetipsa. Cū ergo iste diuersitates eorum que in lege statuta sunt: habeant: nunc sermo: qui habetur in manibus sub titulo iustitiarum: vel iustificationum: scriptus est. Sic enim dicit superius: ⁊ he iustitie: quas propones palam eis. Non est autem presentis temporis vniuscuiusque horum exponere differentias: exigimur enim ad explanationem horū: que lecta sunt. Sciendum sane est: quod pars aliqua ex his: de quibus differendum nobis est: in euangelio ꝫm Mattheum posita est: dicente domino hoc modo. Audistis quia dictum est antiquis. Oculum pro oculo: dentē pro dente. Ego autem dico vobis: non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dextrā maxillam: conuerte ei ⁊ alteram. Sed fortassis qui scripturas adtētius legit: dicat ea: que in euangelio scripta memorauimus: non de hoc Exodi adsumpta loco: sed magis Deuteronomij: vbi nihilominus hoc modo quedam scripta referuntur. Quod si steterit (inquit) testis iniquus: testimoniū ferens aduersum hoīē de impietate: statuentur vtriq; homines: quibus est cōtrouersia ante dominū: ⁊ ante sacerdotes: ⁊ ante iudices: qcūq; illi fuerūt in diebus illis: ⁊ discutient iudices diligenter: ⁊ examinabunt. Et si inuenerint: quia testis iniquus testatus est iniuste: ⁊ surrexit aduersum fratrē suum: facietis ei: quēadmodū ipse conatꝰ ē facere fratri suo: ⁊ auferetis malum de medio vestrū: ⁊ ceteri audiētes metum habeant: ⁊ non adijciant vltra facere ꝫm verbum hoc malum inter vos. Non parcet oculus tuus super eum animā pro anima: dentē pro dente: manum pro manu: pedē pro pede. Uidētur quidē in vtroq; loco similia dici: nō tñ euidēter ostēditur ex quo potissimum loco: sermo: qui in euangelio positus est: videaꝫ adsumptus: quem dixit. Quia audistis quod dictum est. Oculum pro oculo: dentem pro dente. Uerūtamen nunc ad ea: que nobis in Exodo scripta sunt: sermo ṽtēdus est: vbi duo viri litigant: ⁊ percutiunt mulierem pregnantem: ⁊ ita percutiunt: vt exeat infans ex ea: vel formatus iam: vel non formatus. Primū q̄dem videamus de eo: quod nondū formatus exierit: quomodo iubetur dāno pecunie percuti vnus ex ijs: qui litigant: cū ab scriptura

culpa litis: non ad vnum: sed ad vtrūq3 referatur. Quid etiam est quod vir mulieris indicit: vel imponit ei: ꝛ non eis? ꝛ dabit: ꝛ non potius dabunt cum honore? Et quis iste est honor. Quod si infans iam formatus exierit: percussa a litigantibus viris pregnante muliere: animam dari pro anima: facile intellegimus: hoc est vt morte vindicetur admissum. Que secuntur autem: operepretium est explicare. Oculū pro oculo: dentem pro dente. Neq3 enim videtur esse possibile: vt infans: quem percussa mulier abortierit: quamuis formatus exierit: intellegamus: quod viri litigantis calce percussus: oculum in ventre pdiverit: pro quo orbari oculo a iudicibus debeat. Sed pone: sit ꝛ hoc: quia iam formatus refertur. Quid ꝛ de dente dicemus? Nunquid in vētre matris dētes habuit: quos pcutiētis ictus excuteret? Si vero hoc referamus ad eam: que abortit: quo modo rursus cōueniet: vt abortiēs mulier oculum perdat: aut dentes doleat? Sed pone: qꝛ percussa dicatur in oculo: aut in dente: ꝛ inde causa abor sus exorta sit: pone liuorē: pone vulnus acceperit. Quid etia3 dicemus cōbusturā pro cōbustura? Nūquid litigātibus viris adsistēs mulier cōburi potuit: vt cōbustura pro cōbustura soluatur? Que tamen singula: videntur mihi ne in Deuteronomij qdem locis: vbi similiter scripta referuntur: facile3 habere exitum posse. Ponamus enim ꝛ ibi exsurrexisse testem iniquū: testimoniū falsum dicente3 aduersum hominē de ipietate. Adhibeat vterq3 iudicio: inquirāt iudices diligēter: deprehendant accusatorem: vel testem illū: falsa dixisse. Quomodo iudex: qui parcere non debet falso testi: ꝛ animam rei pro innocentis anima damnare? Quomodo inq̄ poterit etiam oculū pro oculo eximere? Quasi vero is: qui iniuste accusabatur: in oculo ledendus fuerit ab accusatore: aut in dente: vel manu: vel pede. Hec autē nobis dicta sunt: ostēdere volentibus: quod in vtroq3 loco: que scripta sunt: edisseri non facile queant. Oportebat enim nos prius ƀm historiam discutere que leguntur: ꝛ sic quoniam lex spiritalis est: spiritalē in his intellegentia3 querere. Uerum quantu3 ad presens expectat etia3 ipsa nobis allegorie pars: que semper patere latius solet: in angustum cogitur. Tamen (prout possumus) quid nobis in hoc loco videatur: explanare tentabimus. Frequenter diximus quod in scripturis eisdē vocabulis: eisdemq3 officijs: mēbra anime nominentur: quibus vtūtur: vel appellātur corporis membra. Uerbi causa. Et cū dicitur: vides festuca3 in oculo fratris tui? ꝛ ecce i oculo tuo trabis subiacet. Certum est enim quod non de oculo corporis dicat: in quo trabis iaceat: sed de oculo anime: ꝛ cum dicit: qui habet aures audiendi audiat: ꝛ quam speciosi pedes euangelizantiū pacem: ꝛ multa ijs similia. Hec autem idcirco premisimus: vti ne super membrorum nos vocabulis similitudo conturbet. Sint ergo duo viri isti: qui litigant duo disputantes: ꝛ de dogmatibus: vel questionibus legis secum inuicem conquirentes: ꝛ (vt apostoli sermone dicamus) rixantes circa verboru3 pugnas. Unde ꝛ idem Apostolus sciēs inter fratres huiusmodi lites exurgere: precipit ꝛ dicit. Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est: nisi ad subuersionem audientium. Et alibi. Questiones aute3 legis de vita: sciens quod generāt lites. Seruum autem dei non oportet litigare. Qui ergo isti: qui in questionibus litigant ad subuersionem audientium litigant: idcirco percutiunt mulierem pregnantem: ꝛ eijciunt infantem eius: vel formatum iam: vel nondum formatum. Mulier pregnās dicitur anima: que nuper dei concepit verbum. De tali autem cōceptione legimus in alio loco scriptu3. A timore tuo domine in vtero concepimus: ꝛ peperimus. Qui ergo concipiunt: ꝛ statim pariunt: isti nec mulieres existimāde sunt: sed viri: ꝛ pfecti viri. Deniq3 audi ꝛ prophetam dicente3. Si peperit terra in vna die: ꝛ nata est gens de semel: ista est generatio perfectorum: que statim sub die: vt cōcepta fuerit: nascitur. Uerū ne tibi nouum videatur: quod viros parere diximus. Iādudum premisimus quomodo mēbrorum appellationē suscipere debeas: vt recedas a corporeis sensibus: ꝛ interioris hominis capias intellectum. Si autē vis vt adhuc ꝛ in hoc de scripturis tibi satisfaciā: audi Apostolum dicentē. Filioli mei: quos iterū parturio: donec Christus formetur in vobis. Perfecti ergo sunt: ꝛ viri fortes: q statim vt concipiūt: pariunt: idest qui conceptu3 fidei verbū in opera producūt. Anima aūt: que cōcepit: ꝛ in ventre retinet: ꝛ non parit: ista mulier appellatur: sicut ꝛ ppheta dicit. Dolores partus aduenerunt ei: ꝛ virtus pariēdi non est in ea. Hec ergo anima: que nūc pro infirmitate sui mulier appellatur. Duobus inter se litigātibus viris ꝛ in certamine scandala proferentibus: qđ habere semper verborū cōtētio solet: percutitur: ꝛ scādalizatur: ita vt verbū fidei: quod tenuiter cōceperat: abijciat: ꝛ perdat. Et hec est lis: ꝛ cōtētio ad euersionem audientium. Si ergo nōdum formatum anima: que scādalizata est: abiecerit verbū: qui scādalizauit: damnum dicitur pati. Uis scire qꝛ est in aliquibus formatum verbum:

tum verbum: in aliquibus nondum formatum? Euidenter nos docet Apostoli sermo: quem supra memorauimus: cum ait. Donec formetur Christus in vobis. Christus autem est verbum Dei: per quod ostendit: quia eo tempore: quo scribebat: nondum erat in illis formatum verbum dei. Si ergo nondum formatum exierit: damnum patiet. De damnis doctorum etiam Apostolus docet: cum dicit. Si cuius autem opus arserit: damnum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi ꝑ ignem. Sed ⁊ dominus in euangelijs dicit. Quid enim prodest homini: si vniuersuȝ mundum lucretur: animam autem suam perdat: aut damnum faciat? Unde videtur ostendi quod quedam peccata ad damnum quidem pertineant: non tamen ad interitum: quia qui damnum passus fuerit: ipse tamen saluari dicitur: licet per ignem. Unde credo: ⁊ Joānes Apostolus in epistola sua dicit quedaȝ eē peccata ad mortem: quedam non esse ad morteȝ. Que autem sint species peccatorum ad mortem: que vero non ad mortem: sed ad damnum: non puto facile a quoquam hominum posse discerni. Scriptum namqȝ est. Delicta quis intellegit? Uerumtamen ex his: que in euangelio per parabolas referuntur ex parte aliqua cognoscere possumus cuiusmodi sint: que damna nominātur: cum ibi videamus ad lucrum deputari quedam: que per negociationem quesita dicuntur. Uerbi gratia. Cum referuntur super quinqȝ mnas adquisite eē alie quinqȝ: vel sup duas adquisite alie due. Aut cum dragma: vel denarius: vel talentum ponitur: ⁊ quasi pecunia quedam in questu operum nominatur. Sed ⁊ cum dicitur paterfamilias ponere rationem cum seruis suis: ⁊ offertur ei vnus: qui debebat decem millia talenta. Talis ergo quedam ratio damni est. Ut verbi gratia. Qui pro mercede sua accepturus erat decem mnas: non accipiat deceȝ: sed octo: vel sex: aut etiam minus: ⁊ hoc damno percuti dicitur is: qui causam scandali infirmiori: ⁊ muliebri prebuit anime. Dabit autem (inquit) ꝺm quod indixerit: vel imposuerit vir eius: ⁊ dabit cum honore. Anime discenti: si vir magister eius est. Secundum quod indixerit. Ergo vir iste: vel Christus: qui omnium magister est: vel qui Christi ecclesie preest doctor animaruȝ. Ille: qui ad subuersionem audientium verbis contendit: patietur damnum pro anima illa: que nondum formatum abiecit infantem. Quod potest forte de scandalo cathecumini accipi nondum formati. Potest enim fieri: vt rursuȝ ipse: qui lesit: instruat: reparet: restituat anime ea: que perdidit: ⁊ hec iam faciet cum honore: cum modestia: cum patientia: sicut Apostolus dicit. Cum mansuetudine corripientes eos: qui resistunt. Non cum lite: sicut prius: cum scandalum intulit. Quod si formatus iam fuerit infans: dabit animam pro anima. Formatus infans potest videri sermo Dei in corde eius anime: que gratiam baptismi consecuta est: vel que euidentius: ⁊ clarius verbum fidei concepit. Hec ergo si nimia contentiōe doctorum percussa abiecerit verbum: ⁊ inuenta fuerit esse de illis: de quibus dicebat Apostolus. Jam enim quedam conuerse sunt retro post Sathanan: animam pro anima dabit: vel in die iudicij accipiendum est apud eum iudicem: qui potest animam: ⁊ corpus perdere in gehennam. Quia ⁊ alibi dicit propheta ad Hierusalem. Dedi commutationeȝ tuam Egyptum: Ethiopiam: ⁊ Sidoneȝ pro te. Uel certe potest fortassis etiam illud aptari: vt qui sibi conscius tanti scandali fuerit: ponat animam suā pro anima illius: quam scandalizauerit: ⁊ vsque ad mortem det operam quomodo redeat: quomodo reparetur: quomodo restituatur ad fideȝ. Ponat etiam oculum pro oculo: si oculum lesit anime: idest intellectum eius turbauit: auferatur oculus ipsius ab eo: qui ecclesie preest: ⁊ intellectus eius ille turbulentus: ⁊ ferox: qui scandalum generat: desecetur. Sed ⁊ si dentem lesit auditoris: quo suscipiens cibum verbi Dei: vel cōminuere: vel molaribus terere solitus erat: vt subtilem ex his ad ventrem anime transmitteret sensum: si hunc dentem ille vexauit: ⁊ euellit: vt contentione ipsius non possit anima subtiliter: ⁊ spiritaliter suscipere v̄bum Dei. Auferatur dens eius: qui non bene scripturarum comminuit: ⁊ attriuit cibos. Fortassis enim propter hoc ⁊ alibi dicitur a domino. Dentes peccatorum contriuisti. Et alibi nihilominus scribitur. Qui manducat vuam acerbam: obstupescent dentes eius. Et alibi. Molas leonuȝ confregit dominus. Sic ergo per membra dicitur ledi anima: ⁊ percuti manum quoqȝ pro manu: pedem pro pede deposcitur. Manus est anime virtus: qua tenere aliquid: ⁊ constringere potest: velut si dicamus actus eius: ⁊ fortitudo: ⁊ pes quo incedit ad bona: vel mala. Quia ergo si scādalum patiatur anima: non solum in fide: sed ⁊ in actibus deijcitur: que per manum significat: ⁊ pedes auferētur illius: q offendicu-

lum prebuit manus: quibus non bene operatur: pedes quibus non bene incedit. Recipiet etiam combusturã pro combustura: qua combussit: & gehenne tradidit animam. Per que singula ostenditur: vt iste percussor omnibus detruncatus membris a corpore excidatur ecclesie: vt ceteri (inquit) videntes timorem habeant: & non faciant similiter. Idcirco & Apostolus cum doctorem describit ecclesie: inter cetera precipit non percussorem. Ne percutiens: pregnantes mulieres animas incipientes ponat animam pro anima: oculum pro oculo: dentem pro dente. Tales sunt & ille anime: quas etiam dominus in euangelio deflet cum dicit. Ve pregnantibus: & nutrientibus in illis diebus: in quibus scandalizabuntur (si fieri potest) etiam electi. Sciendum tamen est: quod non est perfectorũ scandalizari: sed aut mulierum: aut paruulorũ. Sicut & dominus in euangelio dicit. Siquis scãdalizauerit vnũ de pusillis istis minimis. Pusillus ergo est: & minimus: qui scandalizari potest. Spiritalis autem diiudicat omnia: & omnia probat: & qđ bonum est: continet: ab omni vero specie mala abstinet. Hec (prout nobis occurrere potuerunt) in presenti capitulo diximus. Poscamus vero a domino: vt que perfecta sunt: ipsa nobis reuelare dignetur per Christum Jesũ dominum nostrum: cui est gloria: & imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De siti populi i Raphidin: & de bello Amalechitarum: & de presentia Jethro.

Homilia. XI.

Quoniam omnis: qui vult pie viuere in Christo: persecutiones patitur: & ab hostibus impugnatur: agens iter huius: semper debet esse armatus: & stare semper in castris. Ideo & de populo Dei refertur. Profecta est (inquit) omnis synagoga filiorum israel de deserto Syn: ẽm castra sua: per verbũ domini. Est ergo vna quidẽ synagoga domini: sed hec in quattuor castra diuiditur. Quattuor namq; castra describuntur erga tabernaculum domini posita (sicut refertur in Numeris.) Et tu ergo si semper vigiles: & semper armatus sis: & scies te in castris domini militare. obserua illud mandatum: quia nemo militãs deo: implicat se negociis secularibus: vt ei placeat: cui se probauit. Quia si ita milites: vt a rebus secularibus liber sis: & in castris domini agas semper excubias: & de te dicetur. Quia per verbum domini exeas de deserto Syn: & venias in Raphidin. Syn enim: tentatio interpretatur. Raphidin: sanitas iudicij. Qui bene exit tentatione: & quem tentatio probabilem reddit: iste venit ad sanitatem iudicij. In die enim iudicij sanus erit: & sanitas cũ eo erat qui in tẽtatione non fuerit vulneratus. Sicut & in Apocalypsin scriptum est. Qui autem vicerit: dabo ei de ligno vite: quod est in paradiso Dei mei. Venit ergo ad sanitatem iudicij: qui bene disponit sermones suos in iudicio. Sed quid est: quod sequitur? Sitit ibi (inqt) populus aquam: & murmurabant aduersum Moysen. Videatur fortasse ex superfluo dictum: quod dixit: quia aquã sitierit populus. Suffecerat enim dicere: quia sitijt: quid opus fuit addere aquam sitijt? Non est superflua adiectio. Sunt enim diuerse sites: & vnusquisq; habet propriam sitim. Qui beati: ẽm verbum domini esuriunt: & iustitiam sitiunt: & alij nihilominus dicunt. Sitiuit anima mea ad te Deus. Qui vero peccatores sunt: patiuntur: non sitim aque: neq; famem panis: sed sitim audiendi verbum Dei. Idcirco igitur & hic addit. Quia populus sitijt aquam: qui debuit Deum sitire: qui debuit sitire iustitiam. Verum quia Deus vere eruditor est infantium: & magister insipiẽtium: corripit culpas: & emendat errores: & dicit ad Moysen: vt sumat virgam: & percutiens petram: educat eis aquam. Vult enim eos iam de petra bibere: vult eos proficere: & ad interiora venire mysteria. Murmurauerunt enim aduersus Moysen: & propterea iubet dominus: vt ostendat eis petrã: ex qua bibãt. Siquis est: qui legens Moysen murmurat aduersus eum: & displicet ei lex: que ẽm litterã scripta est: quod in multis nõ videtur seruare consequentiam. Ostendit ei Moyses petram: que est Christus: & adducit eum ad ipsam: vt inde bibat: & reficiat sitim suã. Sed hec petra: nisi fuerit percussa: aquas non dabit. Percussa vero: fontes producit. Percussus enim Christus: & in crucẽ actus: noui testamẽti fontes produxit. Et propterea dictum est de eo: qr percutiam pastorem: & dispergentur oues. Necesse ergo erat illum percuti. Nisi enim ille fuisset percussus: & exisset de latere eius aqua: & sanguis: omnes nos sitim verbi dei pateremur. Hoc ergo est: quod & Apostolus interpretatus est: qr omnes eundem manducauerunt cibũ spiritalẽ: & omnes eundem spiritalẽ biberunt potum. Bibebant autem de spiritali: sequẽte petra. Petra vero erat Christus. Obserua tñ quod dixit hoc in

loco

loco Deus ad Moysen. Antecede populum: et educ tecum maiores natu: idest presbyteros populi. Non solus Moyses ducit populū ad aquas petre: sed et seniores populi cum ipso. Non enim sola lex adnunciat Christum: sed et prophete: et patriarche: et omnes maiores natu. Post hec bellum describitur gestum cum Amalechitis: pugnas refertur populus euicisse. Antequam manducaret panem de celo: et biberet aquā de petra: non refertur populus pugnasse. Sed dicitur ad eū. Dominus pugnabit pro vobis: et vos tacebitis. Est ergo tēpus quando dominus pugnat pro nobis: nec permittit nos tentari supra id: quod possumus: nec impares viribus sinit ad fortis venire congressum. Deniqz et Job omne illud tentationis sue famosissimum certamen iam perfectus impleuit. Et tu ergo cum ceperis manducare manna: panem celestem verbi Dei: et bibere aquam de petra. Cumqz ad interiora doctrine spiritalis accesseris: sperato pugnam: et prepara te ad bellū. Bello igitur imminente: videamus quid pcipiat Moyses. Dixit (inqt) ad Jesum. Elige tibi ipsi viros: et exi: et conflige cum Amalech crastino. Usqz ad hunc locum beati nominis Jesu: nusquam facta est mentio. Hic primum vocabuli huius splendor effulsit. Hic primum vocauit Moyses Jesum: et dixit ei. Elige tibi ipsi viros. Moyses vocat Jesum. Lex vocat Christū: vt eligat sibi viros potentes de populo. Nō poterat Moyses eligere: sed Jesus solus est: qui possit potētes viros eligere: qui dixit. Non vos me elegistis: sed ego vos elegi. Ipse enim est electorū dux: ipse potentium princeps: ipse qui confligit cum Amalech. Ipse est enim: qui intrat in domum fortis: et alligat fortē: et vasa eius diripit. Sed interim videamus quid nunc historia presens referat. Ascendit (inquit) Moyses in verticem collis. Nondum ascendit in verticem mōtis. Seruabatur enim ei tunc ascēdere in verticem montis: cum ascēsurus erat Jesus: et cum ipso Moyses: et Helias: et ibi transformandus in gloria. Nunc ergo velut nondum glorificatus ex trāsformatione Jesu: nondum ascendit in verticem montis: sed ascendit in verticem collis. Et factum est (inquit) cum eleuaret Moyses manus: superior fiebat israel. Moyses quidem eleuat manus: nō extendit. Jesus autem: qui vniuersum orbem terre exaltatus in cruce complexurus erat brachijs suis dicit. Extendi manus meas ad populum non credentem: et contradicentem mihi. Moyses ergo eleuat manus suas: et cum eleuaret manus vincebat Amalech. Eleuare manus: hoc est opera: et actus eleuare ad Deum: et non habere actus deorsum deiectos: et humi iacentes: sed Deo placitos: et ad celum erectos. Eleuat ergo manus: qui thesaurizat in celum: vbi enim thesaurus eius: ibi et oculos eius: ibi et manus eius. Eleuat manus et ille: qui dicit: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Si ergo eleuentur actus nostri: et non sint in terra: vincitur Amalech. Sed et Apostolus pcipit leuare sanctas manus sine ira: et disceptatione: et ad quosdam dicebat. Dimissas manus: et dissoluta genua erigite: et rectos gressus facite pedibus vestris. Si ergo seruat populus legem: eleuat Moyses manus: et aduersarius vincitur. Si non seruat legem: inualescit Amalech. Quia igitur et nobis pugna est aduersus principes: et potestates: et mundi huius rectores tenebrarum. Si vis vincere. Si vis obtinere: eleua manus: et eleua actus tuos: et conuersatio tua non sit in terris. Sed sicut dixit Apostolus. Super terram ambulantes: conuersationem habemus in celo. Et ita poteris superare populum aduersantē tibi Amalech: ita vt dicatur tibi etiam: quia in manu occulta pugnabat dominus cum Amalech. Eleua et tu manus ad Deum: imple mandatum: quod Apostolus dicit. Sine intermissione orantes: et tunc fiet: quod scriptum est. Quia sicut vitulus ablingit in campis herbā viridem: ita ablinget populus hic populum: qui super terra est. Per quod (vt a maioribus accepimus) indicari dicitur: quia populus dei non tam manu: et armis: quam voce: et lingua pugnabat: idest orationem fundens ad Deum: prosternebat inimicos. Ita ergo et tu si vis vincere inimicos: eleua actus tuos: clama ad Deum (vt dicit Apostolus.) Orationi instantes: et vigilantes in ea. Hec enim est christiani pugna: qua superat inimicum. Puto autem quod per hanc figuram etiam duorum populorum Moyses formam designet: et ostēdat vnum esse populum ex gentibus: qui eleuet manus Moysi: et erigat eas: idest qui in sublimi extollat ea: que scripsit Moyses: et in excelso eorum intellegentiam statuat: et per hoc vincat. Alium esse: qui quoniam non eleuat manus Moysi: nec extollit a terra: nec altum in eo aliquid: et subtile considerat: vincitur ab aduersarijs: et prosternitur. Post hec venit ad montem Dei Moyses: et ibi occurrit ei Jethro socer suus. At ille exit ei obuiam de castris: et nō eum ducit ad montē Dei: sed ducit eū ad tabernaculum suum. Non enim po-

terat sacerdos Madian ascendere ad montes Dei: sed nec in Egyptum descendere potuit vel ipse: vel vxor Moysi. Sed nūc ad eum venit cum filijs eius. Non enim potest descēdere in Egyptum: et subire agones egyptios: nisi qui fuerit athleta probabilis: et talis quales dicit Apostolus. Quia omnis qui i agone cōtendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igit̄ sic curro: nō quasi in incertum. Sic pugno: non quasi aerem verberans. Moyses ergo quia magnus erat et potens athleta: descendit in Egyptum: descendit ad agones et exercitia virtutum. Sed et Abraham descendit in Egyptum: quia erat et ipse magnus: et potēs athleta. Nā de Jacob quid dicam: qui ipso noīe athleta est. Luctator enim et supplantator interpretatur: et ideo cum descēdisset in septagintaquinque animab[9] in Egyptum Jacob: factus est sicut stelle celi in multitudinem. Sed non omnes qui descendunt in Egyptum ita pugnant: et ita expediunt agones: vt in multitudinem fiant: et vt stelle multiplicentur. Alijs in contrarium cedit descendisse in Egyptum. Scio ego Jeroboam fugiētem a Salomone descēdisse in Egyptū: et non solum non creuisse in multitudine: sed et scidisse et corrupisse populum dei. Quia descēdens in Egyptum accepit a Susachim rege vxorem Thecimene vxoris eius sororem. Sed interim venit Jethro ad Moysen: adducens secum filiam suam vxorem Moysi: et filiū eius. Et venit (inquit) Aaron: et omnes presbyteri de israel manducare panem cum socero Moysi in conspectu dei. Non omnes panem mādūcant in conspectu Dei: sed qui presbyteri sunt: qui seniores: qui perfecti sunt: et meriti probati. Ipsi manducant panem in conspectu Dei: qui obseruāt illud quod Apostolus dicit. Siue manducatis: siue bibitis: siue aliud quid facitis: omnia ad gloriam dei facite. Omnia ergo que faciunt sancti: in conspectu dei faciūt. Peccator aūt a cōspectu dei fugit. Denique scriptum est quod Adam postquam peccauit: fugit a conspectu dei: et interrogatus respondit. Audiui vocem tuam et abscondi me: quia eram nudus. Sed et Cayn postquā parricidio cōdemnatus a deo est: exiuit (inquit) a facie dei: et habitauit in terra Naim. Exijt ergo a facie dei: qui indignus est cōspectui dei. Sancti aūt mādūcant et bibunt in cōspectu dei: et omnia que agunt in conspectu eius agunt. Ego amplius adhuc locū presentem discutiens: video quia qui pleniorem scientiam Dei accipiunt: et plenius diuinis imbuti sunt disciplinis: isti et si malum faciunt: coram deo faciunt: et in cōspectu eius faciunt. Sicut ille qui dixit: tibi soli peccaui: et malum coram te feci. Quid ergo plus habet qui malum coram deo facit? Illud profecto quod continuo penitet: et dicit. Peccaui. Qui autē discedit a conspectu dei: nescit conuerti: et peccatum penitendo purgare. Hoc ergo interest malum coram deo facere: et a dei conspectu discessisse peccantem. Sed vt video Jetro nō frustra venit ad Moysen: nec frustra manducauit panem cum senioribus populi in conspectu domini. Dat enim consilium Moysi probabile satis et vtile: vt eligat viros et constituat principes populi: viros Deum colentes: viros potentes: et odientes superbiam. Tales enim oportet esse principes populi: qui non solum superbi non sint: sed et oderint superbiam. Idem non solū ipsi absque vitio sint: sed et in alijs oderint vitia. Nō homines dico odisse: sed vitia: et ordinabis (inquit) eos tribunos: et centuriones: et quinquagenarios: et decanos: et iudicabunt populum omni hora. Verbum autem quod grauius fuerit: referent ad te. Audiant principes populi: et presbyteri plebis: quia debent omni hora populum iudicare: semper et sine intermissione sedere in iudicio: dirimere lites: reconciliare diffidentes: in gratia recordare discordes. Discat vnusquisque ex scripturis sanctis officium suum. Moyses (inquit) vt sit in his que ad deum sunt: et verbum Dei edisserat populo. Ceteri autem principes quos appellant tribunos. Tribuni enim ex eo dicuntur: quod tribui presint. Ceteri ergo tribuni: vel cēturiones: vel quinquagenarij: presint minoribus iudicibus que ad singulos quosque pertinent dirimentes. Puto aūt hanc ipsam figuram non solum in presenti seculo ecclesie datam: verumetiam in futuro seruandam. Audi denique quid dominus dicat in euangelio. Cū sederit (inqt) filius hominis super thronū glorie sue: sedebitis et vos super duodecim thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Vides ergo quia nō solum dominus iudicat cui omne iudicium pater dedit: sed cōstruit sibi et alios principes qui iudicent populum de minoribus causis. Verbum autem quod grauius fuerit: referant ad ipsum. Idcirco dicebat et dominus de quodam quidem quia reus erit consilio: de alio autem reus erit iudicio: et de alio reus erit gehēne ignis. Sed et de alio verbo ocioso dicimur prestaturi rationem: et nō dixit: quia deo prestabimus rationem. Sicut de periurio dicit. Reddes autem domino iuramenta

ramenta tua. Uerum et regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius: et cōdēnabit eos. Ecce et aliud iudicij genus. Qui habet aures audiendi audiat. Hec enim omnia typus: et vmbra sunt celestium: et imago futurorum. Uerum sicut scriptum legimus: quia non satiatur oculus visu: nec auris auditu: nec nos satiari possumus in intuendo: et consyderādo que scripta sunt. Quot ex partibus nos edificent: quantis nos instruant modis. Etenim cum perspicio quod Moyses ꝓpheta Deo plenus: cui deus facie ad faciem loquebatur: consilium accepit a Jethro sacerdote Madian. Admiratione nimia stuporem mentis incurro. Dicit enim scriptura. Et audiuit Moyses vocem soceri sui: et fecit quecūq; dixit ei. Non dixit quia mihi Deus loquitur: et quid agere debeam: celesti ad me sermone defertur: et quomodo consilium ab homine accipiam: et ab homine gentili alieno: a populo dei. Sed audit vocem eius: et facit omnia: q̄ dicit: et non quis dicat: sed quid dicat: auscultat. Unde et nos si forte aliquando inuenimus aliquid sapienter a gentilibus dictum: non cōtinuo cū auctoris nomine spernere debemus et dicta: nec pro eo: quod legem a Deo datam tenemus: cōuenit nos tumere superbia: et spernere verba prudentium. Sed sicut Apostolus dicit. Omnia probantes: quod bonum est continentes. Quis autem hodie eorum: qui populis presunt: non dico si iam aliqua ei a deo reuelata sunt: sed si in legis scientia aliquid meriti habet: consilium dignatur inferioris saltē sacerdotis accipere? Ne dum dixerim laici: vel gentilis. Sed Moyses qui erat homo mansuetus super omnes homines: accepit consilium inferioris: et vt formam humilitatis populorum principibus daret: et futuri sacramenti designaret imaginem. Sciebat enim futurū quandoq; vt gentiles bonum consilium proferrent apud Moysen: vt bonum: et spiritale intellectum adferrent ad legem dei: et sciebat quia audiet eos lex: et faciet omnia sicut dicūt. Non enim potest facere lex: sicut iudei dicūt: quia infirmatur lex in carne: idest i littera. Et nihil potest ſm litteram facere: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Scdm autē consiliū: quod nos adferemus ad legē: possunt oīa spiritaliter fieri. Possunt et sacrificia spiritaliter offerri: que modo carnaliter nō possunt. Pōt et lex lepre spiritaliter seruari: que ſm litteram non potest. Sic ergo quomodo nos intelligimus: quomodo nos sentimus: et consilium damus: omnia facit lex. Secundum litteram autem non omnia: sed admodum pauca: post hec autem cum profectus esset Jethro: et venisset Moyses ex Raphidin: in desertum Syna: ibiq; in columna nubis descendisset dominus ad Moysen: vt videns populus crederet ei: et v̄ba eius audiret. Ait dominus ad Moysen. Descende: protestare populo: et purifica illos hodie: et cras: et lauent vestimēta sua: et sint parati in diem tertium. Si quis est: qui ad audiendum verbū dei conueniat: audiat: quod precepit dominus. Sanctificatus venire debꝫ ad audiendum verbum. Lauare debet vestimenta sua. Si enim sordida huc detuleris vestimēta: audies et tu: Amice quomodo huc introisti non habens vestem nuptialem? Nemo ergo potest audire verbum dei: nisi prius fuerit sanctificatus: idest nisi fuerit sanctus corpore: et spiritu: nisi vestimēta sua lauerit. Ingressurus est enim paulopost ad cenam nuptialē: manducaturus est de carnibus agni: potaturus est poculū salutaris. Nemo intret ad hāc cenam sordidis vestimentis. Hoc enim et alibi sapientia precepit dicens. In omni tempore sint vestimenta tua mūda. Lota sunt enim semel vestimenta: cum venisti ad gratiam baptismi: purificatus es corpore: mūdatus es ab omni inquinamento carnis: et spiritus. Que ergo deus mundauit: tu immunda ne feceris. Audi igitur nūc et sanctificatiōis genus. Ne accesseritis (inquit) ad mulierem hodie: et crastina: vt die tertia audiatis verbum dei. Hoc est: quod et Apostolus dicit. Bonum est homini mulierem non tangere. Saluo tamen remedio his: qui pro īfirmitate sua remedio indigent nuptiali. Ueruntamen consilium audiamus Apostoli dicentis. Quia tempus breue est: superest vt et qui habent vxores: tāquā non habentes sint: et qui emunt: tāquam non possidentes: et qui vtuntur hoc mūdo: tāquā non vtantur. Preterit enim habitus huius mundi: preterit temporale regnum: vt perpetuum veniat: et eternum. Sicut et in oratiōe dicere iubemur. Adueniat regnū tuū: in Christo Jesu domino nostro: cui est gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De vultu Moysi glorificato: et velamine: quod ponebat in facie sua. Homilia.XII.

Lectio nobis Exodi recitata est: que nos ad intellegētie inquisitionē: vel incitet: vel repellat. Incitat mentes studiosas: et liberas: ōsides: et occupatas repellit. Scriptū ē.n. Quia vidit Aaron: et omnes filij israel Moysen: et erat glorificata facies eius: et color vultꝰ eiꝰ: et timuerūt accederē ad illū. Et post pauca.

Ponebat (inquit) Moyses velamē sup faciē suā. Cum autē introiret in cōspectu domini vt loqueretur illi: deponebat velamē. Hec autē Apostolus differēs magnifico illo sensu: quo in ceteris vtitur: de quo dicit. Nos autē sensum Christi habemus (ait) Nō si ministeriū mortis in litteris: formatū in lapidibꝰ: fuit ad gloriam: ita vt non possent intendere filij israel in faciē Moysi ꝑpter gloriam vultus eius: que abolet: quomodo non magis ministerium spiritus erit i gloria? Et iterum paulopost dicit: ⁊ non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suā: vt non intēderent filij israel in faciem vultus eius. Obtusi sunt enim sensus eorum: vsq; in hodiernum. Cum enim legitur Moyses: velamē est positū super cor eorum. Quis nō admiretur mysteriorū magnitudinē? quis non pertimescat velamen obtusi cordis? Glorificata est facies Moysi: sed non poterāt intēdere in faciem vultus eius filij israel: non poterat intēdere populus synagoge. Siqs autem cōuersationē: ⁊ vitam pōt habere eminentiorē: q̄ reliquum vulgus: iste pōt intueri gloriam vultus eius: ⁊ nūc enim: sicut dicit Apostolus. Velamen est positū in lectione veteris testamēti: ⁊ nūc Moyses glorificato vultu loquitur: sed gloriam: que est in vultu eius non possumus intueri. Idcirco aūt non possumus: quia adhuc populus sumus: ⁊ nihil studij: nihil meriti: plusq̄ reliqua plebs habemus. Verum quia dicit sanctus Apostolus: idipsū autem velamen in lectione veteris testamēti manet: amputaret nobis oēm intellegentie spem tanti: ⁊ talis Apostoli ꝓlata sententia: nisi addidisset. Cū autē quis cōuersus fuerit ad dominum: auferet velamen. Igitur causam auferēdi velaminis: conuersionē nostrā esse dicit ad dominū. Ex quo colligēda sunt nobis idicia: quod donec legentes scripturas diuinas latet nos itellectus: donec obscura sūt nobis: ⁊ clausa: que scripta sunt: nondum conuersi ad dominū sumus. Si enim cōuersi essemus ad dominum: sine dubio auferretur velamē. Sed ⁊ hoc ipsū ꝯuerti ad dñm quale sit: videamus. Et vt euidētius scire possimus quid sit cōuersus: dicendū nobis prius est quid sit auersus. Omnis qui: cum recitātur verba legis: cōmunibus fabulis occupatur: auersus est. Ois q: cū legitur Moyses: de negocijs seculi: de pecunia: de lucris sollicitudinem gerit: auersus est. Ois qui possessionū curis stringitur: ⁊ diuitiarum cupiditate distenditur: qui glorie seculi: ⁊ mundi honoribus studet: auersus est. Sed ⁊ q ab his quidem videtur alienus: adsistit autē ⁊ audit verba legis: ⁊ vultu: atq; oculis intētus: corde tamē ⁊ cogitationibus euagatur: auersus est. Quid ergo ē cōuerti? Si his oībus terga vertamus: ⁊ studio: actibus: mente: sollicitudine: verbo dei operā demus: ⁊ in lege eius die: ac nocte meditemur. Omissis omnibus deo vacemus: exerceamur i testimonijs eius: hoc est cōuersum esse ad dñm. Tu ergo si volueris filiū tuum scire litteras: quas liberales vocāt: seu grāmaticam: vel rhetoricam disciplinā: nunquid nō ab oībus eū vacuū: ⁊ liberum reddis? Nunquid non omissis ceteris: huic vni studio dare operam facis? Pedagogos: magistros: libros: impēsas: nihil prorsus deesse facis: quo adusq; ꝑfectū propositi studij opus reportet. Quis nostrum ita se ad diuine legis studia cōuertit? Quis nostrū ita operā dedit? Quis tāto studio: ac labore: diuina quesit studia: quāto que fuit humana? Et quid cōquerimur si quod non didicimus: ignoramus? Aliqui vestrum vt recitari audierint que legitur: statī discedunt. Nulla ex his: que lecta sunt: inquisitio admuicem: nulla collatio: nusq̄ memoria mandati illius: quod te diuina lex commonet. Interroga patres tuos: ⁊ dicēt tibi. Presbyteros tuos: ⁊ adnūciabunt tibi. Alij ne hoc ipsum quidē patiēter expectāt: vsquequo lectiones in ecclesia recitentur. Alij vero nec si recitantur: sciūt: sed in remotioribus dominice domus locis: secularibus fabulis occupātur. De quibus ego ausus sum dicere: q: cum legitur Moyses iam non velamen super cor eorū: sed paries quidam: ⁊ murus est positus. Si enī ille: qui adest: qui audit: ⁊ intētus est: ⁊ que audit retractat: ⁊ discutit: ⁊ que adsequi non potest: percūctatur: ⁊ discit: vix potest ad libertatem scientie peruenire. Ille qui abscondit aures suas ne audiat: ⁊ terga in faciem legentis obuertit: quomodo dicēdus est velamen habere superpositum cordi: ad quē ne ipsum quidem velamē littere: quo sensus velatur: qui est sonus vocis: accessit. Euidēs igitur figura est: quomodo gloriosa efficitur facies Moysi. Habent enim gloriam ea: que loquitur: sed hec tegitur: ⁊ occultatur: ⁊ est omnis gloria eius intrinsecus. Illud quoq; intuere quale sit: quod vultus quidem Moysi glorificatus refertur: licet velamine contegatur. Manus autem eius intra sinū missa: leprosa facta memoratur: sicut nix. In quo mihi videtur forma totius legis plenissime designari. In vultu enim eius: sermo legis: in manu: opera designātur. Quia ergo ex operibus legis nullus erat iustificādus: nec aliquid ad perfectum adducere poterat lex: idcirco manus Moysi leprosa fit: ⁊ in sinum recōditur: tanquā nihil ꝑfecti operis habitura:

facies vero

facies vero eius glorificata est:sed velamine te
gitur:quia sermo eius habꝫ scientie gloriam:
sed occultam. Unde ꝛ ꝓpheta dicit. Nisi au
dieritis occulta:plorabit anima vestra:ꝛ Da
uid dicit. Incerta:ꝛ occulta sapientie tue ma
nifestasti mihi. In lege ergo Moyses solā fa
ciem habet glorificatam:neqꝫ manus eius ha
bent gloriam:immo potius ꝛ contumeliā:sed
neqꝫ pedibus deniqꝫ soluere iubetur calciamē
tum suum:sic nulla erat gloria in pedibꝰ eius:
licet ꝛ hoc fieret non sine alicuius forma myste
rij. Nouissima nāqꝫ pars hominis pedes sūt.
Ostendebatur ergo quod in nouissimis tem
poribus solueret Moyses calciamētum suum
vt acciperet alius spōsam:ꝛ ille vocaretur do
mus discalciati vsqꝫ in hodiernum diem. Ni
hil ergo aliud in lege gloriosum habet Moy
ses:nisi solam faciem. In euāgelijs aūt totus
glorificatur ex integro. Audi enim quid dica
tur in euāgelijs. Cum ascēdisset Jesus in mō
tem excelsum:adsumens secū Petrū:ꝛ Joan
nem:ꝛ Jacobū:transformatus est ibi corā ip
sis:ꝛ ecce apparuerūt (inquit) Moyses:ꝛ Eli
as in gloria:conloquentes cum eo:hic non re
fertur:quia glorificatus est vultus eius:sed qꝛ
totus apparuit in gloria:conloquens cum Je
su:ꝛ ibi cōpletur illa promissio:quā accepit in
montem Syna:cuꝫ dictum est ei. Posteriora
mea videbis. Uidit ergo posteriora eius. Ui
dit enim que in posterioribus:ꝛ nouissimis die
bus facta sunt:ꝛ gauisus est. Sicut enī Abra
ham concupiuit videre diem domini:ꝛ vidit
ꝛ gauisus est:ita ꝛ Moyses concupiuit videre
dieꝫ domini:ꝛ vidit ꝛ gauisus est:ꝛ necessario
gauisus est:quia iam non solum vultu glorifi
catus descendit de monte:sed totus glorifica
tus ascendit in montem. Gauisus est sine du
bio Moyses:quod eum de quo dixerat ꝓphe
tam:vobis suscitabit dominus deus vester ex
fratribus vestris:sicut meipsum audietis per
omnia:nunc adesse cernebat:ꝛ fideꝫ facere ser
monibus suis:ꝛ ne cunctaretur in aliquo:au
dit paternam vocem dicentem. Hic est filius
meus dilectus:in quo bene mihi complacui:
ipsum audite. Moyses dudum dixit:illuꝫ au
dietis. Nunc pater dicit:hic est filius meus:
ipsuꝫ audite:ꝛ ꝑsenteꝫ:de quo dicit:ostendit.
Gaudere etiaꝫ mihi:pro hoc videt Moyses:
quia ꝛ ipse quodammodo nunc deponit vela
men cōuersus ad dominū:cum euidenter que
predixit:implentur:vel cum tempus aduenit:
vt per spiritū sanctū que obtexerat:reuelētur.
Retractādus tamē est sancti Apostoli sensus.
ꝛ cōsiderādum quid ei visum sit:cum dixisset:
si autē ꝯuersus quis fuerit ad dominū:aufe
retur velamen:vt adderet:dominus aūt spiri
tus est:per quod quasi interpretari videtur qd
est dominus. Quis eniꝫ nescit quod dominus
spiritus est? Sed nūquid in hoc loco de domi
ni vel natura:vel substantia tractabatur:vt di
ceret:qꝛ dominus spiritus est? Uideamus er
go:ne non solum cum Moyses legitur:sed ꝛ
cum Paulus legitur velamē sit positum suꝑ
cor nostrum. Et manifeste:si neglegenter au
dimus:si nihil studij ad eruditionem:ꝛ intelle
gētiam cōferimus:non solum legis:ꝛ prophe
tarum scriptura:sed ꝛ apostoloruꝫ:ꝛ euange
liorum grandi nobis velamine tegit. Ego au
tem vereor ne per nimiā neglegētiam:ꝛ stoli
ditatem cordis:nō solū velata sint nobis diui
na volumina:sed ꝛ signata. Ut si detur in ma
nus hois nesciētis litteras liber legendus:di
cat qꝛ nescio litteras. Si detur in manus hois
sciētis litteras dicat:quia signatus est. Unde
ostendit nō solum studiū nobis adhibendum
esse ad discendas litteras sacras:verum ꝛ sup
plicandum domino:ꝛ diebus:ac noctibus ob
secrandum:vt veniat agnus ex tribu Juda:ꝛ
ipse accipiens librum signatuꝫ:dignetur ape
rire. Ipse est enim:qui scripturas adaperiēs:
accendit corda discipulorum:ita vt dicant.
Nonne cor nostrum erat ardens intra nos:cū
aperiret nobis scripturas? Ipse ergo etiā nūc
nobis aperire dignetur quid est:quod Apo
stolo suo inspirauit:vt diceret. Dominus au
tem spiritus est. Ubi autem spiritus domini:
ibi libertas. Ego quidem quantum pro par
uitate intellegentie mee sentire possum:puto
quod verbum Dei pro eo:quod auditoribus
interest (vt sepe iam diximus:) nunc via:nūc
veritas:nunc vita:nunc resurrectio nomina
tur. Nunc etiam caro:nunc vero spiritus di
citur. Quamuis enim vere ex virgine substan
tiam carnis acceperit:in qua ꝛ crucem pertu
lit:ꝛ resurrectionem initiauit:tamen est:vbi
Apostolus dicit:ꝛ si cognouimus Christum:
ſm carnem:sed nunc iaꝫ non nouimus. Quia
ergo ꝛ nunc sermo eius ad subtiliorem:ꝛ spi
ritalem intellegentiam prouocat auditores:ꝛ
vult eos nihil carnale in lege sentire:dicit vt
qui vult auferri velamen de corde suo:cōuer
tatur ad dominum. Non quasi ad carneꝫ do
mini. Est enim ꝛ hoc:quia verbum caro factū
est:sed quasi ad spiritum dn̄m. Si enim quasi
ad spiritū dn̄m cōuertat:de carnalibꝰ ad spi
ritalia veniet:ꝛ ad libertatē de seruitute tran
sibit. Ubi enim spiritus dn̄i:ibi ꝛ libertas. Et
vt adhuc euidentius fiat:quod dicit:vtamur
ꝛ alijs Apostoli sensibus. Ad quosdam dicit
quos senserat incapaces:quia nihil me iudica

vi aliud scire inter vos:nisi Christum Iesum:
& hunc crucifixū. Istis talibus non dicebat:q2
dñs spiritus est:nec dicebat eis: q2 Christus
dei sapiētia est. Non enim poterant agnosce-
re Christuꝫ ſm hoc:quod sapientia est:sed ſꝫ
hoc:quod crucifixus est. Illi autem quibus di
cebat:sapientiam loquimur inter pfectos. Sa
pientiaꝫ auteꝫ non huius seculi:neqꝫ principū
huius mundi:qui destruuntur:sed loquimur
dei sapiētiam in mysterio abscōditam:non in-
digebant:vt verbum dei ſm hoc susciperent:
quod caro factum est:sed ſm hoc:quod sapiē-
tia in mysterio abscōdita ē. Sic ergo & in hoc
loco ijs:qui de carnali ad spiritalem intellegē
tiam prouocantur:dicitur:dominus aūt spiri
tus est. Ubi aūt spiritus dñi:ibi & libertas. Et
aūt ostēderet:quia ipse iam peruenit ad scien-
tie libertatē:& exutus est ō velaminis ſuitute:
addit his:& dicit. Nos autem omnes:reuela-
ta facie gloriā dñi speculantes. Si ergo & nos
dñm deprecemur:vt velamen de corde nostro
dignetur auferre:capere possumus intellegē-
tiam spiritalem:si tamē cōuertamur ad dñm:
& libertatem sciētie regramus. Sed quomodo
inuenire possumus libertatem: qui seruimus
seculo? qui seruimus pecunie:qui seruimus de
syderijs carnis? Ego meipsum corripio:meip
suꝫ iudico:ego meas culpas arguo:viderint.
qui audiūt:quid de semetipsis sentiāt. Ego in
terim dico:quod donec alicui horū deseruio:
nō suꝫ cōuersus ad dñm:nec vllam cōsecutus
sum libertatē:donec talia me negocia:& solici
tudines stringunt. Illius cuius cōstringor ne-
gocij:& solicitudinis seruus sum. Scio enim
scriptuꝫ esse:quia vnusqsqꝫ a quo vincit:huic
& seruus addicit:etiā si me amor pecunie nō su
peret:etiam si possessionum:& diuitiaruꝫ cura
non stringit:laudis tamē cupidus sum:& glo-
riam sector humanaꝫ. Si de hominū vultibꝰ
& sermonibus pendeo:quid de me ille sentiat:
quomodo ille me habeat:ne illi displiceam:si
illi placeā:donec regro ista:seruus horū sum.
Sed volebam ex hoc saltem satis agere si pos
sim liber fieri:si possim de iugo huius seruitu-
tis absolui:& peruenire ad libertateꝫ ſm Apo
stoli commonitioneꝫ dicentis. In libertate vo
cati estis:nolite fieri serui hominum. Sed qs
mihi dabit hāc manumissionē? qs me ab hac
seruitute turpissima liberabit? nisi ille:q dixit.
Si vos filiꝰ liberauerit:vere liberi eritis. Et-
enīꝫ scio:q2 seruus non pōt libertate donari:
nisi fideliter seruiēs:nisi dñm diligēs. Et ideo
etiā nos fidelr seruiamus:& ex toto corde:& ex
toto animo:& ex tota virtute diligamus domi
num deum nostruꝫ:vt mereamur libertate do
nari a Christo Iesu filio eius dño nro: cui est
gloria:& imperiū in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De his:que offeruntur ad tabernaculum.
Homilia. XIII.

Iam quidem & prius de tabernaculo pro
viribus dixeramus. Uerum quoniam se
pe in Exodi libro repetitur ipsa descriptio:di-
citur enim & cū dominus precepit Moysi:qua
liter fieri debeat. Et iterum cum Moyses p̄-
cepit populo:vt offerat:construendo operi ma
terias:sicut hec lectio continet:que nobis mo
do recitata est:sed & postmodum enumerātur
singula:cum per Beselehel:& ceteros sapien-
tes viros fabricantur. Et iterum. Cum ad cō
spectum Moysi deferuntur. Et rursum. Cuꝫ
precepto domini dedicantur. Fit preterea & in
alijs vel libris:vel locis:horum commemora-
tio:& frequenter repetit:vtpote:quod necessa-
rio cōmonetur. Nūc ergo recitatus est nobis
ille sermo:vbi dicit:& dixit Moyses ad oēm
synagogā filiorū israel dicēs. Hoc est verbuꝫ:
qđ precepit dñs dicens. Sumite a vobis ipsis
redēptionem dño:ōis q concepit corde:offerat
initia dño aurū:argentū:eramētū:iacynthū:
purpurā:coccū duplicatū:& byssuꝫ tortū. Pi
los capraꝝ ū:& pelles arietuꝫ rubricas:& pelles
iacynthinas:ligna imputribilia:& lapides ad
sculpturaꝫ:in humerali:& podere:& omnis sa-
piens corde in vobis veniat:& operet oīa:que
precepit dñs. Cuꝫ cōsydero meipsum priū:
& discutio:piget ad hec aperiēda manū mitte-
re. Uereor enim ne forte etiam si dominus re-
uelare dignet:sicut forte dignat. (De me enī
nō sum ausus dicere.) Uereor inquaꝫ:& valde
dubito si inueniam auditores. Et cū ita sit:ne
forte ab eo:qui explanare conabit: requirātur
dominice margarite:vbi vel quomodo:vel aū
quos mittātur. Uerū quoniā magnope expe-
ctatis:vt aliqua ex his:que lecta sunt:disserā-
tur:& precipit mihi dñs meus dicēs. Oporte-
bat te dare pecuniā meā ad mēsam:& ego ve-
niens cum vsuris vtiqꝫ exegissem eam:ipsum
rogabo:vt verbum meum suam pecuniam fa
cere dignetur:vti non meam pecuniam: non
meum aurum vobis:sed ipsius feneretꝫ: ipsius
vobis verbo:& ipsius sensu loquar:& ad audi-
tus vestri hec deferam mēsam. Uos iam vide
ritis suscipientes dominicam pecuniam quo-
modo vsuras eius venienti domino preparetis.
Usure autem sunt verbi dei:habere in vsu vi
te:& actuum ea:que precepit sermo dei. Si er-
go audientes verbum:vtimini eo:& agitis se-
cūdum ea:que auditis:& secundum hec viui-
tis:vsuras

tis: vsuras preparatis: et post fieri: vt vnusquisque vestrum de quinque talentis faciat decem: et audiat a domino. Euge serue bone: et fidelis: eris potestatem habens super decem ciuitates. Tantum illud videte: ne qui vestrum acceptam pecuniam aut in sudario colliget: aut defodiat in terram: quia huiusmodi hominis in aduentu domini quis sit exitus: bene nostis. Tentabimus igitur pauca de multis: imo pauciora de paucis: quapropter quibus et noster sermo librandus sit: et vester auditus. Primo igitur omnium videamus quid est: quod dicit Moyses ad filios israel. Sumite a vobis ipsis redemptionem domino: omnis qui conceperit corde: offerat initia domino. Non vult Moyses: vt aliquid offeras Deo: quod extra te est: a vobis ipsis (inquit) sumite: et initia offerte domino: prout vnusquisque concepit corde. Aurum iubetur: et argentum deferri. es et cetere materie. Quomodo hoc possum ego de meipso offerre? Nunquid intra me aurum nascitur: aut argentum: et cetera que iubentur? Nonne hoc vnusquisque de promptuarijs: et de scrinijs suis profert. Quid est ergo quod dicit Moyses afferre a vobis ipsis: et vnusquisque sicut concepit corde? Illud quidem aurum: et argentum: ceteraque materies vnde tabernaculum constructum est: constat de scrinijs: et promptuarijs vniuscuiusque prolatum. Spiritalis autem lex aurum requirit ad tabernaculum: quod intra nos est: et argentum: quod intra nos est: et omnes reliquas materias illas deposcit: quas et intra nos habere possumus: et proferre de nobis. Dicit enim scriptura. Quia prope est verbum in ore tuo: et in corde tuo: quia si confessus fueris dominum Iesum: et credideris in corde tuo: quod deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Si ergo credideris in corde tuo. Cor tuum et sensus tuus aurum est. Obtulisti igitur aurum ad tabernaculum: idest fidem cordis tui. Si vero confessus fueris: sermonem obtulisti: sermonem confessionis argentum. Idcirco ergo dicit Moyses: quia est lex spiritalis: sumite a vobis ipsis. Hec a te ipso sumis: hec intra te sunt: hec etiam si nudus sis: habere potes. Sed et quod addidit vnusquisque sicut concepit corde: huc respicit. Non enim poteris aliquid de sensu tuo offerre deo: vel de verbo tuo: nisi prius que scripta sunt corde conceperis: nisi intentus fueris: et diligenter audieris. Non potest aurum tuum probatum esse: vel argentum: requiritur enim: vt probatum sit. Audi scripturam dicentem. Eloquia domini: eloquia casta. argentum igne probatum: purgatum septuplum. Si ergo que scripta sunt corde conceperis: erit aurum tuum. i. sensus tuus probus: et argentum tuum: qui est sermo tuus probum. Quid etiam de ere dicemus? opus et ere ad tabernaculi constructionem. Videtur quidem es pro fortitudine suscipi: et loco poni posse fortitudinis: et constantie. Sed ne quis dicat hoc diuinare magis est: quam explanare: vbi quod dicitur: non de scripturarum autoritate munitur. Puto ergo es accipi posse pro voce. Aliud enim est sermo: aliud vox: sermo dicitur loquela rationi subnixa. Vox vero est (verbi causa) si latine: si grece dicatur: si eleuatius: si pressius. Sed hec necessario: vt de scripturis probemus exigitis. Audi quod dicit Apostolus. Si linguis hominum loquar: et angelorum: charitatem autem non habeam: factus sum vt eramentum sonans: aut cymbalum tinniens. Ita ergo loqui linguis: et interpretari ex alia in aliam linguam: eris oblatio est. Necesse est enim omnia habere tabernaculum dei: et nihil deesse in domo domini. Est igitur (vt diximus) eris oblatio vox. Vox autem est: que alterius sensum in alteram linguam vertit. Sermo vero est: qui sensum proprium profert. Omnia ergo offerantur deo: et sensus: et sermo: et vox. Quid de ceteris dicemus? Multa sunt enim: et singula discutere opus est ingens. Verum quid proderit: vt nostro quidem ingenti labore dicantur. Ab occupatis vero auditoribus: et vix vnius hore puncto: verbo dei assistentibus spernantur: et pereant? Nisi enim dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt: qui edificant eam. Verumtamen nos (vt supra iam dictum est) tradimus ad mensam: pecuniam domini: videat vnusquisque auditorum quomodo suscipiat que traduntur. Vnusquisque autem (inquit) sicut corde concepit: offerat initia domino. Quod dixit initia: quero que sint initia auri: vel que primitie argenti? Quomodo autem de cocco: et purpura: et bysso: videntur conferri primitie? Aut quomodo sicut corde concepit quis offert? Hoc iam singulos nostrum pulsat: videamus simul et quomodo corde concepimus. Quanti modo hic presentes sumus: et sermo dei tractatur. Sunt qui concipiunt corde que lecta sunt: sunt qui omnino non concipiunt que dicuntur: sed est mens eorum: et cor: aut in negocijs: aut in actibus seculi: aut sub putationibus lucri: et precipue mulieres quomodo putas corde concipiunt: que tantum garriunt: que tantum fabulis obstrepunt: vt non sinant esse silentium? Iam quid de mente earum: quid de corde discutiam? Si de infantibus suis: aut de lana cogitent: aut de necessarijs domus. Vereor magis ne sequantur illas: de quibus dicit Apostolus. Que discunt circuire domos: non solum verbose: sed et curiose: loquentes que non oportet. Quomodo ergo iste tales corde concipiunt? Non concipit corde quis: nisi vacet corde: nisi sit mente liber: et totus intentus: nisi corde vigilet: non potest corde concipere: et offerre dona Deo. Quod si hactenus neglex(imus): ex

hoc saltem adtentiores simus: et sollicite intendamus: ut possimus mente concipere. Iustum est enim: ut in tabernaculo domini inueniatur vnusquisque habere portionem suam. Non enim latet deum vnusquisque quid ei offerat. Quam gloriosum tibi est: si dicatur in tabernaculo domini. Aurum istud (verbi causa) quo arca testamenti obtegitur: illius est. Argentum: ex quo bases: et columne sunt: illius est: es: de quo annuli: et candelabrum: et nonnulle columnarum bases facte sunt: illius est. Sed et lapides isti humerales: et logij: illius sunt. Purpura: qua ornatur pontifex illius est: et coccus illius est: et cetera queque per singula. Et rursum quam indecorum: quam miserum erit: si dominus veniens requirere edificium tabernaculi: nihil muneris tui inueniat in eo: nihil a te cognoscat oblatum. Sic indeuotus: sic infidelis vixisti: ut nihil memorie tue in tabernaculo dei esse gesteris. Sicut enim princeps huius mundi venit ad vnumquemque nostrum: et querit si quid de suis actibus inueniat in nobis: et siquidem inuenerit: sibi nos vendicat. Ita et econtrario si veniens dominus inueniat aliquid tuum in tabernaculo suo: sibi te defendit: et suum te dicit. Domine Iesu presta mihi: ut aliquid munimenti habere merear in tabernaculo tuo. Ego optarem (si fieri posset) esse aliquid meum in illo auro: ex quo propitiatorium fabricatur: vel ex quo arca contegitur: vel ex quo candelabrum fit luminis et lucerne. Aut si aurum non habeo: aut argentum: saltem aliquid inueniar offerre: quod proficiat in columnas: vel in bases earum. Aut certe vel aeris aliquid habere merear in tabernaculo vnde circuli fiant: et cetera: que sermo dei describit. Utinam mihi esset possibile vnum esse ex principibus: et offerre gemmas ad ornamentum pontificis humeralis et logij. Sed quia hec supra me sunt: certe vel pilos caprarum habere merear in tabernaculo dei: tantum ne in omnibus ieiunus: et infecundus inueniar. Unusquisque ergo sicut concepit corde. Uidete si concipitis: videte si tenetis: ne forte effluant que dicuntur: et pereant. Uolo vos ammonere religionis vestre exemplis notis: qui diuinis mysterijs interesse consuestis. Quomodo cum suscipitis corpus domini: cum omni cautela: et veneratione seruatis: ne ex eo parum quid decidat: ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis: et recte creditis: si quid inde per neglegentiam decidat. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela: et merito vtimini: quomodo putatis minoris esse piaculi verbum dei neglexisse: quam corpus? Initia ergo iubentur offerre: hoc est primitias: qui offert quod primum est: necessario habeat ipse quod reliquum est. Uide quantum nos oportet abundare auro: quantum argento: ac reliquis omnibus: que iubetur offerri: ut et domino offeramus: et nobis supersit. Primo.n. omnium debet sensus meus intelligere deum: et ipsi offerre primitias intellectus sui: ut cum deum bene intellexerit: reliqua consequenter agnoscat. Hoc etiam sermo faciat. Hoc et omnia: que in nobis sunt: agant. Sed videamus et cetera. Iacynthum: et purpuram: et coccum duplicatum: et byssum tortum. Quattuor ista sunt: ex quibus conficitur: vel pontificis indumenta: vel cetera: que ad sacrum parantur ornatum. De his dixerunt quidam ante nos: et sicut non decet aliena furari: ita conueniens puto bene dictis alterius non abuti fatentem. Ista ergo (ut et prioribus visum est) quattuor elementorum: ex quibus et mundus constat: et corpus humanum: tenent figuram: idest aeris: ignis: aque: et terre. Iacynthus ergo ad aerem refertur. Hoc enim ipse indicat color: sicut et coccus ad ignem: purpura: aque tenet figuram: quasi que de aquis accipiat fucum. Byssus terre: quia oritur ex terra. Habemus ergo et nos hec omnia in nobis: et quia ex his primitias domino iubemur offerre: ideo dicit. Sumite ex vobis ipsis: et offerte primitias domino. Uerum illud considerandum puto: quod cum de ceteris simpliciter dixerit Moyses: tantum de cocco addidit duplicatum: et byssum tortum. Requiritur ergo: cur alias quidem materias: ex quibus et cetera indicantur elementa simpliciter dixerit: coccum: quo ignis designatur: solum posuerit duplicatum? Difficilia hec ad intellegendum: et ad proferendum multum difficiliora. Utrumque tamen prout dominus dederit: tentabimus explanare. Oportet enim et dici aliqua: et aliquanta seruari. Uideamus ergo qua ratione coccum dixerit duplicatum. Color iste (ut diximus) ignis indicat elementum. Ignis autem duplicem habet virtutem. Unam: qua inluminat: aliam qua incendit. Hec est historie ratio. Ueniamus et ad intellectum alium. Etiam ignis ipse duplex est. Est ignis quidam in hoc seculo: est et in futuro. Dominus Iesus dicit. Ignem veni mittere in terram. Ignis iste illuminat. Item rursus dominus dicet in futuro operarijs iniquitatis. Ite in ignem eternum: quem preparauit pater meus diabolo: et angelis eius. Ille ignis incendit. Uerumtamen iste ignis: quem venit mittere Iesus: illuminat quidem omnem hominem venientem in hunc mundum. Habet tamen aliquid et quod incendat: sicut confitentur illi: qui dicunt: nonne cor nostrum ardens erat intra nos: cum adaperiret nobis scripturas?

scripturas? Simul ergo ⁊ incedebat: ⁊ illuminabat adaperiens scripturas. Nescio autem si ⁊ ille ignis in futuro seculo: qui incendit: habeat aliquid ⁊ quod inluminet. Est ergo (vt ostendimus) natura ignis duplex. Et ideo iubetur offerri coccum duplicatum. Quomodo ergo nos offerre possumus ignem istum duplicatum ad edificium tabernaculi: videamus. Si doctor es: extruis tabernaculum: edificans ecclesiam dei: dicit ergo ⁊ ad te Deus: quod ⁊ ad Hieremiam dixit. Ecce dedi verba mea in os tuum ignem. Si ergo docens: ⁊ edificans ecclesiam dei: increpes tantummodo: ⁊ arguas: ⁊ castiges ⁊ peccata populi exprobres: nihil autem consolationis proferas de scripturis diuinis: obscurum nihil explanes: nihil scientie profundioris attingas: nec aliquid intellegentie sacratioris aperias: obtulisti quidem coccum: sed non duplicatum. Ignis enim tuus incendit tantummodo: ⁊ non inluminat. Et rursum si docens: mysteria legis aperias: secretorum arcana discutias: peccantem vero non arguas: neglegentem non corripias: seueritatem discipline non teneas: obtulisti quidem coccum: sed non duplicatum. Ignis enim tuus tantum inluminat: non accendit. Qui ergo recte offert: ⁊ recte diuidit: coccum offert duplicatum. Et cum scientie lumine: igniculum seueritatis admisceat. Quid autem sibi velit ⁊ byssus torta: videamus. Et hic enim dedit aliquid additamenti pre ceteris elementis. Byssum diximus terre habere formam: quod est caro nostra. Carnem ergo non vult offerri deo fluitantem: luxu: ⁊ delitijs resolutam: sed torqueri iubet eam: ⁊ constringi. Quis ergo est: qui torqueat carnem suam? Ille nimirum: qui dixit. Macero corpus meum: ⁊ in seruitutem subijcio: ne forte cum alijs predicauerim: ipse reprobus efficiar. Sic ergo est offerre ⁊ byssum tortum: carnem abstinentia: vigilijs ⁊ meditationum labore conficere. Offeruntur ⁊ pili caprarum. Hoc genus pecudis in lege pro peccato iubetur offerri. Pilus autem species est emortua: exanguis ⁊ exanimis. Hanc qui offert: ostendit in se sensum peccati iam mortuum: nec in membris suis vltra viuere aut regnare peccatum. Pelles quoque offeruntur arietum. Arietem et ante nos quidam pro furore posuerunt. Et quia pellis: mortui animalis indicium est: ostendit in se furorem mortuum: qui deo offert arietum pelles. Post hec: ⁊ viri (inquit) acceperunt a mulieribus suis omnes: quibus visus est sensus: ⁊ attulerunt gemmas: ⁊ inaures: ⁊ anulos: ⁊ discriminalia ⁊ dextralia. Vides ⁊ hic quomodo illi afferunt dona deo: qui corde vident: qui intellectum corde concipiunt: qui mentem intentam ⁊ deditam habent ad verbum dei. Isti ergo afferunt munera: ⁊ afferunt etiam a mulieribus suis: inaures (inquit) ⁊ gemmas: ⁊ dextralia. Mulieres secundum allegoricam rationem (sepe iam diximus) quod caro accipitur: ⁊ vir rationabilis sensus. Bone sunt ergo iste mulieres: que obediunt viris suis. Bona est caro: que iam spiritui non repugnat: sed obtemperat: ⁊ consentit: ⁊ ideo si duobus: vel tribus in vobis conuenerit ex quacunque re petieritis: fiet vobis: dicit dominus. Offerunt ergo a mulieribus suis inaures. Vides quomodo domino offertur auditus: sed ⁊ dextralia domino offeruntur. Opera dextra ⁊ opera bona: que per carnem geruntur. Hec domino offerat rationabilis sensus. Sed ⁊ discriminalia offeruntur. Offert discriminalia: qui bene scit discernere quid agendum sit: quid vitandum. Quid deo placeat: quidue displiceat: quid iustum sit: quid iniustum. Ista sunt discriminalia: que domino offeruntur. Hec ergo mulieres inaures domino offerunt: quia sunt mulieres sapientes. Venerunt enim (inquit) mulieres sapientes: ⁊ fecerunt quecunque necessaria erant ad indumenta pontificis. Ille vero mulieres: que inaures suas obtulerunt: vt fieret vitulus insipientes erant: que a veritate quidem auerterunt auditum: ad fabulas autem: impietatemque conuerterunt: ⁊ ideo obtulerunt inaures suas: vt fieret caput vituli. Sed ⁊ in Iudicum libro aliud nihilominus idolum inuenimus ex mulierum inauribus factum. Iste ergo beate mulieres. Beata ista caro: que domino offert inaures suas: ⁊ dextralia sua: ⁊ anulos suos: ⁊ omnia opera manuum suarum: que in mandatis domini agit. Additur post hec. Quia ⁊ apud quem inuenta sunt ligna imputribilia obtulit deo. Siquis diligit Christum dominum in incorruptione: lignum imputribile offert domino. Beatus ergo apud quem inuenitur: vel sensus incorruptus: vel corpus incorruptum: ⁊ hoc offert deo. Et ⁊ bene valde dixit. Apud quem inuenta sunt ligna imputribilia. Non enim apud omnes inueniuntur ligna imputribilia: de auro non dixit: neque de argento: apud quem inuentum est. Potest enim apud omnes inueniri sensus ⁊ sermo. Sed nec de quattuor coloribus hoc dixit. Omnium namque est ex quattuor constare secundum corpus elementis. Ligna autem imputribilia: idest incorruptionis: ⁊ virginitatis gratia: apud rarum quemque inueniri potest: sicut ⁊ dominus dicit. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sed ⁊ principes (inquit) obtulerunt dona sua. Que sunt ista dona: que principes offerunt? Gemmas (inquit) obtulerunt: ⁊ lapides smaragdos: ⁊ lapides repletionis: ⁊ lapi-

des ad humerale. Lapides repletionis dicun-
tur: qui ponuntur in logio: hoc est: qui in pe-
ctore pontificis collocãtur: scripti per nomina
tribuũ filiorum israel. Hoc quod dicit̃ logion. i.
rationale: qui est pãnus exiguus ex auro: ⁊ gẽ
mis: coloribusq; varijs: ⁊ superhumerali con-
tra pectus pontificis annectebatur: formam h;
sensus rationabilis: qui i nobis est. In hoc po-
siti dicũtur lapides repletionis: qui tamen co-
herent: ⁊ connexi sunt ad lapides humerales:
atq; ex his continentur adstricti. Humeralis
ornatus indicium est actuum bonorum. Actus er
go cum ratione: ⁊ ratio cũ actibus sociatur: vt
sit consonãtia in vtroq;. Qui enim fecerit: ⁊ do
cuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.
Sit ergo in nobis sermo de actibus pendẽs: ⁊
sermonẽ actus exornent. Hic enim pontificis
refertur ornatus. S; ad hec explenda princi-
pes requiruntur. Iste ornatus eorum est: qui in
tãtum profecerunt: vt preesse populis merean-
tur. Offerunt etiam oleũ principes ad vsus du
plices profuturum: lucernis: chrismati. Debet
enim lucerna eorum: qui populis presunt: non
abscondi: aut sub modio poni: sed super cãde-
labrum: vt luceat omnibus: qui in domo sunt.
Sed ⁊ incensi cõpositionem principes offerũt: q̃
cõponatur per Moysen i odore suauitatis do
mino: vt ⁊ ipsi dicant: q2 Christi bonus odor
sumus: ⁊ posteaquam obtulit populus: voca-
uit (inquit) Moyses omnem sapientem ad fa-
bricandum: ⁊ architectum: vt componerent: ⁊ fa
bricarentur singula queq;: que scripta sunt.
S; ⁊ mulieres (inquit) sapientes vocauit: vt
facerent: que conuenirẽt in tabernaculo domi
ni. Vides ergo omnia que fiunt: a sapiẽtibus
fieri: ⁊ mulieres sapiẽtes vocantur: ⁊ viri sapi-
entes. Omnia enim opera domini in sapientia
fiunt. Venit ergo vnusquisq; sapiens sensu: ⁊
facit opa domini. Non sufficit nobis si offera-
mus tãtum: sed opus est: vt cum sapiẽtia ea: que
in nobis sunt: operemur: sciamus miscere aurum
cũ bysso: ⁊ coccũ duplicare: vel miscere cũ pur
pura. Quid. n. tibi prodest si habeas hec: ⁊ vti
his nescias: neq; agnoscas quomodo vnũqđq;
in suo tempore: ⁊ in suo loco aptare debeas:
⁊ proferre? Et ideo dãda nobis est opera: vt sa
pientes simus: ⁊ hec: que audimus de scriptu
ris sanctis proferre in tempore: ⁊ aptare possi-
mus: ⁊ cõponere: atq; ex his adornare taber-
naculum deo Iacob. Per Iesum Christum
dominum nostrum: cui est gloria: ⁊ imperium
in secula seculorum. Amen.

¶ Expliciunt Homilie Origenis
in Exodum.

¶ Incipit Tractatus in Leuiticum.
Homilia prima.

SIcut in no-
uissimis diebus verbum
Dei ex Marie carne ve-
stitum processit in hunc mũ
dum: ⁊ aliud qdem erat:
qđ videbatur in eo: aliud
qđ intellegebat̃. Carnis
nãq; aspectus in eo pate-
bat oib⁹: paucis xp̃o: ⁊ ele
ctis dabat̃ diuinitatis agnitio. Ita ⁊ cũ p pro
phetas: vel legislatorẽ xbũ dei pfertur ad ho
mines: nõ absq; cõpetẽtib⁹ proferẽ idumẽtis.
Nam sicut ibi carnis: ita hic lr̃e velamine tegit̃.
Et littera qdẽ aspiciat̃ tãq̃ caro: latens vero
intrisecus spiritalis sensus: tãq̃ diuinitas sen-
tiat̃. Tale ergo est qđ ⁊ nũc inuenimus librum
Leuitici reuoluẽtes: in quo sacrificiorum ritus:
⁊ hostiarum diuersitas ac sacerdotum ministeria
ascribũtur. S; hec fm lrãm: que tãq̃ caro xbi
dei est: ⁊ indumẽtũ diuinitatis eius: digni for-
tasse: vel aspiciãt: vel audiãt ⁊ indigni. Sed ⁊
beati sunt illi oculi: q velamine lr̃e obtectũ in-
trinsecus diuinũ spiritũ vident: ⁊ beati sunt: q
ad hec audiẽda mũdas aures interioris hois
deferũt. Alioqn apte in his fmonib⁹ occidẽtẽ
lrãm sentiẽt. Si. n. fm quosdã ẽt nostrorum intel
lectũ simplicẽ sequar: ⁊ absq; vlla (vt ipsi ride
re nos solẽt) stropha xbi: ⁊ allegorie nubilo:
vocẽ legislatoris excipiã ego ecclesiasticus sub
fide Christi viuẽs: ⁊ in medio ecclesie positus:
ad sacrificãdũ vitulos: ⁊ agnos: ⁊ ad offerẽdã
similam cũ thure: ⁊ oleo: diuini pcepti auctori-
tate compellor. Hoc enim agũt: qui deseruire
nos historie: ⁊ seruare legis litteram cogũt. S;
tẽpus est nos aduersus improbos presbyteros
vti sancte Susannẽ vocibus: quas illi qdẽ re-
pudiãtes: historiã Susanne de cathalogo di-
uinorum voluminũ desecarũt. Nos aũt ⁊ suscipi
mus: ⁊ oportune cõtra ipsos pferimus: dicen-
tes. Angustie mihi sunt vndiq;. Si enim hoc
cõsensero vobis: vt legis litteram sequar: mors
mihi erit. Si aũt non cõsensero: non effugiam
manus vestras. S; melius est me nullo gestu
incidere in manus vestras: q̃ peccare in cõspe-
ctu dñi. Incidamus ergo ⁊ nos (si ita necesse
est) in obtrectationes vestras: tãtum vt verita-
tẽ verbi dei sub littere tegmine coopertam ad
Christũ iã dñm conuersa cognoscat ecclesia.
Sic enim dixit ⁊ Apostolus. Quia si cõuersus
quis fuerit ad dñm: auferet̃ velamẽ. Ubi enim
spiritus domini: ibi libertas. Ipse igitur no-
bis dominus

56

bis dominus: ipse sanctus spiritus deprecandus est: vt omnem nebulam: omnemq; caliginem: que peccatorum sordibus concreta: visus nostri cordis obscurat: auferre dignetur: vt possimus legis eius intellegentiam spiritalem: et mirabilem contueri: secundum eum: qui dixit. Reuela oculos meos: et consyderabo mirabilia de lege tua. Igitur quantum possumus: breuiter pauca perstringamus ex multis: non tam singulorum verborum explanationi studentes. Hoc enim facere per ocium scribentis est. Sed que ad edificationem ecclesie pertinent: proferentes: vt occasiones potius intellegentie auditoribus demus: quam expositionum latitudinem prosequamur: secundum illud: quod scriptum est. Da occasionem sapienti: et sapientior erit. Principium ergo Leuitici dicit. Quia vocauit dominus Moysen: et locutus est illi de tabernaculo testimonij: vt promulgaret filijs israel sacrificiorum leges: et munerum: et ait. Si homo munus offeret domino: offerat ex bobus vel pecoribus: idest agnis: vel hedis. Si vero ex auibus: turtures: vel pullos columbarum. Si vero non homo: sed anima offerat munus deo: ex simila (inquit) offerat panes azimos coctos in clybano: vel certe similam ex sartagine in oleo conspersam: aut ex craticula: oleo nihilominus subactam. Tum deinde edocemur: quia fermentatum nihil omnino oportet offerri ad altare dei: neque mellis quicquam sacrificijs admisceri: sed sale saliri omne sacrificium: vel munus. Secundo in loco de primitiarum precepit sacrificijs: que recentia tosta: bene purgata offerri domino iubet. Post hec sub eadem legis continentia de sacrificijs salutaribus infigitur. Primo ex bobus: secundo ex ouibus: in quibus tamen liceat: siue in agnis: siue in hedis: vel feminas offerre: vel mares: et nihil preter hec animalia decernit in sacrificijs salutaribus offerendum. Sed repetamus paululum: et videamus primo omnium quidem quod dicit. Homo ex vobis si offerat munus: quasi vero possit alius aliquis offerre: quam homo: et vtique suffecisset dicere: si quis ex vobis offerat munus: sed nunc dicit. Si homo ex vobis offerat munus. In consequentibus vero dicit: si autem anima offerat munus. In posterioribus porro: cum secundo iam loquitur dominus ad Moysen: et mandat de sacrificijs pro peccato offerendis: ita dicit. Si pontifex peccauerit: offerat illud: et illud. Vel si omnis synagoga peccauerit: vel si principes peccauerint: vel si anima vna peccauerit: mandatur singulis quibusque quid offerat. Quid ergo? Inanem putamus esse istam personarum distinctionem: vt aliud quidem offerendum sub hominis appellatione: aliud sub anime: aliud sub pontificis: aliud vero sub synagoge: aliud etiam sub principis: vel sub vnius anime cognominatione mandetur. Ego interim pro exiguitate sensus mei: hoc in loco hominem: quem appellauit: et primum in omnibus posuit ad offerendum munus deo: intellegendum esse omne humanum arbitror genus: et ipsum dici hominem: qui holocaustum offerat. Vitulum ex bobus sine macula. Iste autem vitulus sine macula: vide si non ille saginatus est vitulus: quem pater pro regresso: ac restituto sibi illo: qui pierat filio: quique omnem eius substantiam dilapidauerat: iugulauit: et fecit conuiuium magnum: et letitiam habuit. Ita vt letarentur angeli in celo super vno peccatore penitentiam agente. Homo ergo iste: qui perierat: et inuentus est: quoniam nihil habuit proprie substantie: quod offerret: cuncta namque dilapidauerat viuens luxuriose: inuenit istum vitulum celitus quidem missum: sed ex patriarcharum ordine: et connexis ex Abraham generationum successionibus venientem: et iccirco non dixit vitulum: et siluit: vt videatur vitulus quicunque mandatus: sed vitulum ex bobus: idest ex patriarcharum generatione venientem. Est autem masculus sine macula. Masculus vero est: qui peccatum: quod est feminee fragilitatis ignorat. Solus ergo ille masculus: solus sine macula est: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Et qui acceptus contra dominum offertur ad ostium tabernaculi. Ad ostium tabernaculi: non est intra ostium: sed extra ostium. Extra ostium etenim fuit Iesus: quia in sua propria venit: et sui eum non receperunt. Non est ergo ingressus tabernaculum illud: ad quod venerat: sed ad ostium eius oblatus est in holocaustum: quia extra castra passus est. Nam et illi mali coloni venientem filium patrisfamilias: eiecerunt foras extra vineam: et occiderunt. Hoc est ergo: quod offertur ad ostium tabernaculi: acceptum contra dominum: et quid tam acceptum: quam hostia Christi: qui seipsum obtulit deo: et tamen imponent manum suam (inquit) super caput hostie: et iugulabunt vitulum contra dominum: et offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem: et effundent sanguinem ad altare in circuitu: quod est ad ostium tabernaculi testimonij. Potest quidem videri ob hoc dictum: quod de filijs Aaron erant Anna: et Cayphas: et ceteri omnes: qui consilium agentes contra Iesum pronunciauerunt eum reum mortis: et effuderunt sanguinem eius circa basim altaris tabernaculi testimonij. Ibi enim effundit sanguis: vbi erat altare: et basis eius: sicut ipse dominus dixit. Quia non capit perire prophetam extra Hierusalem. Posuit ergo

⁊ manuȝ suam super caput vituli. Hoc est pec
cata generis humani imposuit super corpus
suuȝ. Ipse est enim caput corporis ecclesie sue.
Sȝ ⁊ hoc fortasse non sine causa fit: quod cum
superius dixisset: adplicabit eum ad ostium ta
bernaculi testimonij. In posteriorībꝰ repetit:
⁊ iterum dicit: ad altare: quod est ad ostiuȝ ta
bernaculi testimonij. Quasi non eundem locū
sub eadem narratione semel designasse suffe-
cerit. Nisi quia forte hoc itellegi voluit quod
sanguis Jesu non solum in Hierusalem effu-
sus est: vbi erat altare: ⁊ basis eius: ⁊ taberna-
culum testimonij: sed ⁊ quod supernum illud
altare: quod est in celis: vbi ⁊ ecclesia primiti-
uorum est idem ipse sanguis aspersus erit: sicut
⁊ Apostolus dicit: quia pacificauit per sangui
nem crucis sue: siue que in terra sunt: siue que
in celis. Recte ergo secundo nominat altare:
quod est ad hostiuȝ tabernaculi testimonij: q̄r
non solum pro terrestribus: sed etiam pro cele
stibus oblatus est hostia Jesus: ⁊ hic quidem
pro hominibus ipsam corporalem materiam
sanguinis sui fudit: in celestibus xͦo ministrā-
tibus: si qui illi inibi sunt sacerdotibus: vitalē
corporis sui virtutem: velut spiritale quoddaȝ
sacrificium immolauit. Uis autem scire: quia
duplex hostia in eo fuit conueniēs terrestribꝰ:
⁊ apta celestibus? Apostolus ad Hebreos scri
bens dicit. Per velamen: idest carnem suam.
Et iterum. Interius velamen interpretatᷣ ce-
lum: quod penetrauit Jesus: vt adsistat nunc
vultui Dei pro nobis: semper (inquit) viuēs
ad interpellandum pro his. Si ergo duo itel-
leguntur velamina: que velut pontifex ingres
sus est Jesus: consequenter ⁊ sacrificiū duplex
intellegendum est: per quod ⁊ terrestria salua-
uerit: ⁊ celestia. Deniqȝ ⁊ ea que sequitur plus
celesti sacrificio: quam terreno videntur aptā-
da: ⁊ decoriantes (inquit) holocaustum diui-
dent illud membratim: ⁊ imponent filij Aron
sacerdotis ignem super altare: ⁊ cōstipabūt li
gna in ignem: ⁊ imponent filij Aaron sacerdo
tis diuisa membra: ⁊ caput: ⁊ adipes: ⁊ ligna:
que sunt super altare. Interanea xͦo: ⁊ pedes
lauabunt aqua: ⁊ imponet sacerdos omnia su
per altare: hostia est: ⁊ sacrificium: odor suaui
tatis domino. Quomodo decorietᷣ caro verbi
Dei: quod hic vitulus nominatur: ⁊ quomo-
do membratiȝ diuidatᷣ a sacerdotibus: opere-
pretiū est aduertere. Ego puto quod ille sacer
dos detrahit corium vituli oblati in holocau-
stum: ⁊ deducit pellem: qua mēbra eius conte-
gūtur: qui de verbo dei abstrahit velamē litte
re: ⁊ interna eius: que sunt spiritalis intellegē
tie membra denudat: ⁊ hec membra verbi in-
terioris scientie: non in humili aliquo loco po-
nit: sed in alto: ⁊ sancto: idest super altare con-
locat: cum non indignis hominibus: ⁊ humi-
lem vitam: ac terrenā ducētibus pandit diui-
na mysteria: sȝ illis: qui altare dei sunt: in qui
bus semper ardet diuinus ignis: ⁊ semper con
sumitur caro. Super hos ergo tales mēbratiȝ
diuisus iste holocausti vitulus collocatur. Di
uidit nāqȝ mēbratim vitulum: qui explanare
per ordinem potest: ⁊ competenti distinctione
differere qui sit ꝑfectus Christi fimbriam con
tigisse: qui vero pedes eius lauisse lachrymis:
⁊ capillis capitis extersisse. Quanto autem ijs
potius sit caput eius vnxisse myrrha: sȝ ⁊ in pe
ctore eius recubuisse quid habeat eminentie?
Horum ergo singulorum causas differere: ⁊
alia quideȝ incipientibus: alia vero ijs: qui iā
proficiunt in fide Christi. Alia auteȝ illis: qui
iam ꝑfecti sunt in sciētia: ⁊ charitate eius apta
re: hoc est mēbratim vitulum diuisisse. Sed ⁊
qui nouit ostendere que fuerint legis ꝓcipia:
qui etiam in ꝓphetis profectus accesserit: que
vero in euangelijs plenitudo perfectionis ha-
beatur: vel q̄ docere potest quo xͦbi lacte alen-
di sunt paruuli in Christo: ⁊ quo xͦbi olere re-
fouendi sint: qui infirmantur in fide: quis etiā
sit cibus solidus: ⁊ fortis: quo impugnādi sint
athlete Christi: qui hec singula nouit spirita-
li ratione diuidere: potest huiusmodi doctor il
le sacerdos videri: qui imponit sup altare ho-
locaustum per membra diuisum. Addit ⁊ li-
gna altari: quo ignis animetur: ⁊ ardeat his:
a quo nō solū de corporalibus virtutibꝰ Chri-
sti: sed etiam de diuinitate eius sermo misceа-
tur. Desursum eniȝ est diuinitas Christi: quo
ignis iste festinat. Conueniēter ergo oīa hec: q̄
in corpore a Saluatore gesta sūt celestis ignis
adsumpsit: ⁊ ad diuinitatis eius naturam efi-
cta restituit. Lignis tamē adhibitis: ignis iste
succenditur. Usqȝ ad lignum eniȝ carnis pas-
sio fuit Christi. Ubi autem suspensus in ligno
est: dispensatio carnis finita est. Resurgens
enim a mortuis: ascendit in celū: quo iter eius
natura ignis ostendit. Unde ⁊ Apostolus di-
cebat: quia ⁊ si cognouimus Christuȝ ꝫm car-
nem: sed nunc iam non nouimus. Holocaustū
namqȝ carnis eius per lignum crucis oblatū:
terrena celestibꝰ: ⁊ diuinis humana sociauit.
Interanea sane cum pedibus aqua dilui iu-
bet sermo precepti: sacramentuȝ baptismi sub
figurali predicatione denuncians. Nam inte-
ranea diluit: qui conscientiam purgat. Pe-
des abluit: qui cōsumationē suscipit sacramē-
ti: ⁊ scit quia qui mundus est: non indiget: nisi
vt pedes lauet: ⁊ quia partem quis habere nō
potest

potest cum Jesu: nisi lauerit pedes eius. Uerũ si hec etiam ad moralẽ locum inclinare velis: habes & tu vitulum: quẽ offerre debeas. Uitulus est: & quidẽ valde superbus: caro tua. Quã si vis munus domino offerre: vt eam castã: pudicamq̃ custodias: adhuc eam ad ostiũ tabernaculi: idest vbi diuinorũ librorum suscipere possit auditum. Masculinũ sit munus tuum: feminã nesciat: cõcupiscẽtiam respuat: fragilitatem refugiat: nihil dissolutũ requirat: aut molle. Impone etiam manum tuã super hostiam tuam: vt sit accepta domino: & iugula illam cõtra dominũ: hoc est impone ei cõtinẽtie frenum: & manũ discipline ne auferas ab ea: sicut imposuit manum carni sue: ille qui dicebat: macero corpus meũ: & seruituti subijcio: ne forte cum alijs predicauero: ipse reprobus efficiar. Et iugula eã contra dominũ: mortificans sine dubio mẽbra tua: que sunt super terram. Sed & filij Aaron sacerdotis offerãt sanguinẽ eius. Sacerdos in te est: & filij eius: mẽs que in te est: & sensus eius: qui merito sacerdos: & filij sacerdotis appellantur. Soli enim sunt: qui intellegũt deũ: & capaces sunt scientie dei. Uult ergo sermo diuinus: vt rationabili sensu carnem tuã in castitate offeras deo: ſm qđ Apostolus dicit. Hostiam viuam: sanctã: placentem deo: rationabile obsequium vestrum. Et hoc est per sacerdotem: vel filios sacerdotis offerre sanguinem ad altare: cum & corpore: & spiritu quis castus efficitur. Sunt enim & alij: qui offerunt quidem holocaustum carnẽ suam: sed non per mynisterium sacerdotis. Non enim scientes: nec ſm legem: que in ore sacerdotis est: offerunt. Sed sunt quidem casti corpore: anima autem inueniuntur incesti. Aut enim glorie humane concupiscentia maculantur: aut cupiditate auaritie polluuntur: aut inuidie: ac liuoris infelicitate sordescunt: vel furentis odij: & ire immanitate vexantur. Quicunq̃ ergo tales sunt: licet corpore casti sint: tamen non offerunt holocausta sua ꝑ manus: & ministeria sacerdotis. Non est enim in eis consilium: & prudentia: que sacerdotio fungitur apud deum. Sed sunt ex illis quinq̃ virginibus stultis: que virgines quidẽ fuerunt: & castitatem corporis seruauerunt: oleum autem charitatis: & pacis: & reliquarum virtutũ: in vasis suis condere nescierunt: & idcirco excluse sunt a thalamo sponsi: quoniam sola carnis continentia ad altare dominicum non potest peruenire: si reliquis virtutibus: & sacerdotalibus ministerijs deseratur. Et ideo qui hec legimus: vel audimus: in vtramq̃ partẽ operam dare debemus: casti esse corpore: recti mẽte: mundi corde: moribus emendati: proficere in operibus: vigilare in sciẽtia: fide: & actibus: gestis: & intellectibus esse perfecti: vt ad similitudinem hostie Christi cõformari mereamur. Per ipsum dominum nostrum Jesum Christum: per quem deo patri omnipotenti cũ sancto spiritu est gloria: & imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De sacrificiorũ ritu: hoc est de muneribus salutaribus: & pro peccatis: & quomodo offert Pontifex pro peccato suo: & pro peccato synagoge: vel ꝑ anima: que ex populo terre peccauerit: non voluntate. Homilia.II.

Superior quidem de principio Leuitici disputatio edocuit nos legem sacrificiorum: que munera appellantur: vt si homo munus offerat ex animalibus: id offeret ex bobus vel ouibus: vel etiam capris: si vero ex auibus: turturum par: aut duos pullos columbinos adhiberet. Si vero anima offerat munus: similam offeret ex clybano: idest panes ex simila azimos: aut similam oleo conspersam ex sartagine: vel etiam craticula. Si autem sacrificium offerat primitiarum: de primitijs frugũ: vt simila sit recens: idest noua: igni quoq̃ eã torreri vult: & medio fractam esse: ne multum minutatum sit: quia primitie sunt: & bene purgata sit. Oleum quoq̃ & thus: vt imponãtur super eam: & sic offeratur. At vero siquis offerat sacrificium salutare: ex bobus iubetur offerre: vel etiam ex ouibus: siue capris: & exceptis his nullum aliud sacrificij genus substituitur in salutaribus hostijs. Nam pro peccatis non voluntarijs: generaliter quidem anima iubetur offerre. Et post hec per diuersas itur: variasq̃ personas: & iubetur: siquidem pontifex sit: qui deliquit: & offert sacrificium pro peccato: vt vitulum holocaustum offerat: sed non eo ritu: quo illũ pro munere obtulit. De hoc enim tantum adipes: & duos renes cum adipibus suis: & adipem: qui tegit interiora: imponet super altare holocaustorum. De sanguine quoq̃ eius intingens digitum suũ: respergit septies contra dominum: & linit ex eo cornua altaris incensi. Ceteras autem carnes cum corio: & interaneis: & stercore: extra castra igni cremari iubet in loco mundo. Obseruãdum sane est: quod in peccato Põtificis nõ addidit Legislator: quia per ignorantiam: aut non voluntate peccauerit. Neq̃ enim cadere ignorãtia poterat in eum: qui vt ceteros doceret: prouectus est. Si autẽ totius synagoge peccatũ fuerit: vitulum nihilominus in holocaustũ syna-

goga iubetur offerre. Sed in peccato synagoge dicitur: si ignorauerit: et latuerit verbum ab oculis synagoge: et fecerit vnum ab omnibus mandatis domini: quod non fiet: vnde apparet etiam omnem synagogam posse delinquere per ignorantiam: quod et dominus confirmat in euangelijs: cum dicit: Pater remitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Quod si princeps fuerit: qui offert hostiam pro peccato: hircum ex capris iubetur offerre. Non holocaustum: sed tantum vt de sanguine eius imponat sacerdos super altare: et omnem adipem eius offerat in altari. Reliquum autem sacerdotibus remaneat ad edendum: sanguine tantum ad basim altaris effuso. Si vero anima fuerit (inquit) vna que offert pro peccato: capram feminam offerat: ritu scilicet eodem: quo hircum superius diximus immolatum. Quod si non valuerit (inquit) manus eius ad capram: vel ad agnum: par turturum offerat: aut duos pullos columbarum. Quod si nec hoc inueniet: decimam partem offe similaginis sine oleo: et sine thure mandatur offerre. Hec quidem nobis singula priori lectione recitata sunt: verum explanatio eorum: quoniam tempore excludebamur: omissa est: de qua nunc paucis commonere studiosos quosque: et eos: qui etiam preteritarum meminerint lectionum: absurdum non puto: quam quod ad ea: que nuper recitata sunt: vrgeamur: et primo velim videre que sit ista differentia: quod alia quidem hominem dicit offerre: alia animam: alia pontificem: alia synagogam: alia principem: alia vnam aiam ex populo terre: et puto quidem hominem illum debere intellegi: qui ad imaginem: et similitudinem dei factus: rationabiliter viuit. Hic ergo munus offert deo vitulum: cum carnis superbiam vicerit. Ouem: cum inrationabiles motus: insipientesque correxerit. Hedum: cum lasciuiam superauerit. Offert etiam par turturum: cum non fuerit solus: sed mentem suam verbo dei: velut viro coniugi sociauerit: sicut hoc genus auium: vnum dicitur: et castum seruare coniugium. Offert etiam et duos pullos columbarum: cum et ipse intellexerit mysterium: quo oculi sponse sicut columbe dicuntur ad plenitudines aquarum: et collum eius sicut turturis. Hec ergo sunt hominis secundum quod supra exposuimus: munera. Aie autem munera: longe inferiora describit. Anima hec neque vitulum habet: neque euem: neque: hedum: quem offerat deo: sed ne par quidem turturum: aut duos pullos inuenit columbarum. Similam tantum habet: ex ipsa panes azimos offert a clybano: ex ipsa in sartagine opus factum: vel in craticula oleo perunctum. Videtur mihi hec: que anima appellata est: homo ille: quem Paulus animalem hominem nominat: intellegendus: qui etiam si peccatis non vrgeatur: nec sit preceps ad vitia: non tamen habet aliquid in se spiritale: et quod figuraliter carnes verbi dei reputetur. Sic enim de eo ipse Paulus apostolus dicit. Quia animalis homo non percipit ea: que sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi: et non potest intellegere: quia spiritaliter diiudicatur. Spiritalis autem examinat omnia. Iste ergo: qui anima nominatur: non potest offerre omnia: quia examinare non potest omnia: sed offert solam similam: et panes azimos: idest communem hanc vitam. Verbi gratia. In agricultura: aut in nauigando: aut in aliquibus communis vite vsibus posita: offert tamen etiam ipsa munus deo: licet solam similam dicatur offerre: oleo tantum conspersam. Omnis enim anima eget oleo diuine misericordie: nec presentem vitam euadere quispiam potest: nisi ei oleum celestis miserationis adfuerit. Secundo in loco: primitiarum: idest de initijs frugum mandatur oblatio. Quod si bene meministis: in die penthecosten fieri lex iubet. In quo illis plane vmbra data est. Nobis autem veritas reseruata est. In die enim pentecostes oblato orationum sacrificio primitias aduenientis sancti spiritus apostolorum suscepit ecclesia. Et vere hec fuerunt recentia: quia erat nouum: vnde et musto repleti dicebantur. Igni tosta: ignee namque lingue supra singulos consederunt: et medio fracta. Frangebatur enim media: cum littera separabatur ab spiritu: et hinc purgata. Purgat namque omnes sordes presentia sancti spiritus: remissionem tribuens peccatorum. Oleum quoque misericordie huic sacrificio infunditur: et thus suauitatis: per quod Christi bonus odor efficimur. Post hec de sacrificijs salutaribus dicit: que ex animalibus: idest bobus: vel capris atque ouibus offeruntur: et nihil his vltra substituitur ad immolandum: sed ne de auibus quidem: que superius in offerendis muneribus fuerant substitute. Iste enim: qui salutares hostias offert: sine dubio iam sue salutis est conscius: et ideo qui ad salutem peruenit: necesse est: vt que magna: et perfecta sunt: offerat. Sic enim et Apostolus dicit. Perfectorum autem est cibus solidus. Dehinc ad offerendas pro peccatis victimas sacrificiorum ordo dirigitur: in quo et secundo dicitur. Locutus est dominus ad Moysen: dicens. Aia quecunque peccauerit coram domino: non voluntate. Recte animam dicit: quam peccare describit. Non enim spiritum vocasset: quem diceret peccaturum. Sed ne hominem quidem hunc diceret: in quo nequaquam imago dei peccato interueniente constaret. Non ergo est spiritus ille: qui peccat. Fructus enim spiritus est (vt describit Apostolus)

Apostolus) charitas:gaudium:pax:patiẽtia:
z cetera his similia:que etiã fructus vite ap-
pellantur. Deniq3 z alibi dicit. Qui seminat
in carne:de carne metet corruptione3. Et qui
seminat in spiritu:de spiritu metet vitam eter
nam. Quoniam ergo alius est: qui seminat: z
alius est:i quo seminatur. Seminatur aũt vel
in carne:cũ peccatur:vt metatur corruptio:vl'
in spiritu: cum ẽm deum viuitur: vt metatur
vita eterna. Cõstat animã esse: que vel in car-
ne:vel in spiritu seminat:z illa3 esse: que vel in
peccatum ruere possit:vel conuerti a peccato.
Nam corpus seq̃la eius est:ad quodcũq3 dele
gerit:z spiritus dux eius est ad virtutẽ: si eum
seq velit. S3 hec generaliter dicta sunt. Nũc
vero per species diuidũtur. Si põtifex (inq̃t)
qui vnctus est: peccauerit: z populum fecerit
peccare:offerat pro peccato suo vitulu3 de bo-
bus sine macula domino. Terror simul: z mi-
sericordia in diuinis legibus ostentatur:ita ne
tande3 nihil tutum est:nec pontifex quidem? z
qui pontifex? Ipse:qui vnctus est:ipse:qui sa-
cris ignibus diuina succendit altaria:qui deo
munera: z salutares hostias immolat: q inter
deũ z homines medius quidam repropitiator
interuenit. Nec iste inꝙ ipse immunis manet a
cõtagione peccati. Sed vide misericordiã dei:
z plenius eã (Paulo docẽte) cognosce. Ipse
enim ad Hebreos scribẽs dicit. Oĩs nãq3 pon
tifex ab hoĩbus adsumptus pro hoĩbus consti
tuit̃:ad offerẽdas hostias deo. Et paulo post.
Lex (inquit) hoĩes cõstituit sacerdotes infir-
mitatem habẽtes:vt possint:sicut pro sua: ita
ẽt pro populi infirmitate offerre. Uides ergo
dispẽsatiõnẽ diuine sapientie. Sacerdotes sta
tuit. Non eos:q oĩmodo peccare non possent:
alioquin nõ essent homines. Sed eos:qui imi-
tari quidẽ debeant illum:qui peccatũ nõ fecit.
Offert autem hostias primo pro suis:postea ꝑ
populi delictis. S3 quid precipue in huiusmo
di sacerdote mirandum est:non vt non peccet:
quod fieri non potest:sed vt agnoscat:z intelle
gat peccatum suum. Nunquã enim emẽdat:
qui peccasse se non putat. Simul q2 z facilius
potest indulgere peccãtibus:is: qui aliqua in-
firmitatis sue consciẽtia remordetur. Que est
aũt oblatio sacerdotis pro peccato? Uitulus
(inquit) ad holocaustũ. Secundo inuenimus
offerri a põtifice vitulum in holocaustũ: semel
pro munere: semel pro peccato. Sed ille: qui
offertur in munere:super holocausti altare cõ-
sumitur. Qui vero pro peccato: extra castra:
cu3 corio:z interaneis:ac stercore:in loco mun
do iubetur exuri:adipibus solis in altare obla
tis:z renibus. Que singula diuidere:ac discer
nere:quãuis z supra nostras vires sit: z supra
auditum vestrum:tamẽ aliquas vobis ad itel
legẽdum occasiones cõquirere:atq3 in mediũ
ꝓferre tẽtabimus. Uide ergo:ne forte Iesus:
quẽ Paulus dicit pacificasse ꝑ sanguinẽ suũ:
non solu3 que in terris:sed z que in celis sunt:
idem ipse sit vitulus:qui in celis quidem: non
pro peccato:sed ꝓ munere oblatus est. In ter-
ris autem:vbi ab Adam:vsq3 ad Moysen re
gnauit peccatũ:oblatus sit pro peccato:z hoc
est passu3 esse extra castra. Extra illa (opinor)
castra:que viderat Iacob:angelorum dei ca-
stra celestia. De quibus scriptum est in Gene-
si. Et suspiciens Iacob vidit castra dei in ap-
paratu:z occurrerũt illi angeli dei:z dixit Ia
cob cu3 videret eos:castra dei sunt hec. Extra
illa ergo castra celestia:est omnis:in quo habi
tamus nos:locus iste terrenus:i quo in carne
passus est Christus. Quod vero dicit:q2 cum
stercore exuritur:z interaneis:vide ne forte ad
comparationem celestium corporum corpus
istud humãe nature:stercus figuraliter appel-
letur. Terra enim est: z de terra sumptum.
Sed z copbinus ille stercoris: qui ad radices
succidẽde ficulnee mittitur:quid aliud:quam
mysterium suscepte in corpore dispensationis
ostẽdit? Nec tamen ei interanea deesse dicun-
tur. Quãuis enim vilem serui gesserit formã:
plenitudo tamen in eo diuinitatis habitabat.
Hec quãuis audacter discussa sint:tamen fi-
deliũ quorũq3 nutriri semp ad maiora d3 au-
ditus. Eadem quoq3 etiã de synagoge vitulo
accipiẽda sunt. In morali aũt loco:potest põti
fex iste sensus pietatis:z religionis videri:qui
in nobis per orationes:z obsecrationes: quas
deo fundimus:velut quodam sacerdotio fun-
gitur. Hic si in aliquo deliquerit:omne3 cõti-
nuo:qui intra nos est:bonorũ actuum peccare
populum facit. Neq3 enim recti operis aliqd
gerimus:cum in prauu3 declinauerit dux bo
norum operum sensus:z ideo ad huius emen-
dationem non qualiscũq3 hostia:sed ipsius sa
ginati vituli requiritur sacrificiũ. Similiter z
synagoge culpa:hoc est omniũ:que intra nos
sunt:virtutũ emẽdatio:nõ aliter:quã ex Chri
sti mortificatione reparatur. Si vero ꝓnceps
(inquit) peccauerit:hircum offerat ex capris.
Princeps iste potest videri vis ratiõis:que in
tra nos est. Que si peccet in nobis:z stultu3 ali
quid agamus:pertimescẽda nobis est illa sen
tentia Saluatoris:que dicit. Uos estis sal ter
re. Si aũt sal infatuatu3 fuerit:ad nihil valet:
nisi vt proijciatur foras:z conculcetur ab hoĩ-
bus. Habet ergo z iste hostiã suã. Sed z ani-
ma (inquit) vna si peccauerit:capram feminã

similiter offerat: ſm illam ſubſtitutionem beſtiarum: quam ſuperius memorauimus. Sed fortaſſe dicant auditores eccleſie. Melius fere agebatur cū antiquis: quã nobiſcū: vbi oblatis diuerſo ritu ſacrificijs ⁊ peccãtibus venia ꝑſtabatur. Apud nos vna tantūmodo venia eſt peccatorū: que per lauacri gratiã in initijs datur. Nulla poſt hec peccanti miſericordia: nec venia vlla cõceditur. Decet quidem diſtrictioris eſſe diſcipline chriſtianū: ꝓ quo Chriſtus oblatus eſt. Pro illis oues: hirci: boues: iugulabantur: ⁊ aues: ⁊ ſimila cõſpergebatur: pro te dei filius iugulatus eſt: ⁊ iterum te peccare delectat? Et tamē ne tibi hec non tam erigant animos pro virtute: ꝙ pro deſpatione deijciãt. Audiſti quãta ſint in lege ſacrificia ꝓ peccatis: audi nunc quante ſint remiſſiones peccatorum. In euangelijs eſt iſta prima: qua baptizamur in remiſſionem peccatorū. Secūda remiſſio eſt in paſſione martyrij. Tertia eſt: q̄ ꝓ elemoſyna daẜ. Dicit enim Saluator. Verūtamen date elemoſynam: ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis. Quarta nobis fit remiſſio peccatorum: per hoc: qđ ⁊ nos remittimus peccata fratribus noſtris. Sic enim dicit ipſe dñs: ⁊ Saluator noſter: q: ſi dimiſeritis fratribus veſtris ex corde peccata ipſorū: ⁊ vobis remittet pater veſter peccata veſtra. Quod ſi non remiſeritis fratribus veſtris ex corde: nec vobis remittet pẜ veſter: ⁊ ſicut ĩ oratione nos dicere docuit: Remitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos remittimus debitoribus noſtris. Quinta peccatorum remiſſio eſt: cum conuerterit quis peccatorem ab errore vie ſue. Ita enim dicit ſcriptura diuina: quia qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue: ſaluat animam eius a morte: ⁊ cooperit multitudinē peccatorum. Sexta quoqȝ fit remiſſio per abundantiã charitatis: ſicut ⁊ ipſe dominus dicit. Amen dico tibi: remittūtur ei peccata multa: quoniã dilexit multum: ⁊ Apoſtolus dicit. Quoniaȝ charitas cooperit multitudinem peccatorum. Eſt adhuc ⁊ ſeptima: licet dura: ⁊ laborioſa per penitentiam remiſſio peccatorum: cū lauat peccator in lachrymis ſtratum ſuum: ⁊ fiunt ei lachryme ſue panis die: ac nocte: ⁊ cum non erubeſcit ſacerdoti dñi indicare peccatum ſuum: ⁊ querere medicinam ſm eum: qui ait. Dixi: pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam domino: ⁊ tu remiſiſti impietatem cordis mei. In quo impletur ⁊ illud: quod Jacobus apoſtolus dicit. Siquis autem infirmatur: vocet preſbyteros eccleſie: ⁊ imponãt ei manus: vngentes eum oleo in nomine dñi: ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmū: ⁊ ſi in peccatis fuerit: remittentur ei. Et tu ergo cum venis ad gratiaȝ baptiſmi: vitulū obtuliſti: q: in morte Chriſti baptizaris. Cū vero ad martyriū duceris: hircū obtuliſti: q: autorē peccati diabolum iugulaſti. Cum vero elemoſynam feceris: ⁊ erga indigentes affectum miſericordie ſollicita pietate dependeris: altare ſacrū hedis pinguibus oneraſti. Nam ſi ex corde remiſeris peccatuȝ fratri tuo: ⁊ iracundie tumore depoſito: miteȝ intra te: ⁊ ſimplicem recollegeris animū: immo laſſe te arietem: vel agnum in ſacrificium obtuliſſe confide. Porro autem ſi diuinis lectionibus inſtructus meditando ſicut columba: ⁊ in lege dñi vigilando die: ac nocte: ab errore ſuo conuerteris peccatorē: ⁊ abiecta nequitia ad ſimplicitatē euȝ columbe reuocaueris: atqȝ adherendo ſanctis: feceris eum ſocietatē turturis imitari: par turturum: aut duos pullos columbaruȝ domino obtuliſti. Quod ſi illa: q̄ ſpe: ⁊ fide maior eſt charitas: abūdauerit ĩ corde tuo: ita vt diligas inimicum tuum: non ſolum ſicut teipſum: ſed ſicut oſtēdit ille: qui dicebat. Maiorem hac charitatem nemo habet quam vt animaȝ ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Panes ſimilagineos in charitatis oleo ſubactos ſine vllo fermēto malitie: ⁊ nequitie: in azimis ſynceritatis: ⁊ veritatis te obtuliſſe cognoſce. Si aũt ĩ amaritudine fletus tui fueris: luctu: lachrymis: ⁊ lamẽtatione cõfectus: ſi carnem tuaȝ maceraueris: ⁊ ieiunijs: ac multa abſtinentia aridaȝ feceris: ⁊ dixeris: q: ſicut frixorium confrixa ſunt oſſa mea. Tunc ſacrificium ſimilam a ſartagine: vel a craticula obtuliſſe te noueris. Et hoc modo inuenieris tu verius: ⁊ perfectius ſm euangelium offerre ſacrificia: que ſm legem iam offerre non poteſt iſrael. Sed videamus quid etiam de his: que nuper recitata ſunt: ſentiendum ſit. Si autem (inquit) vna anima peccauerit: volens ex populo terre faciendo vnum ab omnibus mãdatis domini: quod non fiet: ⁊ deliquerit: ⁊ notū factum fuerit illi peccatum: quod peccauit: ⁊ adducet donum ſuum: capram de hedis feminam ſine macula adducet pro peccato: quod peccauit. Et omnem poſt hec ſacrificij ritum: ſm qđ ſupra expoſuimus: enarrauit. De anima: quam ſub peccato factã dicit offerre: qualiter ſentiēdum ſit: in ſuperioribus (prout potuimus) explanauimus. Quod ꝟo in hoc loco addidit: dicens: anima ſi peccauerit ex populo terre: non mihi videtur ocioſum. Quis enim dubitaret: quod ea: que dicit lex: ad animas: vel ad populum: qui ſunt in terra: dicerētur? Quid ergo neceſſariuȝ fuit: vt ad hoc: qđ dixit: anima vna ſi peccauerit: adderet ex populo

pulo

pulo terre? Sed videndũ est: ne forte ad distin-
ctionem alterius populi: qui non est terra: hec
anima: que peccauit: de populo terre esse dica
tur. Neq3 enim conuenire dictum hoc potest
illi: qui dicebat: vestra autẽ conuersatio in ce-
lis est: vnde ⁊ Saluatorẽ expectamus dominũ
Jesum. Quomodo ergo istam animaz merito
dixerim de populo terre: que nihil habet com
mune cum terra: sed tota in celis est: ⁊ ibi con-
uersatur vbi Christus est: in dextra dei sedẽs:
quo ⁊ redire desyderat: ⁊ esse cũ christo: Mul-
to enim melius: sed permanere in carne neces-
sarium ducit propter uos: hec eni3 anima que
peccat: de populo terre est: faciẽs vnũ ab omni
bus mandatis dñi: quod nõ fiet: diu me in hoc
sermone quidam stupor adtonitu3 tenuit. Nõ
enim consequenter dictum video: quod pecca
uerit anima: ⁊ fecerit vnum ex mãdatis domi-
ni: quod non fiet. Si enim mandatum domi-
ni est: quomodo fieri nõ debuit: cum vtiq3 ad
hoc dentur mãdata domini: vt fiant? Et quo-
modo hic dicitur peccasse animam: que fece-
rit vnu3 de mandatis domini: quod non fiet?
Et fortassis aliq̃bus videbitur errorẽ locutio-
nis per interpretes factũ: sed mihi curiosius in
quirẽti: compertũ est oẽs interpretes similiter
protulisse: ⁊ ideo nõ elocutionis error: sed pro-
fundioris intellegẽtie requirendus est sensus.
Inquãtum ergo nobis occurrere põt hec mi-
hi videtur absolutio. Mandata dñi quedam
data sunt: vt fiant: quedam vt non fiant. Sed
ea: que fieri debent: necessitas poposcit huma-
na: vt inserta illis proferrẽtur: que fieri nõ de-
berẽt. Verbi gratia: vt de his ipsis: que nunc
habemus in manibus: sacrificijs proferamus
exẽplu3. Agnus imolari iubet in pascha. Nõ
quo vere agni hostiam per singulos annos re-
quireret deus: sed quod designaret immolari
debere illũ agnum: qui tollit peccata mundi.
Hoc ergo fieri voluit: illud noluit. Sic enim
per Esaiam dicit. Quo mihi multitudinẽ sa-
crificiorũ vestrorũ dicit dñs? Plenus su3 ho-
locaustis arietum: ⁊ adipẽ agnorum: ⁊ sangui
nem hircorum: ⁊ tauroru3 nolo. Audisti quo-
modo non vult hostiam arietum: nec adipes
agnoru3? dedit tamẽ mandatu3 quomodo vel
tauroru3: vel agnorum hostia deberet offerri.
Sed qui legem spiritaliter intellegit: spiritali
ter hec querit offerre. Si vero que ƀm speciem
mandati carnalis obtulerit: hec anima vna ex
populo terre que peccauit: nolẽs faciẽdo vnu3
ab omnibus mandatis domini: quod non fiet:
⁊ deliquit: ⁊ ideo adiungit in subsequẽtibus: ⁊
cum notum factum fuerit illi peccatum: quod
peccauit: adducet munus suu3 ante deũ. De-
bet enim munus offerre anima: cu3 ei innotue
rit: q2 deus nõ querit carnale sacrificiũ. Quia
sacrificium deo est spiritus cõtribulatus. No
tum fit ergo peccatum suum: cum didicerit a
domino dicẽte. Misericordiã malo: quam sa-
crificium: ⁊ cum agnouerit immolare sacrifici
um laudis in ecclesia: ⁊ reddere altissimo vota
sua: per Christum dominu3 nostrum: cui laus
⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est. Si autem anima
peccauerit: ⁊ audierit vocem iuramenti: ⁊ hic
testis sit: aut viderit: aut conscius fuerit: si non
indicauerit: ⁊ ipsa accipiet peccatum eius. Et
anima quecunq3 tetigerit omnem rem immũ
dam: aut morticinum: aut a fera captum: ⁊c.

Homilia. III.

DE sacrificijs: que offeruntur ab ijs: qui
per ignorantiam: vel qui non volunta-
te peccauerint: sermo est. Unde ⁊ in superiori-
bus: cu3 de pontificis sacrificio diceremus: ob
seruauimus non esse scriptu3 de eo: q2 ignora-
uerit. S3 siq̃s bene meminit coꝝ: q̃ dicta sunt
potest nobis dicere: quia sacrificium: quod põ
tificem pro peccato diximus obtulisse: figura3
Christi tenere posuimus: ⁊ conueniens non vi
debitur vero Christo. Qui peccatum nesciit:
vt pro peccato dicatur obtulisse sacrificium: li-
cet per mysterium res agatur: ⁊ idem ipse pon-
tifex: idem ponatur ⁊ hostia. Vide ergo si ⁊ ad
hoc possumus hoc modo occurrere: q2 Chri-
stus peccatum quidem non fecit: peccatum ta-
men pro nobis factus est. Dum qui erat in for
ma Dei: in forma serui esse dignaretur: dum
qui immortalis est: moritur: ⁊ impassibilis pa
titur: ⁊ inuisibilis videtur: ⁊ quia nobis homi-
nibus: vel mors: vel reliqua omnis fragilitas
in carne ex peccati conditione superducta est:
ipse etiam: qui in similitudinem hominum fa-
ctus est: ⁊ habitu repertus: vt homo: sine du-
bio pro peccato: quod ex nobis susceperat: quia
peccata nostra portauit: vitulum immacula-
tum: hoc est carnem incontaminatam obtulit
hostiam deo. Sed quid faciemus de eo: quod
in sequentibus iungitur? Ubi eni3 dicit: siqui-
dem põtifex: qui vnctus est: peccauerit: ibi ad-
ditur: vt populu3 faceret peccare: offeret pro
peccato suo. Quomodo ergo conuenit: quia
per carnem suam: quam suscepit ex nobis Je-
sus: ipse peccatum factus est: peccare fecerit
populum? Ausculta ⁊ de hoc: si forte cum ali-
qua cõsequẽtia possumus respondere. Passio
Christi: credentibus quidem vitam: morte3 ve-

ro non credẽtibus confert. Quamuis enim sa lus gẽtibus sit per crucẽ eius: ⁊ iustificatio: iu deis tamẽ interitus est: ⁊ cõdemnatio. Sic enĩ ⁊ scriptum est in euangelio. Ecce hic natus est ad ruinam: ⁊ resurrectionẽ multorum: ⁊ hoc modo per peccatũ suum: hoc est per carnẽ in cruce actam: in qua nostra peccata susceperat: nos quidem credentes liberauit a peccato: populum vero non credentem peccare fecit: quibus ad incredulitatis malum: etiam sacrilegij accessit impietas: ⁊ hoc modo pontifex iste per suũ peccatũ peccare populũ fecit. Dũ in car ne positus ⁊ teneri potuit: ⁊ occidi. Nam ponamus (verbi gratia) Si dñs maiestatis non venisset in carne: nõ arguisset iudeos: nõ eis fu isset grauis: etiam ad vidẽdum: nõ vtiq̃ teneri potuisset: ⁊ neq̃ ad mortẽ tradi: nũquã sine dubio venisset sanguis eius super ipsos: ⁊ sup filios eorũ. Sed q: venit in carne: ⁊ pro nobis peccatum factus est: ⁊ hec pati potuit: idcirco ipse dicitur peccare populum fecisse: qui fecit eum in se posse peccare. Sed videamus iã qd agit ⁊ ista anima: que audit vocem iuramenti ⁊ testis est: vel que vidit aliquid: ⁊ conscia est: ⁊ non indicat: ex quo accepit etiam ipsa peccatum eius: sine dubio: qui inique aut egit aliqd aut iurauit. Hoc etiam ẜm historiam nos edificat: ⁊ docet: ne vnquam in peccatis alterius polluamus conscientias nostras: ne cõsensum male agentibus prebeamus. Consensum autẽ dico: non solum pariter agendo: sed etiã que illicite gesta sunt: reticendo. Uis autem scire quia consentiant hec etiam euangelicis preceptis? Ipse dñs dicit. Si videris fratrem tuũ peccare: argue eum inter te: ⁊ ipsum solũ. Si te audierit: lucratus es fratrẽ tuũ. Quod si nõ te audierit: adhibe tecum alios duos: vel tres. Quod si nec ipsos audierit: dic ecclesie. Si vero nec ecclesiã audierit: sit tibi sicut ethnicus: ⁊ publicanus. Sed euangelicum preceptũ in eo perfectius datum est: quod indicãdi peccatũ: modum: disciplinãq̃ cõstituit. Non vult enĩ te: si forte peccatũ videris fratris tui: cõtinuo euolare ad publicum: ⁊ proclamare passim: ac diuulgare aliena peccata: quod est vtiq̃ non corrigẽtis: sed potius infamantis. Solus (inquit) inter te: ⁊ ipsum solũ corripe eũ. Ubi.n. seruari sibi mysteriũ viderit ille: qui peccauerit: seruabit ⁊ ipse emendationis pudorem. Si vero diffamari se videat: illico ad denegandi impudentiã cõuertetur: ⁊ non solũ nõ emen daueris peccatũ: sed ⁊ duplicaueris. Disce ergo ex euãgelijs ordinem. Primo (inquit) solus inter te: ⁊ ipsũ. Secũdo adhibe tecũ alios duos: vel tres. Quare duos: vel tres. In ore enim (inquit) duorum: vel trium testium stabit omne verbum: quoniam quidẽ tertio correptionem mandat ad ecclesiã deferẽdam. Secũdo vult duos: vel tres testes adhiberi: quibus presentibus correptus: si emẽdare se non vult: cum ad ecclesiã delatũ fuerit eius peccatũ pos sit duobus adhibitis testibus cõfutari: frequẽ ter enim accidit: vt volens quis euangelicum implere mandatum: calũniator videatur si cri mẽ deferat ad ecclesiã: ⁊ deficiat testibus. Ne ergo hoc accidat: idcirco duos: vel tres testes in secũda cõuentione iussit adhiberi. Cum ergo euãgelij tale mãdatum sit: ⁊ lex precipiat: q: si tacuerit: accipiet peccatũ eius: sciendum est: quod siquis ea: que videt in delicto proximi sui: vel non indicat ẜm regulam superius datam: vel in testimonium vocatus: nõ que vera sunt dixerit: peccatum: quod cõmisit ille: quẽ celat: ipse suscipiet: ⁊ penam cõmissi reuoluetur ad conscium. Sufficienter ergo in hoc capite: ipse nos edificauit textus historie. Puto tamen quod ⁊ illa anima: que legit scriptũ in lege dei: q: iurauit dominus: nec eum penitebit: tu es sacerdos in eternum ẜm ordinẽ Mel chisedech: audit vocẽ iuramẽti: vt faciũt scribe: ⁊ Pharisei semper hec meditantes: sed ta cent: ⁊ enunciare ad populũ nolunt: ne Christi testẽtur aduẽtum. Propterea ergo ipsi accipient peccatum: in quo non enunciantes ad populum que vera sunt: peccare faciãt israel. Post hec alia lex promulgatur. Anima (inquit) quecunq̃ tetigerit oẽm rem immundã: aut morticinũ iumẽtorum immundorum: ⁊ la tuerit eum: ⁊ inquinatus est: aut si tetigerit ab immunditia hominis: ab omni immunditia: ex qua inquinetur: ⁊ cetera. Hec quidẽ apud iudeos indecẽter satis: ⁊ inutiliter obseruanẜ. Et quid enim immundus habeatur qui contigerit (verbi causa) animal mortuum: aut cor pus hominis defuncti? Quid si prophete corpus sit? Quid si patriarche: vel etiam ipsius Abrahe corpus? quid si ⁊ ossa cõtigerit? Immundus erit. Quid si Helisei ossa cõtingat q̃ ⁊ mortuum suscitant? Immũdus erit ille qui contingit: ⁊ immũdum faciunt ossa prophete: etiam illum ipsum: quẽ a mortuis suscitant? Uide quam inconueniẽs sit iudaica intelligẽ tia. Sed nos videamus primo quid sit tãgere ⁊ quis sit tactus: qui faciat immũdum: qui vero sit tactus: qui faciat mũdum. Apostolus di cit. Bonum est homini mulierem nõ tãgere. Hic tactus: immũdus est. Hinc est ⁊ illud: qđ dominus ĩ euãgelio dixit. Siquis viderit mulierem ad concupiscendum: iam mechatus est eam in corde suo. Tetigit enim cor eius concupiscentie

cupiscentie vitium:ꝛ immunda facta est ani-
ma eius. Si qs ergo hoc modo tangit aliquā
rem:idest vel per mulieris concupiscentiā:vel
per pecunie cupiditatē:vel alio quolibet pec-
cati desyderio immundum tetigit:ꝛ inquina-
tus est. Oportet ergo te siquid tale cōtigeris:
scire quomodo offeras sacrificium:ṩm ea que
in superioribus memorauimus:vt mundus ef
fici possis. Uis tibi ostendam que est anima:ꝙ
tetigit immundum:ꝛ īmunda facta est:ꝛ rur-
sum tetigit mundum:ꝛ facta est munda. Illa
que profluuium sanguinis passa est:ꝛ eroga-
uit omnem substantiam suam in medicos:nec
aliquid proficere potuit:per immunditiā pec
cati in hoc deuoluta est. Tetigerat enim pecca
tum:ꝛ iccirco flagellum carnis acceperat. Sz
posteaꝙ fide plena tetigit fimbriam Iesu:ste-
tit fluxus sanguinis eius:ꝛ repēte facta est mū
da:que ante per tantum tēpus vixit immūda:
ꝛ quēadmodū cū tetigisset dominū:ꝛ Salua-
torem:dixit ipse. Quis me tetigit? Ego enim
sensi virtutem exisse de me. Illā sine dubio vir
tutē:que mulierem sanauerat:ꝛ fecerat eam
mūdam:sic intellegēdum est:quia si quis cōti
gerit peccatum:ꝛ exeat ex ipso peccato virtus
quedam maligna:que eum:qui se cōtigit:fa-
ciat immūdū:ꝛ hoc est vere cōtigisse immun-
dum. Simili ratione etiā de morticino homi-
nis:vel de morticino pecoris mundi:aut imū-
di dicendum est. Morticinum namqz homi-
nis cōtingit is:qui in peccatis suis mortuum
quēpiam vel sequit:vel imitat. Sed qꝛ singu-
lorū differentie requirende sunt:singula recen
seamus. Hominis morticinū (sicut supradixi
mus) illud possumus dicere:quod Apostolus
ad Corinthios dicit. Scripsi (inquit) vobis in
epistola:vt nō cōmisceamini fornicarijs. Nō
vtiqz fornicarijs huius mūdi:aut auaris:aut
rapacibus:aut idolis seruientibus:alioqn de-
bueratis de hoc mūdo exisse. Nunc aūt scripsi
vobis:vt nō cōmisceamini. Si qs frater noia-
tur fornicator:aut auarus:aut idolis seruiēs:
aut maledicus:aut ebriosus:aut rapax:cū hu
iusmodi nec cibū sumere. Istud est ergo homi
nis morticinum cōtingere:qui ei se sociū sal-
tem in cibo prebuerit:qui in Christo homo ef
fectus:rursum in peccatis est mortuus. Nam
ꝛ illa vidua:de qua dicit Apostolus:que i de-
litijs viuens mortua est:morticinum hominis
dici potest. Sed ꝛ alia morticina nihilomi-
nus que sunt in ecclesia:regrēda sunt. Si sim-
pliciores quiqz ad hoc:quod nihil prudentie
egerūt:etiam in peccatorū sordibus voluten-
tur:hos si qs sequat:vel tangat:eo tactu:quo
supra exposuimus:morticinū animal tetigit.

Quod autē ecclesia habeat ꝛ animalia:audi
quomodo dicit in psalmis. Hoies:ꝛ iumenta
saluos facies dñe. Si ergo:qui verbi dei:ꝛ ra
tionabilis instituti studiū gerunt:homines ap
pellātur. Qui v̄o absqz huiusmodi studijs vi-
uunt:ꝛ sciētie exercitia non requirunt:fideles
tamē sunt:animalia quidem:sed immūda di-
cūtur. Sicut enim sunt quidam homines dei:
ita sunt quidam ꝛ oues dei. Scriptū est enim
quia Moyses nō erat ouis dei:sed homo dei.
Et Helias nō erat ouis dei:sed homo dei. Sic
enim ipse dicit. Si homo dei sum ego:descen-
dat ignis de celo:ꝛ consumat te:ꝛ quinquagin-
ta tuos. Uis autem audire de ouibus dei? di-
cit per ꝓphetā. Oues mee:oues sancte sunt:
dicit dominus. Et iterū Saluator dicit in euā
gelio. Oues mee vocē meā audiunt:ꝛ non pu-
to eum dixisse de hominibus:quia vocē meā
audiūt homines:sed oues. Sed hec qui habet
aures audiēdi audiat:quomodo vocē audiūt
oues? homines aūt verba eius audiūt. Ista er
go sunt animalia mūda quidē propter Chri-
stum:morticina aūt ꝓpter peccatū. Que si qs
tetigerit:hoc est si secutus fuerit quis in pecca
to:immūdus erit. Et si quis huiusmodi homi
nis morticinum contigerit:idest eius:qui ṩm
rationem viuēs primo:ꝛ in verbo dei semetip-
sum exercens:postmodum decidit in peccatū:
si quis eū sequatur:aut imitetur:hominis cō
tigit morticinum:ꝛ erit immundus. Sed ꝛ a
fera captum si cōtigeris:immūdus eris. Que
est fera? leo est:an lupus:que rapit homines:
vel iumenta? Illa (credo) fera est:de qua di-
cit Petrus apostolus:qꝛ aduersarius vester
diabolus:sicut leo rugiēs:circuit:querēs quē
deuoret. Cui resistite fortes in fide. Et rursū
de quibus dicit Apostolus Paulus. Intra-
būt.n.post discessū meū lupi rapaces non par
centes gregi. Ab istis ergo feris si captum vi-
deris:noli eos sequi:noli cōtingere:ne ꝛ tu ef-
ficiaris immundus. Sunt preterea ꝛ alia im-
mūda animalia:quorum morticinū vetat cō
tingi. Immūda animalia:sunt homines:qui
extra Christum sunt. In quibus neqz ratio:
neqz religio vlla est. Horum ergo omniū mor
ticina:idest peccata si videas:dicit tibi Legis
lator ne ꝯtigeris:ne adtaminaueris:ne adtre
ctaueris. Et iste sunt immunditie:que merito
fugiende sunt. Hominis autem tactum noli
refugere:vel mortui corporis:cui magis sepul
tura religiose deferenda est:iudaice iste sunt:
ꝛ inutiles fabule: speciem quidem pietatis ha
bentes: virtutem vero ipsius denegātes. Pri
ma ergo lex de immunditijs data est. Si qs iu
ramēti alicuius:vel delicti testis fuit:ꝛ nō iu-

dicabit: et per hoc immundus quodãmodo effectus est etiã ipse societate peccati. Secũda lex: qua contingere immũdũ aliquid: ac morticinum vetatur. Tertia nunc lex ꝓmulgatur huiusmodi: et anima (inquit) que iurauerit ꝓnũciãs labijs suis malefacere: aut benefacere ſm omnia quecũqꝫ dixerit homini cum iuramento: et latuerit eum: et hic cognouerit: et peccauerit vnum aliquid de istis: pronunciet peccatum: quod peccauit: et afferet pro his: que deliquit domino pro peccato: quod peccauit: feminam de ouibus: et cetera. Quomodo quidem si pronunciauero labijs meis: vel iurauero benefacere: et nõ faciã: peccati reus sim: difficultas non est ostẽdere. Quomodo autẽ si iurem: vel pronũciem malefacere: et non fecero: peccauerim: verbo adsignare difficile est. Absurdum enim videtur (verbi gratia) vt cuꝫ si per iracũdiam dixero me hoiem occisurum: et non fecero: ne periurare: aut fallere videar: cogar ad explẽdum opus: quod temere: et inlicite promisi. Queramus ergo que sit res: in qua si ꝓmittimus nos malefacerẽ: et non fecerimus peccamus: si vero fecerimus: excusemur a peccato: vt rationabiliter stare ꝑcepti veritas possit. Quãtũ in hoc loco itellegẽdum videt̃: malefacere: aduersari alicui est: et non indulgere ei: vt faciat quod vult. Et nos ergo cum venimus ad deũ: et vouemus ei nos in castitate seruire: ꝓnũciamus labijs nostris: et iuramꝰ nos castigare carnem nostram: vel male ei facere: atqꝫ in seruitutẽ eaꝫ redigere: vt spiritũ saluũ facere possimꝰ. Sic enim et ille iurasse se dixit: q̃ ait. Iuraui: et statui seruare oĩa ꝑcepta tua. Quia ergo carnis vox est: que dicit. Nõ enim quod volo ago: sed quod odi illud facio. Afflictã a sine dubio ab spiritu: et coarctata est: resistit enim: et repugnat aduersum spiritum: et nisi male ei fiat: vt affligatur: et infirmet̃: non potest dicere spiritus: cũ ĩfirmor: tunc potẽs sũ. Huic ergo carni resistenti: et repugnãti aduersum spiritum: si quis iurauerit: et pronunciauerit malefacere: et affligere: ac macerare eam: et non fecerit: peccati reus est: in quo iurauit cruciare se carnem suam: et seruituti subijcere: et non fecerit. Eodem autẽ iuramento: et spiritui decernit benefacere. In quo enim carni male facit: spiritui bene facit. Si quis ergo hoc iurauerit: et non fecerit: peccati efficit̃ reus. Uis aũt scire: quia nec potest vni eorũ benefieri: nisi alij malefeceris. Audi etiam dominũ ipsum dicẽtem. Ego occidam: et viuere faciaꝫ. Quid occidit deus? Carneꝫ vtiqꝫ. Et quid viuere facit? Spiritũ sine dubio. Et rursum in sequẽtibus dicit. Percutiã: et ego sanabo. Quid ꝑcutit? carnem. Quid sanat? Spiritꝰ. Prorsus vt illa õficiat: iste ꝓficiat: vt faciat te. Mortificatũ carne: viuificatuꝫ spiritu: ne forte: et tu mẽte seruias legi dei: carne autẽ si mortificata nõ fuerit: obstringat̃ legi peccati. Si ergo istũ ordineꝫ promiseris: et seruare nõ quiueris: audi quid legis ordo precipiat. Si peccauerit (inquit) vnũ aliquid de istis: pronunciet peccatũ quod peccauit. Est aliquid in hoc mirabile secretum: quod iubet ꝓnũciare peccatũ. Etenĩꝫ omni genere ꝓnuncianda sunt: et in publicum ꝓferẽda cuncta que egerimus. Siqd in occulto gerimus: siquid in sermone solo: vel etiam intra cogitationũ secreta cõmisimus: cũcta necesse est publicare: cũcta ꝓferri. Proferri autẽ ab illo: qui et accusator peccati est: et incẽtor. Ipse enim nũc nos: vt peccemus: instigat: ipse etiam cum peccauerimus: accusat. Si ergo in hac vita preueniamus eum: et ipsi nostri accusatores simus: nequitiam diaboli inimici nr̃i: et accusatoris effugimus. Sic enim et alibi propheta dicit. Dic tu (inquit) iniquitates tuas prior: vt iustificeris. Nonne euidenter mysterium: de quo tractamus ostendit: cum dicit. Dic tu prior? Ut ostẽdat tibi: q꞉ ꝑuenire illuꝫ debeas: qui paratus est ad accusanduꝫ. Tu ergo (inquit) dic prior: ne te ille preueniat: quia si prior dixeris: et sacrificium penitentie obtuleris: ſm eã: que in superioribus diximus offerenda: et tradideris carnem tuam in interituꝫ: vt spiritus saluus fiat in die domini. Dicetur et tibi: quia percepisti in vita tua mala: nũc vero hic requiesce. Sed et Dauid eodem spiritu loquitur in psalmis: et dicit. Iniquitatem meã notam feci: et peccatum meum non cooperui. Dixi ꝓnũciabo aduersum me iniustitiã meã: et tu remisisti impietateꝫ cordis mei. Uide ergo quia pronũciare peccatũ: remissionem peccati meret̃. Preuẽtus enim diabolus in accusatione: vltra nos accusare nõ poterit: et si ipsi nostri simus accusatores: ꝓficit nobis ad salutem. Si vero expectemus: vt a diabolo accusemur: accusatio illa cedit nobis ad penam: habebit enim socios in gehẽna: quos conuicerit criminum socios. Multum erit nũc hostiaruꝫ diuersitates: et sacrificiorũ ritus: ac varietates exequi: et longe alterius operis: quam eius verbi: quod in communi auditorio vulgus excipiat. Uerum vt aliqua in transcursu perstringere videamur. Omnis quideꝫ pene hostia: que offert̃: habet aliquid forme: et imaginis Christi. In ipsum nãqꝫ omnis hostia recapitulat̃: intãtum vt postquam ipse oblatus est: omnes hostie cessauerint: que eum in typo: et vmbra precesserãt: de quibus: prout potuimus: in superioribus

perioribus diximus: quomodo vitulus a pon-
tifice oblatus: siue i(n) munere: siue pro peccato:
formam eius haberet: ostēdimus: adipes vero
qui offerūtur in munere: operientes interiora
et renibus coherentes: potest sancta illa eius
anima intellegi: que īteriora quidem: idest di-
uinitatis eius secreta velabat. Renibus autē:
hoc est corporali materie: q̄ ex nobis cafta sum
pta fuerat: coherebat: et media inter carnem:
deumq; posita: deificandam: sanctificandam
sacris altaribus: et diuinis ignibus inlustran-
dam: et cōseruādam secum ad celos: naturam
carnis imponit. Renūculi autem ignibus tra-
diti: quis dubitet quod nullos in Christo fuis
se indicēt genitalium partium motus? Quod
vero de sanguine hostie septies ante dn̄m sacer
dos respargere memorat: euidēter sancti spiri
tus virtus septemplicis gratie sub mysterio de-
signat. Quattuor cornua altaris: que sangui-
ne liniūtur. Christi passionem referri quatuor
euāgelijs indicant. Qui pēna iecoris offertur:
in iecore: ira iugulatur. In pēna: velox: et con-
cita vis furoris ostēditur. Reliquus autem san
guis: qui ad basim altaris effunditur: puto q̄d
illius gratie formam designet: qua in nouissi-
mis diebus posteaq̄ plenitudo gētium subin-
troierit: omnis: qui reliquus fuerit israel. Ad
vltimum velut ad basim altaris positus: effu-
sionem Christi sanguinis etiam ipse suscipiet.
De agnis vero: et hedis: turturibus: et colum-
bis: sed et simila cōspersa in oleo: aut in panib⁹
azimis cocta: quātum res pati potuit: supradi
ctum est. Videamus nūc que lex proponitur in
offerendis hostijs pro peccato. Et locutus est
(inquit) dominus ad Mosen dicēs. Anima
si qua latuerit: et peccauerit nō volēs: a sanctis
domini offerat pro delicto suo arietem imma-
culatum de ouibus: emptum pretio argēti si-
clo sancto: i(n) eo quod deliquit: et quod peccauit
a sanctis: reddet: et quintas adijciet ad illud: et
dabit illud sacerdoti: et sacerdos exorabit p(ro) eo
in ariete delicti: et remittetur ei. In superiori-
bus legibus: que de immūditie sacrificijs refe
rebatur sicubi dixit offerendum: verbi causa.
Ouem: aut hedum: addit. Quod si nō sufficit
manus eius ad hedum: aut ad agnum: offerat
par turturum: aut duos pullos columbinos.
Et iterum. Quod si nec ad hoc sufficiet: offerat
similaginē. In hac vero lege: vbi de peccato:
quod in sanctis committitur: differit: nullam
substitutionem īferioris hostie secūde: vel ter-
tie subrogauit: sed statuit solum arietem offe-
rēdum. Nec aliter ostēdit solui posse peccatū:
quod in sancta committitur: nisi arietem iugu-
lauerit: et non simpliciter arietem: sed arietem
pretio emptū: et certo pretio: siclo (inquit) san
cto. Quid igitur? si quis pauper fuerit: et non
habuerit siclum sanctum: vnde mercari possit
arietem: peccatum eius nō soluetur. Queren-
de sunt ergo vnicuiq; et diuitie: vt peccatum
eius possit absolui. Uerum si dignetur domi-
nus: vel nobis oculos ad videndum: vel vobis
ad audiendum aures cordis aperire: quid sibi
velit Legislatoris sensus: apertis mysterijs re
quiremus. Et primo quidem videamus hoc
ipsum: quod recitatum est: secundum litteram
quale sit. Videtur enim de his dicere: in quo-
rum manibus sancta commissa sunt: idest que
in domini donis oblata sunt: verbi gratia.
Uota et munera: q̄ in ecclesijs dei ad vsus san-
ctorum: et ministerium sacerdotum: vel que ob
necessitatem pauperum a deuotis: et religiosis
mentibus offeruntur. De his si quis qualibet
presumptione subtraxerit: decernit lex: vt si
rememoratus fuerit peccasse se: et sponte com-
punctionem cordis acceperit. De eo enim qui
non sponte compungitur: sed alio arguēte cō-
uincitur: difficilius remedium est. Hic ergo:
qui sponte recordatus fuerit peccatum suum:
reddet (inquit) illud ipsum: quod subtraxe-
rat. Et addet ad illud quintas: et offeret ari-
etem pro peccato emptum pretio siclo sancto.
Quod dicit addet ad illud quintas: simpli-
ciores quique existimant ita dictum: vt verbi
causa. Si quinque numi subtracti sunt: vnus
addatur: vt pro quinque sex reddere videa-
tur. Sed qui in disciplina numerorum peri-
tiam gerunt: longe aliter istius vocabuli nu-
merum subputant. Nam et in greco non ha-
bet πέμπτον: quod simpliciter quintas facit:
sed habet ἐπιπέμπτον: quod nos quidem pos
sumus dicere sup(er) quintas: nisi diceretur illud
specialis cuiusdam numeri apud illos esse vo-
cabulum: quo indiceretur pro quinque alios
quinque dandos: et vnum super: vt verbi gra-
tia intellegatur: qui furatus sit quinque nu-
mos: ipsos quidem quinque restituere: et ali-
os quinque: vno superaddito. Nec tamē hec
continuo pro furtis: aut fraudibus intellegen-
da sunt: sed quod etiam si quis pro vsibus ne
cessarijs sibi de sanctis pecunia sumpsit: et mo
ras attulit in restituendo: huiusmodi lege cō-
stringitur. Que lex etiam secundum litteram
edificare debet audientes. Ualde enim vtilis:
et necessaria est obseruatio his precipue: q(ui) ec-
clesiasticis dispensationibus presunt: vt sciant
sibi ab his que in vsum sanctorum oblata sunt:
cautius: et diligentius obseruandum. Sed et
nos: quibus ista forte non accidunt: videa-
mus qua ex parte sermo legis edificet. Et ego

hodie:licet peccator sim:tamen quia dispensatio mihi verbi dominici credita est: sancta Dei videor habere commissa. Neq3 nunc primum:sed sepe iam:7 olim dispensatiõe hac erga vos vtimur. Siquis ergo ex vobis suscipiat a me dominicam pecuniam:7 (vt fieri solet) egressus ecclesiam:7 diuersis occupationibus seculi raptus:obliuioni que audierat dedit:nec opus aliquod ex verbo:quod suscepit impleuit:iste est qui pecuniam de sanctis susceptam:non reddidit. Unde vel bis auditis in memoriam reuocet:ꝙ ea que dudum sibi fuerant in verbo dei commissa neglexit: reddat ergo:7 hoc quod accepit:7 addat ad id quintas eo modo:quo ante iam diximus: idest vt bis quina sint:7 vnus superaddatur. Uideamus ergo quomodo quinque isti reddantur. Quinque numerus frequenter:imo pene semper pro quinque sensibus accipitur. Scire ergo debemus hoc modo istos quinq3 sensus in sanctis actibus posse se restitui:vt si forte presumpsimus abuti eis in secularibus actibus:7 impendimus vsum eorum in his:que non secundum deum gessimus:restituamus nunc 7 ipsos quinque sanctis actibus:religiosisq3 misterijs:7 alios bis qnq3 addamus: qui sunt interioris hominis sensus:per quos vel mundi corde effecti deum videmus:vel aures habemus ad audienda ea:que docet Jesus: vel odorem capimus illum: quem dicit Apostolus:quia Christi bonus odor sumus deo: vel etiam gustum sumimus illum:de quo dicit ꝓpheta. Gustate:7 videte:quoniam suauis est dominus:vel tactum illum quem dicit Joannes:quia oculis nostris inspeximus: 7 manus nostre contrectauerunt de verbo vite. His autem omnibus vnu3 superaddimus:vt ad vnũ deum hec cuncta referamus. Et hec quidem de restituendis his:que qualibet culpa ex sanctis ablata fuerant:dicta sint. Quid vero dicemus de sacrificio arietis pretio empti:7 pretio sicli sancti:qui pro peccati expiatione iubetur offerri? Diues futurus est:qui pretio arietis possit delicta purgare. Que sunt iste diuitie:requiramus. Docet nos sapiẽtissimus Salomon dicẽs. Redemptio anime viri: proprie diuitie eius. Audis verba sapientie quomodo necessarijs cum proprietatibus vim vniuscuiusq3 sermonis enũciat? Diuitias dicit aptas ad anime redemptionem:7 diuitias non alienas:neq3 communes:sed diuitias proprias. Per quod ostẽdit esse quasdam diuitias proprias:quasdam vero nõ proprias. S3 hoc euidẽtius dñs in euãgelijs declarauit:cum dicit. Quod si in alieno fideles non fuistis:quod vestrum est:quis dabit vobis? Ostendẽs presentis seculi diuitias non esse nostras proprias:s3 alienas. Trãseunt enim:7 sicut vmbra pretereũt. Proprie vero sunt ille diuitie:de quibꝰ propheta dicit. Et ad te congregabo diuitias gẽtium. Ex his fortasse diuitijs 7 Abraha3 diues factus est valde in auro 7 argento 7 pecoribus: atq3 omni suppellectili. His tibi ostendam ex quibus thesauris descẽdant iste diuitie? Audi Apostolum Paulum dicẽtem de dño Jesu Christo. Jn quo sunt (inquit) oẽs thesauri sapiẽtie:7 sciẽ abscõditi. S3 7 i euangelijs dñs dicit. Quia scriba diues profert de thesauris suis noua:7 vetera. De his 7 aplus Paulus dicit. Quia i omnibus diuites facti estis in illo:in omni verbo:7 in omni scientia. Ex his ergo diuitijs:que de thesauris sapientie:7 scientie proferuntur:mercãdus nobis est iste aries:qui offerri debeat pro peccatis: illis scilicet que in sancta cõmissa sunt:7 sicli sancti adnumeratione mercãdus. Jam superius diximus ꝙ oĩs hostia typum gerat:7 imaginem Christi:multomagis aries: qui 7 pro Jsaac quõda3 a deo substitutus est imolãdus. Siclo igit sancto comparãdus nobis est Christus:q peccata nostra dissoluat. Siclus sanctus fidei nostre formam tenet. Si enim fide3 obtuleris tãꝗ pretium. Christo velut ariete imaculato in hostiã dato:remissionẽ accipies peccatoru3. Sẽrio quod in explanãdo vires nostras mysterio℞ superat magnitudo. Sed ꝗuis nõ valeamus cũcta disserere:tamen sentimus cũcta repleta eẽ mysterijs. Et ideo studiosis quibusq3 indicia posuisse sufficiat:quibus excitati ad altiora horum:7 ꝓfundiora perueniãt:7 intellegãt ex quibus eis gregibus queratur vitulus ad hostiã:ex quibus ouibus aries ꝓuidendus sit. Habeo eni3 (inqt Jesus) 7 alias oues:que non sunt de hoc ouili:7 illas oportet me adducere:vt fiat vnus grex:7 vnus pastor. Sciant etiã vbi turtures:vbi columbe requirende sunt. Oculi (inquit) tui sicut columbe super plenitudines aquarũ. Ad aquaru3 ergo plenitudines ꝓperãdum est:in his enim sponse describitur pulchritudo:7 collum (inquit) tuu3 sicut turturis. Jn colũbis oculi predicãtur. Quod enim dixit columbe super plenitudines aquarũ:ferunt hoc genus auis:cu3 ad aquas venerit:quia ibi solet accipitris insidias pati:veniẽtem desuper inimicũ:volitantis vmbrã aquis inspectã deprehẽdere:7 oculorum perspicacia fraudẽ periculi imminentis euadere. Quod 7 si tu ita ꝓspicere potueris isidias diaboli:7 cauere:sacrificiũ deo columbas obtuleris. S3 7 qbꝰ talia cure sunt:illud etiã requirant:ex qbus

cis agris

eis agris simila debet offerri. Ego arbitror ꝙ ex illius terre segetibus: que facit alium centesimum: aliū sexagesimum: alium tricesimū fructum: requirant etiam: nisi plusꝙ debet: curiosum videtur: qbus molētibus simila ista ad sacrificia preparetur. Nec eos lateat duas esse: que molūt: quarum vna adsumitur: ⁊ alia relinquitur. Ex illius ergo mola: que adsumēda est: similam oportebit offerre. Sed ⁊ siclus sanctus: qui ad arietis pretium necessarius dicit. Vide vnde: ⁊ quomodo pergrēdus sit. Siclus pecunie dn̄ice nomē est: ⁊ in multis scripturaꝝ locis: diuersis appellationum noībus pecunia dn̄ica memoratur. Sed quedā proba: quedaꝫ vero reproba dicit. Proba erat illa pecunia: quam paterfamilias peregre profecturus: vocatis seruis suis dedit vnicuiqꝫ ſm virtutem suā. Proba erat ⁊ illa pecunia: que denarius noīatur: qui cum mercennarijs pactus est: ⁊ a nouissimis datus est vsqꝫ ad primos. Scire ergo te oportꝫ: qꝛ est ⁊ alia pecunia reproba. Audi prophetaꝫ dicentē. Argētum vestrū reprobum. Quia ergo est quedā proba: quedam vero reproba: ꝓpterea Apostolus: velut ad probabiles trapezitas: probātes (inqt) oīa: qđ bonum est obtinētes. Solus enim est dn̄s noster Jesus Christus: qui te huiusmodi arteꝫ possit edocere: per quam scias discernere que sit pecunia: que veri regis imaginē tenet: que vero sit adulterina: ⁊ (vt vulgo dicit) extra monetam formata: que nomē quideꝫ habeat regis: veritatē autem regie figure non teneat. Multi nāqꝫ sunt: qui nomen Christi habēt: sed veritatē non habent Christi. Et propter hoc dicit Apostolus Paulus. Oportet. n. ⁊ hereses esse: vt probati manifesti fiant inter vos. Jdcirco igit ⁊ in presenti lectione legislator totus ad mysticum: ⁊ spiritalem respiciēs sensum: addidit vt aries iste: qui ob hoc cōparatur: vt peccatuꝫ possit absoluere: non qualicūqꝫ siclo: hoc est non qualicūqꝫ pecunia: sed siclo sancto cōparetur. Quod si nō respiciebat ad mysteriuꝫ: quid rationis esse videbatur: vt aries emptus offeretur ad hostiam: ⁊ certo pretio? Et nō sufficit nomen pecunie siclo nominasse: sed addidit ⁊ sācto siclo? Quid si haberet aliquis ī gregibus suis arietes optimos: ⁊ diuinis sacrificijs dignos? Aut quid si aliquis ita pauper esset: vt siclū sanctuꝫ habere non possit. Hec est ergo legislatoris moderatio: vt nisi quis habeat certum pecunie modum: peccatum eius nō possit absolui. Quod aperte ſm litteram quidem videtur absurdum. Secundum spiritalē vero intellegentiam certuꝫ est: quod remissionem peccatorum nullus accipiat nisi detulerit integram: probam: ⁊ sanctam fidem: per quaꝫ mercari possit arietem. Cuius natura hec est: vt peccata credentis abstergat: ⁊ hic est siclus sanctus: ꝓbata (vt diximus) ⁊ syncera fides: idest vbi nullus perfidie dolus: nulla heretice calliditatis peruersitas admiscetur: vt synceram fidem offerentes: pretioso Christi sanguine: tāquam: īmaculate hostie diluamur. Per quē est deo patri omnipotēti cū spū sancto gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod scriptuꝫ est. Si peccauerit anima: ⁊ preteriens preterierit precepta domini: ⁊ mētietur proximo suo super deposito: aut societate: ⁊ cetera. Homilia. IIII.

SJ ſm diuine legis fidem hec que leguntur nobis: dominus locutus est ad Mosen: puto quod tanquam dei verba non debeant ſm incapacitatem audientiuꝫ: sed ſm maiestatem loquentis intellegi. Dominus (inqt) locutus est. Quid est dominus? Apostolus tibi respondeat: ⁊ ab ipso disce ꝙ dominus: spiritus est. Quod si tibi Apostoli sermo nō sufficit: audi ipsum dn̄m in euāgelijs loquentē: qꝛ dn̄s spiritus est. Si ergo ⁊ dn̄s: ⁊ deus spirit⁹ est: que spiritus loquitur: spiritaliter debemus audire. Ego adhuc: ⁊ amplius aliqd dico: qꝛ que dn̄s loquitur: non spiritalia tantum: sed ⁊ spiritus esse credēda sunt. Nō meo sensu hec: sed de euāgelijs adprobabo. Audi dn̄m ⁊ saluatorem nostrum ad discipulos suos dicentē. Verba: que locutus sum vobis: spiritus: ⁊ vita sunt. Si ergo ipsius Saluatoris voce didicimus: qꝛ verba: que locutus est Apostolus: spiritus ⁊ vita est: nequaquam dubitare debemus: ꝙ etiaꝫ que per Moysen locutus est: spiritus: ⁊ vita credēda sint. Sed videamus que sint: de quibus nūc prout possumus: aliqua dicere debeamus. Et locutus est (inquit) dominus ad Moysen dicens. Anima quecūqꝫ peccauerit: ⁊ preteriens preterierit precepta domini: ⁊ mentietur proximo super deposito: aut societate: aut rapina: aut nocuit aliqd proximo: aut inuenit perditioneꝫ: ⁊ mentietur de ea: aut iurauerit inique de vno ab omnibus quecunqꝫ fecerit homo: vt peccet in his: ⁊ erit cuꝫ peccauerit: ⁊ deliquerit: ⁊ reddet rapinam: quam rapuit: aut iniuriam: qua nocuit: aut depositum: quod commendatum est ei: aut perditionem: quam inuenit: ab omni re: pro qua iurauerit iniuste: ⁊ restituet ipsuꝫ caput: ⁊ quintas insuper augebit: ⁊ cuius est ei reddet: qua die conuictus fuerit. Hucusqꝫ enim peccati species exponuntur: postea vero purgatio eius per

hostias imperatur. Si qui infirmi sunt: ⁊ incapaces pꝛofundioꝛis mysterij: edificentur ex littera: ⁊ sciant quia si quis pꝛeteriens pꝛeterierit pꝛecepta domini: ⁊ mētitus fuerit pꝛoximo super deposito: aut societate: aut rapina: peccati ingentis statuetur reus. Sed absit hoc ab ecclesia dei: vt ego credaȝ esse aliquē in cetu isto sanctoꝛum: qui se tam infeliciter agat vt depositum pꝛoximi sui neget: aut societateȝ fraudē cōtaminet: aut vel ipse aliena diripiat: aut ab alijs rapta suscipiat: ⁊ pꝛo his si ab eo requiratur: contra conscientiam iuret. Absit absit inquam: vt hec ego de aliquo fidelium sentiam. Cōfidenter ergo de vobis dico: qꝛ vos non ita didicistis Chꝛistū: neqȝ ita docti estis: sȝ neqȝ lex ipsa hec sanctis: ⁊ fidelibus p̄cipit. Uis scire: qꝛ non ad sanctos: ⁊ iustos ista dicantur? Audi Apostolum distinguētem. Iusto (inqt) lex non est posita: sed iniustis: ⁊ non subditis: scelestis: ⁊ cōtaminatis: patricidis: matricidis ⁊ hoꝛum similibus. Quia ergo huiusmodi hominibus Apostolus legem dicit impositā: ecclesia dei quaȝ absit in huiusmodi facinoꝛibus maculari: relicta alijs littera: sanctius edificetur a spiritu. Uideamus itaqȝ nunc quod est depositum: quod fideliuȝ vnusquisqȝ suscepit. Ego puto quod ⁊ ipsam animaȝ nostrā: ⁊ coꝛpus depositum accepimus a deo. Et vis videre maius aliud depositū: quod accipisti a deo? Ipsi anime tue deus imaginem suam ⁊ similitudinem cōmendauit. Istud ergo depositum tam integre tibi restituēdum est: quam a te cōstat esse susceptū. Si enim sis misericoꝛs sicut pater tuus in celis misericoꝛs est: imago Dei in te est: ⁊ itegrū depositū seruas. Si pfectus es: sicut pr̄ tuus in celis pfectus est: imaginis dei in te depositum manet. Similiter ⁊ cetera omnia: si pius: si iustus es: si sanctus: si mūdus coꝛde: ⁊ omnia: que in deo pꝛesto sunt per naturam: si tibi per imitationem subsistant: depositum apud te diuine imaginis saluum est. Si vero e contrario agas: ⁊ pꝛo misericoꝛde crudelis: pꝛo pio impius: pꝛo benigno violentus: pꝛo quieto turbulētus: pꝛo liberali raptoꝛ extitas: abiecta imagine Dei: diaboli in te imaginē suscepisti: ⁊ bonū depositū tibi diuinitus cōmendatum abnegasti. Aut non hoc erat quod sub mysterio Apostolus electo discipulo mandabat Timotheo dicens. O Thimothee: bonum depositū custodi. Ego etiam illud addo: quod ⁊ Chꝛistū dominum depositum suscepimus: ⁊ sanctū spiritū depositū habemus. Uidēdum ergo nobis est: ne hoc sancto deposito non sancte vtamur. Et cuȝ nos in consensum sui peccata sollicitāt: iuremus nos nō suscepisse depositū. Quod vtiqȝ si habeamus in nobis peccato consentire non possumus. Sed ⁊ ipse sensus rationabilis: qui in me est: cōmēdatus mihi est: vt eo vtar ad intellegentiaȝ diuinoꝝ: ingenium: memoꝛia: iudicium: ratio: ⁊ omnes qui intra me sunt motus: cōmendati mihi videntur a deo: vt eis vtar in his: que p̄cepit lex diuina. Si vero ad malas artes solers: ⁊ pspicax vertamus ingeniū: ⁊ rebus dei abutamur in his: que nō vult deus: hoc est abiurare depositum: ⁊ beneficia vertere in perfidiam. Uideamus nunc quid etiam societas intellegenda sit. Putas est aliquis: qui fm̄ litteram cōmoneri debeat: ne foꝛte in ratione pecunie: vel qualibet alia specie societatis: sociū fraude decipiat? Ultime misericoꝛdie est aīa illa: in qua cadere: adhuc fraudis hoc genus pōt. Uerūtū quoniā multa est in hoīe fragilitas: etiā de his cōmoneamus: qꝛ nec apostolū piguit ista mandare: dicit enim. Ne quis circūscribat in negocio fratrē suū: quoniā vindex est de his omnibus deus. Nūc vero requiramus que sit ēt societas spiritus. Audi de his ipsis verbis Apostolum dicētē. Si qd̄ solatiuȝ charitatis: si qua societas spiritus: si qua viscera miserationis: iplete gaudiū meū. Uides societatis legē: quomodo intellexit apostolus Paulus. Audi: ⁊ Ioānes quomodo vno: eodēqȝ spiritu pꝛoloquatur. Et societateȝ (inqt) habemus cū pr̄e: ⁊ cū filio eius Iesu Chꝛisto. Et iterū Petrus dicit. Cōsoꝛtes (inqt) facti estis diuine nature qd̄ est socij. Et iterū dicit apostolus Paulus. Que enim societas luci ad tenebꝛas? Quod si luci ad tenebꝛas societas nulla est: pōt ergo societatē lux habere cū luce. Igitur si nobis cuȝ patre: ⁊ filio: ⁊ spiritu sancto: societas data est: vidēdū nobis est: ne sanctā istā: diuināqȝ societatē peccādo abnegemus. Si enī agamus opa tenebꝛarū: certū est: qꝛ societatē negamus lucis. Sed ⁊ sanctoꝛum socios nos dicit Apostolus: nec mirū. Si enim cū patre: ⁊ filio dicitur nobis esse societas: quomodo nō ⁊ cuȝ sanctis? nō solū: qui in terra sunt: sed ⁊ qui in celis qꝛ ⁊ Chꝛistus per sanguinē suum pacificauit celestia: ⁊ terrestria: vt celestibus terrena sociaret: quod euidēter indicat: vbi dicit gaudium esse in celis super vno peccatoꝛe penitentiam agente. Et rursuȝ cū dicit eos: q resurgūt a moꝛtuis: futuros esse sicut angelos dei in celo: ⁊ cum ex integro hoībus celoꝝ regna pmittit. Hāc ergo societatē dirūpit: ⁊ abnegat: qcūqȝ malis actibus suis: malisqȝ sensibus ab eoꝛuȝ cōiunctione separatur. Post hec de rapina dicitur. Raptoꝛes sunt mali: ⁊ boni: ⁊ boni quidem illi: de quibus dicit Saluatoꝛ: quia regnum celoꝛum

lorum diripiūt. Sunt autem et mali raptores: de quibus dicit propheta: et rapina pauperum in domibus vestris est. Apostolus vero: abrupte pronūtiat dicēs. Nolite errare: quia neque adulteri: neque molles: neque masculorum cōcubitores: neque fures: neque rapaces: regnum dei possidebunt: et tamen aliqui sciunt: et sm spiritalem intellegentiam culpabiliter rapere: sicut illi laudabiliter rapiunt regna celorum. Et verbi causa dicamus. Si homo nondum purgatus a vitiis: nondum segregatus a profanis: et sordidis actibus: velit se cetui sanctorū: et perfectorum latenter ingerere: et sermonem quo perfecta: et mystica tractantur audire: huiusmodi homo secretorum: et perfectorum scientiam nō bene rapit. Meminisse enim oportet precepti saluatoris quo dicit. Quia nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: aliogn et vtres rūpētur: et vinum peribit. Ostendens quod anime nondum renouate: sed in vetustate littere perduranti: non oporteat nouorum mysteriorum: que per Christum mundus agnouit: secreta cōmitti. Addit dehinc legislator. Aut siquid nocuit primo: vel inuenit pditionē: lex littere hoc videt mādare: vt si quis fuerit: quod alius perdidit: et requisitum fuerit: reddat: nec periuret pro eo. Est et hec vtilis audiētibus edificatio. Multi enim sine peccato putāt esse: si alienum qd inuenerint teneant: et dicūt. Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo peccatū hoc eē simile rapine: sigs inuēta nō reddat. Verūtū si hoc tātum: quod sz litteram putatur: legislator voluisset intelligi: potuerat dicere si inuenit qd perierat: vel quod aliqs perdiderat. Nūc aūt cum dicit: inuenit perditionē: amplius nos aliquid voluit intellegere. Qui nimis peccāt in scripturis: perditio appellātur: sicut i Ezechiele ppheta legimus dictū. Perditio (ingt) factus es: et non subsistes in eternū tēpus. Est ergo qui multum querendo inuenit perditionē: vt verbi gratia: dicamus. Heretici ad cōstruēda: et defendēda dogmata sua multū perquirūt: et discutiūt i scripturis diuinis: vt inueniāt perditionē. Cū enī multū quesierint testimonia: gbus adstruant. que praue sentiūt: perditionē sibi inuenisse dicēdi sunt. Sed si forte aliquis horū audiens in ecclesia verbū dei catholice tractari: resipiscat et intellegat: qr qd inuenerat perditio est: reddet (inquit) qd inuenit. Et is: qui pditionē inuenit: et ille qui rapinam: sed et ille: qui depositum abnegauit: et omnis quicūque aliqua ex pte anime nocuit primi: aut iurauit iniuste: restituet (inquit) ipsum caput: et quintas superaugebit: et ei: cuius est reddet: sm eam dūtaxat expositionem: quam de quintis addendis ante iam diximus. Et offeret (inquit) dño arietes de ouibus sine macula: ptio in id qd deligt: et orabit pro eo sacerdos contra dñm: et remittetur ei pro vno ab omnibus: que fecit: et deligt in eo. Diximus in superioribus quid est offerre arietē: et hūc pretio sicli sancti emptū. Nūc superest: vt differētiam illā dicamus: qd ibi ptiū posuit sicli sancti. Hic tātūmodo pretium dicit: nec quātitatem pretij: nec nomen pecunie designauit. In superioribus enim: vbi pro peccato: qd in sancta cōmissum fuerit: lex dabatur: siclum sanctū diximus noiatum: et siclū nomē esse pecunie: vt alibi obolus: alibi dragma: alibi mna: vel talentum: vel minutū es denarius dicit. Hic ergo nihil horū noiatur: sed tātū pretio offerendus aries dicit. Interest enī peccare in sanctis: et peccare extra sancta. Vis et alibi videre hanc ipsam distinctionem? Audi quomodo in Regnorum libris dicit Heli sacerdos ad filios suos. Si enim peccauerit quis in hoīe: exorabit pro eo sacerdos. Si aūt i deū peccauerit: quis exorabit pro eo? Similiter et Joānes apostolus dicit. Est peccatum ad mortem: nō pro illo dico vt oret. Quia ergo diuersitates peccatorū discere ex spiritali lege debemus: i gbus peccatis tm̄mō emēdus sit aries: in quibus vero siclo sancto mercādus: qui etiā sint isti: qui vēdāt arietes: requiramus. Ego arbitror ipsos esse istos: qui arietes ad sacrificium distrahunt: qui sunt et illi: qui oleum ad lāpadas virginum vēdunt: de quibus dicebant ille prudentes stultis virginibus: ite ad vendentes: et emite vobis. Vēdūt ergo vel oleū luminibus: vel arietes sacrificijs. Qui alij: nisi prophete sancti: et apostoli: q mihi cum peccauero ostēdūt: et cōsiliū dant quomō debeā corrigere errores meos: et emendare peccata. Vēdit mihi Esaias arietē ad sacrificandū pro peccato: cū mihi dicit: tāq ex dei persona. Holocausta arietū et adipes agnorum: et sanguinē hircorum: et taurorum nolo. Et paulopost subiūgit. Auferte nequitias ab animis vestris: a cōspectu oculorū vestrorum: discite bonū facere: eripite iniuriā accipientem: iudicate pupillo: et iustificate viduā: et venite disputemus dicit dñs. Et si fuerit peccata vestra: vt fenitium: vt niuē dealbabo. Si aūt vt coccinū: vt lanam cādidam efficiam. Vēdit mihi arietem et Daniel cum dicit: quia non est locus ad sacrificandum in cōspectu tuo: vt possimus inuenire misericordiam. Sed in anima cōtribulata: et spiritu humilitatis suscipiamur: velut in multitudine agnorum pinguiū: sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie. Vēdit nobis et Dauid arietē sacrificij: cū

dicit. Sacrificiū deo spiritus ꝯtribulatus: cor cōtritū: ⁊ humiliatum deus nō spernit. Cū ergo singuli ꝓphetarum: vel etiā apostolorū cōsiliū his: qui delinquūt: dederint: quo possint corrigere: vel emēdare peccatū: merito his vēdidisse arietes ad sacrificiuꝫ videbūtur. Quid aūt pretij a ꝯparantibus sumāt: illud opinor: legēdi studiū: vigilias audiēdi verbi dei: ⁊ super oīa: dignissimuꝫ pretiū obediētiam puto: de qua dicit dn̄s. Obediētiam malo: quam sacrificiū: ⁊ dicto audiētiam magis: quam holocausta. Post hec subsequitur: ⁊ locutus est (inquit) dn̄s ad Moysen dicēs. Precipe Aarō ⁊ filijs eius dicēs. Hec est lex holocausti. Holocaustum in crematione sua erit super altare tota nocte: vsqꝫ in mane: ⁊ ignis altaris ardebit super illud: nec extinguetur: ⁊ induet se sacerdos tunicam lineam: ⁊ cāpestre lineum induet circa corpus suum: ⁊ auferet hostiā: quā consumpserit ignis: ⁊ holocaustuꝫ de altari: ⁊ ponet illud secus altare: ⁊ dispoliabit se stola sua: ⁊ induetur stola aliena: ⁊ eijciet hostiam: que cremata est extra castra in locum mūduꝫ: ⁊ ignis super altare ardebit: nec extinguetur: ⁊ cōburet super illum sacerdos ligna mane: ⁊ constipabit in illud holocaustuꝫ: ⁊ imponet super illud adipem salutaris: ⁊ ignis semper ardebit super altare: nec extinguetur. Audi semper debere esse ignem super altare: ⁊ tu si vis esse sacerdos dei: sicut scriptū est. Omnes eniꝫ vos sacerdotes domini eritis: ⁊ ad te enim dicitur gens sancta regale sacerdotiuꝫ: populus in adquisitionem. Si ergo vis sacerdotiū agere anime tue: nunquam recedat ignis de altari tuo. Hoc est quod ⁊ dominus in euangelijs precipit: vt sint lumbi vestri accincti: ⁊ lucerne nostre ardētes. Semper ergo tibi ignis fidei: ⁊ lucerna sciētie accensa sit. Sed ⁊ quod dixit lumbi vestri precincti dominus in euangelio: hoc idem est: quod ⁊ nunc legislator precepit: vt campestri lineo ꝓcingatur sacerdos: ⁊ ita veteri cinere deposito: inouet sacros ignes. Opꝫ enim etiam nos dicere: ecce vetera transierūt: ⁊ facta sunt omnia noua. Cāpestri enim lineo cingit̃: vel (sicut alibi dicit̃) femoralibꝰ vtit̃: qui luxuriam fluxe libidinis: cingulo restrinxerit castitatis. Ante omnia enim sacerdos: qui diuinis adsistit altaribus: castitate debꝫ accingi: nec aliter purgare vetera: ⁊ instaurare poterit noua: nisi lineis idutus. De lineis sepe iā dictum est: ⁊ tunc maxime: cum de indumentis sacerdotalibꝰ dicebamus: quod species ista formam teneat castitatis. Quia origo lini ita e terra ducitur: ⁊ de terra edit̃: vt ex nulla admixtione concepta sit. Obseruādum tamē est quod alijs indumentis sacerdos vtitur: dū est in sacrificiorum ministerio: ⁊ alijs: cum procedit ad populum. Hoc faciebat ⁊ Paulus scientissimus pōtificū: ⁊ peritissimus sacerdotuꝫ. Qui cum esset in cetu perfectoruꝫ: tanquaꝫ intra sancta sanctoruꝫ positus: ⁊ stola perfectionis indutus: dicebat. Sapiētiam loquimur inter perfectos: sapientiā autem non huius mūdi: neqꝫ principum huius mūdi: qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio abscōditam: quam nemo principū huius seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Sed post hec tanquam ad populuꝫ exiens mutat stolā: ⁊ alia induitur: longe inferiore: quam illa. Et quid dicit? Nihil aliud (inquit) iudicaui me scire inter vos: nisi Jesum Christuꝫ: ⁊ hūc crucifixum. Vides ergo istum doctissimum sacerdotem: quomodo indutus sit cum intus inter perfectos: velut in sancta sanctorum: alia vtit̃ stola doctrine. Cum vero exit ad eos: qui incapaces sunt: mutat stolam verbi: ⁊ inferiora docet: ⁊ alios lacte potat: vt paruulos: alios oleribus nutrit: vt infirmos. Alijs vero fortes ꝑparat cibos. His scilicet: qui pro possibilitate sumendi excitatos habēt sensus: ad discretionem boni: vel mali. Sic sciebat Paulus mutare stolas: ⁊ alia vti ad populum: alia in ministerio sanctorum. Ipse autē pōtificū pontifex: ⁊ sacerdotū sacerdos dominus: ⁊ saluator noster: de quo dicit Apostolus: quia pontifex sit futuroꝝ bonoꝝ. Audi quomodo ꝑmus hec fecerit: ⁊ ita discipulis suis hec imitāda reliquerit. Euangelium refert de eo: ⁊ dicit. Quia in parabolis loquebat̃ ad turbas: ⁊ sine parabolis nō loquebat̃ eis. Seorsum aūt soluebat ea discipulis suis. Vides quomodo ipse docuit alijs indumentis vti debere pōtificem: cū ꝓcedit ad turbas: alijs cū eruditis ⁊ perfectis ministrat in sanctis. Unde optanduꝫ nobis est: ⁊ agēduꝫ: ne tales nos inueniat Jesus: ita impa ratos: ⁊ ita seculi solicitudinibus alligatos: vt cū turbis loquatur nobis ī parabolis: vt vidētes non videamus: ⁊ audiētes non audiamus: sed potius iter eos īueniri mereamur: ad quos dicit: vobis datum est nosse mysterium regni dei. Post hoc: hec est (iquit) lex sacrificij: qđ offerent filij Aaron sacerdotis ante altare contra dominum. Auferet ab eo plenam manuꝫ de similagine sacrificij cum oleo eius: ⁊ cum omni thure eius: que sunt ad sacrificiuꝫ: ⁊ imponet super altare hostiam odorem suauitatis: memoriale eius domino. Quod autem superfuerit ex ea: manducabit Aaron: ⁊ filij eius. Azima edetur in loco sancto: in atrio

tabernaculi testimonij mãducabunt eã. Non
coquetur fermentatum: partem illis hanc de-
di ab hostijs domini: sancta sanctorũ sunt: si-
cut est pro peccato: ⁊ pro delicto: oẽs masculi
sacerdotum edent eam. Legitimum eternum
in progenies vestras ab hostijs domini. Om-
nis qui tetigerit ea sanctificabitur. In his que
proposita sunt: nos quidem sacrificandi sacer
dotibus daẽ: ⁊ obseruantia quibus celi deus:
vel purificari populus videretur. Vel etiã in
necessarijs victus causa consuleretur sacerdo-
tibus: ⁊ ministris. Offerende enim simile in sa
crificio mẽsura posita est: que decima pars of-
fe appellatur: huic oleũ superfunditur: ⁊ thus
superponitur. Sed cum ad altare peruenerit:
sacerdos (inquit) plenam manũ ex ea sumet
ita vt intra plenitudinem manus concludat: ⁊
oleum: quod infusum est: ⁊ thus: quod super-
positũ est: vt sit hoc libamen: ⁊ sacrificiũ deo:
in odorem suauitatis. Cetera (inquit) mane-
ant sacerdotibus ad edendum: sed edenda ea
tradidit lex in loco sancto: in atrio tabernacu-
li: ita vt nihil fermẽtetur ex eis. Hãc enĩ (in-
quit) dedi partẽ sacerdotibus: ⁊ hec sunt san-
cta sanctorum. Sed ⁊ illud obseruari voluit:
vt soli masculi edant ex eo: femina nulla cõtin-
gat. Addit ⁊ hoc: quod qui titigerit ea: sancti
ficetur. Sed si velimus nunc ab his: qui in ma-
nifesto iudei sunt: requirere de singulis qua ra
tione illud hoc modo dictum sit: aut illud alio
modo: absoluta nobis responsione satisfacient
dicentes. Ita visum est legem danti: nemo di-
scutit dominum suum. Et ideo cedentes eis
in ceteris: de hoc nouissimo sermone requira-
mus: vt dicant quomodo omnis: qui tetigerit
ex sacrificio sanctorum sanctificetur? Si ho-
micida tetigerit: si profanus: si adulter: si ince
stuosus: sanctificat⁹ erit? Nõ. n. excepit aliquẽ
sed dixit: omnis q̃ tetigerit ea: sanctificabitur.
Ponamus enim: q̃ etiam nunc integer sit sta
tus illius tẽpli: offerãtur hostie: sacrificia cõsu
mãtur. Ingressus est aliq̃s tẽplũ scelestus: im
quus: impurus: inuenit carnes ex sacrificijs ꝓ
positas: ⁊ tetigit eas: sanctificatus cõtinuo ꝓ-
nũciabitur. Enimuero nullo modo: vel rei na-
tura: vel veritas religionis hoc recipit: ⁊ ideo
redeũdum nobis est ad expositiones euangeli-
cas: atq̃ apostolicas: vt lex possit itellegi. Ni-
si enim velamen abstulerit euangeliũ de facie
Moysi: non potest videri vultus eius: nec sen
sus eius intellegi. Vide ergo quomodo in ec-
clesia apostolorum discipuli adsunt his: que
Moyses scripsit: ⁊ defendũt ea: quod ⁊ imple
ri queãt: ⁊ rationabiliter scripta sint. Iudeoꝝ
vero doctores: ⁊ impossibilia hec: ⁊ irrationa-
bilia: sequẽtes litteram faciunt. Igitur sacrifi
cium: pro quo hec omnia sacrificia in typo: ⁊ fi
gura precesserãt: vnum: ⁊ perfectum: immola-
tus est Christus. Huius sacrificij carnem si q̃s
tetigerit: cõtinuo sanctificatur. Si immũdus
est: mũdatur: si in plaga est: sanaẽ. Sic deniq̃
intellexit illa: de qua pauloãte memoraui: que
profluuium sanguinis patiebatur. Quia ipse
esset caro sacrificij: ⁊ caro sancta sanctorũ: ⁊
q̃ vere intellexit que esset caro sancta sancto-
rum: idcirco accessit: ⁊ ipsã q̃dẽ carnẽ sanctã
cõtingere nõ audet. Nondum enim: mũdata
fuerat: nec que perfecta sunt: apprehenderat.
Sed fimbriam tetigit vestimẽti: quo sancta ca
ro tegebaẽ: ⁊ fideli tactu virtutẽ elicuit ex car-
ne: que se ⁊ ab immũditia sanctificaret: ⁊ a pla
ga: quã patiebaẽ: sanaret. Non tibi videẽ isto
magis ordine stare posse dicta Moysi: quibus
dicit. Omnis qui tetigerit ex carnibus sanctis
sanctificabitur. Has enĩ carnes: quas nos ex-
posuimus: tetigerũt oẽs: qui ex gẽtibus credi-
derũt. Has tetigit ⁊ ille: qui dicebat. Fuimus
enim ⁊ nos aliq̃n stulti: ⁊ increduli: errãtes: ser
uiẽtes desyderijs: ⁊ voluptatibus varijs: ĩ ma-
litia: ⁊ inuidia agẽtes: odibiles odiẽtes inuicẽ.
Sed cũ benignitas: ⁊ humanitas inluxit Sal
uatoris nostri dei: saluos nos fecit per lauacrũ
regenerationis: ⁊ renouationis spirit⁹ sancti.
Et alibi dicit. Et hec (inq̃t) q̃dẽ fuistis: sed iu
stificati estis: sed sanctificati estis: ĩ nomine dñi
nostri Jesu Christi: ⁊ in spiritu dei nostri. Si
(vt diximus) tangat q̃s carnẽ Jesu: eo modo
quo supra exposuimus tota fide: omni obediẽ-
tia: accedat ad Jesum: tanq̃ ad verbũ carnẽ
factũ: iste tetigit carnem sacrificij: ⁊ sanctifica
tus est. Tãgit ãt carnes verbi ⁊ ille: de quo di-
cit Apostolus. Perfectorũ aũt est cibus soli-
dus: eorum qui pro possibilitate sumẽdi exerci
tatos habẽt sensus ad discretionẽ boni: ac ma
li. Tangit ergo ⁊ ille carnẽ verbi dei: qui inte-
riora eius discutit: ⁊ occulta potest explanare
mysteria. Et nos si haberemus talẽ intellectũ
vt possemus singula: que scribunẽ in lege: spi-
ritali: interpretatione discernere: ⁊ obiectum
vniuscuiusq̃ sermonis sacramẽtum in lucem
sciẽtie subtilioris educere. Si ita docere posse-
mus ecclesiam: vt nihil ex his: que lecta sunt:
remaneret ambiguũ: nihil relinqueret obscuꝝ.
Fortassis ⁊ õ nobis dici poterat: q̃ tetigimus
carnes sanctas verbi dei: ⁊ sanctificati sumus.
Sic autem accipio ⁊ illud: quod dictũ est: q̃
oẽs masculi ex sacerdotibus edẽt eam. Nulla
enĩ femina nec remissa: ⁊ dissoluta anima: po
terit edere carnes sanctas v̄bi dei. Masculus
q̃ritur: q̃ eas edat. Masculi deniq̃ sunt: q̃ ꝑ-

duount ad numeꝝ: neq̃ femīa: neq̃ paruuli numerantur. Unde ⁊ Apostolus dicebat. Cū aūt factus sum vir: deposui que erāt paruuli. Talis ergo iste masculus: ⁊ talis vir queritur: qui carnes sanctas possit comedere: ⁊ comedere: non in quocūq; loco: sed in loco sancto: intra atrium tabernaculi. Audiant hec qui scindunt ecclesiam: ⁊ peregrinas: ac prauas inducentes doctrinas: putant se sacras carnes extra tēplum dei: ⁊ extra aulam dominicā posse comedere. Profana sunt eoruʒ sacrificia: que cōtra mādati legem geruntur. In loco sancto edi iubentur: intra atria tabernaculi testimonij. Atria tabernaculi testimonij sunt: que fidei murus ambit: spei colūne suspendūt: charitatis amplitudo dilatat. Ubi hec non sunt: carnes sancte nec haberi possunt: nec comedi. Bene autem quod ⁊ ea: que ex sacrificio similaginis offeruntur: plena manu cum oleo offerūtur: ⁊ thure: in odorē suauitatis dn̄o. Istuʒ locū breuiter explanauit Apostolus Paulus ad Philipēses dicēs. Repletus suʒ accipiēs ab epaphrodito ea q̃ a vobis missa sunt in odorē suauitatis: hostiā acceptam: placētem deo. In quo ostēdit: qd misericordia quidem: que erga pauperes fit: oleum infundit in sacrificio dei. Ministeriū vero quod sanctis defert: suauitateʒ thuris imponit. Sed hoc plena manu fieri debere precipit. Sic enim idem Apostolus dicit. Quia qui parce seminat: parce ⁊ metet. Qui auteʒ seminat in benedictione: de benedictione ⁊ metet vitam eternam. Est tamen aliquid in ipso sacrificio: quod memoriale appellat: quod offerri domino dicit. Ego si posseʒ die: ac nocte in lege dn̄i meditari: ⁊ omnes scripturas memoria retinere: memoriale sacrificij mei dn̄o obtulissem. Certe si nō oīa possumus: saltem ea que nūc docētur in ecclesia: vel que recitantur: memorie cōmendemus: vt exeuntes de ecclesia: ⁊ agentes opera misericordie: ⁊ implentes diuina precepta: sacrificiū cuʒ thure: ⁊ oleo offeramus in memoriaʒ dn̄o. Ex his ergo edocemini: vt que auditis in ecclesia: tāq̃ mūda animalia: veluti ruminantes ea: reuocetis ad memoriam: ⁊ cuʒ corde vestro que dicta sunt conferatis. Quod si aliqua memorie superfuerint: ⁊ intellectuʒ vestrū superauerint: facite quod presentis mādati auctoritas precipit: dicens. Quod autē superfuerit ex ijs māducabit Aaron: ⁊ filij eius. Si quid superauerit: ⁊ excesserit intellectuʒ tuuʒ: vel memoriam tuaʒ: serua Aaron: hoc est reserua sacerdoti: reserua doctori: vt ipse hec māducet: ipse discutiat: ipse exponat: sicut ⁊ alibi ipse Moyses dicit. Interroga pr̄es tuos: ⁊ adnūciabūt tibi: presbyteros tuos: ⁊ dicent tibi. Ipse eniʒ sciunt quomodo hec azima debeant manducari: ⁊ in azimis synceritatis: ⁊ veritatis exponi: additur in sequentibus. Et locutus est dominus ad Moysen dicēs. Hoc munus Aarō ⁊ filiorū eius: quod offerēt domino in die qua vnxeris eum: decimaʒ partem oīfe similaginis in sacrificio. Semper dimidium eius mane: ⁊ dimidium eius post meridiē. In sartagine ex oleo fiet consparsa: offeret eā tenerā: sacrificiū de fragmētis: in odorē suauitatis domino: sacerdos qui vnctus fuerit p eo ex filijs eius: faciat ea lege eterna: omnia cōsumabuntur. Et omne sacrificiuʒ sacerdotis holocaustum erit: ⁊ non edetur. In ceteris quideʒ preceptis pontifex in offerēdis sacrificijs populo prebet officium. In hoc vero mandato que ꝓpria sunt: curat: ⁊ quod ad se spectat: exequitur. Iubet eniʒ ex die: qua vnctus fuerit: semper ⁊ in perpetuum offerre similaginē oleo cōspersam: teneram ex sartagine. Idq; cognominat sacrificiuʒ ex fragmētis: in odorē suauitatis: ⁊ hoc lege eterna permanere: ⁊ transmitti ad posteros iubet. Addit sane obseruādum: ne vllum sacrificium sacerdotis: hoc est quod pro seipso offert: edatur a quoquaʒ: sed holocaustū fiat: quod est igni absumi. Preceptum quidem sʒ litteram clarum est. Uelim tamen videre qui in hoc typus: ⁊ que figura formetur: dimidiū sacrificij huius mane vult offerri: ⁊ dimidium vespere: certa mensura simile oleo cōsperse tenere a sartagine. Uide si nō (vt ego suspicor) sacrificij sacerdotis hec ipsa sit lex: q̃ p Moysen promulgatur: cuius dimidium mane iubetur offerre: dimidium vero ad vesperuʒ. Quā legem in duas partes diuidi p̄cepit. In littera: videlicet: ⁊ spiritu: ⁊ dimidiā quidē partē: que est littera: offerri iubet mane: primo scilicʒ legis tempore: quod illis quibus tunc secūduʒ litteram data est: nouam lucem: ⁊ nouum protulit diem. Dimidiū vero eius offerri iussit in vesperā. In vespera enim nobis datus ē Saluatoris aduētus: i quo pars illa dimidia: hoc est sensus: vel spiritus legis: sm quod lex spiritalis est: offeratur oleo consp̄sa tenera. Oleum ad misericordiā reuocatur: que debet in sacerdotibus abundare. Tenera: ad subtilē: ⁊ purā intellegētiam pertinet. Quod aūt a sartagine dicitur: puto quod districtū: ⁊ multa cōtinentia: aridum: ⁊ torriduʒ velit esse sacerdotē. In quo nihil remissum haberi ad luxuriam: nihil fluitans ad libidinem possit. Quod aūt sacrificium ipsum ex fragmentis nominauit in odoreʒ suauitatis: puto quod fragmenta sacerdotum velit intellegi: cuʒ legis per eos lr̄a frangitur:

gitur: et cibus ex ea latens: intrinsecus spiritalis elicitur: vt audientes turbe reficiantur: sicut et dominus fecisse refertur in euangelijs: vbi benedixit panes: et dedit discipulis: et discipuli confringentes adposuerunt turbis. Et cum saciati fuissent omnes: superfuerunt (inquit) fragmentorum cophini.xij. Istud est ergo sacrificium ex fragmentis: cum minutatis que sunt legis sancta discutimus: vt spiritalem ex his cibum: purumque capiamus. Et hec (inquit) est lex eterna. Joannes quidem apostolus in Apocalypsin dicit esse euangelium eternum. Inuenimus et hic scriptum esse legem eternam: sed isti: qui legem secundum litteram sequi volunt: vellem mihi nunc dicerent: quomodo lex huius sacrificij esse possit eterna. Cum vtique destructo templo: subuerso altari: et omnibus: que dicebantur sancta prophanatis: ritus iste sacrificiorum non potuerit permanere? Quomodo ergo eternum dicent: quod olim cessasse: et finitum esse iam constat? Restat vt secundum eam partem lex hec eterna dicatur: qua nos dicimus legem esse spiritalem: et per eam spiritalia posse offerri sacrificia: que neque inrumpi vnquam: neque cessare possunt. Non enim in loco est: quod subuertitur: aut in tempore quod mutatur: sed in fide credentis: et in corde sacrificantis. Sane quod ait: non edetur de sacrificio sacerdotis: sed holocaustum erit: certum est ad domini: et saluatoris nostri personam referri. De illius enim sacrificio non edetur: sed holocaustum erit. Hoc in loco sacrificium: verbum ipsum accipiendum est: et doctrina: de qua nullus edet: hoc est nullus disputat: nullus retractat: sed holocaustum est. Quicquid enim dixit: quicquid statuit: eterna consecratione perdurat: nec aliquis ita insanus inuenitur: aut prophanus: qui retractare de eius sermonibus possit: quos tanquam holocaustum: sacrificium deo oblatum: in omni cultu: et veneratione habere debemus. Quia celum: et terra transibunt: verba autem eius non transibunt: sed semper manent: sicut et ipse semper manet: per ipsum deo patri cum spiritu sancto gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est hec lex peccati: in loco: quo iugulabuntur holocausta: occident et id quod peccati est: et cetera. Homilia.V.

Et locutus est dominus ad Moysen: dicens. Loquere ad Aaron: et filios eius dicens. Hec est lex peccati: in loco quo iugulabuntur holocausta: occident et id: quod peccati est contra dominum: sancta sanctorum sunt. Sacerdos qui offert illud: in loco sancto edet: in atrio tabernaculi testimonij: omnis qui tangit de carnibus eius: sanctificabitur: et cuicunque aspersum fuerit ex sanguine eius: super vestimentum quodcunque respersum fuerit: et ipsum lauabitur in loco sancto: et vas fictile in quocunque coctum fuerit: confringetur. Si autem in vas ereum coctum fuerit: defricabit illud: et diluet aqua. Omnis masculus ex sacerdotibus edet ea: sancta sanctorum sunt domino: et omnia: que pro peccato sunt: ex quibus inlatum fuerit a sanguine eorum in tabernaculo testimonij deprecari in loco sancto: non edentur: sed igni comburentur. Hec omnia: nisi alio sensu accipiamus: quam littere textus ostendit: sicut sepe iam diximus: cum in ecclesia recitantur: obstaculum magis: et subuersionem christiane religioni: quam rationem: edificationemque prestabunt. Si vero discutiantur: et inueniatur quo sensu hec dicta sunt: et digne deo: qui hec scribitur aduertantur: fiet quidem iudeus: qui hec audit sed non ille: qui in manifesto: sed qui in occulto iudeus est. Secundum illam differentiam iudei: quam distinguit Apostolus dicens. Non enim qui in manifesto iudeus est: neque que manifeste in carne est circuncisio: sed qui in occulto iudeus est: circuncisione cordis: qui spiritu: non littera. Cuius laus non ab hominibus: sed ex deo est. Quam differentiam iudei visibilis: et iudei inuisibilis non intellegentes impij heretici: non solum ab his scripturis refugerunt: sed et ab ipso deo: qui legem hanc: et scripturas diuinas hominibus dedit: atque alium sibi deum: preter illum qui celum: et terram condidit: confinxerunt: cum vtique fidei veritas vnum: eundemque deum legis: et euangeliorum teneat: visibilium: et inuisibilium creatorem. Quia et cognitionem plurimam visibilia cum inuisibilibus seruant: ita vt Apostolus dicat. Quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea: que facta sunt: intellecta conspiciuntur. Sicut ergo cognationem sui ad inuicem gerunt visibilia: et inuisibilia: terra: et celum: anima: et caro: et corpus: et spiritus: ex horum coniunctionibus constat hic mundus: ita etiam sanctam scripturam credendum est ex visibilibus et inuisibilibus constare: veluti ex corpore quodam littere: scilicet: que videtur: et anime sensus: qui intra ipsam deprehenditur. Ex spiritu: secundum id quod etiam quedam in se celestia teneat (vt Apostolus dicit) quia exemplari: et vmbre deseruiunt celestium. Quia ergo hec ita se habent: inuocantes deum: qui fecit scripture animam: et corpus: et spiritum. Corpus quidem ijs: qui ante nos fuerunt: anima vero nobis: spiritum autem ijs: qui in futuro hereditatem vite eterne consequentur: per quam perueniant ad regna celestia. Eam nunc: quam dixi

mus legis alam: requiramus quātum ad pre-
sens interiꝫ expectat. Nescio aūt si possumus
etiam ad spiritū eius ascendere in his: que no-
bis de sacrificijs lecta sunt. Debemus.n.euꝫ:
quē diximus in occulto iudeum: sicut ostendi-
mus: qꝛ non carne: sed corde circunciditur: ita
ostendere: qꝛ ꝛ sacrificat non carne sed corde: ꝛ
qꝛ edet de sacrificijs: nō carne: sed spiritu. Sꝫ
videamus iam que sunt illa: que referuntur in
lege. Et locutus est (inqt) dominus ad Moy
sen dicēs. Loquere ad Aaron: ꝛ filios eius di-
cens. Hec lex peccati: ꝛ cetera: que paulo ante
recitata sunt. Et aūt iā dixisse nos memini: qꝛ
lex non semper eisdem datur: sed alia quidem
datur filijs Israel. Alia autem filijs Aaron:
alia etiā (sicut iaꝫ pridē obseruauimus) Mo-
si: ꝛ Aaron. Est ꝛ alia lex: que soli Mosi da-
tur: ita vt nec Aaron legis ipsius particeps fi-
at. Quaruꝫ per singula distinctiones: ꝛ diuer-
sitates: quis ita scientie dono inluminatus a
deo est: vt possit integre: apteqꝫ disserere? In-
uenimus enim in consequētibus preceptū do-
mini ad solū Mosen dari: ꝛ iuberi: vt pectu-
sculum arietis perfectionis Mosi detur: sicut
precepit (inquit) dominus Mosi. In qua por
tione neqꝫ Aaron: neqꝫ filij eius particeps fi-
unt: ꝛ inuenitur lex: que pertinet ad arietē per
fectionis non posse peruenire vsqꝫ ad Aaron:
neque ad filios eius: multo magis nec ad reli-
quos filiorum israel: sed ad soluꝫ Mosen: qui
erat amicus dei. Uerum quid opus est: q̄ post
modum recitanda sunt: preuenire? Nūc inte-
rim lex recitata est: que ad Aaron: ꝛ filios eius
promulgatur: lex peccati: hoc est hostie: que of
fertur pro peccato: in loco (inquit) in quo iu-
gulātur holocausta: ibi occidēt: ꝛ id quod pro
peccato est: in conspectu domini: sancta sancto
rum sunt. Multa quidē iam (deo iuuāte) de
sacrificiorum ritu ꝭm spiritalem intellegētiā:
in superioribus dicta sunt. Sed ꝛ nūc si gratia
domini nos visitare dignetur: ꝛ vos orationi-
bus annitamini: addemus que dederit domi-
nus. Hostiarum quedā quidē sunt dei solius:
ita vt nullus hominū participet ex ipsis. Que
dam sunt Aaron sacerdotis: ꝛ filiorum eius:
quedam ipsius: ꝛ filiorum: ꝛ filiarū eius: ita vt
etiam vxorem sacerdotis edere liceat ex his.
Quedam sunt sacerdotū: ꝛ filiorū: ac filiarum
eorum: sed de quibus edere liceat etiam filios
israel: ꝛ in illis quidem hostijs: de quibus licet
edere filios israel: sine dubio habēt participiū
etiam sacerdotes: ꝛ filij sacerdotū: non tamen
ex omni hostia: quam edet sacerdos: etiam fi-
lios israel edere licebit. Igitur cuꝫ iste sint ho-
stiarum differētie: illam quaꝫ diximus: solius
dei esse: ex qua neqꝫ Moysen: neqꝫ Aaron: ne
qꝫ filios eius participare fas est: aliqñ quidem
holocaustoma nominari inuenimus. Aliquan
do vero nō holocaustoma: sed holocarpoma:
veluti si dicamus: quod totum fructus sit ille:
scilicet: qui deo offertur. Est ergo prima legis
latio de sacrificijs: si tamē vel obseruastis: vel
retinetis diligenter que lecta sunt: ac diserta:
ꝛ non transcurrunt aures vestras in vanum:
vel que a nobis dicitur: vel que ex diuinis vo-
luminibus recitātur. Prima ergo est hostia:
holocaustoma. Neqꝫ enim oportebat aliā pri
mo hostiam nominari: nisi eā: que omnipoten
ti deo offerebatur. Secunda hostia est: que ad
edendum sacerdotibus mācipatur. Tertia: de
qua etiam filios israel contingere: vel edere: ip
sos scilicet: qui offerunt: fas est. Sed filios isra
el non omnes: nisi illos tātum: qui mūdi sunt.
Soli enim: qui mundi sunt: de sacrificijs ede-
re iubentur. Uerum istas omnes hostias tu: q
in occulto iudeus es: nolo in animalibus req-
ras visibilibus: nec in mutis pecoribus inueni
ri putes: quod offerri debeat deo. Istas hosti-
as: intra te ipsum require: ꝛ inuenies intra ani
mam tuam. Intellege te habere intra temeti-
psum greges boum: illos qui benedicuntur in
Abrahaꝫ. Intellege habere te ꝛ greges ouiū:
ꝛ greges caprarū: in quibus benedicti: ꝛ mul-
tiplicati sunt patriarche. Intellege esse itra te
etiaꝫ aues celi. Nec mireris quod hec intra te
esse dicimus. Intellege ꝛ aliū mundum esse te
paruum: ꝛ esse intra te Solem: esse Lunā: esse
etiam stellas. Hoc enim si ita non esset: nūquā
dixisset dñs ad Abraham. Aspice ad celum: ꝛ
vide stellas: si dinumerari possunt a multitudi
ne: sic erit semen tuum. Nec mireris vnquam
si dicitur ad Abraham: qꝛ sic erit semen tuū:
sicut stelle celi. De illis: scilicet: qui ex fide eius
geniti rationabiliter viuant: ac diuinas leges
ꝛ precepta custodiant. Audi amplius aliquid
Saluatorem ad discipulos dicētēꝫ. Uos estis
lux mundi. Dubitas ne esse intra te Solem: ꝛ
Lunā: ad queꝫ dicitur: qꝛ lux sis mundi? Uis
adhuc amplius aliqd de te ipso audire? ne for-
te parua de te: ꝛ humilia cogitans: tāquā vile
neglegas vitā tuā? Habet hic mūdus guber-
natorem suuꝫ: habet qui eum regat: ꝛ habitet
in ipso omnipotētem deuꝫ: sicut ipse p prophe-
tam dicit. Nōne celū: ꝛ terram ego impleo di
cit dominus? Audi ergo: ipse omnipotens de-
us quid etiaꝫ de te: hoc est quid de hominibus
dicat. Habitabo (inquit) in eis: ꝛ in ipsis am-
bulabo. Plus aliquid adhuc audi erga pso-
nam tuā. Et ero (inqt) eis in patrē: ꝛ ipsi erūt
mihi in filios: ꝛ filias: dicit dominus. Habet
hic mundus

hic mundus filium dei: habet spiritum sanctũ
ƒm quod dicit propheta. Uerbo domini celi
firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus
eorum. Et iterum alibi. Spiritus enim domi
ni repleuit orbem terrarum. Audi ⁊ tibi quid
dicit Christus. Ecce ego vobiscum sum oĩbus
diebus vsq; ad ꝯsummationẽ seculi. Et de spiri
tu sancto dicitur. Effundã de spiritu meo sup
omnẽ carnem: ⁊ prophetabunt. Cum ergo vi
deas habere te omnia: que mundus habz: du
bitare nõ debes quod etiam animalia: que of-
feruntur in hostijs habeas intra te: ⁊ ex ipsis
spiritaliter offerre debeas hostias. Sz de illis
(ꝓut potuimus) in supiorib⁹ explanauimus.
Nũc vo illud addimus: quod dicit. Quia in
loco: in quo iugulãtur holocausta: ibi etiã ho
stie pro peccato. Uide quam multa misericor-
dia: ⁊ benignitas dei est: vt vbi holocaustũ iu-
gulatur illud: quod soli deo offertur: ibi etiaz
hostia: que pro peccato est: imolari iubeatur.
Quo scilicet intellegat se: qui peccauit: ⁊ peni-
tet: ⁊ conuersus ad dominum: cõtribulati spi-
ritus hostiã iugulat: in loco iam sancto stare:
⁊ sociari his que pertinent ad deum. Ubi ergo
immolatur hostia pro peccato: vbi ⁊ holocau-
stuz. In ꝯspectu (inquit) domini: est fortassis
in ꝯspectu dñi offerre sacrificiuz: ⁊ non offerre
in conspectu domini. Quis ergo est: qui offert
in conspectu dñi? Ille (vt opinor) qui nõ exijt
a ꝯspectu dñi: sicut Cayn: ⁊ effectus est timẽs
⁊ tremens. Si quis ergo est: qui habet fiduciã
adstare in cõspectu domini: ⁊ non fugiat a fa-
cie eius: nec aspectũ eius peccati cõscientia de-
clinet: iste in cõspectu domini offert sacrificiũ.
Hanc ergo hostiã: que offertur pro peccatis:
dicit esse sancta sanctoruz. Maius aliquid au
dere vult sermo: si tamen ⁊ vester sequatur au
ditus. Que est hostia: que pro peccatis offert:
⁊ est sancta sanctorum? nisi vnigenitus filius
dei: dominus meus Jesus Christus. Ipse so-
lus est hostia pro peccatis: ⁊ ipse est hostia san-
cta sanctoꝝ. Sz qd addit? Sacerdos (inqt)
qui offert illud: edet illud. Uidetur difficile eẽ
ad intellectum. Illud enim: quod edenduz di
cit: ad peccatũ referri videtur: sicut ⁊ alibi di-
cit de sacerdotib⁹ ꝓpheta: quia peccata popu-
li mei mãducabũt. Unde ⁊ hic ostendit sacer-
dotem peccatum offerentis comedere debere.
Sepe ostendimus ex diuinis scripturis Chri-
stũ esse ⁊ hostiã: que ꝓ peccato mũdi offertur:
⁊ sacerdotem: qui offerat hostiam. Quod vno
verbo Apostolus explicauit: cuz dicit. Qui se
ipsum obtulit deo. Hic ergo est sacerdos: qui
peccata populi comedit: ⁊ consumit: de quo di
ctum est. Tu es sacerdos in eternum ƒm ordi-
nem Melchisedech. Saluator ergo: ⁊ domi-
nus meus peccata populi edit. Quomõ edit
peccata populi? audi quid scriptum est. Deus
(inquit) noster ignis consumens est. Quid cõ
sumit deus ignis? Nunquid tam imperiti eri
mus: vt putemus quod deus ignis ligna cõsu
mat: aut stipulam: aut ferrũ? sed ꝯsumit deus
ignis humana peccata: illa absumit: illa deuo
rat: illa purgat: ƒm quod ⁊ alibi dicit. Et pur
gabo te igni ad purum: hoc est mãducare pec
catum eius: qui offert sacrificium pro peccato.
Ipse enim peccata nostra suscipit: ⁊ in semet-
ipso ea: tãq̃ ignis comedit: ⁊ absumit. Sic de-
niq; e cõtrario eos: qui permanẽt in peccatis:
mors dicitur deglutisse: sicut scriptuz est. De-
glutiuit mors preualens. Hoc puto esse: quod
in euãgelio Saluator dicebat. Ignẽ veni mit
tere in terram: ⁊ quam volo vt accẽdat. Atq;
vtinam ⁊ mea terra accẽdatur igni diuino: vt
vltra non afferat spinas: ⁊ tribulos. Sic intel-
legere debes ⁊ illud: qđ scriptũ est. Ignis accẽ
sus est ab ira mea: comedet terram: ⁊ genera-
tiones eius. Dicit ergo lex. Sacerdos qui ob-
tulerit: edet illud in loco sancto: in atrio taber
naculi testimonij. Consequens enim est: vt ƒm
imaginem eius: qui sacerdotium ecclesie de-
dit: etiam ministri eius sint: ⁊ sacerdotes eccle
sie peccata populi accipiãt: ⁊ ipsi mutãtes ma-
gistrum: remissionem peccatorum populo tri-
buant. Debent ergo ⁊ ipsi ecclesie sacerdotes
ita perfecti esse: ⁊ in officijs semper sacerdotali
bus eruditi: vt peccata populi in loco sancto in
atrijs tabernaculi testimonij ipsi non peccan-
do consumant. Quid autem est in loco sancto
mãducare peccatũ? Locus erat sanctus: i quẽ
peruenerat Moses: ƒm quod dictuz est ad eũ.
Locus enim: in quo stas: terra sancta est. Si-
militer ergo ⁊ in ecclesia dei locus sanctus est:
fides perfecta: ⁊ charitas de corde puro: ⁊ con
scientia bona. Qui in his stat in ecclesia: in lo-
co sancto stare se cognoscat. Neq; enim in ter
ra q̃rendus est locus sanctus: in qua semel da-
ta sententia est a deo dicẽte. Maledicta terra
in opere tuo. Fides ergo integra: ⁊ sancta con
uersatio: locus ẽ sanctus. In hoc itaq; loco po
situs sacerdos ecclesie: populi peccata consu-
mit: vt hostiam iugulãs verbi dei: ⁊ doctrine
sane victimas offerens: purget a peccatis con-
scientias auditorũ. Edit ergo sacerdos carnes
sacrificij in atrio tabernaculi testimonij: cum
intellegere potuerit que sit ratio in ijs: que ve
mysteria: que describũtur de atrijs tabernacu
li testimonij. Ad hec enim atria secreta: ⁊ re-
cõdita nullus accedit: nulli hec: nisi sacerdoti-
bus patẽt. Si tamen patẽat: si sciẽtia sua: ⁊ in-

tellectu mystico potuerint eorum secreta penetrare. Scio aűt esse ⁊ alia quedã in ecclesia dogmata secretiora: que adire nec ipsis sacerdotibus liceat. Illa dico: vbi arca recõditur: vbi vrna: vbi mãna: ⁊ tabule testamenti. Illic nec ipsis quidem sacerdotibus datur accessus: sed vni tãtum pontifici: ⁊ huic semel in anno: certis quibusq; ⁊ mysticis purificationibus cõceditur istud intrare secretum. Sunt ⁊ alia ecclesie dogmata: ad que possunt puenire etiã leuite: sed inferiora sunt ab ijs: que sacerdotibus adire ꝯcessum est. Scio ⁊ alia esse: ad que possunt accedere etiã filij Israel: hoc est laici: nõ tamẽ alienigene: nisi adscripti iam fuerint in ecclesia domini. Egyptius enim tertia generatione intrabit in ecclesia dei. Credo fidem patris: ⁊ filij: ⁊ spiritus sancti: in quam credunt omnes: qui sociant̃ ecclesie dei: tertiam generationem mystice dictam. Verũtamen sciẽdũ est quod ex hostijs: que offeruntur: licet concedãtur sacerdotibus ad edẽdum: non tamẽ oĩa cõceduntur: sed pars ex ipsis aliqua deo offertur: ⁊ altaris ignibus traditur: vt sciamus ẽt nos quod ⁊ si conceditur nobis aliqua ex diuinis scripturis apprehẽdere: ⁊ agnoscere. Sũt tamẽ aliqua: que deo reseruãda sunt. Que cũ intellegẽtiam nostram superãt: sensusq; eorũ supra nos sit: ne forte aliter a nobis: quã se habet veritas: proferãtur: melius igni ista seruamus. Et ideo etiam in hoc loco: que quidẽ cõcessa sunt hominibus ad edẽdum: prout potuimus intra tabernaculum dñi consumpsimus. Si qua vero supersunt: ⁊ vel vos in audiẽdo: vel nos superãt in dicẽdo: seruemus igni altaris: tãꝙ eam partem: que pro peccato super altare domini iubetur offerri. Et hec est (inqt) lex arietis: qui pro delicto est: sancta sanctorũ: in loco: i quo iugulãt holocaustomata: iugulabunt ⁊ arietem: qui pro delicto est cõtra dominum: ⁊ cetera. Videtur quidẽ in scripturis diuinis frequẽter peccatũ pro delicto: ⁊ delictũ pro peccato indifferenter: ⁊ absq; aliqua distinctione nominari: in hoc tamen loco inuenitur esse discerptum. Nam cum superius in hostia pro peccato ritum sacrificij: atq; ordinem tradidisset: nũc separatim mãdat sacrificium pro delicto: ⁊ ꝙuis eodem ordine: atq; eadem obseruantia cũcta mãdentur: ⁊ addat in nouissimis: sicut id quod pro peccato est: ita ⁊ id qđ ꝓ delicto est: lex vna erit eorũ: tamen voluit ostẽdere esse aliquid differentie: in his quibus sacrificia diuisa mandauit. In quo puto ego delictum quidẽ commissum esse leuius aliquanto: quam peccatũ. Nam inuenimus de peccato dici: quod sit peccatum ad mortẽ. De delicto nõ legimus quod eẽ dicatur ad mortem. Scio tamen ⁊ illam differentiam: que nõnullis sapientiũ visa est: quod delictum quidẽ sit: cũ nõ facimus ea que facere debemus. Peccatum vero sit: cum cõmittimus ea que cõmittere non debemus. Sed hec quoniam nõ semper in scripturis diuinis sub ista distinctiõe inuenimus: iccirco generaliter affirmare nõ possumus. Igitur eodem modo: atq; eadem traditiõe de sacrificio: quod pro delicto offertur: accipiendum est: quo ⁊ supra exposuimus de eo quod pro peccato est. Similiter enim iubentur adipes arietis hi: qui circa renes sunt: ⁊ hi qui interiora operiũt: imponi super altare: vt ⁊ tu qui hec audis: scias omne: quod est intra te crassius: ⁊ operit interiora tua: debere te offerre igni altaris: vt purgentur omnia interiora tua: ⁊ dicas ⁊ tu: sicut Dauid dicebat. Benedic aĩa mea dñm: ⁊ oĩa interiora mea nomẽ sanctum eius. Nisi eniз ablata fuerit crassitudo illa: q̃ tegit interiora tua: non possunt subtilem: ⁊ spiritalem capere sensũ. Nec possunt intellectum capere sapientie: ⁊ ideo dominum laudare non possunt. Quod si ablatum fuerit omne: quod pingue est de renibus: ⁊ de omnibus interioribus viscerũ: tunc vere purgatus omni vitio libidinis iugulasti hostiam pro delicto: ⁊ obtulisti sacrificiũ deo in odorem suauitatis. Sacerdotis (inquit) qui offert illud: ⁊ repropitiabit pro delicto: ipsius erit. Discant sacerdotes domini: qui ecclesijs presunt: quia pars eis data est cum his: quorũ delicta repropitiauerint. Quid aũt est repropitiare pro delicto. Si adsumpseris peccatorem: ⁊ monendo: hortãdo: docẽdo: instruẽdo: adduxeris euз ad penitẽtiam: ab errore correxeris: a vitijs emendaueris: ⁊ effeceris eum talem: vt ei conuerso ꝓpitius fiat deus: pro delicto repropitiare diceris. Si ergo talis fueris sacerdos: ⁊ talis fuerit doctrina tua: ⁊ sermo tuus: pars tibi datur eoꝝ: quos correxeris: vt illoꝝ meritũ: tua merces sit: ⁊ illorum salus: tua gloria. Aut non ⁊ Apostolus hec ostẽdit: vbi dicit. Quia quod superedificauerit quis mercedem accipiet. Intellegãt igitur sacerdotes domini: vbi est his data portio: ⁊ in hoc vacent: atq; his operam dent. Non se inanibus: ⁊ superfluis actibꝰ implicent: sed sciãt se in nullo alio partem habituros apud deum: nisi in eo quod offertur pro peccatis: idest quod a via peccati cõuerterint peccatores. Notandum etiam illud est: ꝙ que offerũtur in holocaustũ: interiora sunt: quod vero exterius est: domino nõ offertur. Pellis domino non offertur: nec cedit in holocaustomata. Talis fuit ⁊ ille filius Iuda: qui dicebat

Per: quod

Her:quod interpretaꝶ pellis. Propterea per
simus erat:⁊ occidit eū deus:q2 isti tales domi
no non offerūtur:⁊ omne sacrificiuʒ: quod fiet
in clibano:⁊ omne:quod fiet in craticula : vel
in sartagine:sacerdotis:qui offeret illud: ipsi
us erit. Quid dicimus? Putamus ne qđ om
nipotens deus:qui responsa Mosi celitus da
bat:de clibano:⁊ craticula: ⁊ sartagine preci
peret:vt disceret populus per Mosen : q2 per
hec deus his propitius fiet. Si quedam in sar
tagine frixerint:quedam in clibano coxerint:
quedam in craticula assauerint:sed non ita ec
clesie pueri Christū didicerunt: nec ita in eum
per Apostolos eruditi sunt:vt de domino ma
iestatis aliquid tam humile : ⁊ tam vile susci
piant. Quin potius ſm spiritalē sensum: quē
spiritus donat ecclesie. Videamus qđ sit istud
sacrificiuʒ:quod coquatur in clibano:vel quis
iste clibanus intellegi debeat. Sed vbi inueni
am modo ad subitum scripturam diuinam:q̄
me doceat quis sit clibanus? Dominum meū
Jesum inuocare me oportet: vt querētem me
faciat inuenire:⁊ pulsanti aperiat: vt inueniaʒ
in scripturis clibanum:vbi possim coquere sa
crificium meum:vt suscipiat illud deus. Et q̄
dem inuenisse me puto in Osee propheta: vbi
dicit. Omnes mechātes:sicut clibanus succen
sus ad comburēdum. Et iterum. Incaluerūt
(inquit) sicut clibanus corda eorū. Cor ergo
est:hominis clibanus. Istud āt cor:si vitia suc
cēderint:vel libido inflāmauerit:nō coquet:sʒ
exuret. Si vero ille id succēderit:q̄ dixit. Ignē
veni mittere in terram:panem scripturarū di
uinarum:⁊ sermonum dei:quos in corde susci
pio:non exuro ad perditionē:sed coquo ad sa
crificium. Et fortassis illa coqui dicūtur in cli
bano:que interiora sunt:⁊ recondita : nec pro
ferri facile ad vulgus possunt. Sunt eniʒ mul
ta in scripturis diuinis huiusmodi:sicut apud
Ezechielem:cū vel de Cherubim:vel de deo:
⁊ de illa magnifica visione describitur : hec ſi
in clibano nō coquātur:comedi ita vt sunt cru
da non possunt. Neqʒ enim credenduʒ est: qđ
sit animal quoddam in forma leonis positum:
quo vehatur deus: vel aliud in forma vituli:
aut aquile. Hec ergo ⁊ si qua huiusmodi sunt
non sunt cruda proferēda:sed in cordis cliba
no sunt coquenda. Tria itaqʒ sunt hec:in qui
bus dicit sacrificia debere preparari. In cliba
no :in sartagine:in craticula: ⁊ puto quod cli
banus ſm sui formam profundiora: ⁊ ea: que
sunt inenarrabilia significet in scripturis diui
nis. Sartago vero:ea que si frequenter ac se
pe versentur:itellegi:⁊ explicari possunt. Cra
ticula autem:ea que palam sunt : ⁊ absqʒ ali
qua obtrectione cernūtur. Triplicem namqʒ in
scripturis diuinis intellegētie inueniri sepe di
ximus modum:historicum:moralem:⁊ mysti
cum. Unde ⁊ corpus inesse ei:⁊ animaʒ:ac spi
ritum intelleximus. Cuius intellegentie tripli
cem formam sacrificiorū:triplex hic appara
tus ostēdit. Sed ⁊ alibi inuenimus:idest in his
ipsis:que de sacrificijs memorantur: dici cani
strum sanctū pfectionis:in quo tres panes ha
beri mādantur. Vides cōsonare sibi sacramē
torum omniū formas? Canistrū pfectionis:in
quo tres panes poni iubētur:quid aliud debe
mus accipe:nisi scripturas diuīas: cibos audi
torib9 tripliciter apponētes. Vis tibi ⁊ de euā
gelijs similis mysterij proferamus exēpla? Re
colamus domini vocem: vbi dicit. Quia me
dio noctis venit quidam ad amicū suum pul
sans hostium eius:⁊ ait. Amice cōmoda mihi
tres panes:quoniam amicus mihi superuenit
de via:⁊ nō habeo quod ponam ei. In quibus
(vt breuiter perstringamus) nox est tēpus hoc
vite. Tres panes sunt: vnus : qui in clibano:
alius:qui in sartagine:tertius:qui in craticu
la coquitur. Post hec (inquit) ⁊ omne sacrifi
cium factū in oleo:siue non factū: omnibus fi
lijs Aaron erit. Singulis equaliter : quod sa
crificium factū est in oleo:vel quod est nō factū
in oleo. Sacrificiū salutaris in oleo fieri iubeꝶ:
sicut supra iam diximus. Sacrificium vero p
peccato non fit in oleo. Dicit enim. Non sup
ponet ei oleum:quoniam pro peccato est. Qđ
ergo p peccato est:nec oleū letitie ei : nec thus
suauitatis imponitur. De peccantibus enim
dicit Apostolus:⁊ lugeā eos:qui ante peccaue
runt:⁊ non egerunt penitentiam : nec odor in
eo suauitatis est:q2 ex persona peccatoris dici
tur. Computruerūt:⁊ corrupte sunt cicatrices
mee. Hec interim a nobis obseruata sunt de
superiori capitulo : vbi lex sacrificij scribitur
pro delicto. Non auteʒ dubito multa esse:que
nos latent:⁊ sensum nostrum supperent. Non
enim sumus illius meriti:vt ⁊ nos dicere possi
mus. Nos autem sensum Christi habemus.
Ipse enim solus est consors Christi : cui patēt
vniuersa:que in legibus sacrificiorum : intra
littere continentur arcanum. Si enim merere
rer:vt daretur mihi sensus Christi:etiam ego
in his dicerem: vt sciamus que a deo donata
sunt nobis:que ⁊ loquimur. Sed nunc cōten
ti paruitate sensus nostri secundi capituli : vi
deamus exordium. Hec est (inquit) lex sacrifi
cij salutaris:quod offerent domino. Siquidē
pro laudatione offerent illud: ⁊ offerent ad sa
crificiuʒ panes laudationis ex simila factos in
oleo. Et lagana azima vncta oleo : ⁊ similagi

nem conspersam in oleo super panes fermẽta
tos offeret munera sua: qꝛ sacrificiũ laudatio
nis salutaris eius est: ⁊ offeret ab eo vnum de
omnibus muneribus suis separationem dño:
sacerdoti: qui effundit sanguinem salutaris: ⁊
carnes sacrificij laudationis salutaris ipsi erũt
⁊ in qua die donum offertur manducabunt: ⁊
non derelinquent ex eo: vsqꝫ in mane. Sacrifi
ciuꝫ hoc: quod salutare appellatur: in duas di
uidit partes: ⁊ vnam quidem laudationis no
minat: alteram voti. Vtrũqꝫ tamẽ sacrificiuꝫ:
salutare nominatur. Verũ quoniam nõ est no
bis nunc ſm litteram instaurare sacrificia: re
quiramus in nobis quis nam est tantus: ac ta
lis: qui sacrificium salutare: ⁊ sacrificiũ laudis
offerat deo? Ego illum esse arbitror: q in omni
bus actibus suis facit laudari deum: ⁊ imple
tur p eum illud quod dominus: ⁊ saluator no
ster dicit: vt videant homines opera vestra bo
na: ⁊ magnificent patrem vestruꝫ: qui in celis
est. Ille ergo obtulit sacrificiũ laudis: ꝑ cuius
actibus: pro cuius doctrina: ṽbo: ⁊ moribus:
⁊ disciplina: laudatur: ⁊ benedicitur Deus: si
cut e cõtrario sunt illi: de quibus dicitur. Qꝛ
per vos nomen meũ blasphematur inter gen
tes. Obserua tamen ⁊ hic quomodo panes ex
simila facti i oleo: ⁊ lagana azima vncta oleo
⁊ simila conspersa in oleo ponitur. Et triplici
iterum sacramento hostia salutaris offertur.
Et ad vltimuꝫ sacerdoti (inquit) qui effundit
sanguinẽ sacrificij salutaris ipsi erit. Supius
dixit sacerdoti: qui repropitiabit: ipsi erit. Hic
sacerdoti: qui effundit sanguinẽ sacrificij salu
taris: ipsi erit. Digno ordine vtitur: prius. n.
repropitiatio querẽda est: ⁊ post hec offerendũ
sacrificiuꝫ salutaris. Neqꝫ enim salus esse cui
quam potest: nisi prius sibi propitiũ faciat de
um. Sed ⁊ carnes (inquit) sacrificij laudatio
nis salutaris ipsi edunt. Sepe iaꝫ diximus qđ
carnes in scripturis solidum indicant cibum:
perfectamqꝫ doctrinam. Secundum scriptu
ras scio esse anime cibuꝫ quẽdam lactis: ⁊ aliũ
cibum anime olerum: ⁊ aliuꝫ carnis: sicut ipse
Apostolus de quibusdam dicit. Quia lacte
vos potaui: non esca. Nondum enim potatis
sed nec adhuc potestis. Adhuc enim estis car
nales. Et iterum alibi dicit. Alius quideꝫ cre
dit manducare omnia. Qui autem infirmus
est: olera mãducet. Et rursuꝫ alibi. Perfecto
rum autẽ est cibus solidus: ⁊ cetera. Hic ergo
carnes sacrificij salutaris: quod offertur ꝑ lau
datione: ipsius iubẽt esse sacerdotis. Ex simi
la vero tripliciter oblata (vt supra diximus)
vnum tantuꝫ: quod placuerit sacerdoti: depu
tatur. Cetera offerẽtis sunt laici: ita tamen: vt
sub die comedãtur: nec remaneat ex his aliqd
in mane. Carnes ergo: i quibus solidus cibus
est: ⁊ perfecta sciẽtia: sacerdotibus deputãtur
qꝛ debẽt in omnibus esse perfecti: in doctrina:
in virtute: in moribus. Si eniꝫ hoc in se nõ ha
buerint: de sacrificiorum carnibus non edent.
Vnum vero illud: quod separatur: tanꝙ pre
cipuũ ex tribus: que ex simila precepta sunt: in
hoc illam partem sciẽtie arbitror designari:
de qua superius diximus: que perfectam indi
cat: profundãqꝫ doctrinaꝫ. Sed requiras for
tasse: cum superius fermẽtum penitus abiece
rit de sacrificijs: quomodo nunc super panes
fermẽtatos sacrificiũ mãdat imponi: verũ dili
gentius intuere: qꝛ non ad sacrificium: sed ad
ministerium sacrificij fermẽtatus panis adsu
mitur. Quid ergo hic sit agẽdum: videamus.
Dominus in euãgelijs humanam doctrinaꝫ
phariseorũ: qui tradebãt traditionẽ: precepta
hominũ fermentũ appellat: cum dicit discipu
lis. Obseruate a fermẽto Phariseorũ. Simi
liter ergo humana doctrina est: verbi causa.
Grãmatica ars: vel rethorica: vel etiaꝫ diale
ctica. Ex qua doctrina: ad sacrificiũ qdeꝫ: hoc
est in his: que de deo sentienda sunt: nihil su
scipiendum est. Sermo vero lucidus: ⁊ eloquẽ
tie splẽdor: ac disputandi ratio: ad ministeriuꝫ
verbi dei decẽter iubetur admitti. An non su
per hoc fermẽtuꝫ habebat verbi dei sacrificiũ
posituꝫ ille: qui dicebat. Corrũpunt mores bo
nos conloquia mala: ⁊ Cretenses semper mẽ
daces: male bestie: vẽtres pigri? Et alia his si
milia ex fermento sumpta grecorũ. Quod au
tem dicit: sub die comedetur: nec derelinquẽ
ab eo vsqꝫ in mane: conferamus cuꝫ ceteris sa
crificijs: ⁊ videamus que sit ratio quod in hoc
quidem sacrificio salutari: eadem die: que offe
runtur precipit comedẽda. In alio vero sacrifi
cio: etiam in secundam diem seruari indulget
⁊ vsqꝫ in tertiam. Tertia vero iam die igni tra
di que superfuerint: ne polluant offerentem.
Quid ergo habeat ista differentia: videamus.
Sed vere indigemus auxilio dei: qui oẽs adi
pes contegẽtes interiora nostra dignẽ absci
dere. Et omne crassioris sensus velamẽ aufer
re: vt hec ſm id: quod a deo mandari dicitur:
possimus aduertere. Cõferamus igitur ipsam
sibi scripturam diuinaꝫ: ⁊ quam aperuerit no
bis: absolutionis semitam subsequamur. In
uenimus enim in sacrificio pasche: quod in ve
spera immolari iubetur. Dari mandatum si
militer: vt nihil remaneat ex carnibus vsqꝫ in
mane. Non est hoc ociosum quod hesternas
carnes vesci non vult nos sermo diuinus: sed
recentes semper ⁊ nouas. Eos vero maxime:

qui sacrificiū pasche: vel sacrificiū laudis imolant deo: nouas vero carnes: ꝛ recentes ipsius diei edere iubet: hesternas prohibet. Recordatus sum simile aliquid ꝓphetam Ezechielem dicere: cū ei dominus precepisset: vt coqueret sibi panes in stercore humano. Respōdit eniꝫ domino: ꝛ dixit. O domine: nunquā contaminata est anima mea: ꝛ morticinū: aut inmundum non introiuit in os meum. Sed neqꝫ caro hesterna introiuit in os meum. De quo sepe apud memetipsum requirebam que naꝫ esset ista prophete exultatio: qua velut magnuꝫ aliquid ante deum proferret ꝛ diceret: q꞉ nūquam carnem hesternam māducabo. Sed vt video hinc edoctus: ꝛ ex istis ībutus mysterijs. Hec propheta loquebatur ad dominuꝫ: quia non ita abiectus: ꝛ degener sum sacerdos: vt hesternis: idest veteribus carnib⁹ vescar. Audite hec omnes domini sacerdotes: ꝛ intentius intellegite que dicūtur. Caro: que ex sacrificijs sacerdotibus deputatur: verbuꝫ dei est: quod in ecclesia docēt. Pro hoc ergo figuris mysticis cōmonētur: vt cū ꝓferre ad populuꝫ sermonē ceperint: nō hesterna proferant: nō vetera: que sunt secūdum litteram ꝓloquantur: sed per gratiā dei noua semꝑ proferant: ꝛ spiritalia semꝑ inueniant. Si enim ea que didiceris a iudeis hesterno: hec hodie in ecclesia proferas: hoc est hesternam carnem sacrificij edere: si meministis etiam in oblationeꝫ primitiarū eodē sermone vsus est legislator: vt sint (inquit) noua recētia. Uides vbiqꝫ ea: q̄ ad laudes dei ꝑtinent: hoc enim est sacrificiū laudis: noua: ꝛ recētia esse debere: ne forte cum vetera profers in ecclesia: labia tua loquantur: ꝛ mēs tua sine fructu sit. Sed audi quid dicit Apostolus. Si (inq̄t) loquar linguis: spiritus meus orat: sed mēs mea sine fructu est. Quid igitur est: orabo spiritu: orabo ꝛ mente: psalmuꝫ dicam spiritu: psalmum dicam ꝛ mēte. Ita ergo ꝛ tu: siue ex eruditione spiritali: ꝛ ex dono gratie dei: presentem ꝛ recentem ꝓtuleris sermonem in laudibus dei: os quidem tuum offert sacrificium laudis: sed mens tua pro sterilitate hesterne carnis arguitur. Nam ꝛ dominus panem: quem discipulis dabat: dicebat eis. Accipite: ꝛ māducate. Nō distulit: nec seruari iussit ī crastinū. Hoc fortasse mysterij continetur etiam in eo: quod panem portari non iubet in via: vt semper recentes: quos intra te geris: verbi dei panes proferas. Deniqꝫ Gabaonite illi propterea cōdēnantur: ꝛ ligni cesores: vel aque gestatores fiunt: quia panes veteres ad Israelitas detulerunt: quibus lex spiritalis iubebat semper vti recētibus: ꝛ nouis.

Alia sane sacramētorum figura est: que iubet etiaꝫ in altera die: quod superfuerit: edi: nihil vero in tertiā dieꝫ reseruari: de qua suis locis videbimus. Sed ne illud quidē nos lateat esse quoddā tēpus: in quo benedictio sit veteribus vesci. Nā de anno septimo: qui remissionis annus: vel sabbaticus nominatur: ita dicit. Māducabis (inquit) vetera: ꝛ vetera veteꝝ. Tunc sub septimi anni mysterio (vt diximus) benedictio est vetera māducare: nunc vero ꝓhibetur: sed multus est excessus: per hec singula: ꝛ ex occasione testimoniorum longius euagari: cū explanationē sacrificioruꝫ habeamus in manibus. Dicit ergo in sequentibus: quod si votum fuerit: aut si volūtariū sacrificauerit: munus suum quacūqꝫ die obtulerit: sacrificiū suuꝫ edetur ꝛ altera die. Et quod superfuerit de carnibus sacrificij vsqꝫ in diem tertiū: igni cremabitur. Si aūt māducās māducauerit ex carnibus die tertia: non erit acceptū ei: qui offert illud: nō reputabitur ei: coinquinatio est. Anima auteꝫ si qua māducauerit ex eo: peccatum accipiet. Hoc est nimirū: quod ꝛ Dauid dicit in psalmis. Fiat oratio eius in peccatuꝫ: quando non solum nihil meriti: sed etiam culpe: multum ex sacrificijs queritur. Audis enī Legislatorem decernere: quia si quis māducauerit ex eo: quod superfuerit in tertiam diem: peccatū accipiet. Unde cognoscēdū est quanta humane conditioni peccatoꝝ labes imminеat: cum oriatur etiam inde peccatum: vnde hostia propitiationis offertur. Hec credo considerās beatus Dauid: dicebat in psalmis. Peccata q̄s ītellegit: Uoti igitur: vel voluntatis sacrificiū est: qđ ꝛ secunda quideꝫ die vesci fas est: penitus vero abiuratur in tertiā: sꝫ dat remedium neglegētib⁹. Si (inquit) inualidus fueris: ꝛ non potueris oēs carnes sacrificij secūda finire die: nihil de his ī die tertia comedas: sed igni trade: quod superest. Si eniꝫ volueris post duos dies manducare de sacrificio: peccatū accipies. Ego (ꝑut sensus mei capacitas habꝫ) ī hoc biduo puto duo testamēta posse intellegi. In quibus liceat omne verbum: quod ad deum pertinet: hoc enim est sacrificium requiri: ꝛ discuti: atqꝫ ex ipsis omnē rerum sciētiaꝫ capi. Siquid autē superfuerit: quod non diuina scriptura decernat: nullam aliaꝫ tertiam scripturā debere ad auctoritatē scientie suscipi: quia hec dies tertia nominat: sed igni tradamus: quod superest: idest deo reseruemus. Neqꝫ enim in ꝑsenti vita deus scire nos omnia voluit: maxime cum id: ꝛ Apostolus dicat. Quia ex parte scimus: ꝛ ex parte ꝓphetamus. Cum venerit aūt quod perfectū

est: destruentur illa: que ex parte sunt. Iste est ergo ignis: cui que in tertiū die; superfuerint seruare debemus: ⁊ non temeritate presumpta adsumamus nobis cunctorum scientiam: vt merito nobis dicatur ab eodē Apostolo. Nescientes neq; que loquuntur: neq; de quib⁹ affirmant. Ne forte ergo non fiat acceptum sacrificium nostrum: ⁊ hoc ipsum: quod ex diuinis scripturis cupimus sciētiam capere: vertatur nobis in peccatu;: seruemus eas mēsuras: quas nobis per Legislatore; lex spiritalis enūciat. Et carnes quecūq; tacte fuerint ab omni immūdo: non manducabūtur: igni cremabūtur. Omnis mūdus mādueabit carnes: ⁊ aīa quecūq; manducauerit carnes sacrificij salutaris: quod est domino: ⁊ immūditia eius in eo fuerit: peribit aīa illa d̄ populo suo. Et anima quecūq; tetigerit oēm rem immūdam: vel ab immūditia hominis: vel quadrupedum immūdorum: vel ab omni abhominamento immundo: ⁊ māducauerit ex carnibus sacrificij salutaris: quod est domini: p̄ibit anima illa de populo suo. Triplices immūditie causas hic Legislator exposuit. Unam: ne carnes sacrificiorum aliqua immūditia cōtingātur. Aliam: ne is: qui edet carnes sacrificij: immūdus sit: ⁊ immūditia eius in ipso sit. Tertiam: quod ⁊ si carnes mūde sint: ⁊ ipse: qui edit mūdus sit: tamē ne contigerit aliquid immūdum: vel a pecoribus: vel ab auibus: vel ex oībus: que immūda pronunciata sunt. Et hec quide; voluntas est Legislatoris de ritu sacrificioru; corporalium sanciētis. Secundum nostre vero expositionis ordinem: vbi carnes sancte: verba intellegantur esse diuina: huiusmodi habenda est obseruatio: quia sepe accidit mundas carnes cōtingi ab aliquo immundo: (vt verbi causa dixeri;.) Si qs de deo patre: ac de vnigenito eius ⁊ spiritu sancto: digno deitatis mysterio purū faciat: syncerumq; sermone;: similiter ⁊ de oībus creaturis rationabilibus tāquā a deo factis: ad hoc vt caperēt: ⁊ intellegerēt eum: nō autem cōsequenti mysterio adferat etiam carnis resurrectionem. Primus quidem sermo eius: quem perfecte: ⁊ sancte disseruit: solidus cibus est: carnes sancte sunt. Hoc vero qđ his addit resurrectiōis carnis: negādo gloria;: q: alienum a fide est: superioribus iūctum perfectis: ⁊ fidelibus verbis: sanctas carnes cōtaminauit: ⁊ polluit. Ideo ergo precepit Legislator ne māducētur huiusmodi carnes: quibus immūditia infidelitatis alicuius adiungitur. Propterea ⁊ Apostolus dicit. Etenim die; festum celebremus: nō in fermēto malitie: ⁊ nequitie: sed in azimis synceritatis: ⁊ veritatis. Secūdum immunditie genus est: ne ipse: qui carnes edit: immūdus sit: ⁊ immūditia eius ī ipso sit: quod hoc modo intellegi potest: verbi gratia. Si sit aliquis nature florētis: ⁊ ardētis: ingenij: nō cōtinuo aptus videbitur ad suscipiēda verbi dei mysteria. Sed queritur etiā hoc: vt prius a profanis actibus: ⁊ immūdis operibus separetur: ⁊ ita demum eruditiōis capax fiat: si prius capax fuerit sanctitatis: simile his innumeris legimus scriptū: vbi dominus carnes celitus dedit filijs Israel: ⁊ dicit. Sāctificamini in crastinū: vt māducetis carnes. Hoc ostēdēs: ꝙ nisi sanctificati essent prius: ⁊ mūdi effecti: ⁊ carnes eis nō daret deus. Bene autē clemētia; domini Legislator ostēdit: vt nō diceret: quia nō māducet carnes: in quo fuit immūditia: sed ait: in quo immūditia eius ī ipso est. Nemo enim fere īuenitur: in quo nō fuit īmūditia. Inueniri autem potest: in quo fuerit quidem: sed audita lege domini vltra iam nō sit. Quod si permanet in eo immunditia sua: ⁊ his auditis cōuerti nō vult: ⁊ emēdari: peribit (inquit) aīa illa de populo suo. Tertia est immūditie species: qua is: qui mūdus est: aliquid cōtingit immūdum: ⁊ nō ta; suo peccato: quā aliena cōtagione polluitur: vtputa: si quis societur amicitijs: ⁊ cōsortio hominis liuidi: vel iracūdi: vel adulteri: ⁊ ipse quidē proprijs actibus nō inseratur sceleribus eius: videat tamē eum: ⁊ intellegat quomodo fratrem suū odit: ⁊ homicida est: vel quomodo insidiatur aliene mulieri: ⁊ adulter est: vel quomodo in ceteris quibusq; sacrilegus est: ne deprehensus: is discedat ab eius consortio. Iste est: qui cōtingit immūdum: vel animal: vel auem: vel morticinu;: ⁊ aliena immūditia ipse pollutus est. De diuersitatibus autem immūdorum: prout occurrere potuit: in superioribus diximus. Aut nō ⁊ Apostolus s̄m hanc eandem precepit formam: cum dicit. Nunc autem scripsi vobis in epistola: vt non misceamini fornicarijs. Si qs frater nominatur fornicator: aut auarus: aut idolis seruiens: aut ebriosus: aut rapax: cū huiusmodi: nec cibum sumere. In quibus oībus quid est aliud: quod p̄cepit: nisi ne nos ab alienis peccatis: ⁊ immūditijs polluamur? Et locutus est (inqt) dominus ad Moysen dicēs. Loquere filijs Israel dicēs. Omnem adipe; boum: ⁊ ouium: ⁊ capraru;: nō edetis: ⁊ adeps morticinorum: ⁊ a fera captorum: non erit ad omne opus: ⁊ in esca nō edetur. Omnis: q adipe; edet ex pecoribus: ex quibus offertis ab eis hostia; domino: peribit aīa illa de populo suo ⁊ omnem sanguinem non edetis in omni habitatione vestra: a pecoribus: ⁊ a volatilibus.

Omnis

Omnis anima quecunq3 māducauerit sangui-
ne3: peribit anima illa de populo ſuo. Adipes
quidem eorū3 animalium: que in ſacrificijs of
feruntur: ⁊ aliorum nōnullorum edi: vel in vſu
haberi abnegat Legiſlator. Sanguinem ve-
ro omnis carnis comedi vetat. In ſuperiori-
bus locum myſticum pertractantes: vbi vitu-
lus in holocauſtu3 dabatur pro peccato: ⁊ adi
pes imponebantur altari: ſanguinem quidem
quo ex parte aliqua cornua liniebantur: reli-
quus vero ad baſim effundebatur altaris: eo
rum accipimus figuram: qui reſiduus dicitur
iſrael: ⁊ poſtquam plenitudo gentium ſubin-
troierit ſalutem: in nouiſſimis ſperāt. Adipes
vero: anima3 diximus Chriſti: que eſt eccleſia
amicorum eius: pro quibus animam ſuam po
ſuit. Poteſt ergo fieri ⁊ in hoc loco: vt qđ mā-
datur ne quis adipes edat ex his: que domino
offeruntur: hoc ſit: quod ⁊ dominus dicit. Ne
quis ſcandelizet vnum ex his minimis: qui cre
dunt in me. Quod autem ſanguis nullius ani
malis edi iubetur: illud fortaſſe ſit: quod de iſ-
raelitis dicit Apoſtolus. Dicis ergo ſi fracti
ſunt rami: vt ego inſerar bene: propter icredu
litatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: noli al
tum ſapere: ſed time. Et iteru3. Noli gloriari
aduerſus ramos: quo ſcilicet caſui eorum nul
lus inſultet. Ne forte ſicut idem Apoſtolus di
cit: ⁊ tu excidaris: ⁊ illi ſi non permanſerint in
incredulitate: inſerātur. Sanguis aute3 puto
quod populus ille competenter intellegatur.
Non enim ex fide: neq3 ex ſpiritu Abraham:
ſed tantum ex ſanguine eius deſcendūt. Poſt
hec. Et locutus eſt dominus ad Moyſen di-
cens: ⁊ filijs iſrael loquere dicens. Qui offert
ſacrificiū ſalutaris ſui domino: offeret munus
ſuu3 domino in ſacrificio ſalutaris ſui: manus
eius offerent hoſtiam domino: adipem: qui ſu
per pectuſculum eius eſt: ⁊ pinnam iecoris: of-
feret ea ita: vt ponatur donum contra domi-
num: ⁊ imponet ſacerdos adipe3: qui eſt ſuper
pectuſculum ſuper altare. Et erit pectuſculu3
Aaron: ⁊ filijs eius: ⁊ brachium dextrum da-
bitis ſeparationem: ſacerdoti a ſacrificijs ſalu
taribus veſtris: qui offert ſanguine3 ſalutaris
⁊ adipem ex filijs Aaron: ipſi erit brachium
dextrum in parte: pectuſculum enim impoſi-
tionis: ⁊ brachium demptionis accepi a filijs
iſrael a ſacrificijs ſalutaribus veſtris: ⁊ dedi ea
Aaron ſacerdoti: ⁊ filijs eius: legitimum: eter
nam: a filijs iſrael. Et eſt ſacrificium: quod di-
citur ſalutare. Quod ſacrificiū nemo offert do
mino: niſi qui ſanus eſt: ⁊ ſalutis ſue conſcius:
gratias domino refert. Nemo ergo: qui eger
eſt animo: ⁊ lāguidus in operibus: offerre pōt
ſacrificiū ſalutare. Uis videre: q2 nemo eger:
⁊ languidus pōt iſtud offerre ſacrificiū: lepro-
ſus ille: quem in euangelio dn̄s curaſſe deſcri-
bitur: non poterat offerre hoſtia3: donec lepre
egritudine tenebatur. Cum autem acceſſit ad
Ieſum: ⁊ mundatus eſt: tunc iubetur a dn̄o of
ferre munera ad altare: quod precepit (inqt)
Moſes in teſtimonium illis. Audiſti quis ſit
qui offerre debeat hoſtiā ſalutarē. Audi nunc
quomodo debeat offerre. Manus (inqt) eius
offerent hoſtiam domino. Nunquid non eui-
denter clamat Legiſlator: quia non homo eſt
qui offert hoſtiam: ſed manus eius: ideſt ope-
ra eius. Opera namq3 ſunt: que commendāt
hoſtiam deo. Si enim adtracta ſit manus tua
ad dandum: ⁊ expanſa ad accipiendū: intra te
eſt adhuc lepra tua: ⁊ offerre non potes hoſtiā
ſalutarem. Manus ergo eius offerent ſacrifi-
cium ſalutaris: ⁊ manus eius offerent ea: que
dn̄o offerēda ſunt: ideſt adipē: qui ſuper pectu
ſculu3 eſt: ⁊ pinnā iecoris. In hoc loco: vbi nos
habemus manus eius offerent hoſtiam domi-
no: in grecis habet pro hoſtia ολογαπυωματα:
quod intelligitur omnem fructum: per quod
oſtendit non poſſe domino offerre omnem fru-
ctum: eum: qui infructuoſus eſt: qui non affert
fructum iuſtitie: fructum miſericordie: vel etiā
fructus ſpiritus: quos enumerat Apoſtolus.
Charitatem: gaudium: pacem: patientiam:
vnanimitatem: ⁊ cetera his ſimilia. Unde ⁊ in
alio loco propheta dicit: ⁊ holocauſtum tuum
pingue fiat. Offeret ergo adipes: qui ſuper pe
ctuſculum ſunt: ⁊ pinna3 iecoris: que ſuperpo-
nātur altari. De adipibus ſepe iam diximus.
Quod autem dicit adipes: qui ſuper pectuſcu
lum ſunt. Pectuſculum tuum intellege eſſe
cor tuū: de quo tibi auferende ſunt omnes ma
le cogitationes. Inde enim procedunt: ⁊ alta-
ris igni tradende ſunt: vt poſſit cor tuum mū-
dum effectum deum videre. Sed ⁊ pinnam ie-
coris precepit offerendam. Diximus ⁊ ante ie-
coris pinnam: loca iracundie: vel cupiditatis
exponi. Offert enim pinnam iecoris: qui ex ſe
omne vitium ire: ⁊ furoris excidit. Adipes igi
tur: qui ſunt ſuper pectuſculum imponuntur
altari. Ipſum vero pectuſculum: Aaron: ⁊ fi-
lijs eius. Sed ⁊ brachium dextrum ſeparari
precepit: ⁊ eſſe eis muneris loco ex ſacrificio ſa
lutari. Uide quibus muneribus honoratur ſa
cerdos. Pectuſculum accipit: ⁊ brachiu3: ſed
brachium dextrum: putamus non eſſe aliquid
rationis: quod ex omnibus membris animali-
um: que iugulantur in ſacrificijs: hec potiſſi-
mu3 membra delecta ſint. Ego puto ꝙ ſiquis
dicit ſe eſſe ſacerdotem dei: niſi habeat pectus

ex omnibus mēbris electum:non est sacerdos:
⁊ nisi habeat brachium dextrum:nō pōt ascen
dere ad altare dñi:nec sacerdos noīari. Quod
ergo ē sacerdotis pectus:aut quale? Tale ego
puto esse:quod plenum sit sapientia:plenū sciē
tia:plenum omni diuina intellegētia: ⁊ qd di-
co plenum intellegentia? immo quod plenū sit
deo. Quale est ⁊ brachiū sacerdotis: quod ei
offerunt filij israel pro salute sua: qua saluan-
tur? Forme sunt singula ista: que scribūtur in
lege:eorum que in ecclesia geri debeāt. Alio-
quin nec fuisset necessariū legi hec in ecclesia:
nisi ex his edificatio aliqua audiētibus prebe-
retur. Si ergo sacerdos ecclesie ꝑ verba:⁊ do-
ctrinam:⁊ multam solicitudinem suā: ⁊ labo-
rem vigiliarum:conuertere potuerit peccato-
rem:⁊ docere eum:vt meliorem viā sequatur
vt ad timorem dei redeat:cogitet spem futurā
a malis actibus desinat: ⁊ conuertatur ad bo-
nos. Si inquā tale opus fecerit: ꝯsequēs est eū
qui ipsius labore saluatur:deo gratias agere:
⁊ offerre hostiā salutaris:pro eo: quod salutē
cōsecutus sit:in qua hostia pars efficitur sacer
dotis:pectusculū:⁊ brachium dextrū:vt sit in-
diciū qd pectus eius:⁊ cor quod ante mala co
gitabat:sacerdotis labore conuersum: recepit
cogitationes bonas:⁊ ita mūdatū est:vt etiam
deum possit videre. Similiter ⁊ in brachio il-
lud indicium est:quod mala eius opera: ⁊ sini-
stra:que sunt vtiq₃ praua:⁊ non bona: conuer
tit in dextrā: vt essent ꝑm deum: ⁊ hoc est de-
xtrum brachiū:in quo pars esse dicitur sacer
dotis. Sed ⁊ vos deprecamur : qui hec audi-
tis: detis pectuscula : offeratis pectora vestra
sacerdotibus dei:vt auferant ex his omne: qd
crassum est:vt sacerdotalem eā faciāt portio-
nem. Date nobis etiam brachia : sed dextra a
vobis poscimus brachia:sinistrum nihil volu-
mus:dextra a vobis opera requirimus. Sed ⁊
hoc:quod addit pectusculū dici appositionis:
⁊ brachium dēptionis:non mihi sine causa di-
ctum videtur. Et ideo velim requirere qd est:
quod apponendum est pectusculum: vt fiat pe
ctusculum appositionis? Posteaquā ablatū
fuerit a corde tuo omne:qd crassū est: ⁊ emun
datum fuerit ab omni operimento : vel inqui-
namento: quod igni tradendum est : restat vt
apponatur ei gratia spiritus sancti:⁊ tunc fiet
pectusculū appositionis:sed ⁊ brachium sepa
rationis:siue dēptionis. Quomodo erit ⁊ bra-
chium separationis? Si scias:⁊ intellegas di-
scernere que sint opera lucis : ⁊ que sint opera
tenebrarum:⁊ separes actus tuos de tenebris
vt sint opera tua in lumine: brachiū tuū effici
tur brachium separationis:vel cum separaue-
ris te ab omni fratre inquiete ambulante : vel
certe cum ꝑm prophetam separant se:⁊ exeunt
de medio peccatorum:qui portant vasa domi
ni: deniq₃ vernacula quadam cōsuetudine scri
pture cōmune esse dicitur : quod immundum
est. Sicut ⁊ ad Petrū vox de celo dicit. Qd
deus mundauit:tu commune ne dixeris. Con
sequenter ergo si id:quod immundum est: cō-
mune appellatur:quod sanctum est : nomina-
bitur separatum. Sed ⁊ illud addimus. Siqs
Dei solius seruus est:communis nō potest di-
ci. Siquis autem cōmunis est:dubium nō est:
quod multorum sit:⁊ ideo cōmunis dicatur.
Grande est in hoc sermone mysterium : quod
israel ꝑm carnem:sensum quidem habet : sed
intellectum non habet. Communem dicunt ⁊
illi hominem immundum . Sed cur commu-
nis dicatur:ignorant. Discant ergo ab eccle-
sia:qꝛ qui sanctus est:solius Dei est: ⁊ cū nul
lo ei communio est. Qui autem peccator est:⁊
immundus:multorum est. Multi enim demo
nes possident eum: ⁊ ideo communis appella-
tur. Deniq₃ ⁊ ille:qui in euangelijs a domino
curatus est:cum interrogatus esset : quod tibi
nomen est. Dixit: Legio: multi enim sumus.
Hec licet in excessu quodam:necessario tamen
addita videntur: vt mysterium pectusculi im-
positionis : ⁊ brachij separationis quare scri-
ptum sit:differemus: que est eterna portio sa-
cerdotibus data:in qua dignos nos facere di-
gnetur:vt per cordis puritatem:⁊ operū pro-
bitatem:in diuino sacrificio habere participiū
mereamur:per eternū pontificem dominū:⁊
Saluatorem nostrum Jesum Christum : per
quem est deo patri cum spiritu sancto gloria:
⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De indumentis pontificis:⁊ sacerdotum. Homilia. VI.

CAusam:qua quidem hec que nobis re-
citantur aut intellegi possunt:aut nō in
tellegi:breuiter ostendit Apostolus dicens:ab
eius oculis posse veteris testamenti velamē au
ferri:qui conuersus ad deum fuerit: ex quo sci
ri voluit:quod quanto minus hec nobis plana
sunt:tanto minus est ad deum nostra conuer-
sio. Et ideo omni virtute nitendum est : vt ab
occupationibus seculi: ⁊ a mundanis actibus
liberi:⁊ ipsas etiam si fieri potest:superfluas so
dalium fabulas relinquentes verbo dei operā
demus:⁊ in lege eius meditemur die: ac nocte
vt toto corde conuersi: reuelatam : ⁊ apertam
Moysi faciem possimus aspicere:⁊ maxime in
his:que nunc recitata sunt : vel de sacerdota-

libus indumentis:vel de cõsecratione pontifi-
cis:in quibus talia quedam dicuntur: vt etiã
illum ipsum carnalem israel:ab historica intel
legentia penitus excludãt:⁊ ideo nobis ad hec
exponenda:non humani ingenij viribus niten
dum est:sed orationibus: ⁊ precibus ad deum
fusis:in quo etiã vestri adiutorio indigemus:
vt deus pater verbi: det nobis verbũ in ada-
pertionem oris nostri:vt possimus considera-
re mirabilia de lege eius. Est ergo initium eo-
rum: que hodie recitata sunt in his verbis.
Hec vnctio Aaron: ⁊ vnctio filiorum eius ab
hostijs domini:qua die applicuit eos sacrifica
re domino:sicut precepit dominus dare illis:
qua die vnxit eos a filijs israel:legitimum eter
num in progenies eorum. Hec lex est holocau
storum:⁊ pro peccato:⁊ pro delicto:⁊ cõsuma-
tionis:⁊ sacrificij salutaris:sicut mandauit do
minus Moysi in monte Syna qua die prece-
pit filijs israel offerre munera sua coram domi
no in deserto Syna. Cum proposuerit dicere
Legislator:hec vnctio Aaron:⁊ hec vnctio fi-
liorum eius:non subiunxit que esset vnctio:nec
qualiter vnxisset: exposuit:sed hoc quidem in
sequentibus facit. Nunc vero postea quã di-
xit hec vnctio Aaron:⁊ filiorum eius: nihil de
vnctione subiunxit. Profecto vt ostenderet:
qr hec:que supra dixerat:idest pectusculũ im
positionis:⁊ brachium separationis: ipsa esset
vnctio Aaron:⁊ filiorum eius: ne putaremus
illa pro carnibus dicta:sꝫ vt doceret etiã ipsa
sub sacramento vnctionis inserta. Deniqꝫ in
consequentibus repetit ea:que superius expo-
suerat:⁊ dicit. Hec lex holocaustorũ: ⁊ sacri-
ficij:⁊ pro peccato. Hec idest que supra exposi-
ta est:⁊ videt̃ esse ανακεφαλαίωσις: idest recapi-
tulatio sacramẽtorum:que in superioribus la-
tius fuerant enarrata. Post hec vero subiun-
git. Et locutus est dominus (inqt) ad Moy-
sen dicẽs. Sume Aaron:⁊ filios eius:⁊ stolas:
⁊ oleum vnctionis:⁊ vitulum qui est pro pecca
to.⁊ duos arietes:⁊ canistrum azimorũ:⁊ om
nem synagogam cõuoca ad ianuã tabernacu-
li testimonij. Et fecit Moyses sicut precepit ei
dñs. Et conuocauit synagogam ad ianuã ta-
bernaculi testimonij. Et dixit Moyses ad sy-
nagogam. Hoc est verbũ: qđ mãdauit dñs fa
cere:⁊ applicuit Moyses Aaron fratrẽ suũ:⁊
filios eius:⁊ lauit eos aqua:⁊ vestiuit eũ tuni
ca:⁊ precinxit eum zona:⁊ vestiuit eum tunica
interiore:⁊ imposuit ei humeralem:⁊ cinxit eũ
sm facturam humeralis: ⁊ constrinxit eum in
ipso:⁊ imposuit super eum logium:⁊ imposuit
super logium manifestationem:⁊ veritatem:⁊
imposuit mitram super caput eius:⁊ posuit su
per mitram ante faciem eius laminam aureã
sanctificatã. sanctã:sicut preceperat dñs Moy-
si. Intẽtis auribus:⁊ vigilãti corde cõsecratio
nem pontificis:vel sacerdotis:audite. Quia ⁊
vos sm promissa dei:sacerdotes dei estis: gẽs
enim sancta:⁊ sacerdotium estis. Accepit (in-
quit) Moses sm preceptum domini Aaron ⁊
filios eius:⁊ primo quidem lauat: postea vero
induit eos. Considerate diligentius ordinem
dictorũ:primo lauat:postea induit. Non eniꝫ
potes indui:nisi ante lotus fueris. Lauamini
ergo:⁊ mũdi estote:⁊ auferte nequitias ab ani
mis vestris. Nisi enim hoc modo lotus fueris
non poteris induere dominũ Jesum Christũ
sm quod dicit Apostolus. Induite dominum
Jesum Christum:⁊ carnis curam ne feceritis
in concupiscentijs. Lauet te igitur Moses:
ipse te lauet:⁊ ipse te induat. Quomodo te la-
uare põt Moses:frequenter audisti. Sepe enĩ
diximus quod Moses in scripturis suis pro le
ge ponatur:sicut in euãgelio dictũ est. Habẽt
Moysen:⁊ prophetas audiãt illos. Lex ergo
dei est:q̃ te lauat:ipsa sordes tuas diluit: ipsa
si audias eam peccatorũ tuorꝫ maculas abster
git:ipse est Moses:hoc est lex: que sacerdotes
cõsecrat:nec põt sacerdos esse: queꝫ non lex cõ
stituerit sacerdoteꝫ. Multi enim sunt sacerdo
tes:sed quos non lauit lex: neqꝫ puros reddi-
dit verbum dei:neqꝫ abluit a peccatorũ sordi-
bus sermo diuinus. Sed ⁊ vos:qui sacrũ ba-
ptisma desyderatis accipere:⁊ gratiã spiritus
promereri:prius debetis ex lege purgari: ꝓus
debetis:audito verbo dei:vitiorũ germina re-
secare:⁊ mores barbaros:ferosqꝫ cõponere:vt
mansuetudine:⁊ humilitate suscepta: possitis
et gratiã sancti spũs capere. Sic.n. dicit dñs
per prophetã. Sup quẽ requiescã:nisi sup humi
lem:⁊ quietũ:⁊ tremẽtẽ sermones meos? Si hu
milis nõ fueris:⁊ quietus:non põt inhabitare in
te gratia spũs sancti:si nõ cũ tremore suscipis
verba diuina. Superbã nãqꝫ: ⁊ cõtumacẽ aĩaꝫ:
⁊ fictã refugit spũs sanctus. Debes ergo prius
meditari legẽ dei:vt si forte actus tui intẽpera
ti sunt:⁊ mores inconditi. Lex dei te emẽdet:
⁊ corrigat. Vis videre:qr Moses semp cũ ie-
su est. Hoc est lex cũ euãgelijs? Docet te euan
geliũ:qr cũ trãsformatus esset in gloriã Jesus
etiã Moses:⁊ Elias simul cũ ipso apparuerũt
in gloria:vt scias:qr lex:⁊ prophete: ⁊ euange
lia:in vnũ semp cõueniũt: ⁊ in vna gloria per-
manẽt. Deniqꝫ ⁊ Petrus cũ vellet eis tria fa
cere tabernacula:imperitie notat̃: tanq̃ q nesci-
ret qđ diceret. Legi.n.⁊ ꝓphetis: ⁊ euãgelio:
nõ tria:sꝫ vnũ est tabernaculũ: que est ecclesia
dei. Lauat ergo primo Moses sacerdotẽ dñi:

⁊ cum eum lauerit: ⁊ purgatum reddiderit a sordibus vitiorum: post hec induit eū. Sed cō sy deremus que sint ista indumēta: quibus induit Moses Aaron fratrem suum pontificem primum: si forte possibile sit etiā tibi indui eisdē indumētis: ⁊ esse pontificem. Est quidem vnus pōtifex magnus dominus noster Jesus Christus: sed ille non solum sacerdos: sed ⁊ sacerdotum sacerdos est: ⁊ non pontifex: sed pōtificum pontifex: nec sacerdotū princeps: sed princeps principū sacerdotū. Sicut ⁊ rex nō dicitur plebis: sed regum rex: ⁊ dñs non seruorum: sed dominus dominorum. Potest ergo fieri: si ⁊ tu lotus fueris p Mosen: ⁊ fueris ita mūdus: quasi quem Moses lauerit: tātus: ac talis: vt possis ēt peruenire ad hec indumēta: que profert Moyses: ⁊ stolas istas: quibus induit Aaron fratrem suum: ⁊ filios eius. Sed non solum indumentis opus est ad sacerdotales infulas: verum ⁊ cingulis. Sed priusq̄ de specie ipsa indumētorum dicere incipiamus. Velim conferre illa infelicia indumēta: q̄bus primus homo cum peccasset: indutus est: cum his sanctis: ⁊ fidelibus indumentis. Et quidem illa dicit̄ deus fecisse. Fecit enim (inquit) deus tunicas pellicias: ⁊ induit Adam: ⁊ mulierē eius. Ille ergo tunice de pellibus erāt ex animalibus sumpte. Talibus enim oportebat indui peccatorē: pelliciis (inquit) tunicis: que essent mortalitatis: quam pro peccato acceperat: ⁊ fragilitatis eius que ex carnis corruptione veniebat indicium. Si vero iam lotus ab his fueris: ⁊ purificatus per legem dei: induet te Moses indumento incorruptionis: ita vt nusquā appareat turpitudo tua. Et vt absorbeatur mortale hoc a vita. Videamus ergo quali ordine pōtifex cōstituitur. Conuocauit (inquit) Moses synagogā: ⁊ dicit ad eos. Hoc est verbū: quod p̄cepit dominus. Licet ergo dñs de cōstituēdo pōtifice precepisset: ⁊ dñs elegisset: tñ cōuocatur ⁊ synagoga. Requirit̄ enim in ordinando sacerdote ⁊ presentia populi: vt sciant oēs: ⁊ certi sint: q2 qui prestantior est ex omni populo: qui doctior: qui sanctior: qui in omni virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotium: ⁊ hoc adstante populo: ne qua postmodū retractatio cuiq̄: ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem q̄d ⁊ Apostolus precipit i ordinatione sacerdotis dicens. Oportet autem illum: ⁊ testimoniū habere bonum ab his: qui foris sunt. Ego tamē ⁊ amplius aliquid video in eo: quod dicit: quia conuocauit Moses omnem synagogam: ⁊ puto q̄ conuocare synagogam: hoc sit colligere omnes animi: ⁊ in vnum congregare virtutes vt cum sermo de sacerdotalibus sacramentis habetur: vigilent omnes animi virtutes: ⁊ intente sint: nihil in eis sapientie: nihil sciētie: nihil desit industrie: sed adsit omnis multitudo sensuum: adsit omnis congregatio sanctarum cogitationū: vt quid sit pontifex: quid vnctio: que indumenta eius: conferens intra sacrariū cordis sui possit aduertere. Lauit ergo eum: ⁊ induit. Quali indumento? Tunica (inquit) ⁊ precinxit eum zona: ⁊ iterum vestiuit eum tunicam talarem: vel (vt alibi legimus) interiorē. Duabus (vt video) tunicis p Mosen induitur pontifex. Sed quid faciemus quod Jesus sacerdotes suos: apostolos nostros prohibuit vti duabus tunicis? Dixeramus q̄ Moses: ⁊ Jesus idest lex: ⁊ euangelia sibi inuicem consonarēt. Posset fortasse dicere aliquis: q2 quod precepit Jesus duas tunicas nō habēdas: nō est contrarium legi: sed pfectius lege: sicut ⁊ cū lex homicidium vetat: Jesus autem etiam iracundiam resecat: ⁊ cum lex prohibet adulteriū: Jesus etiam concupiscentiam cordis abscidit. Sic ergo videbitur ⁊ duabus ibi tunicis pontificem: ⁊ hic vna apostolos induisse. Sit quidem etiā iste sensus probabilis si videtur. Ego tamen non intra huius intellegentie angustiā pontificalia sacramenta ꝯcludo. Amplius mihi aliquid ex ista forma videtur ostendi. Pontifex est: qui scientiam legis tenet: ⁊ vniuscuiusq3 mysterij intellegit rationes. Et vt breuiter explicem: qui legem: ⁊ s̄m spiritum: ⁊ s̄m litteram nouit. Sciebat ergo pontifex ille: quem tunc ordinabat Moses: quia esset circuncisio spiritalis: seruabat tamen ⁊ circuncisionem carnis: quia incircuncisus pontifex esse non poterat: habebat ergo iste duas tunicas. Vnam mi nisterij carnalis: ⁊ aliam intellegentie spiritalis. Sciebat quia ⁊ sacrificia spiritalia offerri debent deo: offerebat tamē nihilominus ⁊ carnalia. Non enim poterat esse pontifex eorum: qui tunc erat: nisi hostias immolaret. Ita ergo conuenienter ille pontifex duabus indutus tunicis dicitur. Apostoli vero: q dicturi erāt: quia si circuncidamini Christus vobis nihil proderit: ⁊ qui dicturi erant: nemo vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in parte diei festi: aut neomenia: aut sabbato: que sunt vmbra futurorum. Isti ergo vt huiusmodi s̄m litteram legis obseruantias penitus repudiarent: nec occuparent discipulos iudaicis fabulis: ⁊ imponerent his iugum: quod neq3 ipsi: neq3 patres eorum portare potuerunt: merito duas tunicas habere prohibentur: sed sufficit eis vna: ⁊ hec interior. Nam istam: que foris est: ⁊ que desuper apparet: legis tunicam nolunt. Vnam namq3 eis Jesus: ⁊ ipsam interiorem habere permittit.

permittit. Imponet tamen Moses pontifici: et humeralem: qui est humerorum quidam ex circumductione vestis ornatus. Humeri autem operum figuram tenent: ac laboris indicia. Vult ergo pontificem esse etiam in operibus ornatum. Nec sufficit sola scientia: quia qui fecerit: et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Et cinxit (inquit) eum secundum facturam humeralis. Iam et superius dixerat: quia cinxit eum zonam super tunicam: et modo iterum cingitur secundum facturam humeralis quod est istud duplex cingulum quo constrictum vult esse ex omni parte pontificem? Constrictus sit in verbo: constrictus in opere: expeditus ad omnia: nihil remissum: nihil habeat dissolutum. Accinctus sit animi virtutibus: constrictus sit a corporalibus vitijs: nullum anime lapsum: nullum corporis timeat utroque cingulo semper utatur: ut sit sanctus corpore: et spiritu. Bene autem et secundum facturam humeralis cingitur. Secundum facta enim sua: et secundum opera sua cingulo virtutis utitur. Et post hec (inquit) imposuit super eum logium: quod est rationale: et imposuit super logium manifestationem: et veritatem. Et imposuit mitram super caput eius. Sed videamus quid logium: quod est rationale significet. Posteaquam nuditas tecta est: et indumentis turpitudo velatur: posteaquam munitus operibus: et cingulo utroque firmatus est: logium ei: idest rationale tunc traditur. Logium: sapientie indicium est: quia sapientia in ratione consistit. Sed que sit sapientie huius et rationis virtus ostendit. Imponit enim super rationalem: manifestationem: et veritatem. Non enim sufficit pontifici habere sapientiam: et scire omnium rationem: nisi possit etiam populo manifestare que novit. Ideo ergo imponitur rationali manifestatio: ut possit respondere omni poscenti se rationem de fide: et veritate. Ponitur autem super illud et veritas: ut non illa adstruat: que proprio excogitare pot ingenio: sed que veritas habet. Nec unquam a veritate discedat: ut in omni sermone eius semper veritas maneat. Hoc est ergo superposuisse rationali manifestationem: et veritatem. Infelices illi: qui hec legentes omnem intellegentiam suam erga sensum vestimenti corporalis effundunt. Dicant nobis quale est vestimentum manifestationis: aut indumentum quale est veritatis. Siquis unquam vidit: siquis audiuit manifestationem et veritatem vestimenta nominari: dicant nobis que sint mulieres que ista texuerint: in quo hec unquam sint confecta textrino. Sed si verum vultis audire: sapientia est: que huiusmodi conficit indumenta. Illa occultorum manifestationem: illa texit rerum omnium veritatem. Hanc ergo oremus ad dominum ut accipere mereamur: et ipsa nos talibus circundabit indumentis. Sed et ipse ordo rerum quam sanctus sit: et quam mirabilis: intuere. Non ante logium: et postea humerale: quia non ante sapientia: quam opera: sed prius opera haberi debent: et postea querenda sapientia est. Tum deinde non ante manifestatio: quam rationale: quia non ante alios docere: quam nos instructi: et rationabiles esse debemus. Super hec autem additur veritas: quia veritas est summa sapientia. Denique et propheta hunc eundem ordinem seruat cum dicit. Seminate vobis ad iustitiam: et metite fructum vite: inluminate vobis lumen scientie. Vides quomodo non dicit: primo inluminate vobis lumen scientie: sed primo seminate vobis ad iustitiam: et non sufficit seminare: sed metite (inquit) fructum vite: ut post hec possitis implere: quod sequitur. Inluminate vobis lumen scientie. Sic ergo etiam hic imponitur humeralis ornatus: et non sufficit solus ornatus: sed et zona constringitur. Sed ne hoc quidem satis est: secundo adhuc cingitur: ut ita demum rationale possit imponi: ut post hec manifestatio subsequatur: et veritas. His indumentis pontifex utatur. Tali ornatu debet indui: qui sacerdotium gerit: sed nondum finiuit. Et adhuc ornatus addendus est: necesse est ut accipiat etiam coronam. Propterea accipit primo cidarim: quod est vel operimentum quoddam capitis: vel ornamentum. Et post hec superimponitur ei mitra. Ante faciem: idest a fronte pontificis: lamina aurea sanctificata: in qua sculptum dicitur vocabulum dei. Verum iste capitis ornatus: ubi nomen dei impositum dicitur: post illa omnia: quibus inferiora corporis membra fuerant exornata: supponitur. In quo mihi indicari videtur: quod super omnia: que de mundo: vel de ceteris creaturis sentiri: aut intellegi possunt: eminentior tanquam autoris omnium scientia dei sit. Et quia ipse caput est omnium: ideo et ornatus iste super omnia capiti superponitur. Nihil enim post hec adijcitur pontificis capiti: et ideo miseri sunt illi: de quibus dicit Apostolus. Quia non tenent caput: ex quo omnis iunctura connexa: et compaginata crescit in incrementum dei in spiritu. Sed nos si bene intellexerimus quis sit sacerdotis ornatus: quiue super omnia honor capitis eius mysteriorum diuinorum profunda rimantes: non scire tantum hec: et audire: sed et implere desyderemus: et facere: quia non auditores legis iustificabuntur apud deum: sed factores. Potes enim et tu (ut sepe iam diximus) si studijs: et vigilijs tuis huiuscemodi tibi preparaueris indumenta: si te ablucrit: et mundum fecerit sermo legis: et unctio chrismatis: et gratia in te baptismi incontaminata durauerit: si indutus fueris indu

mentis duplicibus littere: ac spiritus: si ēt du-
pliciter accingaris: vt carne: ꝛ aio castus sis: si
humerali operum: ꝛ sapiētie rationali orneris
si etiam mitra tibi: ꝛ lamina aurea: plenitudo
scientie dei caput coronet: scito te etiā si apud
homines lateas: ꝛ ignoreris apud deum tamē
agere pōtificatum intra anime tue templum.
Uos enim estis templum Dei viui: si spiritus
dei habitat in vobis. Post hec: que de conse-
cratione eius dicuntur: ꝛ de vnctione: sparsim
a nobis: ꝛ sepe disserta sunt. Quod autē dicit:
ꝛ applicuit Moses filios Aaron: ꝛ induit eos
tunicas: ꝛ precinxit eos zonas: ꝛ imposuit eis ci-
daras: sicut precepit dominus Mosi: attendē
dum est: que sit differentia minorum sacerdo-
tuū: ad maiora sacerdotia. Istis neqꝫ bina in-
dumenta traduntur: neqꝫ humeralis: neqꝫ ra
tionalis: neqꝫ capitis ornatus: nisi tantū cida
ris: ꝛ zone: que tunicam stringant. Et isti ergo
accipiunt sacerdotij gratiam: ꝛ isti funguntur
officio. Sed nō vt ille qui: ꝛ humerali: ꝛ ratio-
nali ornatus est: qui manifestatione: ꝛ veritate
resplendet: qui auree lamine ornamento deco
ratur: vnde arbitror aliud esse: i sacerdotibus
officio fungi: aliud instructū esse in omnibus:
ꝛ ornatum. Qui vis enim potest solemni mini-
sterio fungi ad populum. Pauci autē sunt:
qui ornati moribus: instructi doctrina: sapien
tia eruditi: ad manifestandam veritatem rerū
peridonei: ꝛ qui scientiam fidei non sine orna-
mento sensuum: ꝛ adsertionum fulgore depro
mant: quod auree lamine: capiti impositus de
signat ornatus. Unus igitur est sacerdotij no-
men: sed non vna: vel pro vite merito: vel pro
animi virtutibus dignitas. Et ideo in his: que
lex diuina describit: veluti in speculo inspicere
se debet vnusquisqꝫ sacerdotū ꝛ gradus meri-
ti sui inde colligere: si se videat i his omnibus:
que supra exposuimus positum pontificalibus
ornamētis: si conscius sibi sit: quod vel in scien
tia: vel in actibus: vel in doctrina tātus: ac ta-
lis sit: sciat se summū sacerdotiū nō solum no
mine: sed ꝛ meritis obtinere. Alioquin inferio
rem sibi gradum positum nouerit: etiam si pri
mi nomē accepit. Non nos sane debet preteri-
re etiam hoc: quod pōt ab studioso lectore pro
ferri: in quo ꝛ ego sepe mecum ipse hesitaui.
In exodo enim legens: vbi de sacerdotalibus
mādatur indumētis: inuenio octo esse species:
que pontifici preparātur. Hic vero septē tan-
tūmodo numerantur. Requiro ergo qd sit: qd
omissū est: octaua species: ibi ponitur campe-
stre: siue (vt alibi legimus) femoralia linea: de
quo hic inter cetera siluit indumēta. Quid er-
go dicemus? obliuionē dabimus in verbis spi
ritus sancti: vt cum cetera oīa secundo enarra
uerit: vna eū species supius dicta latuerit? nō
audeo hec de sacris sentire sermonibus. Sed
videamus ne forte: quoniā in superioribus di
ximus hoc genus indumēti indiciū castitatis
videri: quo vel femora operiri: vel cōstringi re
nes videntur: ac lumbi: ne forte inquā nō sem
per in illis: qui tunc erant sacerdotes has par-
tes dicat esse constrictas. Aliquando enī ꝛ de
posteritate generis: ꝛ de successu sobolis indul
getur. Sed ego in sacerdotibus ecclesie huius
modi intellegentiā non introduxerim. Aliam
nāqꝫ rem video currere sacramēto. Possunt
enim ꝛ in ecclesia sacerdotes: ꝛ doctores filios
generare: sicut ꝛ ille: qui dicebat. Filioli mei:
quos iterū parturio: donec formetur Christus
in vobis. Et iterū alibi dicit. Tametsi multa
millia pedagogorum habeatis in Christo: sed
non multos patres. Nā in Christo Jesu per
euāgeliū ego vos genui. Isti ergo doctores ec
clesie in huiusmodi generationibus procrean-
dis aliqū cōstrictis femoralibus vtūtur: ꝛ ab-
stinent a generando: cū tales inuenerint audi-
tores: in qbus sciāt se fructū habere non posse.
Deniqꝫ ꝛ in actibus apostolorū refertur de q-
busdam: qd nō potuerūt (inquit) in Asia ver
bum dei loqui: hoc est imposita habuisse femo
ralia: ꝛ cōtinuisse se ne filios generarēt: qꝛ scili
cet tales erāt auditores: in qbus ꝛ semen peri-
ret: ꝛ nō posset haberi successio. Sic ergo eccle
sie sacerdotes: cum incapaces aures viderint:
aut eū simulatores inspexerint: ꝛ hypocritas
auditores: imponāt campestre: vtātur femora
libus: nō pereat semē verbi dei: qꝛ ꝛ dn̄s eadē
mandat: ꝛ dicit. Nolite mittere semē canibus
neqꝫ margaritas vestras ante porcos: ne forte
conculcēt eas pedibus: ꝛ ɔuersi dirrūpāt vos.
Propterea ergo si qs vult pōtifex: nō tam vo-
cabulo esse: ꝙ merito: imitetur Mosen: imitetur
Aaron. Quid enim dicitur de eis? qꝛ nō disce
dūt de tabernaculo dn̄i. Erat ergo Moses i-
desinēter in tabernaculo dn̄i. Quod aūt opus
eius erat: vt aut a deo aliqd disceret: aut ipse
populū doceret? Hec duo sunt pontificis ope-
ra: vt aut a deo discat legēdo scripturas diui-
nas: ꝛ sepius meditādo: aut populum doceat.
Sed illa doceat: que ipse a deo didicerit: non
ex proprio corde: vel ex humano sensu: sed que
spiritus sanctus docet. Est ꝛ aliud opus quod
facit Moses: ad bella non vadit: non pugnat
contra inimicos. Sed quid facit? Orat: ꝛ do-
nec ille orat: vincit populus eius. Si relaxaue-
rit: ꝛ dimiserit manus: populus eius vincitur:
ꝛ fugatur. Oret ergo ꝛ sacerdos ecclesie inde-
sinenter: vt vincat populus: qui sub ipso est ho

stes inuisibiles Amalechitas: qui sunt demones: impugnantes eos: qui volunt pie viuere in Christo. Et ideo nos meditantes in his: ⁊ hec die: ac nocte ad memoriam reuocantes: ⁊ orationi instantes: ac vigilantes in ea: deprecemur dominum: vt nobis ipse horum: que legimus scientiam reuelare dignetur: ⁊ ostendere quomodo spiritalem legem non solum in intellegentia: sed ⁊ actibus obseruemus: vt spiritalē gratiā consequi mereamur: illuminati ꝑ legē spūs sancti: in Christo Jesu dn̄o nr̄o: cui est gloria: ⁊ imperiuꝫ in secula seculorū. Amen.

¶ De eo: quod mādatū ē Aaron: ⁊ filijs eius vt vinū: ⁊ sicerā nō bibant: cū ingrediūtur tabernaculū testimonij: vel cū accedunt ad altare: ⁊ de pectusculo appositionis: ⁊ de brachio separatiōis: ⁊ de mūdis: ⁊ immundis animalibus: vel cibis.

Homilia. VII.

PLura quidem superiori lectione fuerūt recitata: ex quibus temporis breuitate constricti pauca admodum diximus. Nō eniꝫ nunc exponendi scripturas: sed edificandi ecclesias ministerium gerimus: quamuis ⁊ ex his: que a nobis ante tractata sunt: prudens quisqꝫ auditor euidentes ad intellegendū possit semitas inuenire. Et ideo ex his quoqꝫ: que nunc lecta sunt: quoniaꝫ cūcta non possumus: aliqua tamen: que edificent auditores: velut agri pleni: quem benedixit dominus: flosculos colligemus. Quid ergo sit: quod nobis nunc lectum est: videamus. Et locutus est dominus ad Aaron dicens. Vinum: ⁊ siceraꝫ non bibetis: tu: ⁊ filij tui tecum: cuꝫ intrabitis in tabernaculum testimonij: aut cum acceditis ad altare: ⁊ non moriemini: legitimum eternuꝫ in progenies vestras: discernere inter mediū sanctorum: ⁊ contaminatorum: ⁊ inter medium immundorum: ⁊ inter mediuꝫ mundorum: ⁊ instruere filios israel omnia legitima: que locutus est dominus ad eos ꝑ manuꝫ Moysi. Lex euidens datur: ⁊ sacerdotibus: ⁊ principi sacerdotum: vt cum accedunt ad altare: vino abstineant: ⁊ omni potu: quod inebriare potest. Qd̄ scripture diuine appellatione vernacula: sicera moris est nominare: vult ergo sermo diuinus sobrios ī omnibus esse domini sacerdotes vtpote: qui accedentes ad altare dei orare pro populo debeant: ⁊ pro alienis interuenire delictis: qui portionem in terra non habeant: sed ipse dominus portio eorum sit. Sic enim dicit de his scriptura. Filijs (inquit) Leui non dabitis partem in medio fratrum suorum: quia ego portio eorū dn̄s deus ipsorum. Vult ergo istos: quibus ipse dominus portio est: sobrios esse: ieiunos: vigilātes in omni tēpore: maxime autē cum ad exoranduꝫ dn̄m: ⁊ sacrificanduꝫ in cōspectu eius altaribus p̄sto sunt. Que mādata intātum vim sui seruāt: ⁊ omni obseruātia custodiēda sunt: vt ⁊ Apostolus hec eadeꝫ noui testamenti legibus firmet. In quo similiter etiam ipse sacerdotibus: vel principibus sacerdotum vite regulas ponens: dicit eos non debere esse vino multo seruientes: sed sobrios esse. Sobrietas enim omnium virtutuꝫ mater est: sicut e contrario ebrietas omnium vitiorū. Aperte enim pronūciauit Apostolus dicens. Vinuꝫ: in quo est luxuria: vt ostēderet ex ebrietate: veluti primogenitā filiam generare luxuriaꝫ. Tuꝫ p̄terea ⁊ Saluator: dn̄i ⁊ regis autoritate: sacerdotibus simul: ⁊ populis: leges: ac iura cōstituēs. Attendite (inquit) ne forte grauētur corda vestra in ebrietate: ⁊ crapula: ⁊ in solicitudinibus seculi: ⁊ veniat super vos subitaneus interitus. Audistis edictū regis eterni ⁊ lamentabilem fineꝫ ebrietatis: vel crapule didicistis. Siquis vobis peritus: ⁊ sapiens medicus his ipsis verbis preciperet: ⁊ diceret attendite vobis: ne quis: verbi gratia: de illius: vel illius herbe succo auidius sumat: quod si fecerit: subitus ei veniet interitus: nō dubito quod vnusquisqꝫ proprie salutis intuitu premonentis medici p̄cepta seruaret. Nūc vero animarum ⁊ corporū medicus: simulqꝫ ⁊ dn̄s: iubet ebrietatis herbam: ⁊ crapule vitandaꝫ. Similiter ⁊ solicitudinū secularium: velut mortiferos sucos cauēdos. Et nescio siquis nostrū nō in his ꝯsumitur: vti ne dixerim sauciatur. Est ergo ebrietas vini pernitiosa: in omnibus sola nāqꝫ est: que simul cum corpore: ⁊ aīam debilē reddat. In ceteris eteni potest fieri: vt ſm apostolum: cum infirmatur corpus: tūc magis potens sit spiritus: ⁊ vbi is: qui deforis est homo: corrūpitur: ille qui intus est: renouat. In ebrietatis vero egritudine: corpus simul: ⁊ aīa corrūpitur: spiritus pariter cuꝫ carne vitiat. Oīa mēbra debilitat: pedē: manum: linguā resoluit: oculos tenebrat: mētem velat obliuio: ita vt hominem se nesciat esse: nec sentiat. Habet ergo istud primo dedecoris: corporalis ebrietas. Iaꝫ vero si discutiamus quot modis mēs inebriatur humana: inuenimus ebrios: etiam eos: qui sibi sobrij videtur. Iracūdia inebriat aīam: furor vero eam plusquam ebriam facit. Siquid tamē esse ebrietate amplius potest: cupiditas: ⁊ auaritia: non solū ebrium: sed ⁊ rabidum hoiem reddunt: ⁊ obscene concupiscentie inebriant animā: sicut e cōtrario: ⁊ sancte con-

cupiscentie inebriant eã. Sed ebrietate sancta illa qua dicebat quidã sanctorũ: ꝛ poculũ tuũ inebrians: ꝙ preclarum est. Sed postmodum de ebrietatis diuersitate videbimus: nunc inte rim vide quanta sunt: que inebriãt animam: ꝛ formido inebriat eam: ꝛ vana suspicio. Inuidia autẽ: ꝛ liuor: supra omnem ebrietatẽ ma cerant eam. Sed enumerari non possunt quãta sunt: que infelicem animam vitio ebrietatis afficiant. Nunc interĩ de sacerdotibus videa mus: quos accedentes ad altare: vino lex preci pit abstinere. Et quidẽ quantuʒ ad historicum pertinet preceptum: sufficiant: que dicta sunt. Quantum autem ad intellegentiam mysticaʒ spectat: in superioribus tenetur nostra profes sio. Quod ꝓm autoritatem Pauli Apostoli: dominus: ꝛ Saluator noster futurorum bono rum pontifex dicitur. Ipse est ergo Aaron: filij vero eius: Apostoli eius sunt: ad quos ipse dicebat. Filioli: adhuc modicũ vobiscum suʒ. Quid ergo precepit lex Aarõ: ꝛ filijs eius? vt vinũ: ꝛ siceram non bibãt: cum accedunt ad al tare. Videamus quomodo id vero põtifici Je su christo domino nostro: ꝛ sacerdotibus eius: ac filijs: nostris vero Apostolis possimus apta re: ꝛ perspiciendum primo est: quomodo prius quidem: quam accedat ad altare verus hic põ tifex: cum sacerdotibus suis bibit vinum. Cuʒ vero incipit accedere ad altare: ꝛ ingredi in ta bernaculum testimonij: abstinet vino. Putas possumus inuenire tale aliquid ab eo gestum? Putas possumus veteris instrumẽti formas: noui testamẽti gestis: ꝛ sermonibus coaptare? possumus: si nos ipsum dei verbum ꝛ iuuare: ꝛ inspirare dignetur: Querimus ergo quomo do dominus: ꝛ Saluator noster: qui est verus pontifex: cum discipulis suis: qui sunt veri sa cerdotes: antequam accedat ad altare dei: bi bat vinum: cum vero accedere ceperit: non bi bat. Venerat in hũc mundũ Saluator: vt pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiaʒ deo. Hanc priusꝙ offerret: inter dispẽsationũ moras vinum bibebat. Deniqʒ dicebaᷓ homo vorax: ꝛ vini potator: amicus publicanorũ: ꝛ peccatorũ. Ubi vero tẽpus aduenit crucis sue ꝛ accessurus erat ad altare: vbi immolaret ho stiam carnis sue: accipiẽs (inquit) calicẽ: bene dixit: ꝛ dedit discipulis suis dicens. Accipite: ꝛ bibite ex hoc. Vos (inquit) bibite: qꝛ modo accessuri non estis ad altare. Ipse autem tan quam accessurus ad altare dicit de se. Amẽ di co vobis: qꝛ non bibam de generatione vitis huius: vsqʒquo bibam illud vobiscum nouuʒ in regno patris mei. Siquis vestrum auribus ad audiendum purificatis accedit: ineffabilis mysterij intueatur arcanum. Quid est: quod dicit: qꝛ non bibã ex generatione vitis huius: vsqʒquo bibam illud vobiscũ nouuʒ in regno patris mei? Dicebamus in superioribus pro missionẽ sanctis bone huius ebrietatis dataʒ: cũ dicerẽt: ꝛ poculũ tuũ inebriãs: ꝙ preclarũ est. Sed ꝛ in alijs multis scripture locis similia le gimus: vt ibi. Inebriabuntur ab vbertate do mus tue: ꝛ torrente bonitatis tue potabis eos. In Hieremia quoqʒ dicit dñs. Et inebriabo populũ meum. Et Esaias dicit. Ecce qui ser uiunt mihi bibent: vos autẽ sitietis. Et multa de huiuscemodi ebrietate in scripturis diuinis inuenies memorari. Que ebrietas sine dubio pro gaudio anime: ꝛ letitia mentis accipitur: sicut ꝛ alibi distinxisse nos meminimus aliud esse nocte inebriari: ꝛ aliud die inebriari. Si er go intelleximus sanctorũ ꝙ sit ebrietas: ꝛ quo modo hec pro letitia sanctis in promissionibus datur. Videamus nunc quomodo Saluator noster non bibit vinuʒ: vsqʒquo bibat illud cũ sanctis nouum in regno dei. Saluator meus luget etiam nunc peccata mea. Saluator me us letari non potest: donec ego in iniquitate ꝑmaneo. Quare non potest? qꝛ ipse est aduoca tus pro peccatis nostris apud patrẽ: sicut Joã nes symmysta eius pronunciat dicens. Quia ꝛ siquis peccauerit: aduocatuʒ habemus apud patrem Jesum Christũ iustũ: ꝛ ipse est repro pitiatio pro peccatis nostris. Quomodo ergo põt ille: q aduocatus est ꝓ peccatis meis bibe re vinuʒ letitie: quem ego peccando contristo? Quomodo põt iste: qui accedit ad altare: vt re propitiet me peccatorẽ esse in letitia: ad quem peccatorũ meorũ meror semper ascendit? Vo biscum (inquit) illud bibã in regno pr̃is mei. Quãdiu nos non ita agimus: vt ascendamus ad regnũ: non põt illud vinuʒ bibere solus: qđ nobiscum se bibere promisit. Est ergo tãdiu in merore: quãdiu nos persistimus in errore. Si enim Apostolus ipsius luget quosdã: qui ante peccauerũt: ꝛ nõ egerũt penitentiaʒ in his que gesserunt: quid dicã de ipso: qui filius dicitur charitatis? qui semetipsum exinaniuit pro pter charitatẽ: quã habebat erga nos: ꝛ nõ ꝙ̃siuit: que sua sunt: cũ esset equalis deo: ſʒ quesi uit que nostra sunt? ꝛ ꝓpter hoc euacuauit se. Cum ergo ista: que nostra sunt: quesierit: nũc iam nos non querit: nec que nostra sunt: cogi tat: nec de erroribus nostris meret: nec perdi tiones nostras: ꝛ contritiones deflet: qui fleuit super Hierusalẽ: ꝛ dixit ad eam. Quoties vo lui congregare filios tuos: sicut gallina cõgre gat pullos suos: ꝛ noluisti. Qui ergo vulnera nostra suscepit: ꝛ propter nos doluit: tanquaʒ

animarum

animarum nostrarum: ⁊ corporum medicus: modo vulnerū nostrorū putredines neglegit? Computruerūt enim (vt ait propheta) ⁊ corrupte sunt cicatrices nostre: a facie insipientie nostre. Pro his ergo oībus adsistit nunc vultui dei: interpellās pro nobis. Adsistit altari: vt repropitiationē pro nobis offerat Deo: ⁊ id dicebat tanquā accessurus ad istud altare: q2 iam non bibaȝ de generatione vitis huius: donec bibam illud vobiscum nouum. Expectat ergo vt cōuertamur: ⁊ ipsius imitemur exemplum: vt sequamur vestigia eius: ⁊ letetur nobiscum: ⁊ bibat vinum nobiscum in regno patris sui. Nunc eniȝ q2 misericors est: ⁊ miserator dominus: maiore affectu ipse: quā Apostolus suus flet cum flentibus: cupit gaudere cuȝ gaudētibus. Et multo magis luget ipse eos: q ante peccauerunt: ⁊ non egerunt penitentiam. Neqȝ enim putanduȝ est: qđ Paulus quidē lugeat pro peccatoribus: ⁊ fleat pro delinquentibus: dn̄s autē meus Jesus abstineat a fletu: cū accedit ad patrē: cum assistit altari: ⁊ propitiationem pro nobis offert: ⁊ hoc est accedēteȝ ad altare non bibere vinū letitie: q2 adhuc peccatorum nostrorū amaritudines patitur. Nō vult ergo solus in regno dei bibere vinuȝ: nos expectat. Sic enim dixit. Donec bibā illud vobiscum. Nos sumus igitur: qui vitā nostrā neglegētes: letitiā illius demoramur. Expectat nos: vt bibat de generatione vitis huius. Cuius vitis? Illius vtiqȝ: cuius ipse erat figura: dicens. Ego suȝ vitis: vos palmites. Unde iterum dicit. Q2 sanguis meus verus est potus: ⁊ caro mea vere est cibus. Uere eniȝ in sanguine vue lauit stolā suā. Quid ergo est? expectat letitiā. Quādo expectat? Cū cōsumauero (inquit) opus meū. Quando ꝯsumat hoc opus? Quando me: qui sum vltimus: ⁊ peior oīum peccatorum cōsumatū fecerit: ⁊ perfectū: tunc consumat opus suuȝ. Nūc enim adhuc imperfectum est opus eius: donec ego maneo imperfectus. Deniqȝ donec ego non sum subditus patri: nec ipse dicit̄ patri esse subiectus. Nō quo ipse subiectionē indigeat apud patreȝ: sed pro me: in quo opus suum nōdum cōsumauit: ipse dicitur non esse subiectus. Sic enim legimus: quoniam corpus sumus Christi: ⁊ membra ex parte. Quid aūt est: quod dicit ex parte: videamus. Ego nūc: verbi grā: subiectus sum Deo ꝑm spiritū: hoc est proposito: ⁊ voluntate. Sed quādiu in me caro concupiscit aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnem: ⁊ nonduȝ potui subijcere carnem spiritui: subiectus quidē sum deo. Uerū nō ex integro: sed ex parte. Si autem potuero etiā carnē meā: ⁊ oīa membra mea in cōsonātiam spiritus trahere: tunc perfecte videbor esse subiectus. Si intellexisti qđ sit ex parte: ⁊ quid sit ex integro esse subiectuȝ: redi nunc ⁊ ad id: quod de subiectione domini proposuimus: ⁊ vide q2 cuȝ oēs corpus ipsius: ⁊ mēbra esse dicamur: donec sunt: aliqui in nobis: qui nondum perfecta subiectione subiecti sunt: ipse dicitur non esse subiectus. Cuȝ vero consumauerit opus suuȝ: ⁊ vniuersam creaturam suā ad summā pfectionis adduxerit: tunc ipse dicetur subiectus in his: quos subdidit patri: ⁊ in qbus opus: quod ei pater dederat consumauit: vt sit deus oīa in omnibus. Uex hec quorsum spectant? vt intellegamus in quo supra tractauimus: quomodo nō bibit vinū: vel quomodo bibit anteq̄ intraret in tabernaculū. anteq̄ accederet ad altare. Non bibit autem nunc: q2 adsistit altari: ⁊ luget peccata mea: ⁊ rursum bibet post hec: cum subiecta ei fuerint omnia: ⁊ saluatis omnibus: ac destructa morte peccati: vltra iam necessarium non erit offerre hostias pro peccato. Tūc enim erit gaudiū: ⁊ letitia: ⁊ tunc exultabunt ossa humiliata: ⁊ implebitur illud: quod scriptuȝ est. Aufugiet dolor: ⁊ tristitia: ⁊ gemitus. Sed ⁊ illud nō omittamus: quod non solum de Aaron dicitur: vt non bibat vinum: sed ⁊ de filijs eius: cuȝ ingrediuntur ad sancta. Nondum enim receperūt letitiā suam: ne apostoli quidem: sed ⁊ ipsi expectant: vt ⁊ ego letitie eorum particeps fiam. Neqȝ enim decedentes hinc sancti: continuo integra meritorum suorum premia consecuntur: sed expectāt etiā nos: licet morantes: licet desides. Non enim est illis perfecta letitia: donec pro erroribus nostris dolent: ⁊ lugent nostra peccata. Hoc fortasse mihi dicenti nō credas. Quis enim ego sum: qui confirmare sententiam tāti dogmatis audeaȝ? Sed adhibeo horū testē: de quo nos potes dubitare. Magister enim gentium est in fide: ⁊ veritate apostolus Paulus: ipse igitur ad Hebreos scribēs cum enumerasset omnes sanctos patres: q per fidē iustificati sunt: addidit post omnia ēt hoc. Sed isti (inquit) oēs testimoniū habētes ꝑ fidem: nōdum adsecuti sunt repromissionē: deo pro nobis melius aliquid prouidente: vti ne sine nobis perfectioneȝ consequerentur. Uides ergo: q2 expectat adhuc Abrahaȝ: vt que perfecta sunt: ꝯsequatur. Expectat ⁊ Isaac: ⁊ Jacob: ⁊ oēs prophete expectāt nos: vt nobiscum perfectā beatitudinē capiant. Propter hec ergo etiā mysteriū illud in vltimā diē dilati iudicij custoditur. Unuȝ enim corpus est: quod iustificari expectatur: vnū: quod resurgere dicit̄ in iudicio. Licet enim sint multa membra: sed

vnum corpus. Non potest dicere oculus manui: non es mihi necessaria: etiã si sanus sit oculus: & nõ sit turbatus. Quantũ pertinet ad videndũ: si desint ei reliqua mẽbra: que erit oculo letitia? aut que videbitur esse perfectio si manus nõ habeat? si pedes desint: aut reliqua mẽbra non aadsint? Quia & si est precellẽs aliqua oculi gloria: in eo maxime est: vt vel ipse dux sit corporis: vel ceterorum membrorũ nõ deseratur officijs. Hoc autẽ nos & per illam Ezechielis prophete visionẽ doceri puto: cũ dicit cõgregandũ esse os ad os: & iuncturam ad iũcturam: & neruos: ac venas: & pellẽ: ac singula locis suis esse reparãda. Deniqz vide quid addit propheta. Ossa (inquit) ista: nõ dixit oẽs homines sunt: sed dixit ossa ista domus israel est. Habebis ergo letitiam de hac vita discedens: si fueris sanctus. Sed tunc erit plena letitia: cum nullũ tibi membrorũ corporis deest. Expectabis enĩ & tu alios: sicut & ipse expectatus es. Quod si tibi: qui mẽbrum es: non videtur esse perfecta letitia si desit aliud membrũ: quanto magis dominus: & Saluator noster: q caput & autor est totius corporis: non sibi perfectam dicit esse letitiã: donec aliquid ex membris deesse corpori suo videt? Et propterea forte orationẽ fundebat ad patrem dicens. Pater sancte glorifica me illa gloria: quã habui apud te priusquã mũdus esset. Nõ vult ergo sine te recipere perfectã gloriã suã: hoc est sine populo suo: q est corpus eius: & qui sunt mẽbra eius. Vult enĩ in isto corpore ecclesie sue: & in istis membris populi sui: ipse velut anima habitare: vt omnes motus: atqz oĩa opera ẜm ipsius habeat volũtatẽ: vt vere compleatur in nobis illud prophete dictũ. Habitabo in eis: & ambulabo. Nunc autẽ: donec perfecti non sumus omnes: sed adhuc sumus ĩ peccatis: ex parte in nobis est: & ideo ex parte scimus: & ex parte prophetamus: donec quis peruenire mereatur ad illam mensuram: quã dicit Apostolus. Viuo autẽ iam non ego: viuit vero in me Christus. Ex parte ergo (vt dicit Apostolus) nunc membra eius sumus: & ex parte ossa eius sumus. Cum autẽ cõiuncta fuerint ossa ad ossa: & iuncture ad iuncturam ẜm hoc: quod supra diximus: tunc etiam ipse dicet de nobis illud propheticum. Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi? Oĩa nãqz ossa ista locutur: & hymnum dicunt: & gratias agunt deo. Meminerũt enĩ beneficij eius: & ideo oĩa ossa mea dicent: domine quis similis tibi? Eripiẽs pauperẽ de manu fortioris eius. De istis ossibus cum adhuc essent dispersa: antequã veniret: qui ea colligeret: & congregaret in vnum: dictum est & illud propheticũ. Dispersa sunt ossa nostra secus infernũ. Quia ergo dispersa erãt: propterea dicit per alium prophetã. Congregetur os ad os: & iũctura ad iũcturã: & nerui: & vene: & pelles. Cum enim hoc factũ fuerit: tunc omnia ista dicent. Domine quis similis tibi? Eripiẽs inopẽ de manu fortioris eius. Vnũquodqz enĩ os ex istis ossibus inops erat & atterebatur fortioris manu. Non enĩ habebat iuncturã charitatis: nõ neruos patientie: non venas vitalis animi: & fidei vigorem. Ubi vero venit: qui dispersa colligeret: & qui dissipata coniungeret: consocians os ad os: & iuncturam ad iũcturã: edificare cepit sanctũ corpus ecclesie. Hec inciderũt quidẽ extrinsecus huic disputationi: sꝫ necessario explanata sũt: vt manifestior fieret põtificis mei ingressus in sancta: nõ bibẽtis vinũ vsquequo sacerdotio fungeretur. Post hec tamen bibit vinum: sed vinũ nouũ: & vinũ nouum in celo nouo: & in noua terra: & in nouo homine: cũ hominibus nouis: & cum his: qui cantant ei canticum nouũ. Vides ergo: quia impossibile est de noua vite: nouum poculum bibi ab eo: qui adhuc idutus est veterem hominem cum actibus suis. Nemo enim (inquit) mittit vinũ nouũ in vtres veteres. Si vis ergo & tu bibere de hoc nouo vino: & innouare: & dic. Quia & si exterior homo noster corrũpitur: sed qui intus est: renouatur de die in diem. Et quidem de his sufficienter dictũ: multa sunt & alia: que recitata sunt. Sed quoniam cuncta nõ possimus: eligendũ est: de quibus dicere debeamus. Et quoniam quid esset bibere: & non bibere vinum: pro viribus diximus. Nunc quid sit etiam comedere pectusculum separationis: & brachiũ ablationis: videamus. Post hec de mundis: & immũdis: vel cibis: vel animalibus: inquantum dominus dederit: & tẽporis spaciũ fuerit: differemus. Dicit ergo scriptura. Pectusculũ segregationis: & brachiũ ablationis mãducabis in loco sancto tu: & filij tui: & domus tua tecũ: legitimũ enim tibi: & legitimũ filijs tuis datũ est de sacrificijs salutaribus filiorũ israel: brachiũ ablationis: & pectusculũ segregationis. Nõ oẽ pectusculũ: segregationis est pectusculum: nec oẽ brachiũ ablatiõis vel separationis est brachiũ. Sed quoniã ad dñm meũ Jesum personã põtificis reuocauimus: & ad filios eius sanctos apostolos: videamus quomodo ipse quidem pectusculũ segregationis manducat: & filij eius. Alij autẽ non omnes possunt segregationis pectusculum manducare. Quid igitur est: qd a rebus omnibus segregatur? Nec est commune cum reliquis: nisi sola substantia trinitatis.

trinitatis. Si ergo intellegam quidẽ rationẽ mũdi: non possim autẽ etiã de deo intellegere: sicut dignũ est: neqꝫ reuelata mihi fuerit sciẽtia dei: manduco quidem pectusculum: sed nõ pectusculum segregationis: etiam si potuero dicere: ipse enim mihi dedit omniũ: que sunt: scientiam veram: vt sciam rationem mundi: ⁊ virtutẽ elementorũ: initium: ⁊ finem: medietatem tẽporum: permutationũ vicissitudines: ⁊ cõuersiones tẽporum: anni circulos: ⁊ stellarum dispositiones: horũ omniũ scientia: q̄ rationabilis est: pectusculi cibus est: sed nõ pectusculi segregationis. Si autem potuero de deo sentire que magna: que sancta: q̄ vera sunt: ⁊ secreta: tũc manducabo pectusculum segregationis: cuꝫ id: quod ab omni creatura eminet: ⁊ segregatur: agnouero. Primus ergo pectusculum istud verus Pontifex meus comedit. Quomodo comedit? Nemo (inquit) nouit patrem: nisi filius. Secũdo in loco mãducãt ⁊ filij eius. Nemo enim nouit patreꝫ: nisi filius. Et cui voluerit filius reuelare: q̄bus aũt alijs nisi apostolis suis reuelat? Sed ⁊ brachium separationis: vel ablationis: sicut ⁊ superius diximus: actus sunt: ⁊ opera eminẽtiora ceteris: que vtiqꝫ primus ipse Saluator: ⁊ dominus meus impleuit. Quomodo impleuit? Meus (inquit) cibus ẽ: vt faciã volũtatem eius: qui me misit: ⁊ perficiam opus eius. Cum ergo facit voluntatem eius: qui misit eum in hoc non pectusculũ: sed brachium separationis comedit. Similiter aũt ⁊ apostoli eius: cum faciunt opus euãgeliste: ⁊ efficiuntur operarij incõfusibiles: recte tractantes sermonẽ veritatis: separationis: vel ablationis brachiũ comedũt. Vis adhuc planius videre quomodo Saluator separationis brachiũ comedat? Audi q̄d dicat ad iudeos. Si feci (inquit) opera i vobis: que nullus alius fecit: pro quo horũ vultis me occidere? Vides quomodo ipse vere manducat brachiũ separationis: qui opera tam segregata: ⁊ tam sublimia fecit: quam nullus alius fecit? Sed iaꝫ videamus aliqua etiaꝫ ex his: que de mũdis: atqꝫ immũdis: vel de cibis: vel animalibus lecta sunt: ⁊ sicut in explanatione poculi de vmbra ascẽdimus ad veritatẽ spiritalis poculi: ita etiã de cibis: qui per vmbrã dicunt: ascẽdamus ad eos: qui per spiritũ veri sunt cibi. Sed ad hec inuestiganda: scripture diuine testimonijs indigemus: ne quis putet: (amãt enim homines exacuere linguas suas: vt gladium) ne quis inquã putet: quod ego vim faciam scripturis diuinis: ⁊ ea que de animalibus: quadrupedibus: vel etiam auibus: aut piscibus mũdis: siue immũdis in lege referũtur: ad homines traham: ⁊ de hominibus hec dicta esse ꝯfingã. Fortassis eniꝫ dicat quis auditorũ: cur vim facis scripture. Animalia dicũtur: animalia intellegantur. Ne ergo aliquis hec deprauari humano credat ingenio: apostolica in eis autoritas euocanda est. Audi ergo primũ omniũ. Paulus de eis qualiter dicat. Omnes enim (inquit) per mare transierũt: ⁊ omnes in Mosen baptizati sunt in nube: ⁊ in mari: ⁊ omnes eãdem escam spiritalem manducauerũt: ⁊ oẽs eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant aũt de spiritali cõsequenti eos petra. Petra aũt erat Christus. Paulus hec dicit. Hebreus ex hebreis: s̄m legẽ Phariseus: ⁊ doctus secus pedes Gamalielis: qui vtiqꝫ nũquam auderet spiritalem escam: ⁊ spiritalem potuꝫ appellaret: nisi hunc esse sensuꝫ legislatoris per traditã sibi verissime doctrine scientiam didicisset. Unde ⁊ illud addit: tanq̄ confidẽs: ⁊ certus de ciborũ ratione mũdorũ: vel immundorum: quod non s̄m litteram: sed spiritaliter obseruanda sint: ⁊ dicit. Ne quis ergo vos iudicet in cibo: aut in potu: aut i parte diei festi: aut neomenie: aut sabbatorũ: que sunt vmbra futurorũ. Vides ergo quomodo hec omnia: que de cibis: vel potu loqtur Moses. Paulus: qui melius ista didicerat: quam hi: qui nunc iactãt se esse doctores: omnia hec vmbram dicit esse futurorũ. Et ideo (sicut diximus) ab hac vmbra ad veritatem debemus ascendere Christiani: ⁊ ad Christianos sermo est: quibus apostolicorum dictorũ cara esse debet autoritas. Siquis vero arrogantia tumidus apostolica dicta cõtemnit aut spernit: ipse viderit. Mihi autem: sicut deo ⁊ domino nostro Jesu Christo: ita ⁊ apostolis eius adherere bonum est: ⁊ ex diuinis scripturis s̄m ipsorũ traditionem intellegentiam capere. Erit autẽ opportunũ fortasse tempus: si tamen dei volũtas in hoc fuerit: ⁊ rerum tranquillitas siuerit. (Nescimus enim quid pariat superuentura dies) vt etiam ex veteri testamento adsignemus s̄m eam: que apostolis visa est: rationem ciborum mundorum: vel immundorum: sed ⁊ animalium: vel auium: vel piscium: de quibus in lege scribitur: intellegentiaꝫ ad homines referendam. Sed nũc quoniam latiore vti explanatione: nõ est tẽpus: duobus luminibus apostolorum Petro: ⁊ Paulo testibus: contenti simus. Et quidem Paulus que senserit: iam protulimus. Petrus vero apostolus cuꝫ esset in Joppe: ⁊ orare vellet: ascendit in superiora. Ego statim ⁊ hoc ipsum: quod noluit in inferioribus orare: sed ascendit ad superiora. Neqꝫ enim tanti apostoli consilium ex super-

fluo superiora delegit ad orandum: sed quantum ego arbitror: vt ostēderetur qd Petrus qꝛ mortuus erat cū Christo: que sursum sunt: querebat: vbi Christus est ī dextera dei sedēs ⁊ non que super terram. Illuc ascendebat: ad illa tecta: ad illa fastigia: de quibus dicit ⁊ dominus. Qui in tecto est: non descendat tollere aliquid de domo. Deniqꝫ vt scias: quia non hec suspiciose de Petro dicimus: quia ad superiora conscenderit: ex consequētibus ad probabis. Ascendit (inquit) ad superiora: vt oraret: ⁊ vidit celum apertuꝫ. Nondum tibi videtur Petrus ad superiora: non soluꝫ corpore: sed ⁊ mente: ac spiritu conscendisse? Vidit (inquit) celum apertum: ⁊ vas quoddam deponi vt linteum in terra: in quo erāt omnia quadrupedia: ⁊ reptilia: ⁊ volatilia celi: ⁊ audiuit vocē dicentem sibi. Surge Petre: occide: ⁊ mānduca. De his sine dubio imperās manducandis quadrupedibus: ⁊ serpentibus: ⁊ volatilibus: que supposita linteo ad eum celitus sunt delata. At ille. Dñe (inquit) tu scis: qꝛ nunq̄ commune: aut imūdū introiuit in os meuꝫ. Et vox (inqt) ad eum secūdo. Quod deus mūdauit: tu cōmune ne dixeris: ⁊ hoc factum est per ter: ⁊ post hoc (inquit) receptū est linteuꝫ in celis. De mundis hic: ⁊ immundis animalibus ratio est. De quibus: rerum scientia celitus docetur Apostolus. Quoniam quidem eminētiorem se: ⁊ maiorem non habebat in terris: edocetur: nō vna voce: nec vna visione: sed trina. Ego ne hoc ipsum: quod tertio hec dicuntur: ociose dicta suscipio. Tertio ei dicitur: ⁊ per illum omnibus nobis. Quod deus mundauit: tu cōmune ne dixeris: que enim mundauit: nō sub vna appellatione mundantur: neqꝫ sub secunda: sed nisi ⁊ tertia appellatio nominetur: nemo mundatur: nisi eniꝫ in patre: ⁊ filio: ⁊ spiritu sancto fueris mūdatus: mundus esse non poteris. Propterea ergo que pro emundatione ostēdebantur: non semel: neqꝫ iterū: sed tertio ostēduntur: ⁊ tertio precipitur. Erant ergo omnia ī illo linteo quadrupedia: ⁊ reptilia: ⁊ volucres celi. Et post hec cogitabat (iquit) intra semetipsum Petrus: quid hoc esset. Et adhuc eo cogitante superuenerunt (inqt) hi: qui a Cornelio cēturione missi fuerant: ex hac ciuitate: idest a Cesarea in Joppe. Ibi nanqꝫ erat Petrus: ⁊ hospitabatur apud Simoneꝫ quendam Coriarium. Bene autem Petrus apud Coriariū manet: illū fortasse: de quo dicit Job: qꝛ pelle me: ⁊ carne induisti. Sed hec in excessu dicta sint. Interim superueniūt: qui missi fuerant a Cornelio ad Petrum: quos ille suscipiens: audit ab eis: que sibi Cornelius mādat. Et descēdens de supioribus: venit ad Cornelium. Descēdit dicit: adhuc enim deorsuꝫ erat Cornelius: ⁊ ī inferioribus manebat. Venit ergo Cesaream: inuenit multos apud Corneliū cōgregatos: ⁊ ait ad eos post multa. Et mihi (inquit) ostendit deus neminē cōmunem: aut immunduꝫ dicere hominem. Nō videtur tibi Petrus apostolus quadrupedia illa oīa: ⁊ reptilia: ⁊ volatilia dilucide ad hominem transtulisse: ⁊ homines intellexisse ea: que sibi in linteo celitus lapso fuerāt demōstrata? Sed fortasse dicat aliquis. De quadrupedibus quidē: ⁊ reptilibus: ⁊ auibus reddidimus rationem: q̄ homines intellegi debeant: da ēt de his: que in aquis sunt. Quoniam quidem lex etiam de ipsis munda esse quedā: ⁊ alia designat immunda. Nihil in his: vt verbis meis credatur: exposco: nisi testes idoneos dedero. Ipsum vobis dominum: ⁊ Saluatorē nostrū Jesum Christum testem horum ⁊ autoreꝫ dabo: quomodo pisces homines esse dicantur. Simile est (inquit) regnum celorum reti misso in mare: quod ex omni genere piscium colligit: ⁊ cum repletum fuerit: sedētes supra litus condunt eos: qui boni sunt in vasis: qui autem mali: foras mittuntur. Euidēter edocuit eos: qui retibus colligi dicuntur pisces: vel bonos homines esse: vel malos. Isti ergo sunt: q̄ ſm Mosen pisces: vel mundi: ⁊ immundi nominanẜ. His igitur ex autoritate apostolica: atqꝫ euangelica comprobatis: videamus quomodo vnusquisqꝫ hominum vel mundus: vel immundus possit ostēdi. Omnis homo habet aliquem in se cibum: quem accedenti ad se proximo prebeat. Non enim potest fieri: vt cū accesserimus ad inuicem nos homines: ⁊ conseruerimus sermoneꝫ: non aliqueꝫ: vel ex responsione: vel ex interrogatione: vel ex aliquo gustu: aut capiamus iter nos gustū: aut prebeamus. Et siquidem mūdus homo est: ⁊ bone mentis is: de quo gustū capiamus: mūdū sumimus cibum. Si vero immundus sit: quē ꝯtingimus: imundum cibum ſm ea: que supra dicta sunt: sumimus. Et propterea puto apostolus Paulus de talibus: velut immūdis animalibus dicit: cum huiusmodi nec cibum sumere. Veruꝫ vt euidentius tibi patescant ad intellectū que dicimus: de maioribus sumamus exemplum: vt inde paulatim descendētes vsqꝫ ad inferiora veniamus. Dominus: ⁊ Saluator noster dicit: Nisi manducaueritis carnē meam: ⁊ biberitis sanguinē meū: nō habebitis vitā in vobis ipsis. Caro enim mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Jesus ergo qꝛ totus ex toto mundus est: tota eius caro cibus est: ⁊

totus

totus sanguis eius potus est: quia omne opus eius sanctū est: ⁊ omnis sermo eius verus est. Propterea ergo ⁊ caro eius verus est cibus: ⁊ sanguis eius verus est potus. Carnibus enim ⁊ sanguine verbi sui tanquam mundo cibo: ac potu: potat: ⁊ reficit omne hominum genus. Secundo in loco post illius carnem: mūdus cibus est Petrus: ⁊ Paulus: ⁊ omnes apostoli. Tertio loco discipuli eorum: ⁊ sic vnusquisq; pro quantitate meritorum: vel sensuū puritate: proximo suo mundus efficitur cibus. Hec qui audire nescit: detorqueat fortassis: ⁊ auertat auditum: sm̄ illos: qui dicebāt: quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? Quis potest audire eum? ⁊ discesserunt ab eo. Sed vos si filij estis ecclesie: si euāgelicis inbuti mysterijs: si verbum caro factum habitat in vobis: agnoscite que dicimus: quia dn̄i sunt: ne forte qui ignorat: ignoretur. Agnoscite: q̄ figure sunt: que in diuinis voluminibus scripta sunt: ⁊ ideo tanquam spiritales: ⁊ non tanquam carnales examinate: ⁊ intellegite que dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis ledunt vos: ⁊ non alunt. Est enim ⁊ in euangelijs littera: que occidit: non solum in veteri testamento occidens littera deprehenditur. Est ⁊ in nouo testamento littera: que occidat eū q non spiritaliter que dicūtur: aduerterit. Si. n. sm̄ litteram sequaris hoc ipsum: quod dictū est: nisi manducaueritis carnem meam: ⁊ biberitis sanguinē meum: occidit hec littera. Vis tibi ⁊ aliam de euangelio proferā litterā: que occidit? Qui non habet (inquit) gladium: vēdat tunicam suam: ⁊ emat gladiū. Ecce ⁊ hec littera euangelij est: sed occidit. Si vero spiritaliter eā suscipias: nō occidit: sed est in ea spiritus viuificās. Et ideo siue in lege: siue in euāgelijs que dicuntur: spiritaliter suscipe: q̄ spiritalis diiudicat omnia: ipse vero a nemine diiudicatur. Vt ergo diximus: omnis homo habet in se aliquem cibum: ex quo qui sumpserit siquidem bonus est: ⁊ de bono thesauro cordis sui profert bona: mundum cibum prebet proximo suo. Si vero malus: ⁊ profert mala: imundum cibum prebet. Potest enim quis inocēs ⁊ rectus corde: mundum animal ouis videri: ⁊ prebere audienti se cibum mundū: tanquam ouis que est animal mundum. Similiter ⁊ in ceteris: ⁊ ideo omnis homo (vt diximus) cum loqtur proximo suo: ⁊ siue prodest ei ex sermonibus suis: siue nocet: ⁊ mundum ei: aut imundum efficitur animal: ex quibus vel mūdis vtēdum: vel immundis precipitur abstinendum. Si sm̄ hanc intellegentiam dicamus Deum omnipotentem leges hominibus promulgasse: puto quod digna videbitur diuina maiestate legislatio. Si vero adsideamus littere: ⁊ sm̄ hoc: vel quod iudeis: vel id: quod vulgo videtur: accipiamus: que in lege scripta sunt: erubesco dicere: ⁊ confiteri: q̄ tales leges dederit deus. Videbuntur enim magis elegantes: ⁊ rationabiles hominum leges: verbi gratia: vel Romanorum: vel Atheniensium: vel Lacedemoniorum. Si vero sm̄ hanc intellegentiam: quam docet ecclesia: accipiatur Dei lex: tunc plane omnes humanas supereminet leges: ⁊ vere dei lex esse credetur. Itaq; his ita premissis: spiritali (vt commonuimus) intellegētia: de mundis: ⁊ immundis animalibus aliqua perstringamus. Omne (inquit) pecus: quod vngulam diuidit: ⁊ vngulas habet: ⁊ reducit ruminationem in pecoribus: hec manducabitis. Preterea ab his non māducabitis: qui reducunt ruminationem: ⁊ non diuidunt vngulas: ⁊ habēt vngulas. Camelus: quoniā reducit ruminationem: ⁊ vngulam non diuidit: immūdū erit hoc vobis. Et lepus: quoniā reducit ruminationem: ⁊ vngulam non diuidit: immundum hoc erit vobis: ⁊ erinacius: quia reducit ruminationem: ⁊ vngulam non diuidit: immundū hoc vobis: ⁊ sues: ⁊ cetera. Decernit ergo ne manducētur huiusmodi animalia que ex parte videntur esse munda: ⁊ ex parte immunda: sicut camelus: ex eo: quod ruminat mundus videtur. Ex eo autē: quod vngulas diuisas non habet: immundus dicitur. Post hec iam nominat: ⁊ leporem: ⁊ erinacium: sed ⁊ ipsos dicit ruminare quidē: sed vngulas nō diuidere. Alium vero ordinem facit eorū: qui e contrario vngulā quidē diuidūt: sed non ruminant. Primū ergo videamus qui sunt isti: q ruminēt: ⁊ vngulā diuidūt: quos mūdos appellat. Ego arbitror illum dici ruminare: qui operam dat scientie: ⁊ in lege domini meditatur die: ac nocte. Sed audi quomodo dictum est: qui diuidit (inquit) vngulā: ⁊ reuocat ruminationem. Reuocat ergo ruminationem: ⁊ qui ea: que sm̄ litteram legit: reuocat ad sensum spiritalem: ⁊ ab infirmis: ⁊ visibilibus ad inuisibilia: ⁊ altiora conscendit: sed si mediteris legem diuinam: ⁊ ea: que legis: ad subtilē ⁊ ad spiritalem intellegentiam reuoces: vita autem tua: ⁊ actus tui non sint tales: vt habeant discretionem vite presentis: ⁊ future: huius seculi: ⁊ seculi superuenturi: si non ista competenti ratione discernas: ⁊ diuidas: camelus es tortuosus: qui cum intellectū acceperis ex meditatione legis diuine: non diuidis: neque segregas presentia: ⁊ futura: nec angustiā viā a via spaciosa secernis. Sed adhuc manifestius

qđ dicitur: explanemus. Sunt qui adsumunt testamentum dei per os suum: ⁊ cum legē dei in ore habeāt: vita: ⁊ actus sui longe a verbis eorum: ⁊ sermonibus discrepāt. Dicūt enim: ⁊ nō faciūt: de quibus ⁊ propheta dicit. Peccatori autem dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: ⁊ adsumis testamētum meū per os tuum? Uides ergo quomodo iste ruminat qui testamentū dei habet in ore suo. Sed qđ in sequentibus ad eum dicitur. Tu autem odisti disciplinam: ⁊ abiecisti sermones meos post te. In quo euidēter ostendit istum ruminantē quidem: sed vngulam non diuidentem: ⁊ ideo immūdus est quicūq; est talis. Et iterū est alius: vel ex his: qui extra religionem nostrā sunt vel ex his: qui nobiscū sunt: qui diuidūt quidē vngulas: ⁊ ita incedūt in vijs suis: vt actus suos ad futurū seculum preparēt. Multi enim ita ⁊ ex philosophis sapiunt: ⁊ futurū esse iudicium credunt: immortalē nāq; animam sentiunt: ⁊ remunerationē bonis quibusq; positam cōfitentur. Hoc ⁊ hereticorū nōnulli faciunt: ⁊ quantum spectat: timorē futuri iudicij gerunt: ⁊ actus suos tanq̄ in diuino examine requirēdos cautius tēperāt: sed horū vterq; non ruminat: nec reuocat ruminationē. Non enim ea: que in lege dei scripta sunt: audiens: meditatur: ac reuocat ad subtilē: ⁊ spiritalem intellegentiā: sed statim vt audierit aliqđ: aut contēnit: aut despicit: nec reqrit qui in viliori bus verbis pretiosus lateat sensus: ⁊ habēt isti diuidentem quidem vngulā: sed ruminationem non reuocāt. Tu autem: qui vis esse mundus: conuenientem habeto vitam: ⁊ consonā scientie: ⁊ actus intellectū: vt sis in vtroq; mūdus: vt ⁊ reuoces ruminationē: ⁊ vngulam diuidas. Sed ⁊ vngulas vt producas: siue abijcias. Requiramus ⁊ huius rei testimoniū quomodo vngulas producimus: vel (vt alibi legitur) abijcimus. Scriptum est in Deuteronomio. Si (inqt) exieris ad bellū aduersum inimicos tuos: ⁊ videris ibi mulierem decora specie: ⁊ cōcupieris eam: adsumes eā: ⁊ rades omnem pilū capitis eius: ⁊ vngulas eius: ⁊ indues eam vestimētis lugubribus: ⁊ sedebit in domo lugens patrem suū: ⁊ matrem suam: ⁊ domū paternam suam: ⁊ post triginta dies erit tibi vxor. Sed nunc non hoc est propositū: vt hec que in testimonium vocata sunt: explanentur: sed propterea diximus: quia ⁊ hic de vngulis mentio facta est. Ueruntamen ⁊ ego frequenter exiui ad bellū contra inimicos meos: ⁊ vidi ibi in predam mulierē decora specie. Quecunq; enim bene: ⁊ rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos nostros: siquid apud illos sapienter: ⁊ scienter dictum legimus: oportet nos mūdare id: ⁊ ab sciētia: que apud illos est: auferre: ⁊ resecare: omne quod emortuū: ⁊ inane est. Hoc enim sunt oēs capilli capitis: ⁊ vngule mulieris ex inimicorū spolijs adsumpte: ⁊ ita demum facere eam nobis vxorē: cū iam nihil ex illis: que per infidelitatem mortua dicuntur: habuerit: nihil in capite habeat mortuū: nihil in manibus: vt neq; sensibus: neq; actibus: immūdum aliquid: aut mortuum gerat. Nihil enim mundū habent mulieres hostium nostrorū: qꝛ nulla est apud illos sapiētia cui immunditia aliqua non sit admixta. Uellē tamē dicerent mihi iudei quomodo apud eos ista seruētur. Quid cause: quid rationis est de caluari mulierem: ⁊ vngulos eius demi? verbi causa. Ponamus quod ita inuenerit eam is: qui dicitur inuenisse: vt neq; capillos: neq; vngulas habeat. Quid habuit: quod ſm legem demere videretur? Nos vero: quibus militia spiritalis est: ⁊ arma non carnalia: sed potenti a deo ad destruenda consilia: decora mulier si reperta fuerit apud hostes: ⁊ rationabilis aliqua disciplina: hoc modo purificabimus eā: quo superius diximus: oportet ergo eum: qui mundus est: nō solū diuidere vngulas: ⁊ non solum presentis seculi: ⁊ futuri actus: ⁊ opera discernere: sed ⁊ vngulas producere: vel (vt alibi legimus) abijcere: vt purificātes nos ab operibus mortuis: permaneamus ī vita. Hec quidem generaliter dicta sint de animalibus. Illa vero: que in aquis sunt: quia dicuntur siquidem habeāt pēnas: ⁊ squamas: mūda esse. Si vero nō habeant: immūda: nec edi debere: Illud in his ostēditur: vt siqs est in aquis istis: ⁊ in mari vite huius: atq; in fluctibus seculi positus: tū debeat satis agere: vt nō in profundis iaceat aquarum: sicut sunt isti pisces: qui dicūtur non habere pennas: neq; squamas. Hec namq; eorū natura perhibetur: vt in imis semper: ⁊ circa ipsum cenū demorentur: sicut sunt anguille: ⁊ huic similia: que nō possunt ascendere ad aque sumitatem: neq; ad eius superiora peruenire. Illi vero pisces: qui pēnulis iuuātur: ac squamis muniūtur: ascēdūt magis ad supiora: ⁊ aeri huic viciniores fiunt: velut qui libertatem spiritus querāt. Talis est ergo sanctus quisq;: qui intra retia fidei conclusus: bonus piscis a Saluatore nominatur: q etiā mittitur in vas: veluti pēnas habens: ⁊ squamas. Nisi enim habuisset pennas: non resurrexisset de ceno incredulitatis: nec ad rete fidei peruenisset: nisi pennis adiutus ad superiora venisset. Quid est autem: quod ⁊ squamas habere dicitur? tāquā qui paratus sit vetera indumenta

dumenta deponere. Hi enim: q squamus non habēt: velut ex integro carnei sunt: ⁊ toti carnales: qui deponere nihil possunt. Siquis ergo habet pēnas: quibus ad superiora nitatur. mūdus est. Qui vero non habet pēnas: sed in inferioribus permanet: ⁊ in ceno semper versatur: immundus est. Similiter autē de auibus. Non māducabis (inquit) hec: quia immūda sunt Aquilaz: ⁊ Vulturē: ⁊ cetera his similia. His etenim auibus semper mortuoruz corporuz cibus est: ⁊ ex mortuis cadaueribus viuūt. Omnes ergo: qui huiusmodi vitam gerunt: immundi habendi sunt. Ego puto ⁊ illos in his nominari: qui alienis incubant mortuis: ⁊ arte quadam: vel fraude: testamenta sibi iciunt. Huiusmodi enim homines: vultures: ⁊ aquile merito appellātur: velut mortuoruz cadaueribus inhiātes. Scio ⁊ alia volatilia: que raptu viuunt. He sunt anime: que ſm hoc q̄dem: quod rationabiles. ⁊ imbute sunt liberalibus institutis: vel rationabilibus disciplinis: volatilia videntur. Legunt enim ⁊ requirunt vel de ratione celi: vel quomodo mundus dei prouidentia gubernetur: ſm hec ergo volatilia nominātur. Si vero huiusmodi hoīes iniqz agant: ⁊ contra legem faciant: diripiant proximos: vt cuz in verbis esse videatur eruditio celestis: in actibus carnalia ⁊ mortua opera gerant: recte vultures: vel aquile dicendi sunt: q̄ de excelsis ad carnes mortuas: ac fetidas dilabuntur. Ad hoc referenda est: ⁊ accipitris rapacitas: ⁊ ceterorum omnium: ex quibus quedam sunt volatilia rapacitati studentia: quedam vero non tam rapacia: quam obscuritatē ⁊ tenebras amantia. Omnis enim: qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lucem: vt sunt noctue: ⁊ vespertiliones: ⁊ cetera que lex pronūciauit immunda. A quibus omnibus spiritali nos obseruantia custodiētes: ⁊ cibum ex mundis animalibus appetentes: etiam ipsi puri efficiemur: ⁊ mundi: per Christum dominuz nostrum: per quem est deo patri cū spiritu sancto gloria: ⁊ imperium in secula seculorū. Amen.

¶ De eo: quod scriptū est: Mulier quecunqz cōceperit semen: ⁊ pepererit masculum: immūda erit septem diebus: ⁊ de diuersitatibus lepre ac purificatiōib⁹ leprosi. Homilia. VIII.

Medicum dici in scripturis diuinis dominum nostrum Jesum Christum: etiam ipsius domini sententia perdocemur: sicut dicit in euangelijs: Non indigent sani medico: sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos sed peccatores in penitentiā. Omnis autez medicus ex herbarū succis: vel arborū: vel etiam metallorum venis: vel animantium naturis: pro futura corporibus medicamenta componit. Sed herbas istas siquis forte antequam pro ratione artis componātur: aspiciat siquidem in agris: aut montibus: velut fenuz vile cōculcat: ⁊ preterit. Si vero eas intra medici scholam dispositas per ordinem viderit: licet odorem tristem forte: ⁊ austeruz reddāt: tamē suspicabitur eas cure: vel remedij aliquid continere: etiam si nondum que: vel qualis sit sanitatis: ac remedij virtus: agnouerit. Hec de cōmunibus medicis diximus. Veni nūc ad Jesum celestem medicum intra hanc statiōnē medicine eius ecclesiam. Vide ibi languentiū iacere multitudinē. Venit mulier: que ex partu immunda effecta est: venit leprosus: qui extra castra separatus est pro immunditia lepre: querunt a medico remedium quomodo sanentur: quomodo mundētur: ⁊ q: Jesus hic: qui medicus est: ipse est ⁊ verbuz dei: egris suis nō herbarum succis: sed verborum sacramentis medicamenta conquirit. Que verboruz medicamenta siquis incultius per libros tanquam per agros videat esse dispersa: ignorās singulorum dictorū virtutē: vt vilia hec: ⁊ nullū sermonis cultū habentia: preteribit. Qui vero ex aliqua parte didicerit animarū apud Christū esse medicinā: intelleget profecto ex his libris: qui in ecclesia recitantur tanquam ex agris: ⁊ mōtibus: salutares herbas adsumere vnumquemqz debere sermonum dūtaxat vim: vt siquis ille est in anima langor: non tam exterioris frōdis: ⁊ corticis: quaz succi interioris hausta virtute sanetur. Videamus ergo aduersuz immunditiam partus: ⁊ contagionē lepre: presens hec lectio: quam diuersa: ⁊ quā varia purificationum medicamenta conficiat. Et locutus est (inquit) dominus ad Moysen dicēs. Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos. Mulier quecunqz cōceperit semen: ⁊ pepererit masculum: immūda erit septem diebus. Primo cōsyderemus ſm historiam: si non videtur quasi ex superfluo additum: mulier: que conceperit semen: ⁊ pepererit masculum: quasi possit aliter masculum parere: nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur. Ad discretionem nāqz illius: que sine semine concepit: ⁊ peperit: istum sermonem pre ceteris mulieribus Legislator adiecit: vt non omnem mulierem que peperisset: designaret immundaz: sed eaz: que concepto semine peperisset. Addi quoqz ad hoc etiaz illud potest: quod lex ista: que de immunditia scribitur: ad mulierem pertinet. De Maria autem dicitur: q: virgo concepit:

⁊ peperint. Ferant ergo legis onera mulieres. Uirgines vero ab his habeātur imunes. Sed si nobis aliquis occurrat argutus: ⁊ dicat: qꝛ ⁊ Maria mulier in scripturis nominatur. Sic enim dicit Apostolus. Ubi aūt venit plenitudo temporū: misit deus filium suum: factū ex muliere: factū sub lege: vt eos: q sub lege erāt: redimeret: respōdebimus ei: qꝛ in hoc Apostolus mulierem: non pro corruptele integritate: sed pro sexus indicio nominauit: vt quia dicebat filium dei missum: simul ⁊ illud: quia pro communi omnium vita ingressus: in hunc mūdū venisset: exponeret. Est porro ⁊ etatis istud vocabulū: eius scilicet: qua feminino sexui de annis pubertatis exceditur: ⁊ ad id tempus: quo habilis viro videatur esse transitus. Sicut ⁊ econtrario vir appellatur is: qui adolescentie tempus excesserit: etiam si vxorem nondum habeat: cuius vir esse dicatur: quo nomine appellari solent etiam hi: quos feminee admixtionis macula nulla perstringit. Si ergo recte dicitur: vir ille pro sola etate: etiā is: qui nullius admixtionem femine nouerit: quomodo non eadem consequentia etiam virgo: que intemerata permansit: pro sola etatis maturitate mulier nominetur? Deniqꝫ ⁊ Abraham cum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Batuelis: vt inde acciperet Ysaac filio suo vxorem: ⁊ puer curiosius percōtaretur: ait ad eum. Quod si noluerit mulier sequi me: reducam filiū tuū illuc? Et nō dixit: quod si noluerit virgo sequi me. Hec ergo dicta sint nobis de eo: quod obseruauimus scriptū: qꝛ non superfluo addidit Legislator: mulier si conceperit semen: ⁊ pepererit filiū: sed esse exceptionem mysticam: que solam Mariā a reliquis mulieribus segregaret: cuius partus nō ex cōceptione seminis: sed ex presentia sancti spiritus: ⁊ virtute altissimi fuerit. Nunc ergo requiramus etiam illud quid cause sit: quod mulier que in hoc mundo nascentibus ministeriū prebet: non solum: cum semen susceperit immunda fieri dicitur: sed ⁊ cum pepererit. Unde ⁊ pro purificatione sua iubetur offerre pullos columbinos: aut turtures pro peccato: ad ostiū tabernaculi testimonij: vt repropitiet pro ipsa sacerdos: quasi que repropitiationē debeat: ⁊ purificationem peccati: pro eo: quod nascēti in hoc mundo: homini ministerium prebuit. Sic enim scriptū est. Et repropitiabit pro ipsa sacerdos: ⁊ mūdabitur. Ego in talibus nihil audeo dicere: sentio tamen occulta in his quedā mysteria contineri: ⁊ esse aliquid latentis arcani: pro quo ⁊ mulier: que conceperit ex semine: ⁊ pepererit: immunda dicatur: ⁊ tanquā peccati rea: offerre iubeatur hostiam pro peccato: ⁊ ita purificari: sed ⁊ ille ipse: qui nascitur siue virilis: siue feminei sexus sit: pronunciat de eo scriptura: qꝛ non sit mūdus a sorde: etiam si vnius diei sit vita eius: ⁊ vt scias esse ī hoc grāde nescio quid: ⁊ tale: quod nulli sanctorum ex sententia venerit. Nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum: vel conuiuium magnū egisse in die natalis sui. Nemo inuenitur habuisse letitiam in die natalis filij: vel filie sue. Soli peccatores sup huiusmodi natiuitate letantur. Inuenimus etenim in veteri quidē testamento Pharaonem regem Egypti diem natalis sui cum festiuitate celebrantem: in nouo vero testamento Herodē. Uterqꝫ tamē eorum ipsam festiuitatem natalis sui profusione humani sanguinis cruentauit. Ille enim prepositum pistorum: hic sanctum prophetā Joānem obtrūcauit in carcere. Sancti vero nō solum agunt festiuitatem in die natalis sui: sed ⁊ spiritu sancto repleti execrantur hunc diem. Neqꝫ enim tantus: ac talis propheta (Hieremiā dico: qui in vtero matris sanctificatus est ⁊ ꝓpheta in gētibus cōsecratus) libris in eternum mansuris aliqd inaniter cōdidisset: nisi secretum qd cōtineret: ⁊ ingētibus mysterijs plenū: vbi dicit. Maledictus dies: in quo natus sum: ⁊ nox in qua dixerūt: ecce masculus: maledictus: q adnūciauit patri meo dicēs. Natus est tibi masculus: letetur homo ille sicut ciuitates: quas dn̄s destruxit in furore: ⁊ non penituit. Uidetur ne tibi hec tam grauia: ⁊ tā honerosa imprecari ꝓpheta potuisse: nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea: qđ ⁊ huiusmodi dignum maledictionis videretur: ⁊ ꝓ quo Legislator tot imunditias accusaret: quibus congruas purificationes consequenter imponeret? Lōgum est autem: ⁊ alterius temporis: vt testimonia: que de propheta adsumpsimus: explanemus: quia nunc non Hieremie: sed Leuitici nobis propositū ē differere lectionem. Sed ⁊ Job nō sine spiritu sancto loquēs maledicebat diem natiuitatis sue dicēs. Maledicta dies: ī qua natus sum: ⁊ nox: in qua dixerunt ecce masculus: nox illa sit tenebre: ⁊ nō requirat eam dominus denuo: neqꝫ veniat in dies anni: nec numeretur ter inter dies mensium. Quod si tibi non videtur hec Job prophetico: ⁊ diuino spiritu loqui: ex his consyderā que sequūtur. Addidit enim. Sed maledicat eā: qui maledixit illū diē: in quo magnū cetum interempturus est. Uides ergo quomodo in spiritu sancto predixit de magno cetu quē interfecturus esset dominus: cuius typus erat cetus ille Jone? Unde ⁊ dominus: qui

interfecturus erat cetum istu3: diabolu3 dicit. Sicut.n. Jonas tres dies: ⁊ tres noctes fuit i vētre ceti: ita oportet ⁊ filium hominis esse tribus diebus: ⁊ tribus noctibus in corde terre. Quod si placet audire quid etiā alij sancti de ista natiuitate senserint: audi Dauid dicentē. In iniquitatibus (inquit) cōceptus sum: ⁊ in peccatis peperit me mater mea. Ostendens ꝙ quecūq3 aīa in carne nascitur: iniqtatis: ⁊ peccati sorde polluitur: ⁊ propterea dictum esse illud: quod iam superius memorauimus. Quia nemo mūdus a sorde: nec si vnius diei sit vita eius. Addi his etia3 illud pōt: vt requratur qd cause sit: cū baptisma ecclesie in remissione peccatorum detur: ꝺm ecclesie obseruantiam etiā paruulis baptismu3 dari: cū vtiq3 si nihil esset in paruulis quod ad remissione3 deberet: ⁊ indulgentiam pertinere: gratia baptismi superflua videretur. Mulier ergo quecūq3 conceperit semen: ⁊ peperit masculū: immūda erit septem diebus: sicut ⁊ illa: que ꝺm dies purgationis sue septe3 diebus segregatur ab omni mūdo. Quia in sanguine imundo facit septem dies: in sanguine autem mundo triginta: ⁊ tres dies. Sed hoc in masculi natiuitate: duplos autē dies facit in natiuitate femine. Incipit ergo esse in sanguine mundo ab octaua die: ⁊ est in sanguine mundo diebus triginta tribus: hoc est tribus decadis: ⁊ tribus monadis. Et cum ceperit esse in sanguine mūdo illa: que peperit: tunc circūcidit infantem. Octaua enim die circūcides (inquit) carnem preputij eius. Hec est lex littere: sed require tu quam circūcisionem Apostolus predicet: quam nos ⁊ suscipere: ⁊ habere iubet. Nos eni3 (inquit) sumus circuncisio q spiritu deo seruimus. Et quod in psalmo ait. Alienati sunt peccatores a vulua. Cōsidera si nō de illis hoc dicit: qui illam circūcisione3 suscipiūt: qua nos circūcidi Apostolus vetat: ⁊ tunc est quando alienātur peccatores a vulua: cū nō spiritu: sed carne circūcidūtur. Quia qui in lege circūciduntur: a gratia exciderūt. Igit imunda fieri mulier dicit: que cōcepto semine peperit masculū: que autem feminā peperit: non solu3 imunda erit: sed dupliciter imunda. Bis eni3 septenis diebus in immunditia scribitur ꝑmanere. Sed interi3 que peperit masculum: octaua die ⁊ qui natus est: circūciditur: ⁊ illa fit mūda. Satis operosa res est: in hac breuitate tēporis ista cōtingere. Tamen vt in trāscursu aliqua dicamus: septimana hec presentis vite tēpus videri pōt. In septimana nāq3 dierū cōsumatus est mūdus. In quo donec sumus in carne positi: ad liqdu3 puri esse non possumus: nisi octaua venerit dies: idest nisi futuri seculi: tēpus affuerit. In quo tū die qui masculus est: ⁊ viriliter egerit: stati3 in ipso aduentu futuri seculi purgatur: ⁊ stati3 mūda efficitur mater: que genuit eum. Purgatam nāq3 vitijs carnē ex resurrectione recipiet. Si vero nihil in se habuit virile aduersu3 peccatū: sed remissus: ⁊ effeminatus fuit i actibus suis: cuius peccatū tale est: ꝙ nō remittat neq3 in presenti seculo: neq3 in futuro. Iste trāsit ⁊ vnā ⁊ aliā septimanā in inmūditia sua: ⁊ tertia demū incipiēte oboriri septimana: purgat ab imunditia: qua3 femina pariēdo contraxit. Hostie vero: que pro huiusmodi imunditia iubētur adhiberi dupliciter distinguūtur. Primo iubetur agnus offerri āniculus sine macula in holocaustū: ⁊ pullos columbinos: aut turtures pro peccato. Secūda vero mādatur hostia: si (inquit) nō inuenerit manus eius ꝙ sufficiat ad agnū: accipiet duas turtures: aut duos pullos colūbarū: vnū ad holocaustū: ⁊ aliū pro peccato. Unde ⁊ miru3 videtur ꝙ oblatio Marie nō habuerit hostiā primā: idest agnu3 anniculū: sed secūdā tanꝙ cuius manus nō suffecerit ad primā. Sic.n. scriptu3 est de eo. Venerūt (inqt) parētes eius: vt offerrēt ꝓ eo hostia3 ꝺm quod scriptū est in lege dñi: par turturum: aut duos pullos colūbarū. Sed ⁊ in hoc ostenditur verū esse illud: qd scriptū est. Quia Christus Jesus cu3 diues esset: pauper factus est. Ideo ergo ⁊ matrē: de qua nasceretur elegit pauperē: ⁊ patriā pauperē: de qua dicitur. Et tu Bethleē minima es in milibus Juda: ⁊ reliqua. Uerū hec breuiter trāscurrere cogimur nec singula: q̄ scripta sunt discutere valemus: qm̄ quidē festinamus aliqd etia3 de legibus lepre que recitata sunt: ꝑtractare. Inuenimus ergo sex species positas esse de holum lepra: q̄ sex species hoc modo describūtur. Aut enim in cute corporis fit cicatrix: ⁊ signu3 exalbidū fit in cute corporis eius ꝯtagio lepre: aut efflorens efflorabit lepra: ⁊ conteget oēm cute3 contagio a capite vsq3 ad pedes eius. Uel tertia species. In carnis cute fit vlcus: ⁊ sanatur: ⁊ fit in loco ipso vlceris: cicatrix alba: aut i carnis cute fit adustio ignis: ⁊ post hec sanata: adustio erit lucida alba: aut cū rubore cādida. Quinta species: cum viro: aut mulieri fit i capite: aut in barba cōtagio lepre. Ultima vero scribitur spēs: cū fit in caluitie: vel in recaluatione ꝯtagio lepre rubicūde: que est lepra efflorens in caluitio: vel in recaluatione. Hec vt cōpendio expositionis vtamur: quoniā qdē nunc ꝓpositu3 nobis est breuiter auditores ex his: q̄ recitata sunt: ammonere: nec est tēporis ad liqdu3 singula queq3 discutere: referēda mihi vi

dentur ad vnāquāq3 speciē peccatorū: ꝛ in his aie macule q̄ ex peccatis ei accidunt: intuende. Dicendū igitur primo est designari p hec peccata: que in hac vita positi cōmittimus. Ex q̄bus aliqua curari nūc possunt: aliqua vero nō pñt. Secūdo vero ꝛ de illis ipsis: q̄ post hāc vitam nobiscū trāseūt significari intellegēdū ē: ꝛ esse in ipsis quedā ita alabus īfixa: vt neq̄ant aboleri. Alia vero esse: que purgationē possiint recipe ſm inspectionē: ꝛ iudiciū pōtificis illius quē occulta latere non possint. Quiq3 dispēsabit animas singulorū ſm hoc: quod in eis maculas lepre: aut expiabiles: aut inexpiabiles viderit. Cuius rei differētias de presenti lectione colligere: ꝛ per singula ſm scripture huius indicium: que possunt nos mouere: rimari extemporaneus (vt ia3 superius dixi) iste sermo non patitur. Vix enim hec multis possent voluminibus digesta componi ab his: qbus dominus de lectione veteris testamenti velamen abstraxit. Nos ergo pro viribus nostris: quantum proferri in mediu3 conuenit: exequamur: Apostolo nobis Paulo pandēte intellegētie viam: qua dicit: legem vmbram futurorum habere bonorū: non ipsam imaginē rerum: ꝛ ſm id: qd ea: que de bobus intellegi videtur scripta: non de bobus: quoru3 deo cura non sit: sed de apostolis aduertenda pronunciat. In quo consequenti vtiq3 ratione edocemur: qd ꝛ ea: que de lepra scribuntur vmbra sint: ꝛ in alijs habeant imagine3 veritatis. Igitur adhibeamus primo (si videtur) ipsam scripture vmbram: ꝛ tunc de eius veritate requiramus. In vulneribus corporum posteaq̄ curata fuerint. remanet interdum ipsius vulneris signu3: qd cicatrix appellatur. Vix enim est: qui ita curetur: vt nullu3 suscepti vulneris residere videatur indiciu3. Transi nunc ab ista legis vmbra ad veritatē eius: ꝛ intuere quomodo anima q̄ peccati vulnus acceperit: etiā si curetur: tamē habet cicatricem in loco vulneris residentem. Que cicatrix non solu3 a deo videtur: sed ꝛ ab eis: qui acceperūt ab eo gratiā: qua preuidere possint aie lāgores: ꝛ discernere que sit anima ita curata: vt omni genere vestigiu3 inlati vulneris abiecerit: ꝛ que curata sit quidē: s3 ferat adhuc veteris morbi in ipso vestigio cicatricis īdicia. Qd aūt sint quedā aie vulnera. Esaias docet dicēs. A pedibus vsq3 ad caput: non est vulnus: neq3 liuor: neq3 plaga cu3 feruore: de delictis hec proculdubio populi loquēs. Quia sunt aliqui quibus possit adhuc medicamētu3 malagme imponi: alij vero q̄ sint in tantū peccatores: vt eis nec cura possit adhiberi hoc modo idem propheta designat. Non est (inquit) malagma imponere: neq3 alligaturas. Quod autem contritio: ꝛ plaga doloris per correptionem cure causa imponant anime. Hieremias docet dicēs. Sic dicit dominus. Suscitaui cōtritionē plage tue cu3 dolore: non est: qui iudicet iudiciū tuū: cū dolore curata es: vtilitas nō est in te. Oēs amici tui obliti sunt tui: nec iam interrogabūt de te: q2 plaga inimici pcussi te correptione valida: pro omni inigtate tua: qm̄ multiplicata sunt peccata tua. Quid vociferaris super contritione tua? Violentus est dolor tuus. Propter multitudinem inigtatū tuarū preualuerunt peccata tua: ꝛ fecerunt tibi hec. Propterea oēs: qui deuorāt te: deuorabunt: ꝛ oēs inimici tui carnes suas deuorabunt. Et erūt: qui te affixerunt in afflictione: ꝛ omnes: qui deuastauerūt te: dabo in depredationem: quoniā reuocabo sanctitatē tua3: ꝛ a vulneris tui dolore reuocabo te dixit dñs. Memēto diligentius que audieris a propheta de vulneribus: ꝛ de cicatricibus: ꝛ de tumorib⁹ dici. Hec enim nobis necessaria sunt ad expositionē cicatricum: vel vulnerū: vel aliorū huiuscemodi: q̄ in lepre inspectionibus memorant. Addemus tñ adhuc que ꝛ in alio loco idē Hieremias ad aie vulnera: ꝛ curas: in quibus tñ vestigia vulneru3 resederint: post obductā cicatricē his sermonib⁹ memorat. Ecce ego adducā cicatricē eius: ꝛ simul curabo eos: ꝛ manifestabo eis pacē: ꝛ fidē: ꝛ ɔuertā captiuitatem Jude: ꝛ captiuitatem Hierusalē. Si ergo sufficienter a propheta didicimus de vulneribus: ꝛ cicatricibus aiaru3: ꝛ curis: ac sanitatibus: que deo medicante inferūtur: intuere nūc illa3 aiam: de qua dicit dñs. Quia ego adduxi cicatricem eius. Post vulnera sine dubio cicatricē adducit: ꝛ sanitatē: ꝛ curabo eos: ꝛ manifestabo eis pacē: ꝛ fidem. Si ergo post cognitionē: ꝛ medicina3 dei: si post manifestationē pacis: ꝛ fidei: quam per Christū suscepimus: rursum in istā cicatricem ascēdat aliquod peccati prioris indicium: aut signū aliquod erroris veteris inouetur: tūc fit in cute corporis nostri cōtagio lepre inspiciēda per pōtificē: s3 ea: que Legislator exposuit. Secūda vero species est lepre: si effloruerit (inquit) in cute ita vt tegat oēm cutem corporis a capite vsq3 ad pedes: per oīa queciiq3 sacerdos inspexerit. Cum ergo omnē cutem corporis obtexerit: tunc mundum eu3 esse sacerdos a cōtagione pronunciat. Sed in quacunq3 die apparuerit in eo color viuus: rursum indicatur immundus per hoc: q̄ color in eo viuus apparuit: quē ante nō habuit. De hoc qdā ēt ante me dixerūt: colorē viuū indicari ratione3 vite: que in hoie est: qua nondum in anima posita siquid

eta siquid illud peccati fiat: non reputatur: p
sio quod videatur nondum rationis capax esse
is: qui delinquit. Cum autem ratio in eo: locū
ac tēpus inuenerit: siquid iam cōtra rationem
agat: videri eum iure culpabilē. Nos aūt dili
gētius que scripta sunt cōtuētes: arbitramur
magis hec de illis accipiēda: qbus vel frenesi:
vel furore: vel quocunq; ex pacto occupatus:
vel oppressus est sensus: ⁊ agunt contra ratio-
nem. Mundi ergo isti a lepra: idest imunes ap
pellātur a peccato: q2 actus sui: vel motus: nō
habēt sensum. Quod si forte apparuerit in eo
viuus color corporis: hoc est sensus sui repara
ta in ea fuerit sanitas: ⁊ post hec aliquid cōtra
rationem recti: iustiq; gerat: reputari ei pecca
tum dr̄ ex ea parte qua viuus color: idest sensus
in eo viue rationis apparuerit. Tertia lex de le
prosis est: cum in cute corporis vlcus efficitur:
⁊ in loco vlceris cicatrix alba cum rubore inue
nitur. Vlceris aūt causa est: cum in corpore hu-
mor sordidus abūdat: ⁊ noxius. Ita ergo ⁊ in
anima vlcera intelleguntur ea: que ex immun
dis cupiditatibus: vel sordidis cogitatiōibus
efferuescunt. Que si forte per fidei gratiam ⁊
remissionem curata sunt peccatorum: ⁊ sana facta
est anima: residet tamen cicatrix: ⁊ si ipsa cica-
trix nō habet similē corporis colorem: sed est al-
bidior: lepra esse pronunciatur. Ita enim luci-
da est: ⁊ clara cupiditas: vt etiam porro vidēti
bus peccati in se residentis ostendat indicia: ⁊
fortassis peccati talis: qđ ad mortem sit: ⁊ ideo
non solum alba cicatrix esse: sȝ ⁊ rubicūda de-
scribitur. Quod vero humiliorem ipsam cica-
tricem dicit videri: certum est: q2 huiusmodi
macula peccati humilem: ⁊ deiectam animam
faciat. Quarta est lex: vbi dicitur: q2 si in cute
fiat adustio ignis: ⁊ post hec cum sanata fuerit
adustio: ipsa splendida fiat: ⁊ alba: cū rubore:
vel certe ex albida: ⁊ visio eius humilior reli-
qua cute: ⁊ hoc dicit esse lepram: que in adustio
nem efflorverit. Vide ergo si nō adustio est in
omni anima quecunq; recipit iacula maligni
ignita: aut si non igni aduritur omnis: qui ar-
det i amore carnali. Iste sunt ergo adustiones
⁊ succensiones ignis. Sed ⁊ ille adustionem pa
titur: qui glorie humane cupiditate succendi-
tur: ⁊ qui ire: vel furoris estibus inflammatur.
Quod si forte curetur ab his vulneribus ani-
ma per fidem: ⁊ post sanitatē receptam cōtēpto
eo: qui dixit. Ecce sanus factus es: noli pecca-
re: ne quid tibi deterius cōtingat: incipiat ve-
teris vitij fructus ex obducta cicatrice pferre:
nec exequetur cicatrix ad reliqui corporis cutē
sed sit humilior: ⁊ illā adhuc retineat colorem:
quem habuit lepre tempore: lepra eius in adu-
stione refloruit: ⁊ ideo immundus a sacerdote
iudicatur. Quinta species lepre est: cum in ca-
pite ɔtagio efficitur: aut in barba viri: siue mu
lieris: ita vt visio contagionis ipsius humilior
sit a cute corporis: ⁊ hec ē lepra capitis: vel bar
be. Vide ergo si potest fieri: vt lepra capitis pu
tetur in eo: qui non habet caput Christum: sed
alium aliquē: verbi causa. Epicurū voluptatē
summum bonū predicantem non tibi ⁊ caput: ⁊
barba talis hominis videtur imunda? Sed ⁊
is qui cū debeat esse vir: ⁊ agere tanq̄ pfectus
si forte facile: ⁊ tanq̄ puer vincat a peccato: ēt
ipse leprā barbe habere dicendus est: q2 cū vin
cere deberet malignū: ⁊ sacerdotali honore: q
in barba designatur incedere: adolescentie vi-
tijs impeditus: lepram barbe perpetitur. Mu
lierem autem animam in scripturis indicari eā
que non tam proferre semē verbi: q̄ suscipe pōt
sepe dictum est: que lepram habere designatur
in capite: si virum: qui caput mulieris est: idest
doctorem pollutū habeat: ⁊ imundū: vt Mar
tionem: aut Valētinum: aut aliquem eiusmō-
di sequens. Sexta iam ⁊ vltima species lepre po
nitur que fit in caluitio: vel recaluatione: que
res quantum in seipsis est: munde sunt. Sic.n.
dicit ⁊ lex. Si cuius (inquit) defluxerint capil
li capiti: caluus est: mundus est. Si autē a frō-
te eius defluxerint: recaluus est: ⁊ mundus est:
⁊ conuenienter hec referuntur ad animam: vt
cum ea: que sui natura mortua sunt abijcit: ac
deponit: mūda esse dicatur. Sed post hec si ea
que prius purificata fuerant: repululare cepe-
rint: sordidius: ⁊ humilius: quā dignitas puri
tatis expetit: videbunē imūda: ac leprosam ani-
mā reddēt. Ex hoc iā generaliter de oī lepro-
so: in quo fuerit cōtagio lepre: ⁊ humilior vide
bitur a reliqua cute. Humilius nāq; est oē ale
vitiū: a reliqs eius virtutibus. Lex que spirita
lis est: alia quedā decernit. Vestimēta (ingt)
eius dissuta sint: ⁊ caput eius reuelatum: ⁊ os
eius adopertū. Per que designat eū: qui i ala
leprosus est: idest: qui peccatis cōfixus est: non
oportere adsuere sibi tegumenta: ⁊ turpitudi-
nes operire peccati. Sicut enim is: cuius vesti
menta dissuta sunt: nudam: atq; intectā gerit
turpitudinē corporis: ita oportet eū: qui pecca
tis aliquibus obseptus est: mala sua: ⁊ flagitia
nullis verborū assumētis: nullis excusationum
velaminibus operire: vti ne fiat sepulchrū de-
albatum: quod deforis quidē apparet homini
bus speciosum: intus autem plenum est ossibus
mortuorum: ⁊ omni immunditia. Vult ergo
lex diuina peccatorem non solum vestimenta
non assuere: sed ⁊ caput nō ɔtegere: vt si quod
est capitis delictum: idest si in deum aliquid cō-

missum est: si in fide peccatū est: ne hec quidē habeātur obtecta: sed omnibus publicētur: vt interuētu: et correptione omnium emendetur. et veniam mereatur. Uerūtamen leprosus iste: os tantūmodo iubetur obtegere. Quid ē hoc: quod omnes corporis partes nudas habere pcipitur: et os solum operire iubetur? Nōne palam est: et in aperto positum: quod ei: qui in lepra peccati est: clauditur sermo: claudit̄ ei os: vt fiducia sermonis: et docēdi autoritas excludatur? Peccatori enim dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: et adsumis testamentū meū per os tuū? Clausum ergo habeat os peccator: qꝛ qui seipsum non docuit: docere aliū non potest: et ideo os suū iubetur operire: qui male agēdo: loquēdi perdidit libertatem. Jmmundus (inquit) erit: et separatus sedebit foris extra castra erit cōuersatio eius. Clarū est: ꝙ ois imūdus abijciatur a cōuentu bonorū: et segregetur a cetu: castrisqꝫ sanctorū: et ideo dicit qꝛ extra castra erit ꝯuersatio eius. Quod si forte mundatus fuerit: spōte quidē: et a semetipso non venit ad sacerdotē: sed offertur (inquit) ab alio: nec intrat in castra. Neqꝫ enim ꝯueniēs erat: vt ea die: qua mūdabatur: ꝓusqꝫ fierēt ꝑ eo: que cōpetebant: introiret in castra. Propter qꝺ sacerdos (inquit) exhibit ad eū foras extra castra. Semper. n. ad eū: q nōdum pōt introire in castra: exit ille: q pōt exire extra castra. Qui dicit ego a deo exiui: et veni in hūc mūdū. Exit ergo ad eū sacerdos: et cōsyderat si iam recepit sanitatē: si a lepre cōtagio purgatus est. Cū aūt viderit eū sacerdos: precipit vt accipiātur due galline viue ei: q mundatur et lignū cedrinū: et coccū tortū: et Jsopū. Uidētur mihi etiā hic due iste galline habere similitudinem quandam duorū hircorū: ex quibus vnus dño offertur: alius ī eremū emittitur: ita enim et hic ex duabus gallinis: vna imolatur: et alia in cāpum dimittitur. Dat ergo et hic: q purgatur a lepra aliquā partē: que abijciatur in eremū. Alia aūt pars dño offertur pro eo. Nōdum tamē hic: qui purgatur a lepra: et offert gallinas: etiā ipsa illa: que pro eo dño offertur ad altare offert: sicut turtures: aut colūbe. Nōdū. n. eadē die is: qui purgatur a lepra diuino altari dignus efficitur: propter qꝺ mādat Legislator: vt eadē die: qua purgatur: accipiātur due galline ad purificationē eiꝰ. Puto aūt ꝙ et hic illius galline intellectus latēter habeatur: ꝑ quā purificatio efficitur peccatoris: de qua scriptū est. Quoties volui cōgregare filios tuos: sicut gallina cōgregat pullos suos sub alis suis: et noluisti: indiget tñ: vt per lignū cedrinū purificet̄ is: q purificat̄. Jmpossibile nāqꝫ est: sine ligno crucis: peccati lepram posse purgari: nisi adhibeat̄ et lignū: in quo saluator (sicut Apostolus Paulus dicit) exuit ꝑncipatus: et ptātes: triūphans eos ī ligno. Jgitur tñ ad emūdationē lepre huius: ēt coccū tortū: sociat̄ et Jsopū. Coccus tortus figurā sacri sanguinis ꝑtinet: qui de eius latere ꝑ lāceē vulnus exortus est: et Jsopū. Hoc genus herbe naturā habere medici ferūt: vt diluat: et expurget si que ille pectori hosium sordes ex corruptione noxij humoris insederint. Unde et necessario in expurgatione peccatorū huiuscemodi graminis figura suscepta est. Coccū vero: quod sepe sumptū sit ad salutis subsidia: in diuinis referri voluminibus inuenimus: sicut in partu Thamar: cū vnus (īqt) prior protulit manū. Accipiēs aūt obstetrix coccū: alligauit in manu eius dicēs. Hic exhibit prior. Sed et Rahab meretrix: cū exploratores suscepisset: et pactum ab eis salutis acciperet: et illi. Pone (inquiunt) signū resticulā coccineā: et alligabis eā in fenestra ista: per quā deposuisti nos. Obserua tñ et illud: qꝺ nō ipse sacerdos imolare gallinā dicitur: nōdū enim dignus est hic: qui fuit leprosus: vt ipse sacerdos pro eo imolet. Propter qꝺ nec sanguis galline offert̄ ad altare: sed dicit qꝛ occidetur gallina in vasculo fictili: in quo vase aqua viua sit missa: vt et aqua adsumatur ad purificationē: et cōpleat̄ plenitudo mysterij in aqua: et sanguine: qꝺ dr̄ exisse de latere Saluatoris: et illud nihilominus qꝺ Joānes ponit ī epistola sua: et dicit purificationē fieri in aqua: et sanguine: et spū. Uñ et hic video oia ista cōpleri. Spūs enim est gallina istius: que occiditur: et aqua viua: que ī vase est: et sanguis: qui sup eā diffusus est: non ꝙ per hec iterāda baptismi gratiā sentiamus: sꝫ ꝙ ois purificatio peccatorū etiā hec: que ꝑ penitentiam queritur: illius ope indiget: de cuius latere aqua ꝓcessit: et sanguis. Uide ergo quomodo et viua gallina: et lignū cedrinum: et coccū tortū: et Jsopū tingitur in sanguine pulli: et aqua viua: vt ex hoc aspsus: et purificatus: ex aqua: et sanguine: in quo tincta est et illa gallina: que in cāpū mittitur: et septies cōtra dñm respsus is: q purificatur: mūdus efficiatur ab omni imūditia: qua fuerat ex lepre cōtagione possessus. Sed et illud aduerte: quomodo cū superius dixerit hec lex leprosi: in qua die mūdatus fuerit: nūc his olbus addit: et dicit. Et mūdus erit. Si enī semel abiecta lepra mūdatus est: qūo adhuc mundus erit? Sed vide qꝛ ēt si mūdetur qs a peccato: et nō sit iā in ope peccati: ipsa tñ vestigia sceleris cōmissi purificatione indigēt: et ea: quā exposuimus: et alia nihilominus: que

nus:que mãdantur in consequẽtibus. Obser-
uauimus enim ꝛ hoc: quod scriptũ est de lepra
in qua die mũdatus fuerit: post hec inter cete-
ra: que mandantur tertio dictũ esse: ꝛ mũdus
erit. Et iterum ad vltimũ scriptũ esse: ꝛ mũda
bitur. Unde mihi videtur esse quasdam: ꝛ in
ipsa purificatiõe differẽtias: ꝛ (vt ita dixeriꝫ)
profectus quosdã purgationũ. Potest eniꝫ ꝛ
de illo: qui cessat a peccato dici: ꝛ mũdus erit:
sed non statiꝫ ita mũdus videbitur: vt ad sum
maꝫ puritatis accesserit. Deniqꝫ addit his: q̃
dixerat. In quacunqꝫ die mundatus fuerit: ꝛ
emittetur (inquit) viua gallina in cãpuꝫ: ꝛ la-
uabit vestimẽta sua is: qui purificatur. Post
hec aũt omnẽ (inquit) pilum radet: ꝛ lauabit
in aqua. Et post hec additur. Et mũdus erit.
Neqꝫ enim sufficit: qđ in responsione dixerat
mũdus erit: nisi adiecisset ẽt hec. Sordida er-
go vestimẽta habuit vsqꝫ adhuc iste: q purifi-
catur a lepra: ẽt post aspersionẽ: ꝛ nunc lauare
ea iubetur. Que tamẽ vestimẽta: nõ mihi per
omnia male texture videntur fuisse. Alioquin
abijci ea magisꝙ lauari preciperet. In quo ostẽ
ditur: neqꝫ per oĩa alienã fuisse a deo cõuersa-
tionem eius: neqꝫ pure in domino: ꝛ integre cu-
stoditam. Non enim lauaret vestimenta: nisi
fuissent sordida. Nec iteruꝫ lotis eis vteretur
si fuissent textrini in oĩbus alieni. Quod auteꝫ
radi iubet omneꝫ pilum: puto quod omne: qc-
quid emortui operis anime posite in peccatis
exortum est. Hoc enim nũc: pili nomine iube-
tur abijcere. Peccatori eniꝫ omne: quod ei si-
ue in cõsilio natũ est: siue in verbo: siue in ope
expedit si vere purificari vult: vt eradat: ꝛ abi-
iciat: nec residere aliquid patiatur. Sanctus
autem seruare debet omnẽ capillum: ꝛ si possi
bile est: nec ascẽdere debet ferrum super caput
eius: nec abscidere aliquid de cogitationibus
suis sapientibus: aut dictis: aut opibus possit.
Inde deniqꝫ est: quod ꝛ Samueli ferruꝫ dicit
nõ ascendisse super caput: sed ꝛ omnibus naza
reis: qui sunt iusti: qꝛ iustus: sicut scriptuꝫ est:
omnia quecũqꝫ fecerit: prosperabũtur: ꝛ folia
eius nõ decidẽt. Hinc ꝛ discipulorũ dñi etiam
capilli capitis dicũtur esse numerati: hoc ẽ oẽs
actus: oẽs sermones: oẽs cogitationes eorũ ser
uãtur apud deũ: qꝛ iuste: qꝛ sancte sunt. Pec-
catorum vero omne opus: oĩs sermo: oĩs cogi-
tatio debet abscindi: ꝛ hoc est: qđ dicit: vt oĩs
pilus corporis eius radat: ꝛ tũc erit mundus.
Sed ꝛ hoc obserua ꝙ nõ sufficit ei post purifi-
cationeꝫ: vel vestimẽta lauisse: vel oẽm pilũ ra-
sisse: nisi ꝛ lotus fuerit in aqua. Oportet nãqꝫ
eũ abijcere oẽs sordes: oẽm imunditiã: non so-
lum de vestimentis: sed ꝛ de proprio corpore:
vt nulla in eo macula extincte lepre resideat.
Tertio ergo nunc purificatus: ita demum di-
gnus efficit ingredi castra dñi: nõ tñ continuo
permittitur ei introire domũ suaꝫ: sed dicitur
vt extra domũ suaꝫ maneat septẽ diebus: ꝛ ra
dat oẽm pilũ capitis: ꝛ barbe: ꝛ superciliorũ:
quasi non suffecerit ꝙ prius oẽm pilũ raserat:
nunc addit: vt oẽm pilũ capitis: ꝛ barbe: ꝛ sup-
ciliorum radat. Idẽ nãqꝫ videbat dictũ in eo:
quod dixerat oẽm pilũ radẽdum. Sed nõ mi-
hi videtur inanis esse ista repetitio. Uult enim
peccatorẽ posteaꝙ fuerit mũdatus: posteaꝙ re
missionẽ per penitẽtiaꝫ acceperit peccatorum:
de purgatiõe capitis ammonere: ꝛ barbe: ꝛ su
perciliorum: velut si diceret ei. Ecce sanus fa-
ctus es. Uide ne vltra capitis cõtrahas culpã.
Capitis enim peccatũ est: aliter quam fides ec
clesie cõtinet: de diuinis sentire dogmatibus.
In barba vero: vt meminerit semp virilis eta
tis deposuisse peccata: ꝛ cõuersus fiat: sicut in-
fans. In superciliijs aũt arrogãtiaꝫ deijciat: ꝛ
male elatũ: vt ad humilitateꝫ Christi inclinet
supercilium. Secũdo ergo ad hunc modũ oĩs
pilus corporis raditur. Et sicut hec geminan-
tur: ita ꝛ vestimẽta semel in prima purificatio-
ne lauisse nõ sufficit: sed secundo precipitur: vt
lauet vestimẽta sua: ꝛ corpus suuꝫ aqua: ꝛ tũc
quarto additur: ꝛ mũdus erit. Hec aũt fiũt in
tra castra quidem posito eo: adhuc tamen ex-
tra domum suam. Dicit eniꝫ post septẽ dies:
in die octaua adsumet sibi duos agnos. Iam
non alius adsumit: sed ipse sibi adsumit. Du-
os (inquit) agnos immaculatos: ꝛ ouẽ vnam
anniculam immaculatam: ꝛ tres decimas si-
milaginis cõsperse in oleo: ꝛ cyathũ olei vnuꝫ:
post hec quinta purificatione purificatus con-
sumetur. Ex his ergo duobus agnis: vnus
quidem immolatur: ꝛ dicitur pro delicto: in lo
co (inquit) i quo iugulatur pro peccato: ꝛ vbi
holocaustomata fiunt in loco sancto. Ecce iaꝫ
dignus efficitur: vt offerat sacrificium: qui po-
tuit ad quintam purificationẽ peruenire: ꝛ ho
stia eius sancta sanctorũ fit. Alius autẽ agnus
holocaustum efficitur: in quo ꝛ repropitiari ꝑ
ipso sacerdos dicitur dicitur: vt purget. Igi-
tur primus agnus: qui pro delicto est: videtur
mihi virtutis ipsius formaꝫ tenere: quam ad-
sumpsit is: qui erat in peccatis: per quam po-
tuit a se propellere affectum peccandi: ꝛ malo-
rum veterum penitudinem gerere. Secundus
vero agnus figurã tenere illius iam recupera
te virtutis: per quam abiectis: ꝛ procul fuga-
tis omnibus vitijs: integrũ se: ꝛ in integro ob-
tulit deo: ꝛ dignus extitit diuinis altaribus.
Ouis autem: que post agnos assumitur: quã

tum conijcere in tã difficilibus locis valemus fecunditatem puto quod designet eius: q conuersus ẽ a peccato: ⁊ totũ se obtulit Deo: qua post omnia in bonorum operum fetibus vtitur ⁊ innocentie fructibus pollet. In tria ergo purificationis huius: idest conuersionis a peccato ratio diuiditur. Prima ẽ hostia: qua peccata soluũtur. Secunda ẽ: qua ala cõuertitur ad deum. Tertia est fecũditatis: ⁊ fructuum: quos in operibus pietatis is: q dicitur ꝯuersus: ostẽdit. Et q2 tres iste sunt hostie: idcirco subiungit. Et tres mẽsuras decime similaginis adsumẽde sunt. Vbiq3 intellegamus purificationem fieri nõ posse sine mysterio trinitatis. Vide aũt quod hic in quinta purificatione nõ adsumitur farina: sed iam similam habet iste qui purificatur a peccatis: simila ei adscribit: vnde habeat iam panem mũdum: ⁊ hec oleo conspergitur: sed ⁊ oleũ eius ad duos vsus diuiditur. Vnũ quo simila cõspergitur: aliũ: quo sacerdos accipit integrã mensurã cyathi: vt ait: in quo vt ego sentio: ⁊ panis eius pinguis efficitur pro misericordia: ⁊ oleum quo lux vera: ⁊ sciẽtie ignis accẽditur per manus sacerdotis: capiti eius imponitur. Ita enim dicit. Et statuet (inquit) eum sacerdos qui mũdat eum in ꝯspectu dñi: ad hostiũ tabernaculi testimonij. Vides q2 sacerdotis est statuere eũ qui cõuertitur a peccato: vt stabilis esse possit: ⁊ vltra nõ fluctuare: nec moueri omni vento doctrine. Statuit ergo eum nõ solũ intra castra: sed ad ipsum ostium tabernaculi testimonij ante dominum. Et posteaquam ꝑn ea: que superius dicta sunt: offerũtur hostie pro purificatione: adhibet (inquit) ⁊ cyathum olei: ⁊ separat illud ante dñm. Et accipiet (inquit) sacerdos d sanguine: ⁊ ponet super extremam auriculam eius dextram: ⁊ super extremã manum eius dextram: ⁊ super extremũ pedem eius dextrum. Et post hec (inquit) accipiet sacerdos nõ ipsũ cyathum olei: sed ex ipso. Et defundet (inqt) in manum suam sinistrã: ⁊ intinget digitũ suũ sacerdos in oleo: quod est i manu eius sinistra: ⁊ asperget septies ante dñm: ⁊ iterum ex eo: qd superest in manu eius sinistra: imponet sup auriculam eius: qui purificatur dextram: ⁊ super extremã manũ eius dextrã: ⁊ super extremum pedem eius dextrum. Et post hec id: quod relictum fuerit ex oleo: imponet (inqt) sacerdos de manu sua sup caput eius: qui purificat. Vides quomodo vltime: ⁊ summe purificationis est: aurẽ purificari: vt purus: ⁊ mundus seruet auditus. Et manũ dextram: vt mũda sint opa nra nec aliquid immũdum his ammisceat ⁊ sordidũ. Sed ⁊ pedes purificãdi sunt: vt ad opus bonũ tantũmodo dirigantur: nec vltra lapsus iuuẽtutis scurrãt. Septies aũt respgit sacerdos cõtra dñm ex oleo. Post ola etenim que pro purificato celebrata sunt: postꝙ cõuersus: ⁊ recõciliatus est deo: post imolatas hostias: ordinis erat: vt ⁊ virtutẽ super eũ septẽplicẽ sancti spiritus inuitaret: ꝑm eum: q dixerat. Redde mihi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me. Vel certe quoniã peccatorũ corda dñs in euangelio testatur a septem demonibus obsideri: cõpetenter septies ante dominum sacerdos in purificatione respergit: vt expulsio septem spirituum malignorum de purificati corde: septies excusso digitis oleo declaretur. Sic ergo conuersis a peccato: purificatio quidem per illa omnia datur: que superius diximus. Donũ autem gratie spiritus: per olei imaginem designatur: vt nõ solum purgationem cõsequi possit is: q conuertitur a peccato: sed ⁊ spiritu sancto repleri. Quo ⁊ recipẽ priorem stolã: ⁊ anulum possit: ⁊ per ola reconciliatus patri in locum filij reparari: per ipsum dominum nostrum Iesum Christum: cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De sacrificijs repropitiationis: ⁊ de duob9 hircis: quorum vnus sors est domini: ⁊ vnus apopõpei: qui dimittitur in eremũ: ⁊ de ingressu põtificis in sancta sanctorũ. Homilia. IX.

Die propitiationis indigẽt oẽs: qui peccauerunt: ⁊ ideo inter solẽnitates legis que figuras cõtinent celestiũ mysteriorum: vna quedam solẽnitas habetur: que dies propitiationis appellatur. Hec ergo que nũc recitata sunt: legislatio est solẽnitatis ipsius: que dies (vt diximus) propitiationis vocitata est. Sed videamus primo qd sibi velit littere ipsius continentia: vt orãtibus vobis: si tamen ita domino supplicetis: vt exaudiri mereamini: possimus accipere gratiã spiritus: per quam explanare valeamus mysteria: que ꝯtinẽtur in lege. Defũcti sunt duo filij Aarõ: Nadab: ⁊ Abiu cum offerrẽt ignẽ alienũ ad altare domini. Necesse erat: vt celesti doctrina instrueret Aaron quomodo oporteret eum ad altare accedere: ⁊ quo supplicationum ritu propitiũ faceret deũ: vti ne in ea ipse incurreret: in que incurrerant filij sui: incaute: ⁊ inconuenienter accedentes ad altare dei: alienum ignem: ⁊ nõ illũ: qui diuinitus datus fuerat: offerẽtes. Propterea ergo de his hoc modo prefata est lex. Et locutus est dñs ad Mosen posteaꝙ defuncti sunt duo filij Aaron dũ offerrent ignem alienũ ante dominum. Et dixit dñs ad Mosen. Loquere ad

Aaron fratrem tuum: vt non intret omni ho-
ra in sancta interiora: quod est intra velam an
te cõspectu3 propitiatorij: quod est supra arcã
testimonij: ⁊ nõ morietur. Ex quo ostẽditur ꝙ
si omni hora intrat in sancta nõ preparatus
nõ indutus pontificalibus indumẽtis: neq3 ho
stijs: que statute sunt ꝑparatis: neq3 propitia-
to prius deo: morieť. Et iuste qdẽ: tanq̃ qui nõ
fecerit ea: que conuenit fieri: anteq̃ accedatur
ad altare dei. Oẽs nos iste sermo cõstrigit: ad
oẽs pertinet: qđ hic loquitur lex: precipit eni3
vt sciamus quomodo accedere debeamus ad
altare dei. Altare eni3 est sup quod orationes
nostras offerimus deo: vt sciamus quomodo
debeamus offerre: scilicet vt deponamus vesti
menta sordida: que est carnis immũditia: moru3
vitia: inquinamẽta libidinum. Aut ignoras tibi
quoq3: idest omni ecclesie dei: ⁊ credẽtiũ popu-
lo sacerdotiũ datũ? Audi quomodo Petrus
dicit de fidelibus Genus (inquit) electũ: rega
le sacerdotium: gẽs sancta: populus in adq̃si-
tionem. Habes ergo sacerdotiũ: q2 gens sacer
dotalis es: ⁊ ideo offerre debes deo hostiã lau-
dis: hostiã orationũ: hostiam misericordie: ho
stiam pudicitie: hostiã iustitie: hostiã sanctita-
tis. Sed vt hec digne offeras: indumẽtis tibi
opus est mundis: ⁊ segregatis a reliquorũ ho-
minũ cõmunibus indumẽtis: ⁊ ignẽ diuinum
necessariũ habes: non aliquẽ alienu3 a deo: sed
illũ: qui a deo hominibus datur: de quo filius
dei dicit. Ignẽ veni mittere in terrã: ⁊ quã vo
lo: vt accendatur. Si enim non hoc: sed alio: ⁊
huic cõtrario igni vtamur: illo qui se trãsfigu
rat sicut angelũ lucis: eadem sine dubio patie-
mur: que Nadab passus est: ⁊ Abiu. Preci-
pit ergo mãdatũ diuinũ: vt instruať Aron ne
oi hora intraret in sancta ad altare. Sed cum
fecerit prius ea: que fieri mãdanť: ne forte mo-
riatur. Sed primo omniũ ostẽdamus quomo-
do hec: q̃ de sacrificijs cõscribũtur: figuras es-
se Apostolus dicit: ⁊ formas: quarũ veritas in
alijs ostendatur: ne forte auditores presumere
nos arbitrẽtur: ⁊ legẽ dei in aliũ sensum: qua3
scripta est: violẽter inflectere: quippe si nullam
his: que adserimus apostolica precedat autori
tas. Paulus ergo ad Hebreos scribẽs: eos. s.
qui legẽ quidẽ legerent: ⁊ hec meditata habe-
rent: ⁊ bene nota: sed indigerẽt intellectu: qua
liter sentiri de sacrificijs debeat: hoc modo di-
cit. Non enim in sancta manu facta introiuit
Jesus exẽplaria verorũ: sed in ipsum celu3: vt
appareat nunc vultui dei pro nobis. Et iteru3
dicit de hostijs. Hoc enim fecit semel seipsum
offerẽdo. Sed quid de his sigillati3 querimus
testimonia? Omnem epistola3 ipsam ad He-
breos scriptam siquis recenseat: ⁊ precipue eũ
locum: vbi pontificem legis confert põtifici re
promissionis: de quo scriptum est est. Tu es sa
cerdos in eternum ꝯm ordinẽ Melchisedech:
inueniet quomodo hic locus ois apostoli exem
plaria: ⁊ formas ostendit esse reru3 viuarum: ⁊
verarum: illa: que in lege scripta sunt. Opor-
tet ergo nos querere põtifice3: qui semel in an-
no: idest per omne hoc presens seculũ sacrificiũ
obtulit deo: indutus veste: cuius dño iuuãte: q̃
sit qualitas: ostẽdemus. Tunica (iquit) linea
sanctificata induetur. Linũ de terra oritur: tu
nica ergo sanctificata linea induitur verus põ
tifex Christus: cu3 natura terreni corporis su-
mit. De corpore enim dr: q2 terra sit: ⁊ in ter-
ra3 ibit. Volẽs ergo dñs ⁊ saluator meus hoc
qđ in terrã ierat suscitare: terrenũ suscepit cor
pus: vt id eleuatũ de terra: portaret ad celum.
Et huius misterij tenet figurã hoc: qđ in lege
scribitur: vt linea tunica põtifex induať. Sed
qđ addidit sanctificata: nõ ociose audiẽdũ est.
Sanctificata nãq3 fuit tunica carnis Christi:
nõ enim erat ex semine viri cõcepta: sed ex san-
cto spiritu generata: ⁊ femoralia (inqt) linea
sint super corpus eius. Femoralia indumẽtu3
est: quo pudẽda corporis cõtegi: ⁊ cõstringi so
lẽt. Si ergo aspicias Saluatorẽ meũ suscepis-
se quidẽ corpus: ⁊ in corpore positu3 egisse hu-
manos actus idest vescẽdi: ⁊ bibẽdi: ⁊ cetera si
milia. Hoc ãt solũ opus nõ egisse qđ ad pudẽ-
da corporis ptinet: carnẽq3 eius: neq3 nuptijs
neq3 filiorũ procreationi patuisse: inuenies qua-
liter femoralia linea sanctificata habuerit: vt
vere de ipso dici debeat: quia inhonestiora no
stra abundantiorem habent honorẽ. Consyde
ra tamen ⁊ ipsum pontificis habitu3: q2 quod
per naturam minus in eo honestũ videtur: in-
dutis femoralibus lineis: ⁊ zona constrictis: et
ꝯm litteram de eo conuenit dici: quia inhone-
stiora nostra abundãtiorem honestate3 habẽt.
Ita ergo ⁊ omnis: qui in castitate viuens imi-
tatur Christũ: hoc solu3 de humanis actibus
nesciẽtem: etiam ipse lineis femoralibus sancti
ficatis indutus est: ⁊ inhonestioribus suis abũ
dantiorẽ circũdedit honestatẽ. Tunica ergo li
nea sanctificata induiť: ⁊ foemoralia linea sup
corpus eius sunt. Sed ne forte femoralia hec
quibus pudẽda cõteguntur resoluta defluãt:
⁊ turpitudinẽ reuelẽt: aut retegant: adiungit.
Non enim (inqt) facies gradus ad altare: ne
forte reueletur in his turpitudo tua. Ne ergo
turpitudo tua defluẽtibus femoralibus reuele
tur: zona (inqt) femoralia cõstringanť. Quo-
dam tẽpore exponẽtes Joãnẽ baptistã: ⁊ alias
Hieremiã: quod Hieremias qdẽ zonã: Joan

nes vero pelliciá zonaȝ circa lũbos babuisse di ceretur: sufficiẽter ostẽdimus quomodo p hec declaref indicari pars illa corporis apud huiusmodi viros ita emortua: vt neqȝ vel leuis motus: neqȝ alius quisq̈ in lũbis eorum fuisse crederetur: sed sola castitas: ⁊ pura pudicitia. Zona ergo pontifex linea cingitur: ⁊ cidariȝ lineam imponit super caput suuȝ: oĩa linea. Cidaris: qđ dicitur ornatus quidá est: qui capiti supponif: quo vtif põtifex in offerẽdis hostijs: vel ceteri sacerdotes. Sed vnusqsqȝ nostrũ ornare dȝ caput suũ sacerdotalibus ornamẽtis. Etenim qꝛ oĩs viri caput Christus est: qcunqȝ ita agit: vt ex actibus suis ꝯferat gloriá Christo: caput suũ: q est Christus: ornauit. Põt ⁊ alio modo in nobis intellegi capitis ornatus. Quoniá quidẽ qđ est in nobis primũ: ac summum: ⁊ caput oĩum mẽs est: ad dignitatẽ põtificis excolit caput suũ: siqs mẽtẽ suá adornauerit sapiẽtie disciplinis. Ista igif sunt: qbus indui precipif põtifex: ⁊ ita demũ introire in sancta: ne hec nõ habẽs moriatur. Iá vero de hostijs quedá qdeȝ ipsius mádanf debere esse põtificis: quedaȝ vero a populo sumẽda. Ipsius enim dĩ vitulus: qđ est in aĩalibus preciosius ⁊ robustius. Et ꝫm aĩal aries: qđ in ouibus sine dubio ꝓciosius est. A populo vero munera iubentur offerri: aries a ꝑncipibus. Et hirci duo a populo. Unus: qui dimittatur in eremũ: qui ⁊ apopõpeius noĩaf: ⁊ vnus: q dño offeraf. Si esset oĩs populus dei sanctus: ⁊ oẽs essent beati: nõ fierẽt due sortes super hircis: ⁊ vnus qdem sortẽ ferret: vt dimitteretur in eremum: alius vero: vt dño offerretur: ſȝ esset sors vna: ⁊ hostia vna dño soli. Nũc vero: quoniá ĩ multitudine eorum: qui accedunt ad dominũ sunt quidam domini. Alij autem sunt qui mitti ad eremum debeát: idest qui abijci merentur: ⁊ separari ab hostia domini. Propterea pars hostie: que offẽrtur a populo: idest vnus solus hircus dño imolatur: alius aũt abijcif: ⁊ in eremũ dimittitur: ⁊ apopompeius nominatur. Sors tamẽ cadit super vtrũqȝ: ⁊ ille quidem q in eremum dimittitur: dicitur qđ ipse auferat super se peccata filiorum israel: ⁊ iniustitias eorum: ⁊ iniquitates ipsorum. Non enim ille hircus: qui domini sors efficitur: ſȝ ille: cuius sors est: vt in eremum dimittatur: auferre ea dicitur: ꝫm illud credo: quod scriptum est: Dedi commutationem tuam Egyptũ: ⁊ Ethyopiam: ⁊ Syenem pro te: ex quo tu honorabilis factus es in conspectu meo. Peccata igitur eoruȝ: q penitentiá egerunt: ⁊ eorũ: qui dereliquerunt malitiam super capita sua suscipiunt hi: qui effecti sunt in sorte eius: qui in eremum dimittitur: qui seipsos dignos tali ministerio: vel huiusmodi sorte fecerunt. Conueniet autẽ: velut e contrario aptari his: ⁊ illud quod dictuȝ est: qui habet: dabitur ei. Sicut enim: qui habet iustitias: dabitur ei: ita ⁊ qui: habet peccata: intantum: vt in sorte apopompei inueniatur illius: qui in eremum emittitur: addẽtur ei ea: que abstergẽtur a sanctis: vt ⁊ in ipsis cõpleatur: quod scriptum est. Ab eo autem: qui non habet etiaȝ: quod habet auferetur ab eo: vt ei addatur: qui habet multas mnas peccatorũ. Uerũ quoniaȝ is: qui in sorte domini est: speȝ gerit: non in presenti seculo: sed in futuro: ⁊ cuius sors dominus ẽ: quotidie morif: propterea is quidem: super quem sors domini ceciderit: iugulatur: ⁊ moritur: vt sanguine suo purificet populum dei. Ille autem: qui in sortem cõtrariaȝ ceciderit: non est dignus: vt moriatur: qꝛ qui in sorte domini est: non est de hoc mundo: ille vero de hoc mundo est: qui in mundo dimittitur: ⁊ mundus: quod suum est: diligit. Ideo nõ occiditur: nec dignus est iugulari ad altare Dei: nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. Sed videamus qs est hic: qui accepit eũ: cuius sors apopõpei facta est: vt euȝ eijciat in eremuȝ. Homo (inquit) paratus accipiet hircũ: qui venerit in sortẽ eius: cui ceciderit sors apopõpei: ⁊ adducet eũ in eremum. Finis sortis istius eremus est: idest locus desertꝰ: desertus virtutibus: desertus deo: desertus iustitia: desertus Christo: desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet sors vna e duabus. Aut enim bene agentes: sors domini sumus: aut male agentes: sors nr̃a nos ducit ad eremum. His tibi euidẽter ostendam: quomodo iste due sortes semper operẽtur: ⁊ vnusqsqȝ nostrum: aut sors domini: aut sors apopõpei: vel eremi fiat. Considera in euangelijs illum diuitẽ viuentem splendide: ⁊ luxuriose ⁊ Lazarum ad ianuam eius iacentem: vlceribus plenum: ⁊ cupientem saturari de micis: que cadebant de mensa diuitis: quis finis designatur vtriusqȝ. Mortuus est (inqt) Lazarus: ⁊ abductus est ab angelis in sinu Abrahe. Similiter auteȝ ⁊ diues: ⁊ abductus est ad infernũ: in locum tormenti. Animaduertis euidẽter loca sortis vtriusqȝ distincta. Uide etiaȝ qui sunt: qui adducant: angeli (inquit) qui semper parati sunt ad abducendũ. Ministri enĩ dei sunt ad hoc ipsuȝ destinati: qui impleát sorteȝ: quá tibi ipse parauerís. Si enim bene vixeris: si fregeris esurienti panem tuum ex animo: nuduȝ vestieris: rectuȝ iudicium iudicaueris: iniquo aduersum iniquitatem suam restiteris: nec posueris consilium tuum cuȝ his: qui laqueos innocentibus

nocentibus

nocentibus parant: forte tuaz facies dominũ. Si vero libidini seruias: voluptatis amator sis magis quã dei: seculũ diligas: malitiaz nõ oderis: forte tuã fecisti apopõpei: vt abducaris in eremum per manũ ministri Dei: qui in hoc ipsum a deo ordinatus est: et ideo paratus appellatur: q2 personam nullius erubescit: nec diuitis: nec potentis: nec regis: nec sacerdotis. Uis autẽ scire: q2 ad nos pertinẽt: que dicuntur? Animalia hec: que fortes istas excipiunt: non sunt immũda: nec aliena ab altaribus dei sed mũda sunt: et que in sacrificijs offerri solẽt: vt scias hec figuram tenere: non eoruz: qui extra fidem sunt: sed eoruz: qui in fide sunt. Hircus enim animal mundum est: et diuinis altaribus cõsecratũ. Et tu ergo per gratiã baptismi cõsecratus es altaribus dei: et animal factus es mundum. Sed si non custodias mandatum illud domini: quod dixit. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne quid tibi deterius contingat: sed cum esses mundus: rursum te peccati inquinamento maculasti: et ex virtute ad libidinem: ex puritate ad immũditiã declinasti: tuo vitio: cum animal munduz fueris: forti te apopompei: eremiq3 tradisti. Põt fortassis et alio modo homo paratus: et imundus: qui abducit eum: cuius fors venit in eremuz: et eoipso: quo educit eum: quasi qui immũdum cõtigerit: dicitur lauare vestimẽta sua ad vesperam: et esse mũdus: etiã ipse dominus: et Saluator noster intellegi: ex ea parte: qua nature nostre: idest carnis: et sanguinis vestimẽta suscepit: q̃ in vespera lauerit. Propter quod et duduz propheta de eo dixerat. Et vidi Jesum sacerdotẽ magnum: indutum vestimẽta sordida: et diabolũ stantem a dextris eius: vt contradiceret ei. Lauit ergo in vino: idest in sanguine suo stolã suã in vespera: et factus est mũdus. Et inde fortassis quod post resurrectionem: Marie volenti pedes eius tenere: dicebat noli me tãgere. Uis aũt adhuc videre: et aliã duarũ fortiuz formã? Considera duos illos: qui tẽpore crucis eius: vnus a dextris: et vnus a sinistris eius pependerunt latrones? et vide illuz: qui cõfitebatur dominum fortem factum esse domini: et abductũ esse sine mora ad paradisum? Jllum vero aliũ blasphemantem fortem factum esse apopõpei qui in eremum abduceretur inferni. Sed et in eo: qud dicitur: quia affixit cruci sue principatus: et potestates cõtrarias: et triumphauit eas fortem in eis apopompei compleuit: et tanquã homo paratus abduxit eas in eremũ. Deniq3 et in euangelio dominus dicit. Quia cum exierit de homine immũdus spiritus: vadit per loca deserta: querens requiem: et non inuenit. Sic ergo potest et Saluator noster homo paratus intellegi: qui fortem quidem domini: ecclesiam suaz fecerit: eamq3 diuino consecrarit altario: fortez vero apopompei cõtrarias fecerit potestates: spiritus nequitie: et mũdi huius rectores tenebrarũ harũ: quos (sicut dicit Apostolus) cum potestate traduxit: triũphãs eos in semetipso. Traduxit. Quo traduxit: nisi ad eremum ad loca deserta? Sicut enim illi: qui confessus est: aperuit paradisi ianuas: dicendo hodie mecum eris in paradiso. Et per hoc omnibus credentibus: et ꝯfitentibus ingrediendi aditum dedit: quem prius Adam peccãte cõclusERAT. Quis enim alius rhõpheam flãmeaz et versatilem: que apposita est: custodire lignuz vite: et fores paradisi poterat dimouere? Quis alius Cherubim peruigili excubãs custodia: valebat inflectere: nisi ipse solus: cui data est omnis potestas in celo: et in terra: vt inquam preter ipsum nemo alius hec facere potuit: ita principatus: et potestates: et rectores mundi: quos enumerat Apostolus: nemo alius poterat triũphare: et abducere in eremum inferni: nisi ipse solus: qui dixit: Cõfidite: ego vici mundum. Jdcirco ergo necessarium fuit dominum et saluatorem meum: non solum inter homines hominem nasci: sed etiaz ad inferna descendere: vt fortẽ apopõpei tanq̃ homo paratus in eremum inferni deduceret: atq3 inde regressus: opere cõsumato ascẽderet ad patrẽ: ibiq3 plenius apud altare illud celeste purificaretur: vt carnis nr̃e pignus: quod secũ euexerat: perpetua puritate donaret. Hic ergo est verus dies propitiationis: cuz propitiatus est deus hominibus: sicut et Apostolus dicit. Quoniam deus erat in Christo: mundũ recõcilians sibi. Et iterum de Christo dicit. Pacificãs p sanguinez crucis sue: siue que in celo sunt: siue que in terra. Mandatur ergo in lege: vt in die repropitiationis omnis populus humiliet animam suam. Quomodo humiliet populus animam suam: ipse dicit. Ueniẽt (inquit) dies: cuz auferetur ab eis spõsus: et tunc ieiunabũt in illis diebus. Plures ergo agũtur dies festi ꝑm legem. Est quidã solemnis dies in mẽse primo: est et alius in secũdo. Sed et in mẽse primo alia solemnitas pasche: alia azimorũ: licet coniuncta videatur: azimis pasche solẽnitas. Principium enim azimorum ad finem pasche coniũgitur. Pascha autem ille solus dies appellatur: in quo agnus occiditur. Reliqui vero: azimorum dies appellãtur. Sic enim dicit. Facies solemnitatẽ azimorum septez diebus. Hec ergo est prima solẽnitas. Post hec (inq̃t) cuz demessueris messem tuã: et cõgregaueris nati-

nitates ex agro tuo: facies diem festum de initijs fructuũ tuorum: qui dies est post septem septimanas pasche: idest pentecostes: cum etiam dici iubetur: et mũdabis sancta de domo mea. Post hec in septimo mẽse alie aguntur solemnitates: primo die mẽsis neomenia tubarũ: sicut dicit in psalmo. Tuba canite in initio mensis tube. Decima vero die septimi mẽsis est solẽnitas repropitiationis. In hac sola die pontifex induitur omnibus põtificalibus indumentis: nunc induitur manifestationem: et veritatem: tunc ingreditur ad illa inaccessibilia: quo semel in anno accedi tantũmodo licet: idest in sancta sanctorum. Semel enim in anno pontifex populum derelinquens: ingreditur ad illũ locum: vbi est repropitiatorium: et super propitiatorium Cherubim: vbi est et arca testamenti: et altare incensi: quo nulli introire fas est: nisi põtifici soli. Si ergo cõsyderem verum põtificem meum dominũ Jesum Christum quomodo in carne quidem positus: per totum annum erat cum populo. Annũ illũ: de quo ipse dicit. Euangelizare pauperibus misit me: et vocare annum domini acceptum: et diem remissionis. Aduerte quomodo semel in anno isto: i die repropitiationis intrat in sancta sanctorum: hoc est cum impleta dispẽsatione penetrat celos: et intrat ad patrem: vt eum propitium humano generi faciat: et exoret pro omnibus credentibus in se. Hãc repropitiationem eius: qua hominibus repropitiat patrẽ sciẽs Joãnes Apostolus dicit. Hec dico filioli: vt non peccemus. Quod et si peccauerimus: aduocatum habemus apud patrem Jesum Christum iustum: et ipse est repropitiatio pro peccatis nostris. Sed et Paulus similiter de hac repropitiatione cõmemorat: cum dicit de Christo: quem posuit deus propitiatorem in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis vsquequo occidat. Sol: idest vsquequo finẽ mundus accipiat. Stamus enim nos pro foribus: operientes põtificem nostrũ cõmorantem intra sancta sanctorum: idest apud patrem: et exorãtem pro peccatis eorum: qui se expectant: non pro omnium peccatis exorãtem. Non enim exorat pro his: qui in sortẽ veniunt eius hirci: qui emittitur in desertum. Pro illis exorat tantũ qui sunt sors domini: qui eum pro foribus expectant: qui nõ recedunt de templo: ieiunijs: et orationibus vacãtes. Aut tu putas: q vix diebus festis ad ecclesiam venis: nec intẽtus es ad audiẽda verba diuina: nec das operam ad implenda mãdata: quod possit sors domini venire super te? Optamus tamen: vt vel his audiotis operam detis non solum in ecclesia audire verba de: sed et in domibus vestris exerceri: et meditari in lege domini die: ac nocte: et ibi.n. Christus est: et vbique adest querentibus se: propterea nãque mandatur in lege: vt meditemur eam cum imus in via: et cũ sedemus in domo: et iacemus in cubili: et cum exurgimus et hoc est vere pro foribus expectare pontificem morantem intra sancta sanctorum: et effici in sortẽ domini. Quod autem dicimus de sorte: nõ sic accipiat auditor: quasi sors talis aliqua dicatur: que inter homines casu: et nõ iudicio agi solet. Sors domini ita accipienda est: tanquam si diceretur electio domini: vel pars domini: et rursum sors eius: qui in eremũ emittitur: accipiẽda est: veluti pars illa: que pro indignitate sui a domino spernitur: et abijcitur. Magis enim et sermo ipse apopõpei abiecti: et refutati significantiam continet: ex quo possumus etiam illud intellegere: verbi gratia. Ascendit in cor tuum mala cogitatio concupiscentia mulieris aliene: aut vicine possessionis: intellege statim hanc esse de sorte apopõpei: abijce confestim: et expelle de corde tuo. Quomodo abijcis? Si habeas tecum parati hominis manum: idest si lectio diuina sit in manibus tuis: et precepta dei ante oculos habeantur: tunc vere inuenieris paratus ab abijcienda: et repellẽda ea: que sunt sortis aliene. Sed et ira si ascendit in cor tuum: si zelus: si inuidia: si malitia ad supplantandum fratrem: paratus esto: vt abijcias eas: et expellas: et emittas in eremum. Si vero ascẽdat in cor tuum: cogitare que dei sunt: de misericordia: de iustitia: de pietate: de pace: hec de sorte sunt domini: hec offeruntur ad altare hec pontifex suscipit: et in his reconciliat tibi deum. Propterea ergo: et is: qui eijcit eum: in quo sors apopompei est: hoc est malas cogitationes: malas cupiditates: nõ est homo piger: nec occupatus negocijs secularibus: sed paratus est: et promptus: ac vigilans: qui etiam si sordescere videatur pro eo: quod cõtigerit immundum: lauabit statim vestimenta sua: et erit mũdus. Quod intellegere possumus quantum ad vnum quemque nostrum pertinet: sm moralem locum: esse hominem paratum: rationem ipsam: que intra nos est: per quam discretio nobis boni: maliqz est: que etiam si videtur sordescere: dum discutit: et pertractat ipsa: que mala sunt: tamen si ea abijciat: et expellat a corde: ac procul effuget: tunc melioribus cogitationibus: velut purificata: ac diluta munda videbitur rationabilis mens: nec sane mireris: quod etiam ad personam Saluatoris traximus hũc: qui eijcit hircum: et expellit in eremum: quia dicitur lauare vestimenta sua: et fieri mundus:

propter

propter illud: quod legimus in propheta dici
de domino: sicut supra diximus. Et vidi Iesū
sacerdotem magnū indutū vestimēta sordida.
Quod si vtiq3 pro adsumptione carnis dici
pie intellegitur: etiam hic in lauandis vestimē
tis potest eadē figura seruari. Videamus post
hec que sunt: que pontifex faciat. Et sumet (in
quit) plenum batillu3 carbonibus ignis de al
tari: quod est contra dominum. Legimus ꝛ in
Esaia: quia igni purgatur propheta per vnu3
ex Seraphim: quod missum est ad eum: cu3 ac
cepit forcipe carbonem vnum ex his: qui erant
super altare: ꝛ contigit labia prophete: ꝛ dixit.
Ecce abstuli iniquitates tuas. Mihi videntur
mystica hec esse: ꝛ hoc indicare quod vnicuiq3
ꝺm id quod peccat: si dignum fuerit purificari
eum: inferantur carbones membris eius. Nā
quoniam dicit propheta hic: immunda labia
habeo. In medio quoq3 populi immunda la
bia habētis habito. Idcirco carbo forcipe ad
sumptus a Seraphim: labia eius mūdat: qui
bus solis se mundum non esse profitetur. Ex
quo ostenditur quod vsq3 ad verbum tātum
modo peccatum eius inueniretur. Ita facto:
vel opere nullo peccauerit: alioquin dixisset:
quoniam immundu3 corpus habeo: vel immū
dos oculos habeo si peccasset in concupiscen
do aliena: ꝛ dixisset immundas manus habeo: si
eas polluisset operibus iniquis. Nūc aūt quo
niam in solo fortasse sermone conscius sibi erat
delicti illius: de quo dicit dominus. Quia eti
am de verbo ocioso reddetis rationem in die
iudicij: pro eo: quod difficile est etia3 perfectis
culpa3 vitare sermonis: idcirco indigebat etiā
propheta sola purgatione labiorum. Nos au
tem si redeat vnusquisq3 ad consciētiam sua3:
nescio si possumus aliquod membrum corpo
ris excusare: quod non igni indigeat. Et pro
pheta quidem: quoniam ab omnibus mūdus
erat: idcirco meruit: vt vnus de Seraphi mit
teretur ad eum: qui eius sola labia purgaret.
Nos vero vereor ne ignem non membris sin
gulis: sed toto corpore mereamur. Cum enim
lasciuiunt oculi: vel per illicitas cōcupiscētias:
vel per spectacula diabolica: quid aliud: nisi
ignem sibi congregant? Cum aures non auer
tuntur ab auditu vano: ac derogationibus p
ximorum: cum manus a cede nequaꝗ̄: ꝛ a ra
pinis: ac depredationibus continentur: cu3 pe
des veloces sunt ad effundēdum sanguinem.
Cumq3 corpus non domino: sed fornicatio
ni tradimus: quid aliud: nisi totu3 corpus tra
dimus in gehēnam? At hec cum dicuntur: cō
tēptui habētur. Quare? Qr fides deest. Alio
quin si tibi hodie diceretur: quia iudex seculi
vult te crastino viuum exurere: ꝛ his auditis
si esset tibi vnius diei spacium liberum: quan
ta faceres? quomodo ꝛ per quos discurreres:
ꝙ humilis: ꝙ lugens: ꝛ sordidus oberrares?
nōne effunderes omnem pecuniam tuā in eos:
quorum intercessione euadere posse te crede
res? Nōnē omnia: que possides redemptione3
faceres anime tue? Quod si etia3 aliquis te re
tardare: aut impedire tentaret: nonne diceres
pereant omnia pro salute mea: nec quicquā re
maneat: tantum vt ego viuam? Hoc quare fa
ceres? quia inde non dubitares: hinc dubitas.
Et ideo bene dominus dicit. Putas veniens
filius hominis inueniet fidem super terrā? Et
quid ego dico de certis: indubitatisq3 pericu
lis? Tantūmō si causa dicēda sit apud iudicē
terrenum: que aliquem metum ex legibus ha
bere videatur: nōne omnibus vigilijs excuba
tur: aduocato patrono munera preparātur: ēt
si anceps periculum sit: aut etiam solius note
metus: vel dāni ratio? Nos quare non credi
mus: quod omnes adstabimus ante tribunal
Christi: vt reportet vnusquisq3 propria corpo
ris: prout gessit: siue bona: siue mala? Hec si
integre crederemus: esset nobis ꝺm quod scrip
tum est. Redemptio anime viri: diuitie eius.
Sed vnde possumus hec: vel sentire: vel crede
re: vel intellegere: cum ne ad hec ipsa quidem
audienda cōueniamus? Quis enim vestrū cu3
recitātur scripture prebet auditu3? Deus per
prophetam comminatur: ꝛ quidem in ira ma
gna: ꝛ mittam famem super terram: non fa
mem panis: neq3 sitim aque: sed famen audiē
di verba dei. Sed nūc famem non misit deus
super ecclesiam suam: neq3 sitim ad audiendū
verbum dei. Habemus enim panem viuū: qui
de celo descendit: habemus aquam viuam sa
lientem in vitam eternam. Cur nos ipsos fecū
ditatis tēpore fame necamus: ac siti? Pigre:
ꝛ desidis anime est: in abundantia omnium pe
nuriam pati. Non audistis ex diuinis scriptu
ris: qr certamē est inter homines carni aduer
sum spiritum: ꝛ spiritui aduersus carnem? Et
nescitis si carnem solam nutriatis: ꝛ ipsam fre
quenti mollicie: ac iugi delitiaru3 fluxu fouea
tis: insolescet necessario aduersum spiritum: ꝛ
fortior illo efficitur. Quod si fiat: eum sine du
bio in dicionem suam redactum: suis coget le
gibus: ac vitijs obedire. Si vero ad ecclesiam
frequēter venias: aure3 litteris diuinis admo
ueas: explanationem mādatorū celestiu3 capi
as: sicut cibis: ꝛ delitijs caro: ita spiritus ꝟbis
diuinis conualescet: ac sensibus: ꝛ robustior ef
fectus: carnem sibi parere cogit: ac suis legi
bus obsequi. Nutrimēta igit̄ spiritus sunt: di

uina lectio: orationes assidue: sermo doctrine. His alitur cibis: his cōualescit: his victor effi citur. Quod qꝛ nō facitis: nolite cōqueri de in firmitate carnis: nolite dicere: qꝛ volumus: sꝫ non possumus. Volumus continenter viuere: sed carnis fragilitate decipimur: ⁊ impugna mur stimulis eius. Tu das stimulos carni tue: tu eam aduersus spiritum tuum armas: ⁊ po tentem facis: cum eaꝫ carnibus satias: vino ni mio inśdas: omni mollicie palpas: ⁊ ad inlece bras nutris. Aut nescitis: qꝛ nō potest edificiū istud ecclesie ex leprosis lapidibus cōstrui? Au di quid dicit Apostolus. Modicum fermentū totam massam corrumpit. Expurgate ergo vetus fermentum: vt sitis noua conspersio.

Sed ad propositū redeamus. Et accipiet (in quit) batillum plenum carbonibus. Non om nes purgantur eo igni: qui de altari adsumit. Aaron purgatur illo igne: ⁊ Esaias: ⁊ q̄ sunt similes illis. Alij vero: qui nō sunt tales: de q̄ bus etiam meipsuꝫ computo: alio igne purga bimur. Timeo ne illo: de quo scriptuꝫ est. Flu uius ignis currebat ante ipsum. Iste ignis nō est de altari. Qui de altari est ignis: ignis est domini: qui autem extra altare est: non est do mini: sed propitius est vniuscuiusqꝫ peccātiū: de quo dicitur. Vermis eorum non morietur: ⁊ ignis eoruꝫ nō extinguetur. Iste ergo ignis: ipsorum est: qui eum accendernnt: sicut ⁊ alibi scriptum est. Ambulate in igne vestro: ⁊ in flā ma: quam accendistis vobis. Esaie autem non suus ignis apponitur: sed ignis altaris: q̄ cir cumpurgabit labia eius: ⁊ huic: de quo dici tur: ⁊ sumet batillum plenum de carbonibus ignis de altari: quod est contra dominuꝫ: ⁊ im plebitur manus suas incenso cōpositionis mi nuto. Quod quidem plenius dominus noster fecit. Impleuit enim manus incenso minuto: de quo scriptū ē. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: impleuit ergo ma nus suas sanctis operibus: que pro humano genere operatus est. Quare autem cōpositio nis incēsum dr̄: qꝛ non est vna species operuꝫ: sed ex iustitia: ⁊ ex pietate: ex cōtinentia: ex pru dētia: ⁊ oībus huiuscemodi virtutibus cōponi tur: vt eo placet deus. Sed ⁊ minutuꝫ: qđ ad dit: non ociose intellegimus. Non enim vult eū: qui ad perfectionē tendit: verbuꝫ dei crasse ⁊ carnaliter intellegere. Sed minutum in his sensuꝫ: subtilemqꝫ pergrere: vt si forte audiat scriptum esse non obturabis os boui trituran ti: ille hec non de bobus intellegat: neqꝫ enim de bobus cura est deo: sed de apostolis dici. Sed ⁊ siquis de prouidētia dei: rationem: que est minutissima: ⁊ subtilissima posset exponere: iste minuto incēso manū suā replere dr̄. Quis ergo nostrū ita promptus est: ⁊ paratus: vt in gressuro pōtifice in sancta sanctoruꝫ: incēsum cōpositionis offerat minutū? Necesse est enim nos singulos aliquid offerre tabernaculo dei: aliquid etiā pōtificalibus indumētis: aliquid vero: quod per pontificis manus ad ipsuꝫ deū per odorē suauitatis ascēdat. Pōtifex igitur noster dominus ⁊ Saluator: aperit manus su as: ⁊ suscipere vult ab vno quoqꝫ nostrū incen sum cōpositionis minutū: necesse est nos quere re species incensi. Libanum nobis querenduꝫ est: ⁊ nō qualecunqꝫ libanum: sed dilucidum. Non vult a te suscipere pontifex obscuruꝫ ali quid: aut sordidum dilucidū querit: sed ⁊ gal banum a te poscit. Cuius natura est: vt vehe mentia odoris sui serpētes noxios fuget. Que rit autem a te ⁊ stacten: colata enim: ⁊ defeca ta vult esse vel verba nostra: vel opera. Querit ⁊ onychem: quo velut scuto quodā obtegatur anima: ⁊ illesa permaneat. Ita ⁊ te vult scuto fidei esse protectuꝫ: quo omnia iacula maligni ignita restinguas. Hec tū omnia vult in te es se composita. Nil inordinatum: nihil inquie tum: nihil indecens: sed hoc vult: vt omnia no stra cōposite: ⁊ honeste fiant. Stat ergo etiam nunc verus pontifex noster Christus: ⁊ repleri vult manus suas incenso composito minuto: ⁊ ab vnaquaqꝫ ecclesia: que sub celo est: cōsyde rat quid offeratur: quam integre incēsum suū diligēterqꝫ cōponat: quā minutuꝫ id faciat. i. quomodo vnusquisqꝫ nostrum opera sua ordi net: ⁊ quomodo sensum: ac verba scripturarū spiritali explanatione discutiat: nec angeloruꝫ ministeria ad huiuscemodi officij desunt. An geli enim dei ascendunt: ⁊ descēdunt ad filiuꝫ hominis: perquirunt: ⁊ curiose agunt quid in vno quoqꝫ nostrom inueniant: quod offerant deo. Vident: ⁊ perscrutātur vniuscuiusqꝫ no strum mentem: si habet aliquid tale: si taꝫ san ctum aliquid cogitet: quod deo mereatur of ferri. Intuētur: ⁊ considerant siquis nostruꝫ ex his que dicūtur in ecclesia corde compungi tur: ⁊ animum cōuertit ad penitentiā. Si his auditis corrigere cogitet vias suas: ⁊ obliuisci preterita: ac preparare se ad futuram: saltem ſm Achab illum impijssimū: de quo dicit do minus. Vidisti quomodo compunctum est cor Achab? Sed in his omnibus quid de illis di cam: qui nec audiūt auribus hec: nec corde re cipiunt? Que in illis compunctionis spes? que conuersionis suspicio? que emendationis expe ctatio? Si enim etiam de hijs: qui audiunt: dubitamus: quid speramus de his: qui omni no nō audiunt? Sed vtamur verbis domini: ⁊ dicamus.

& dicamus. Qui habet aures audiendi audiat: & qui audiunt sciant scriptum esse: quia cum conuersus ingemueris: tunc saluus eris: & scies ubi fueris. Et si dixeris tu peccata tua prior: ego exaudiam te tanquam populum sanctum. Audisti quomodo etiam si peccator fuisti: tantum si conuersus es: & destitisti a peccato: iam sanctus appellaris? Nihil ergo desperandum est his: qui compunguntur: & conuertuntur ad dominum. Non enim superat bonitatem dei malitia delictorum. Sumit ergo pontifex batillum plenum carbonibus ignis de altari: quod est contra dominum: & implet manum suam incenso compositionis minuto: & infert in interiora velaminis: intellegamus primo quid designet historia: & tunc quid sensus spiritalis habeat: requiramus. Duplex edes est tabernaculi testimonii: vel templi domini. Prima est: in qua altare holocaustorum est: quod perpetuis ignibus excitatur: in qua ede solis licet adsistere sacerdotibus: & sacrificiorum ritus: ac ministeria celebrare: & neque leuitis: neque alicui un quam preterea indulgetur accessus. Secunda vero edes interior est: solo ab hac discreta velamine. Intra quod velamen: arca testamenti: & propitiatorium: super quod Cherubin duo statuta sunt: & altare incensi collocatum est. In hanc eandem semel in anno primus quicunque erat pontifex oblatis prius hostiis propitiationis: de quibus supra exposuimus: ingrediebatur: habens utramque manum repletam: unam batillo carbonum: & aliam compositionis incenso: ut cum fuisset ingressus: statim superposito incenso carbonibus fumus ascenderet: totamque edem repleret: ut aspectum sanctorum: quem ingressus pontificis reuelauerat: nubes velaret incensi. Si tibi sacrificiorum mos patuit antiquus: quid hec etiam secundum rationem mysticam contineat: videamus. Duas audistis edes: unam quasi visibilem: & patentem sacerdotibus: aliam velut inuisibilem: & inaccessam: excepto uno solo pontifice: ceteri foris sunt. Prima edes ista puto quod intellegi possit hec: in qua nunc sumus in carne positi ecclesia: in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorum: succenso illo igne: de quo dixit Jesus. Ignem veni mittere in terram: & quam volo ut accendatur: & nolo mireris quod hec edes solis sacerdotibus pateat. Omnes enim quicunque unguento sacri chrismatis delibuti sunt: sacerdotes effecti sunt: sicut & Petrus ad omnem dicit ecclesiam. Uos autem genus electum: regale sacerdotium gens sancta Estis ergo genus sacerdotale: & ideo acceditis ad sancta. Sed & unusquisque nostrum habet in se holocaustum suum: & holocausti sui ipse succendit altare: ut semper ardeat. Ego si renuntiem omnibus que possideo: & tollam crucem meam: & sequar Christum: holocaustum obtuli ad altare dei: aut si tradidero corpus meum: ut ardeam: habens charitatem: & gloriam matyrii consequar: holocaustum meipsum obtuli ad altare dei. Si diligam fratres meos: ita ut animam meam ponam pro fratribus meis: si pro iustitia: pro veritate usque ad mortem certauero: holocaustum obtuli ad altare dei. Si membra mea ab omni concupiscentia carnis mortificauero: si mundus mihi crucifixus sit: & ego mundo: holocaustum obtuli ad altare dei: & ipse mee hostie sacerdos efficior. Hoc ergo modo sacerdotium geritur. In prima ede & hostie offeruntur: & ex hac ede sanctificatis indutus vestimentis pontifex proficiscitur: & ingreditur in interiora velaminis: sicut superius Pauli verba posuimus dicentis. Non in manu facta sancta: sed in ipsum celum penetrauit (inquit Jesus) & apparet vultui dei pro nobis. Celi ergo locus: & ipsa dei sedes: per interioris edis figuram: atque imaginem designatur. Sed mirum contuere ordinem sacramentorum. Ingrediens pontifex in sancta sanctorum: ignem secum de hoc altari portat: & incensum de hac ede suscipit. Sed & vestimenta: quibus indutus est: de hoc loco sumpsit. Putas ne dignabitur dominus meus verus pontifex & a me suscipere partem aliquam incensi compositionis minuti: quod secum deferat ad patrem? Putas ne inueniet in me aliquid igniculi: & holocaustum meum ardens: ut dignetur ex eo batillum suum implere carbonibus: & in ipsis deo patri odorem suauitatis offerre? Beatus est: cuius tam viuos: tanquam ignitos holocausti sui carbones inuenerit. ut eos aptos iudicet: quos altari superponat incensi. Beatus: in cuius corde inuenerit tam subtilem: tam minutum: tamque spiritalem sensum: & ita diuersa virtutum suauitate compositum: ut replere dignetur ex eo manus suas: deoque patri suauem odorem intellegentie eius offerre. At contra: infelix anima: cuius fidei ignis extinguitur: & refrigescit charitatis calor: ad quam cum venerit celestis pontifex noster querens ab ea ignitos: & ardentes carbones super quos incensum offerat patri: inuenit in ea aridos cineres: & frigidas fauillas. Tales sunt omnes: qui subtrahunt se: & longe faciunt a verbo Dei: ne audientes sermones diuinos accendantur ad fidem: incalescant ad charitatem: igniantur ad misericordiam. Uis tibi ostendam quomodo de verbis spiritus sancti ignis exeat: & accendat corda credentium? Audi dicentem Dauid in psalmis. Eloquium domini igniuit eum. Et iterum in euangelio scriptum est: postquam dominus locutus est ad Cleopham.

Nonne coꝛ noſtrum (inquit) erat ardens in-
tra nos: cū apiret nobis ſcripturas? Tu ergo
vnde ardebis? vnde inueniētur in te carbones
ignis: qui nunquam domini igniris eloquio?
nunq̄ verbis ſpiritus ſancti inflāmaris? Audi
⁊ alibi ipſum Dauid dicentē. Concaluit coꝛ
meum intra me: ⁊ in meditatione mea exarde-
ſcit ignis. Unde tu concaleſcis? vnde ignis ac
cenditur: qui nunquam in diuinis meditaris
eloquijs? immo quod eſt infelicius: cōcaleſcis
in ſpectaculis circi: concaleſcis in equoꝛum cō
tentionibus: in certamine athletarū: atq̄ iſte
ignis non eſt de altari dn̄i: ſed his eſt: qui dici
tur ignis alienus: ⁊ audiſti Paulo ſuperius:
q2 qui obtulerunt alienū ignē ante dominū:
extincti ſunt? Concaleſcis ⁊ cum te repleuerit
iracundia: ⁊ cum te inflāmauerit furoꝛ: vreris
interdum: ⁊ amoꝛe carnali: ac turpiſſime libi-
dinis iactaris incendijs. Sed omnis iſte ignis
alienus eſt: ⁊ contrarius deo: quem qui accen-
derit: ſine dubio Nadab: ⁊ Abiu perferet ſoꝛ-
tem. Ait ergo eloquium diuinum: ⁊ imponet:
incenſum ſuper ignem in conſpectu dn̄i: ⁊ ope
riet fumus incenſi pꝛopitiatoꝛium contra oꝛiē
tem: quod eſt ſuper teſtimonia ⁊ non moꝛietur
⁊ ſumet de ſanguine vituli: ⁊ reſperget digito
ſuo ſuper pꝛopitiatoꝛium contra oꝛientem. Ri
tus quidē apud veteres pꝛopitiationis pꝛo ho
minibus: qui fiebat ad deum: qualiter celebꝛa
retur: edocuit. Sed tu: qui ad Chꝛiſtum ve-
niſti: pontificem verum: qui ſanguine ſuo deū
tibi pꝛopitium fecit: ⁊ reconciliauit te patri: nō
hereas in ſanguine carnis: ſ3 diſce potius ſan-
guinem verbi. Et audi ipſum dicentem: quia
hic ſanguis meus eſt: qui pꝛo vobis effundetur
in remiſſionē peccatoꝝ. Nouit: qui myſterijs
imbutus eſt: ⁊ carnem: ⁊ ſanguinem verbi dei.
Non ergo immoꝛemur in his que ⁊ ſciētibus
nota ſunt: ⁊ ignoꝛantibus patere non poſſunt.
Quod autem contra oꝛientem reſpergit: non
ocioſe accipias. Ab oꝛiente tibi pꝛopitiatio ve-
nit. Inde eſt enim vir: cui Oꝛiens nomen eſt: q
mediatoꝛ dei: ⁊ hominum factus eſt. Inuita-
ris ergo per hoc: vt ad oꝛientem ſemper aſpi-
cias: vnde tibi oꝛitur ſol iuſtitie: vnde ſemper
tibi lumen naſcitur: vt nunquam in tenebꝛis
ambules: neq̄ dies ille nouiſſimus te in tene-
bꝛis compꝛehendat. Ne tibi ignoꝛantie nox ⁊
caligo ſubꝛepat: ſed vt ſemper in ſcientie luce
verſeris: ſemper habeas diem fidei: ſemper lu
men charitatis: ⁊ pacis obtineas. Addit poſt
hec ſcriptura. Et non erit (inquit) homo cū
ingredietur pontifex intra velamē interius in
tabernaculum teſtimonij. Quomodo non erit
homo? Ego ſic accipio: quod qui potuerit ſeq
Chꝛiſtum: ⁊ penetrare cum eo interius taber-
naculum: ⁊ celoꝛum excelſa cōſcendere: iā nō
erit homo: ſed ſm verbum ipſius erit tanquā
angelus dei. Aut foꝛte etiam ille ſuper eū ſer
mo complebitur: quē ipſe dn̄s dixit. Ego dixi
dij eſtis: ⁊ filij excelſi omnes. Siue ergo ſpirita
lis effectus: vnus cum domino ſpiritus fiat: ſi-
ue per reſurrectionis gloꝛiam in angeloꝛū oꝛ
dinem tranſeat: recte iam non erit homo: ſed
vnuſquiſq̄ ipſe ſibi hoc pꝛeſtat: vt vel excedat
hominis appellationē: vel intra conditionem
huius vocabuli cenſeatur. Si enim factus ho-
mo ab initio ſeruaſſet illud: qđ ad eū ſcriptu-
ra dicit. Ecce poſui ante oculos tuos moꝛtem:
⁊ vitam: elige vitam: ſi hoc feciſſet: nunquam
pꝛofecto humanum genus moꝛtalis conditio
tenuiſſet. Sed quoniam derelinquens vitam:
moꝛtē ſecutus eſt: homo factus eſt: ⁊ non ſolū
homo: ſed ⁊ terra: pꝛopter quod ⁊ in terrā re-
dire dicitur. Requiro tamen que ſit iſta moꝛs:
quam dicit ante oculos tuos poſui. De vita
enim non dubitatur ꝙ ſemetipſum indicet de-
us: qui dicit. Ego ſum veritas ⁊ vita. Que eſt
ergo iſta moꝛs vite contraria: quam poſuit
deus ante oculos noſtros? De illo dici putoꝛ
de qua Paulus dicit. Nouiſſimus inimi-
cus deſtruetur moꝛs. Iſte eſt ergo inimicus
diabolus: qui pꝛimo quidem ante oculos poſi-
tus eſt: ſed nouiſſimus deſtruetur: poſitus aūt
fuerat ante oculos: non vt ſequeremur eū: ſed
vt vitaremus. Unde ⁊ arbitroꝛ quod ipſa per
ſe anima humana: neq̄ moꝛtalis: neq̄ immoꝛ
talis dici poteſt. Sed ſi contigerit vitā: ex par-
ticipio vite erit moꝛtalis. In vitam enim non
incidet moꝛs. Si vero auertens ſe a vita par-
ticipium traxerit moꝛtis: ipſa ſe facit eſſe moꝛ-
talē. Et ideo pꝛopheta dicit. Anima: que pec
cat: ipſa moꝛietur: quamuis moꝛtem eius non
ad interitum ſubſtantie ſentiamus: ſed hoc ip
ſum: quod aliena ⁊ extoꝛris fit: a deo qui vera
vita eſt: moꝛs ei eſſe credenda eſt. Nulla ergo
participatio ſit iuſtitie cū iniquitate: nulla ſo-
cietas luci ad tenebꝛas: nulla cōſonantia Chꝛi-
ſto cum Belial. Si elegimus vitam: ſemper
viuemus. Moꝛs nobis non dominabitur: ⁊ cō
plebitur i nobis ſermo domini: qui dixit. Qui
credit in me: etiam ſi moꝛiatur: viuet. Eliga-
mus ergo vitam: ⁊ eligamus lucem: vt in die
honeſte ambulemus: vt ⁊ nos ſequentes Je-
ſum intra velamen tabernaculi interioꝛis: iam
non ſimus vt homines moꝛtales: ſed vt angeli
immoꝛtales. Cum nouiſſimum inimicum de-
ſtruxerit moꝛtē. Ipſe dominus noſter Jeſus
Chꝛiſtus: qui eſt via: ⁊ veritas: ⁊ vita. Cui glo
ria: ⁊ imperium in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ De ieiunio

De ieiunio: quod in die propitiationis fit: ꝛ de hirco: qui in eremum dimittitur.

Homilia. X.

Nos quidem: qui de ecclesia sumus ine rito Mosen recipimus: ꝛ scripta eius legimus: sentientes de eo: quod propheta sit: ꝛ deo sibi reuelante: in symbolis: ꝛ figuris: ac formis allegoricis conscripserit futura mysteria: que i tempore suo docemus impleta. Qui vero eiusmodi in eo non recipit sensum: siue iudeorum quis: siue etiam nostrorum est: is ne prophetam quidem eum fuisse docere potest. Quomodo enim prophetam probabit: cuius litteras adserat esse communes: futuri nullius conscias: nec occulti aliquid mysterij continentes. Nunc itaqȝ: qui ita sentit legentesȝ hec: arguit sermo diuinus: ꝛ dicit. Putas ne intellegis: que legis? Est ergo lex: ꝛ omnia que in lege sunt: ſm Apostoli sententiam vsqȝ ad tempus correptiōis imposita: ꝛ sicut hi: quibus artificium est signa ex ere facere: ꝛ statuas fundere: antequaȝ verum opus eris producant: aut argenti: vel auri: figmentuȝ prius luti ad similitudinem future imaginis formant: nō quod figmentuȝ necessariuȝ sit: sed vsqȝ quo opus: quod principale est expleatur. Cum autēȝ fuerit effectum opus illud: propter quod figmentum luti fuerat formatum: vsus eius vltra nō queritur. Tale aliquid intellege etiam in his: que in typo: ꝛ figura futurorum in lege: ꝛ prophetis: vel scripta: vel gesta sunt. Venit enim ipse artifex: ꝛ autor omnium: ꝛ legem: que vmbram habebat futurorum bonoruȝ transtulit ad ipsam imaginem reruȝ. Sed ne forte difficile tibi probari posse que dicimus: videantur recognosce ꝑ singula. Erat prius Hierusaleȝ vrbs illa magna regatis: vbi templū famosissimum deo fuerat extructuȝ. Postea vero ꝙ venit ille: qui erat verū templū dei: ꝛ dicebat de templo corporis sui: soluite tēplum hoc: ꝛ quia celestis Hierusalem cepit aperire mysteria: deleta est illa terrena: vbi celestis apparuit: in tēplo illo non remāsit lapis super lapidē: ex quo verum templum dei facta est caro Christi. Erat prius pontifex sanguine taurorūȝ: ꝛ hircorum purificās populuȝ. Sed ex quo venit verus pōtifex: qui sanguine suo sanctificaret credentes: nusquā est ille pōtifex prior: nec vllus ei relictus est locus. Altare fuit prius: ꝛ sacrificia celebrabantur: sed vt venit verus agnus: q seipsum hostiam obtulit deo: cuncta illa velut pro tēpore posita cessauerūt. Non tibi ergo videtur quod ſm figuram: quā supra posuimus veluti forme fuerint: quedam est luto ficte: per quas veritatis exprimerent imagines? Propterea deniqȝ diuina dispēsatio ꝓcurauit: vt ꝛ ciuitas ipsa: ꝛ templum: ꝛ omnia illa pariter subuerterētur: ne qui forte adhuc paruulus: ꝛ lactans in fide: si videret illa cōstare: duȝ sacrificiorum ritū: dum ministeriorū ordinē attonitus stuperet: ipso diuersarum formarum raperetur intuitu. Sed prouidens deus infirmitati nostre: ꝛ volēs multiplicari ecclesiam suam: omnia illa subuerti fecit: ꝛ penitus auferri: vt sine vlla cunctatione illis cessantibus hec vera esse: pro quibus in illis typus precesserat: crederemus. Unde ꝛ nūc dicēda nobis sunt aliqua: etiam ad eos: qui putant pro mādato legis sibi quoqȝ iudeorum ieiunium ieiunanduȝ: ꝛ primo omnium sermonibus vtar Pauli dicētis. Quia siquis vult vnū aliquid custodire de obseruationibus legis: obnoxius est vniuersale legis faciende. Qui ergo obseruat ista ieiunia: ascēdat ꝛ ter in anno in Hierusalem: vt appareat ante templum dn̄i: vt offerat se sacerdoti: requirat altare: quod in puluerē versum est. Offerat hostias nullo adstāte pontifice. Scriptum est eniȝ: vt duos hircos ieiunās populus offerat in sacrificium: super quos sortes mitti debeant: vt vnus ex his fiat dn̄i sors: ꝛ hostia domino offeraṫ. Alterius vero sors fiat: vt dimittatur i eremū viuus: qui ꝛ habeat in se peccata populi. Hec tibi oīa cōsequēter explenda sunt qui vis ſm preceptum legis obseruare ieiunium: de quibus a nobis quidem (prout potuimus) superiori disputatione disertum est. Tamen quoniaȝ diues est sermo dei: ꝛ ſm sententiam Salomonis non simpliciter: sed ꝛ dupliciter: ꝛ tripliciter describendus in corde est. Tentemus etiam nunc addere aliqua ad ea: ꝙ dudum pro viribus dicta sunt: vt ostēdamus quomodo in typo futurorum etiam hic vnus hircus domino oblatus est hostia: ꝛ alius viuus dimissus est. Audi in euangelijs Pilatū dicentem ad sacerdotes: ꝛ populum iudeoruȝ. Quem vultis de duobus dimittaȝ vobis: Jesum: qui dicitur Christus: an Barabā? Tūc clamauit oīs populus: vt Barabā dimitteret Jesuȝ vero morti traderet. Ecce habes hircū: qui dimissus est viuus in eremum: peccata secum populi ferēs: clamātis: ꝛ dicentis: crucifige crucifige. Iste est ergo hircus viuus dimissus in eremum: ꝛ ille est hircus: qui dn̄o oblatus est hostia ad repropitiāda peccata: ꝛ veraȝ propitiationeȝ in se credentibus populis fecit. Quod si ꝛ hoc requiras quis sit: qui hunc hircum produxit in eremū: vt probetur in eo etiaȝ quod lotus sit: ꝛ mūdus effectus: pōt Pilatus ipse accipi homo paratus. Iudex qppe gentis

ipsius erat: qui eum per sententiam suā emisit in eremum. Audi autem quomodo lotus sit: ⁊ mundus effectus: cum ad populū diceret: vultis dimittam vobis Jesum: qui dicitur Christus. Et adclamasset omnis populus dicens: si hunc dimittis: nō es amicus Cesaris. Tunc poposcit (inquit) Pilatus aquā: ⁊ lauit manus suas corā populo dicēs. Mundus ego sum a sanguine eius: vos videritis. Sic ergo videbitur lotis manibus suis mūdus effectus. Nostra igitur: idest: qui non vmbre: ⁊ exēplari seruimus: sed veritati: hec est ꝓpitiationis dies: in qua data est nobis remissio peccatorum: cum pascha nostrum immolatus est Christus. Quomodo ergo cognita veritate cōuertimur iterū ad infirma: ⁊ egena elemēta huius mundi: quibus rursus a capite seruire vultis: dies obseruantes: ⁊ mēses: ⁊ tēpora: ⁊ annos. Audi quomodo etiā propheta huiusmodi ieiuniū respuit: ⁊ dicit. Nō hoc ieiuniū elegi dicit dominus neq; diē: vt humiliet homo aīam suam. Tu si vis ieiunare ſm Christum: ⁊ humiliare aīam tuam: omne tibi tempus aptum est totius anni: imo totius vite tue dies habeto ad humiliādam animam tuam: si tamen didicisti a domino Saluatore nostro: q2 mitis est: ⁊ humilis corde. Quādo ergo non est tibi humiliationis dies: qui Christum sequeris: qui est humilis corde: ⁊ humilitatis magister? Tu itaq; si vis ieiunare: ieiuna ſm preceptum euangelij: ⁊ obserua in ieiunijs euangelicas leges: in qbus hoc modo Saluator de ieiunijs mādat. Tu autem si ieiunas: vnge caput tuū: ⁊ faciem tuam laua. Quod si requiris quomodo laues faciem tuā. Paulus apostolus docet: quēadmodum reuelata facie gloriā domini cōtēpleris: ad eandem imaginē reformatus a gloria in gloriam: tanquam a domini spiritu. Unge etiam caput tuum: sed obserua ne oleo peccati. Oleū enim peccatoris non impinguet caput meū. Sed vnge caput oleo exultationis: oleo letitie: oleo misericordie. Ita vt ſm mandatum sapientie: misericordia: ⁊ fides: nō deserāt te. Propterea enī ⁊ Apostolus volens abstrahere nos ab his visibilibus: ⁊ terrenis: ⁊ erigere animos: sensusq; nostros ad celestia: clamat ⁊ dicit. Si resurrexistis cum Christo: que sursum sunt querite: nō que super terram. Nōne aperte tibi dicit: noli querere in terris Hierusalem: nec obseruantias legis: nec ieiunium iudeorum: sed ieiunium Christi? Jeiunans enim debes adire pontificem tuum Christum: qui vtiq; non in terris requirendus est: sed in celis: ⁊ per ipsum debes offerre hostiam deo. Uis tibi adhuc ostēdam quale te oportet ieiunare ieiunium? Jeiuna ab omni peccato: nullum cibum sumas malitie: nullas capias epulas voluptatis: nullo vino luxurie cōcalescas. Jeiuna a malis actibus: abstine a malis sermonibus: cōtine te a cogitationibus pessimis. Noli contingere panes furtiuos peruerse doctrine. Non cōcupiscas fallaces philosophie cibos: qui te a veritate seducant. Tale ieiuniū deo placet. Abstinere vero a cibis: quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus: ⁊ hoc facere cum his: qui Christum crucifixerunt: acceptum esse nō potest deo. Indignati sunt aliquādo ⁊ pharisei dn̄o cur nō ieiunarēt discipuli eius. Quibus ille respondit: q2 non possunt filij sponsi ieiunare quamdiu cū ipsis est sponsus. Illi ergo ieiunēt: qui perdiderūt sponsum: nos habētes nobiscum sponsum: ieiunare non possumus.

Nec hoc tamen ideo dicimus: vt abstinentie christiane frena laxemus. Habemus enim quadragesime dies ieiunijs ꝯsecratos. Habemus quartam: ⁊ sextam septimane dies: quibus solēniter ieiunamus. Est certe libertas christiano per omne tempus ieiunādi: nō obseruantie superstitione: sed virtute cōtinentie. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur: nisi arctioribus cōtinētie fulta subsidijs? Quomodo scripturis operam dabunt? Quomodo sciētie: ⁊ sapiētie studēt? Nōne per cōtinentiā vētris: ⁊ gutturis? Quomodo qs seipsum castrat propter regnū celorum: nisi ciborū affluētiam resecet: nisi abstinentia vtatur ministra? Hec ergo christianis ieiunādi ratio est. Sed ē ⁊ alia adhuc religiosa: cuius laus quorundam apostolorū litteris predicatur. Inuenimus.n. in quodam libello ab apostolis dictum. Beatus est: qui etiā ieiunat ꝓ eo: vt alat pauperem. Huius ieiuniū valde acceptū est apud deum: ⁊ reuera digne satis. Imitatur enim illū: qui animam suam posuit pro fratribus suis. Quid ergo veterib⁹ pānis noua indumēta miscemus? Quid in vtres veteres mittimus vnum nouū? Uetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua Per Christum dominum nostrum: cui est gloria: ⁊ imperium: in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod scriptum est: Sancti estote: q2 ⁊ ego sanctus sum dominus deus vester.

Homilia. XI.

Nuper i auribus ecclesie recitatus est sermo dei dicēs. Estote sancti: q2 ⁊ ego sanctus sum dominus Deus vester. Nomen hoc sanctus: quid sibi velit: qdve significet: in scripturis diuinis diligētius requirendum est: vt cum vim verbi didicerimus: et opus eius possimus implere:

implere. Congregemus ergo de scripturis di
uinis: super quibus sanctum dici inuenimus: ⁊
deprehēdimus non solum homines: sed etiam
muta animalia sancta appellata: inuenimus ⁊
vasa ministerij sancta vocitata: ⁊ vestimēta san
cta dici: ⁊ loca nihilominus: que ī vrbibus: vel
suburbibus posita sunt: ⁊ sacerdotibus depu
tata. Ex mutis quidem animalibus primoge
nita boum: vel pecorum sanctificari per legem
domino iubetur: ⁊ dicitur. Ne facias (inquit)
in eis opus vilum: quia dn̄o sanctificata sunt.
Super vasis vero: cum in tabernaculo testimo
nij vasa ministerij: thuribula: vel phiale: vel cete
ra huiusmodi vasa: sancta appellantur. Sup
vestimētis etiam stola pontificis Aaron: ⁊ tu
nica linea: ⁊ cetera huiusmodi vestimenta: san
cta dicunt. Si ergo intueamur quo sensu hec
oīa sancta vocata sunt: aduertemus quomō et
nos dare operam debeamus: vt sancti esse pos
simus. Natus est mihi primogenitus bos: nō
mihi licet occupare eum ad opus cōmune: est
enim dn̄o ꝯsecratus: ⁊ ideo dicitur sanctus. In
tellegimus ergo ex hoc muto animali: quomō
lex quod sanctū vult esse: nulli alij id deseruire
iubet: nisi dn̄o soli. Iterum patheras: vel phia
las: quas dicit sanctas: ille sunt: que nūq̄ iubē
tur exire de tēplo: sed eē semp ī sanctis: nec vl
lis penitus humanis vsibus ministrare. Simi
liter ⁊ vestimenta: que sancta nolantur: non iu
bentur intra domum vsui deseruire pōtificis: sed
in tēplo esse: ⁊ inde oīno nūquam efferri. Sed ad
hoc tātum consecrata eē: vt eis deo ministrās
pōtifex induat: ⁊ sint semp in templo. Ad cete
ros vero vsus cōmunes: vtat cōibus indumen
tis. Siīr ⁊ patheris: ac phialis his: que sancta
appellātur: ad humanos: ⁊ cōmunes vsus vti
nō licet: sed tātum ad diuina ministeria. Quod
si intellexisti qūo vel aīal: vel vas: vel vestimen
tum sanctū appellat: ꝯsequēter intellege q̄ his
obseruationibus: ⁊ legibus etiā homo sanctus
appellet. Si quis enim seipsum deuouerit deo si
quis nullis se negocijs secularibus implicaue
rit: vt ei placeat: cui se pbauit. Si qs separatus
est: ⁊ segregatus a reliqs hoibus carnaliter vi
uētibus: ⁊ mūdanis negocijs obligatis: non q̄
rens ea que sup terrā: sed que in celis sunt: iste
merito sanctus appellat. Donec enim pmixtus
est turbis: ⁊ in multitudine fluctuātiū voluit:
nec vacat soli deo: neq; segregatus a vulgo ē:
non pōt esse sanctus. Nā de eis qd dicemus: q
cū gētiliū turbis ad spectacula maturāt: ⁊ con
spectus suos: atq; auditus: ipudicis ⁊ vbis: ⁊
actibus fedāt: nō est nostrū pronūciare de tali
bus. Ipsi eni sentire: ⁊ videre possunt quā sibi
delegerint partē. Tu ergo q hec audis: cui lex
diuina recitatur: quē ipsius etiā dei sermo con
uenit dicēs. Sācti estote: q2 ⁊ ego sanctus sum
dn̄s deus vester. Sapiēter intellege que dicū
tur: vt sis beatus cū feceris ea. Hoc est enim: qd
dicit tibi: separa te ab omni non solū hoīe: sed ⁊
fratre ingēte ambulāte: ⁊ non sm traditiones
apostolicas. Separamini etenim: qui portatis
(inqt) vasa dn̄i: ⁊ exite de medio eoꝝ dicit do
minus. Separa te a terrenis actib9: separa te
a cōcupiscentia mūdi: omne. n. qd in mūdo est.
sm Apostolū ꝯcupiscētia carnis est: ⁊ ꝯcupiscē
tia oculoꝝ: que nō est a deo. Cū ergo separaue
ris te ab his oibus: deuouete deo tāq̄ pmoge
nitū vitulū nō operet per te peccatū: nec iugum
tibi imponat malitia: sed esto semotus: ⁊ segre
gatus vsibus tātum sacerdotalibus: tāq̄ pmo
genitū aīal mācipatus. Segrega te: ⁊ secerne
tanq̄ phiale sancte: ⁊ sancta thuribula: solius
tēpli vsibus ⁊ dei ministerio vacās. Separa te.
⁊ semoue ab omni pollutione peccati: ⁊ esto se
motus: ⁊ segregatus intra tēplū dei. tāq̄ san
cta indumēta pontificis. In tēplo nāq; dei est
segregatus: ⁊ separatus ille: qui in lege dei me
ditat die: ac nocte: ⁊ qui in mādatis eius cupit
nimis. Sancti ergo estote dicit dn̄s: q2 ⁊ ego
sanctus sum. Quid est: q2 ⁊ ego sanctus sum?
Sicut ego (inqt) segregatus sum: ⁊ longe se
paratus ab oibus que adorant: vel colitur: si
ue in terra: siue in celo. Sicut ego excedo oēm
creaturā: atq; ab vniuersis: q̄ a me facta sunt:
segregor ita ⁊ vos segregati estote ab oibus q
nō sunt sancti: nec deo dicati. Segregari autē
dicimus nō locis: sed actibus: nec regiōib9: sed
cōuersationibus. Denique ⁊ ipse sermo in gre
ca lingua: qd dicit: quasi extra terram eē signi
ficat. Quicūq; enim se cōsecrauerit deo: merito
extra terrā: extra mundū videbit: pōt. n. ⁊ ipse
dicere. Sup terrā ambulātes: ꝯuersationem in
celis habemus. Salomon quoq; in ꝓuerbijs
dicit. Laqueus est viro forti cito aliqd de suis
sanctificare. Postea enim q̄ vouerit: euenit pe
nitere. Et hoc est vtiq; qui dicit: ne qs forte cū
fructus ex area: aut vinū ex torcularibus colli
git: ⁊ dixerit volo tantum offerre ecclesie: vel in
vsu paupeꝝ: aut peregrinoꝝ tātū ꝓberc: si po
stea ex his: que vouet aliqd ad vsus ꝓprios ꝓ
sumat: iā nō de suis fructibus ꝓsumpsit: sed san
cta dei violauit. Et ideo laqueus fortis est san
ctificare aliqd: hoc est vouere deo: ⁊ post modū
penitentia ductum ad vsus proprios ea: q̄ con
secrauerat: reuocare. Sed ⁊ si nos ipsos conse
cramus: ⁊ offerimus deo: aut etiam si alios vo
uemus: obseruemus hūc laqueum: ne forte po
steaq̄ nos deo vouerimus: iterum hūanis vsibus
vel actib9 subiungemur. Mouet aūt se vnusqsq;

verbi gratia:sicut Nazarei faciebant:tribus:
aut quatuor:aut quot placuisset annis tẽplo se
cõsecrãtes dei:vt ibi semp vacarẽt:obseruãtes
illa que de Nazareis scripta sunt:vt comã ca-
pitis nutrirẽt:nec ascẽderet ferrũ super caput
eorum toto voti sui tẽpore:vt vinũ nõ ptingerẽt:
neq3 aliq3 ex vite:et cetera quecũq3 donec com
pleta fuisset voti professio. Sz et alius qs ita vo
uet deo:sicut Anna fecit Samuelẽ:ante enim
q nasceret:obtulit eũ dicens. Et dabo eũ dño
datũ oibus diebus vite sue. Ex qbus oibus cla
rũ est:quomodo vnusqsq3 nostrũ:qui vult esse
sanctus:cõsecrari debeat deo:et nullis pterea
negocijs:vel actibus:qui ad deũ minime per-
tinẽt occupari:post hec scriptũ est. Seruate (in-
quit) pcepta mea:et facite ea:ego dñs:et his ad
dit. Homo homo si maledixerit patrẽ:aut ma
trem suã:moriat:et post multa que pcepit:qui-
bus etiã penas puaricatiõis adscripsit: addit
in clausula. Et seruate omnia pcepta mea:et iu
stificationes meas:et iudicia mea. Ergo et conse-
quens mihi videt regrere qd in his singulis in
dicet:eqdem sm qd obseruare potui: preceptũ
est:siue mãdatũ illud quod:vbi gratia in de-
calogo dicit. Nõ occides:nõ adulterabis:hoc
enim solũ pcipitur et nõ adscribitur pena cõmis
si. Nunc aũt iterant qdem eadẽ:sed addit his
penas:dicit enim. Homo homo qcũq3 adulte
rauerit vxorẽ viri:et vxorẽ proximi sui:morte
moriat. Is qui adulterat:et que adulterat. Et
si quis dormierit cũ vxore patris sui:turpitudi
nez patris sui detexit morte moriantur ambo:
rei.n.sunt. De his antẽ in prioribus iam data
fuerãt precepta:sed nõ obseruantẽ que mane-
ret pena:nõ fuerat adscriptũ. Nũc ergo eadẽ
repetunt:et vniuscuiusq3 pena peccati decerni-
tur:et ideo hec recte iustificatiões:et iudicia ap-
pellãtur:qbus qd iustũ est recipe iudicat ille:
qui peccat. Sed intuere ordinez diuine sapien
tie:nõ continuo penas cũ primis statuit prece-
ptis. Vult enim:vt nõ metu pene:sz amore pie-
tatis:patris pcepta custodias:sed si ptẽpseris:
nõ tã homini iã:q ptẽptori mãdat pena. Pri
mo ergo benignitate prouocaris vt filius:ego
enim dixi dij estis:et filij excelsi oẽs. Quod si fi-
lius eẽ obediens non vis:cõtẽptor plecteris vt
seruus. Post hec dicit. Et si qs dormierit cũ
nuru sua:morte moriãtur ambo:impietatẽ fe
cerũt:rei sunt:et has leges:vel hec pcepta abs-
q3 penis supius dederat. Dixerat enim. Tur-
pitudinẽ nurus tue non reuelabis:qm vxor fi-
lij tui est:non reuelabis turpitudinẽ eius:et oia
que subsequuntur:et hunc locũ simili modo ibi
absq3 supplicijs:hic vero:cũ diuersis suppli-
ciorum generibus adscripsit. Quo in loco recor-
dor sermonis illius:quem beatus Apostolus
Paulus ad Hebreos scribens:ait. Irritã qs
faciẽs legem Mosi:sine vlla miseratione duo-
bus:aut tribus testibus morit:quãto maiori-
bus supplicijs dignus putabit:q filiũ dei con-
culcauerit:et sanguinẽ testamẽti pollutũ duxe-
rit:in quo sanctificatus est:et spiritũ gratie cõ-
tumeliã fecerit? Sz ob quã eãm mẽtionẽ fece-
rim scripture huius ausculta:sz legẽ adulter:
et adultera morte moriebãtur:nec poterãt di-
cere penitẽtiam petimus:et veniã deprecamur.
Non erat lachrymis locus:nec emẽdatiõi vl-
la concedebat facultas. Sz oimodis puniri ne
cesse erat:qui incurrisset in legẽ. Hoc aũt ser-
uabat:et in singulis quibusq3 criminibus:qui-
bus erat pena mortis adscripta. Apd christia-
nos vero:si adulteriũ fuerit admissum:nõ ẽ p-
ceptũ vt adulter:vel adultera corporali interi-
tu puniãtur. Nec potestas data ẽ episcopo ec-
clesie adulterorum presenti morte dãnare:sicut tũc
sm legez fiebat a psbyteris populi. Quid igi-
tur? dicemus q lex Mosi crudelis sit:que iu-
bet puniri adulterorum:vel adulterã:et euãgelium
Christi per indulgẽtiam resoluit auditores in
deterius. Nõ ita est. Propterea eni sermonẽ
Pauli ptulimus in superioribus dicẽtis. Quã
to magis deterioribus supplicijs dignus est:q
filius dei pculcauerit:et cetera. Audi ergo qmo
neq3 tunc crudelis fuerit lex:neq3 nũc dissolu-
tum videat euãgeliũ ppter venie largitatẽ:sz
in vtroq3 dei benignitas diuersa dispẽsatione
teneatur:hoc:qd sm legẽ verbi causa:adulter
vel adultera pñti morte puniebant:pp hoc ipz
qd peccati sui ptulit penã:et cõmissi sceleris ex-
oluit digna supplicia. Quid erit post hec: q
aiabus eorum vltionis immineat:si nihil aliud deli
querũt?si aliud peccatũ nõ est:qd pdẽnet eos:
sed hoc solũ cõmiserũt:et tunc tãtũ eum puniri
sunt:et legis pro hoc suppliciũ ptulerũt. Nõ vi
dicabit dñs bis in idipsum: receperunt.n.pecca-
tum suum:et psumpta est criminis pena:et ideo
inuenit hoc genus pcepti non crudele sicut he
retici adserũt:accusantes legẽ dei:et negantes
in ea humanitatis aliqd ptineri. Sz plenũ mi-
sericordia:idcirco qd per hoc purgaret ex pec-
catis populus magis:q condẽnaretur. Nunc
vero nõ infert pena corpori:nec purgatio pec-
cati per corporale supplicium cõstat:sed p peni-
tentiam:quam vtrum quis digne gerat:ita vt
mereri pro ea veniã possit:video. Multi sunt
enim:qui nec ad hoc inclinantur:nec peniten-
tie refugium querunt:sed cum ceciderint sur-
gere vltra nolunt:delectantur in eo luto: quo
hesierint volutari. Nos tamen non obliuisci-
mur precepti illius:quo dicitur. Qua mẽsura

mensi fueritis:eadem remetietur vobis. Dici-
mus enim ⁊ ad deum. Quoniã dedisti nobis
panem lachrymarum:⁊ potasti nos in lachry-
mis in mẽsura. Sũt ergo ista peccata:que du-
cunt ad mortem: vnde ⁊ cõsequẽs est: vt quo-
ties cõmiserit quis tale peccatũ:toties moria-
tur. Multas enim esse peccati mortes signifi-
cat et Apostolus Paulus cũ dicit. Qui de tã-
tis mortibus eripuit nos:⁊ eripit in quo spera
mus:q: ⁊ adhuc eripiet. Quas ergo hic mor-
tes plures commemorat:nisi peccatorum? Si
enim hec non diceret de mortibus peccatorũ:
videbatur Paulus ẜm sententiam suam im-
mortalis esse mãsurus ab hac cõmuni morte:
qui dicit:quia de tãtis mortibus eripuit nos:
⁊ eripit:in quo speramus:quia ⁊ adhuc eripi-
et. Si enim ⁊ eripuit:⁊ eripiet: nunquam erit
quando moriatur:quem dominus semper eri-
piet. Et ideo ẜm ea:que discussimus: videndũ
est ne forte aliquando etiã grauius sit nobis:
qui pro peccato:communi hac morte minime
punimur:quam illis:quos legis sententia cor-
poraliter condemnabat:quia nobis vltio repo
nitur in futurum:illos absoluebant commissi
sui per soluta supplicia. Quod ⁊ si aliquis est:
qui forte preuentus est in huiuscemodi pecca-
tis:admonitus nunc verbo Dei:ad auxilium
confugiat penitentie:vt si semel admisit: secũ-
do non faciat:aut si ⁊ secundo:aut etiã in ter-
tio preuentus est:vltra nõ addat. Est enĩ apud
iudicem iustum pene moderatio:non solum ꝓ
qualitate:verum etiam pro quantitate. Inter
cetera ergo peccata:que morte puniuntur:re-
fert diuina lex quod ⁊ qui maledixerit patri:
aut matri:morte moriat̃. Nomen patris grã-
de mysteriũ est:⁊ nomen matris arcana reue-
rentia est. Pater tibi ẜm spiritum:deus est.
Mater. Hierusalẽ celestis est. Propheticis
hec:⁊ apostolicis testimonijs disce. Hic ipse
Moses scribit in cantico. Nonne hic ipse pa-
ter tuus adquisiuit te:⁊ possedit te? Apostolus
vero dicit de Hierusalẽ celesti:quia libera ẽ:
que est (inquit) mater omnium nostrũ. Pri-
mo ergo tibi pater deus est:qui genuit spiritũ
tuum:qui ⁊ dicit. Filios genui:⁊ exaltaui. Sz
⁊ Paulus apostolus dicit. Obtemperemus
patri spirituum:⁊ viuemus. Secundo tibi pa
ter est carnis pater:cuius ministerio in carne
natus es:atq: in hunc mundum venisti:qui te
portauit in lumbis:sicut dicit̃ de Leui. Quia
in lũbis erat adhuc Abrahe:quando occurrit
ei Melchisedech regresso a cede regũ:⁊ bene-
dixit eum:⁊ decimas accepit ab eo. Quia igi-
tur tam sacratum nomen est patris:⁊ tam ve-
nerabile:idcirco q maledixerit patri:aut ma-
tri:morte morietur. Similia etiam de matre
existimanda sunt:cuius labore:cuius cura:cu-
ius ministerio ⁊ natus:⁊ nutritus es. Et ideo
oportet te ẜm Apostolum parem gratiam re-
ferre parentibus. Si enim dehonoraueris pa-
trem carnalem:huius contumelia ad patrem
spiritus redit:⁊ si iniuriam feceris matri car-
nali:ad illam matrem Hierusalem celestẽ re
dundat iniuria. Sic ⁊ seruus si domino inre-
uerens fit:per hunc corporalem dominum in
dominum maiestatis contumeliam iactat. Il-
le enim huic carnali domino suum nomen im
posuit:⁊ ideo nullo genere aduersum patrem:
aut matrem:ne verbo quidem habendũ certa
men est:aut mouẽda cõtradictio. Pater est:
mater est:vt ipsis videtur:agãt:faciãt: dicãt:
Ipsi nouerint quantũcũq: detulerimus obse-
quij:nõdum reddimus vicẽ gratie:qua geniti
sumus:qua portati:qua hausimus lucẽ: qua
nutriti sumus: fortassis ⁊ eruditi:⁊ honestis
artibus instituti. Et ipsis fortasse auctoribus
agnouimus deũ:⁊ ad ecclesiã dei venimus:⁊
sermones diuine legis audiuimus. Propter
hec ergo oĩa quicũq: maledixerit patri:aut ma-
tri:morte moriet̃. Quod si hec de corporalibꝰ
parẽtibus decernũtur:quid illi faciẽt:qui deũ
patrem maledictis lacessunt?qui eum negant
cõditorem esse mũdi:aut qui celestẽ Hierusa-
lem:que est mater omnium nostrum indignis
sensibus intellegẽtes dicta ꝓphetica:ad cõdi-
tionẽ terrene alicuius vrbis adducũt? Bonũ
ergo est obseruare:ne quando aut carnalẽ pa
trem:aut celestem:minus digna honorificen-
tia veneremur. Similiter ⁊ matrẽ:obseruare
etiam omne mandatum: quod nobis pudici-
tiam:castitatẽq: cõmẽdat:vt neq: in presenti
vita ẜm legem obnoxij simus morti: neq: ẜm
spiritalem futura nos pena maneat ignis eter
ni:ex quo effugere:⁊ euadere omnibus nobis
ꝯcedat dñs noster Iesus Christus. Cui ẽ glo-
ria:⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De magno sacerdote.   Homilia.XII.

OMnis:qui inter homines sacerdos est:
si attendat ad illum sacerdotẽ de quo
dixit deus. Tu es sacerdos in eternum ẜm or-
dinem Melchisedech:paruus est:⁊ exiguus.
Ille est autẽ magnus sacerdos:qui potest pe
netrare celos ⁊ vniuersam supergredi creatu-
ram:⁊ ascendere ad eum: qui lucem habitat
inaccessibilem deum:⁊ patrem vniuersitatis:
Propter qđ ⁊ ille:qui apud iudeos magnus
dicebatur sacerdos:introibat quidem in san-
cta:sed manu facta: sed lapidibus extructa:

non ascendebat in celum: nec adstare poterat apud patrem luminum. Sed quia horum vmbram implebat: et imaginem: idcirco etiam magni sacerdotis nomen per vmbram gerebat: et imaginem. Unde et iudei per hoc: quod ad fidem proximi esse debuissent: quia apud ipsos adumbratio quedam: et imago preluxerat veritatis: dum typos veritatem putant: veritatē ipsam tamq̄ mendacium respuerunt. Nos autem: qui recipimus magnum sacerdotem: intellegere debemus quomodo vere ipse sit magnus sacerdos. Uere magnus sacerdos est: q peccata dimittit: non per sanguinem taurorū: et hircorum: sed per sanguinem suum. Quia ergo cognouimus qui sit magnus sacerdos: et confitemur ea: que in lege scripta sunt: de magno sacerdote scripta esse: idest de Saluatore: quem vere magnum sacerdotem esse superior tractatus ostendit. Uideamus nunc que sint: que de eo lex prophetico spiritu scribit. Et sacerdos (inquit) magnus ex fratribus suis: cui īfusum est super caput eius oleum chrismatis: et perfectas habet manus suas: vt induat sancta vestimenta: de capite cidarim non deponet: vestimenta sua non disrūpet: et ad omnem animam mortuam non intrabit. In patre suo: vel matre sua non contaminabitur: et de sanctis non exibit: et non coinquinabit nomē: quod est sanctificatum Dei sui super se: quia sanctum oleum dei sui in ipso est: ego dominus: hic vxorem virginem de genere suo accipiet. Uiduam autem: et eiectam: et pollutam: et meretricē: has non accipiet: sed virginem ex genere suo accipiet vxorem: et non maculabit semen suum in populo suo: ego dominus: qui sanctifico eum. Fuerit quidem etiam apud iudeos imago huius obseruantie: et custodita sint: que lex statuit a pontificibus iudeorum. Sed et si diligēter cuncta seruata sint: et si omnia que lex precepit impleta sint: nec sic quidem omnis hec obseruatio magnum potuit facere sacerdotem: quomodo etenim magnus dici potest sacerdos: q peccare potest? Quod autem sub peccato fuerint omnes etiam magni sacerdotes: et ex hoc ipso facile aduertimus: quod lex precipit: vt prius pro suis: post etiam pro populi peccatis offerat hostiam sacerdos. Quomodo ergo magnus est sub peccato positus? Meus autem sacerdos magnus Jesus: idcirco magnus est: q2 peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et quia venit ad eum princeps huius mundi: et non inuenit in eo quicquam. Ideo ergo et Gabriel archangelus natiuitatem eius annunciat: et dicit. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Peccatū hominē paruū facit: et exiguum. Uirtus eminentem prestat: et magnum. Sicut enim egritudo corporis exile: et exiguum facit corpus hominis: sanitas vero letum reddit: et validum: ita intellege: quia et animam egritudo quidem peccati humilem facit: et paruam: sanitas vero interioris hominis: et virtutis opera: magnam faciunt eam: et eminentem: et quantum in virtutibus crescit: tanto prolixiorem reddit magnitudinem sui. Sic ego intellego illud: quod de Jesu scriptū est: quia proficiebat sapientia: et etate: et gratia apud deum: et homines. Nam quis est hominum: qui non proficiat etate in pueritia: vt hoc velut egregium quiddam de Jesu scriberetur? Ad te hec dico: qui corporaliter audis: quod Jesus etate proficeret. Intellege ergo: q2 etate anime proficiebat: et magna fiebat anima eius propter magna et ingentia opera: que faciebat. Deniq3 sciens et Apostolus hanc etatem de interiori homine sentiendam: ita scribit. Donec omnes occurramus in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis Christi. Nam fm corpus crescere: et magnum fieri: non est in nobis. Corpus enim ex genitali origine quantitatis materiam sumit: vt vel magnum: vel exiguum fiat. Anima vero in nobis habet causas: et arbitrij libertatem: vt vel magna: vel parua sit. Si ergo pusilla: et parua sit anima: etiam scandalizari potest. Sic enim scriptum est in euangelio. Quia expedit precipitari in profundum maris: quā scandalizare vnū de pusillis istis. Qui magnus est: non scandalizatur: sed qui pusillus est. Qui magnus est: quodcunq3 viderit: quodcunq3 passus fuerit: non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo: et paruus: occasiones querit quomodo scādalizetur: quomodo in fide videatur offendi. Propterea deniq3 oportet nos maxime his consulere: qui parui sunt in fide: nec tantam curā circa magnos et fortes: quantā erga paruulos: et insipientes debemus impendere. Fortis enim omnia tolerat: omnia suffert: et nunquam cadit. Paruuli vero: et infirmi in fide: obseruādum est: ne occasione nostri offendantur: et recedant a fide: ac decidant a salute. Aut ostendes mihi de scripturis: vbi aliquis peccator: aut parui meriti: magnus appellatus sit. Nusquam (opinor) inuenies: audi vero qui sunt: qui magni appellantur. De Isaac dicitur: quia proficiebat valde: vsquequo factus est magnus valde. Moses magnus dictus ē: et Johannes baptista magnus dictus est: nunc autem Jesus magnus dictus: et post hunc iam nullus appellatus est magnus. Prius enim quam adesset: qui vere magnus est: ad compa-

rationem reliquorum hominu3 magni appel-
lati sunt sancti:quorum superius fecimus mē-
tionem.Ubi vero aduenit ipse:qui non ex cō-
paratione ceterorum:sed sui magnitudine ve-
re magnus erat:de quo etiam scriptum est.
Quia exultauit vt gigas ad currendam via3:
vltra iam nullus magnus appellatus est.Hic
est ergo:de quo scribitur. Magnus sacerdos
ex fratribus suis.Quibus fratribus?De qui-
bus dixit cum resurrexisset a mortuis. Uade
ad fratres meos:⁊ dic eis.Ascendo ad patre3
meum:⁊ ad patrem vestrum:⁊ ad deum meū:
⁊ deum vestrum.Si autem vis ex antiquis lit-
teris discere fratres Jesu:lege vicesimum pri
mum psalmu3:vbi ex persona Christi dicitur.
Narrabo nomen tuum fratribus meis:in me
dio ecclesie laudabo te.Ex fratribus ergo suis
magnus est Jesus:ex his:qui ꝑus magni fue-
rant appellati.Et sicut pastorum pastor est:⁊
pontificu3 pontifex:⁊ dominantiu3 dominus
⁊ regu3 rex:ita ⁊ magnorū magnus est:⁊ ideo
addit magnus ex fratribus suis. Post hec ve
ro:cui (inquit) infusum est oleum chrismatis
super caput eius. Istud oleum noli requirere
in terris:quod super caput infunditur magni
sacerdotis:vt fiat Christus.Sed si videtur:di
sce a propheta Dauid istud oleum quale sit.
Dilexisti (inquit) iustitiam:⁊ odisti iniquita-
tem:propterea vnxit te deus deus tuus oleo le
titie pre consortibus tuis.Istud est ergo oleu3
letitie:quod capiti eius infusum:fecit eū Chri
stum.Sed audit adhuc ad laudes eius. Qui
consumatas (inquit) habet manus.Cui na3
(queso) hominum hoc conuenit dici?In quo
mortaliū perfectas inuenire possumus manus?
Etia3 si Aaron iste sit:cuius mentio fieri vide-
tur.Quomodo ꝯsumatas putabitur habuisse
manus:quibus vitulu3 fabricauit:quibus ido
lu3 sculpsit?etiam si ipsum Mosen proferas:
quomodo consumatas habuisse videt̄ manus:
qui nō glorificauit dominū ad aqua3 contradi
ctionis. Pro quo delicto etia3 vita iubetur ex
cedere?Quod si ⁊ alium quēquam sanctorum
memorare velis:occurrit tibi sermo scripture:
qui dicit.Quia nō est homo super terram:qui
faciat bonu3:⁊ non peccet.Merito ergo solus
Jesus cōsumatas habet manus:qui solus pec
catu3 non fecit:hoc est:qui perfecta:⁊ integra
opera manuu3 habet.Et ideo de ipso recte di
citur.Qui consumatas habet manus:vt indua
tur sancta.Hic eni3 est:q vere indutus est san-
cta:non illa:que in typo erāt:sed ipsa:que ve-
re sancta sunt.Quod si vis audire de excelsio-
ribus indumētis eius:accipe verba propheti-
ca.Amictus (inquit) lumine:sicut vestimēto:
abyssus sicut pallium amictum vestimentum
eius.Hic ē mei magni pōtificis habitus:quo
modo indicatur ꝓfunda scientia:⁊ sapiētie lu-
ce vestitus:que vere sancta sunt indumēta.Nō
(inquit) auferet de capite suo cidarim. Ja3 ⁊
prius diximus cidarim genus eē operimenti:
quod capiti superpositū pontifici prestat orna
tu3.Hic ergo magnus pontifex meus nūq̄ de
ponit sacri capitis ornatum.Quid sit autē ca
put Christi:ab Apostolo disce qui dicit. Ca-
put autē Christi deus.Merito igit̄ istu3 capi-
tis sui:qui deus est:nūqua3 deponit ornatum:
q2 semper est pater in filio:sicut filius semp in
patre:⁊ vestimenta sua non disrumpet. Uere
hic est:qui vestimēta sua non disrūpit:s3 sem-
per ea mūda:semper integra:semper casta ser
uauit.Et ad omnem animam defunctam non
intrabit.Que est anima defuncta?quam mor
tuam propheta dicit.Anima que peccat:ipsa
morietur:super hanc ergo animam mortuam
Christus non superuenit:q2 sapientia est:⁊ sa-
pientia non intrat ad anima3 maliuolā. Ipsa
est eni3 mortua:q2 cui inest malitia:inest ⁊ pec
catum. Peccatum autem cum consumatum
(inqt) fuerit generat morte3. Et propter hoc
Jesus non intrat ad animam mortuā. Si aūt
viuet anima:hoc est si non habeat in se morta-
le peccatum:tunc Christus: qui est vita venit
ad animam viuentem.Quia sicut lux non pōt
esse cum tenebris nec cu3 iniquitate iustitia:ita
nec vita potest esse cum morte. Et ideo siquis
sibi conscius est quod habeat intra se peccatu3
neq3 id a se per penitētia plenissime satisfactio
nis abijcere non speret: quod intret Christus
ad animam eius: qui ad omnem animam de-
functam non intrat: q2 magnus sacerdos est.
In parte suo:⁊ matre sua: non contaminabi-
tur.Hic scripture locus difficillimus est ad ex
planandum:sed si orationibus vestris deu3 pa
trem verbi deprecemini:vt nos illuminare di
gnetur:ipso donāte poterit explanari.Omnis
qui ingreditur hunc mundum: in quadam cō
taminatione effici dicitur. Propter qđ ⁊ scri-
ptura dicit.Nemo mundus a sorde: nec si vni
us diei fuerit vita eius.Hoc ipsum ergo quod
in vulua matris est positus: ⁊ quod materiam
corporis ab origine paterni seminis sumit i pa
tre ⁊ in matre contaminatus dici potest. Aut
nescis:q2 cum quadraginta dierū factus fue-
rit puer masculus:offertur ad altare:vt ibi pu
rificetur tanquam qui pollutus fuerit in ipsa
conceptione:vel paterni seminis: vel vteri ma
terni?Omnis ergo homo in patre:⁊ in matre
pollutus est:solus vero Jesus dominus meus
in hac generatione mūdus ingressus est: i ma

tre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum. Ipse enim erat: qui et dudum per Salomonem dixerat. Magis autem cum essem bonus: veni ad corpus incoinquinatum. Non est ergo contaminatus in matre: sed ne in patre quidem. Nihil enim Joseph in generatione eius preter ministerium prestitit: et affectum. Unde et pro fideli ministerio: patris ei vocabulum scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in euangelio: Ecce ego: et pater tuus dolentes querebamus te. Sic ergo solus est hic sacerdos magnus: qui neque in patre pollutus sit: neque in matre. Videamus autem si adhuc possumus aliquid sublimius: et pro dignitate tanti pontificis inuenire. Pater omnium verus: dicitur deus: Matrem autem: Apostolus Hierusalem dicit esse celestem. Omnes ergo qui peccant: contaminantur in patre a quo creati sunt. Siue enim egimus aliquid impium: siue locuti sumus: siue cogitauimus contra deum cum non credidimus deo: contaminati sumus in patre. Sed atque utinam tunc solum per incredulitatem factum sit: cessatum sit vero postquam credidimus. Sic ergo etiam contaminamur in matre: si credentes deo: vel ecclesiam ledimus: vel libertatem matris celestis indigna peccati seruitute fedamus. Solus vero dominus noster Jesus Christus: qui peccatum nescit: neque in patre: neque in matre contaminatus est: et de sanctis non exiuit. Fuerant quidem nonnulla et in superioribus proponenda iudeis: ad que respondere non possent. Sed omissis illis: de hoc interim sermone quid nobis dicant: vel ipsi: vel qui secundum ipsorum sensum intellegi legem volunt: si hec ad pontificem nostrum: et Saluatorem non referantur: quomodo secundum litteram probabit: quod de sanctis non exeat magnus sacerdos: qui utique et uxorem accipiebat: sicut inferius dicitur Virginem de genere suo? Si de sanctis non exit: si nusquam procedit: quomodo aut ad quos usus accipere iubetur uxorem? Neque enim putandum est quod cum uxore intra sancta manere potuerit. Sed hec putent illi: quibus placent iudaice fabule. Nos autem habemus sacerdotem magnum secundum ordinem Melchisedech Christum Jesum: nunquam de sanctis exeuntem: semper enim in sanctis est: et manet semper sanctus in verbis suis: sanctus in actibus suis: sanctus in omnibus voluntatibus suis: et solus est: qui nunquam inueniatur extra sancta. Qui enim peccat: exit de sanctis: et quotiescunque quis peccat: toties efficitur extra sancta. Christus autem qui nunquam peccauit: nunquam exijt de sanctis: sed et tu qui sequeris Christum: et imitator eius es: si permaneas in verbo dei: si in lege eius mediteris die: ac nocte: si in mandatis eius exercearis: semper in sanctis es: nec unquam inde discedis. Neque enim in loco sancta querenda sunt: sed in actibus: et vita: ac moribus. Que si secundum deum sint: et secundum preceptum dei habeantur: etiam si in domo sis: etiam si in foro. Et quid dico in foro? etiam si in theatro inueniaris verbo dei deseruiens: in sanctis te esse non dubites. Aut non tibi videtur Paulus cum ingressus est theatrum: vel cum ingressus est Ariopagum: et predicauit Athenensibus Christum in sanctis fuisse? sed et cum perambulasset aras: et idula Atheniensium: ubi inuenit scriptum ignoto deo: et ex hoc verbo sumpsit Christi predicationis exordium: etiam ibi aras gentilium lustrans in sanctis positus erat: quia sancta cogitabat. Sed et quicunque custodit se post acceptam gratiam dei ne incidat in homicidium: in adulterium: in furtum: in falsum testimonium: et alia similia: sed permanet mundus ab omni contagione peccati: non exiuit iste de sanctis: et non contaminauit sanctificationem dei in semetipso: quia sanctum oleum chrismatis dei sui super ipsum est. Illud oleum: de quo in Exodo scriptum est. Quomodo potest secundum litteram proprie oleum dei dici: quod arte myrepsica confectum est a pigmentario? Sed si vis videre oleum Dei: audi quem propheta dicat unctum esse oleo Dei: illum sine dubio: de quo dicit. Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre participibus tuis. Hic ergo est magnus sacerdos: qui solus oleo dei unctus est: et in quo semper sanctum permansit diuini chrismatis oleum. Sed quid additur post hec? Hic uxorem virginem de genere suo accipiet: viduam autem: et eiectam: et meretricem non accipiet: sed virginem de genere suo: et non contaminabit semen suum in populo suo: ego dominus: qui sanctifico eum. Quia ergo totius expositionis ordo ad verum sacerdotem magnum reuocatus est Christum, Videamus nunc quid et de nuptijs eius intellegi debeat. Paulus apostolus dicit. Uolo autem vos omnes uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate: que in Christo est. Uult ergo Paulus omnes Corinthios virginem castam exhibere Christo. quod utique nunquam vellet: nisi possibile videret. Unde et mirum fortasse videatur: quomodo hi: qui diuersis peccatis corrupti ad fidem Christi venerunt: omnes simul virgo casta dicantur. Que virgo tam sancta: tam casta sit: ut mereatur etiam Christi nuptijs copulari. Uerum qui hec ad carnis

integritatem referre non possumus: certuꝫ est quod integritatem anime spectent: cuius ſm ipsius Pauli sententiam: simplicitas fidei: q̄ in Christo est: virginitas eius appellata est: ⁊ per hoc quoniam cessantibus: vel philosopho ruꝫ sophismatibus: vel superstitionibus iudai cis in fide simplici Christus sibi adsumpsit ecclesiam: virginem de genere suo accepit vxorem. Huius namqꝫ fidem non corrumpet philosophicus sensus: nec circūcisionis ambitio: sed in simplicitate confessionis tanquaꝫ in virginali integritate permansit. Sic enim ⁊ dudum promiserat per profetam dicens. Despō sabo te mihi in fide. Omnis ergo ſm apostolū qui in Christo est: noua creatura est. Et sicut idem Apostolus dicit. Ut exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugaꝫ: aut aliquid eiusmodi: sed vt sit sancta: ⁊ immaculata. Quomodo ergo eam: que rugosa est: facit eē sine ruga: nisi quia renouat eam: ſm quod scriptum est. Nam ⁊ si is: qui deforis est: homo noster corrumpitur: sed qui intus est: renouatur de die in diem. Uiduam sane: ⁊ meretricem: ⁊ eiectam nō accipiet Christus: nec intrat talis anima thalamum sponsi. Qui enim ingressus fuerit illuc non habēs indumenta nuptialia: perferet illud: quod scriptum esse nostris in euangelio. Uirginem ergo accipisset: viduam non accipiet: neqꝫ meretricem: neqꝫ eiectam: aut contaminatam. Meretricem quidem: ⁊ abiectam animam: ⁊ pollutam: cur non suscipiat Christus in coniugiuꝫ: non est laboris exponere. Uidua vero cur non recipiatur: diligentius intuendum est. Paulus apostolus ad Romanos scribens. Uirum anime legem dicit: eamqꝫ cum mortuus fuerit vir: solutam esse pronuntiat a lege viri: vt iaꝫ non sit adultera si nupserit Christo. Quod si eueniat: vt lex quidem anime ipsi moriatur: idest vt anima discedat a lege: nec tamen constringat se castioris cōnubij disciplinis: ⁊ a lege discedens: euangelici dogmatis non suscipiat iugum: hec nubere Christo non poterit: que libertatis lasciuiam quesierit: non fidei virginalis: ⁊ simplicis cultuꝫ. Hic ergo sacerdos magnus vxorem virginem accipiet de genere suo. Pōt ⁊ propter hoc dictū videri de genere suo: qđ anima Christi ex genere ⁊ ex substātia fuerit humanarum omnium animarum. Potest ⁊ ſm hoc: quod fratres vocat credentes in se: de genere suo dici anima: que in fide tanquam nuptijs sociatur. Illud tamen nolo vos lateat: quod Hebrei negant se scriptū habere: quod nos apud. lxx. interpretes inuenimus de genere suo: ⁊ recte illi non habēt scriptum. Ablata est enī ab illis propinquitas dei: ablata est adoptio filiorum: ⁊ translata est ad ecclesiam Christi. Illi ergo non habent scriptum. qꝛ de genere christi sint: sicut nec esse meruerunt. Nos auteꝫ: qui hoc scriptum habemus: ⁊ legimus: gaudeamus quidē de dignatione dei: sed caute: ⁊ sollicite curemus ne nos vita nostra: ⁊ actus: ac mores faciant aliquando degeneres: ne ⁊ hoc ipsum nobis ad condē nationeꝫ ducatur: quod cū genus simus Christi: indignis: ⁊ fedis: ac diabolicis actibus seruiamus. Qui habet ergo sponsam: spōsus est. Audis quomodo sponsus dicitur Christus: sponsa vero eius anima dicitur: que fidei simplicitate: ⁊ actuum puritate incorrupta probatur ⁊ virgo. Dicit enim dominus ⁊ per Hieremiam prophetam. Nōne sicut dominuꝫ me ⁊ patrem vocasti: ⁊ principeꝫ virginitatis tue. Uiduam autem: ⁊ eiectam: ⁊ contaminatam: non accipiet. Siquis nostrum peccauerit: abiectus est: etiam si non abijciatur ab episcopo: siue quod lateat: siue quod interdum ad gratiā iudicetur: eiectus est tamen in ipsa conscientia peccati. Nec prodest hominis gratia: cuꝫ christus huiusmodi animam tanquam abiectam non recipiat in coniugium. Igitur neqꝫ viduam (sicut supra diximus) accipiet: neqꝫ eiectā neqꝫ pollutam. Polluta dicitur: que etiam si non ex integro cōpleuit peccatum: tamen hoc ipso quod cogitauit: quod voluit: quod optauit: etiaꝫ si non admisit: polluta est: ⁊ a magno pontifice non eligitur. Ualde enim puraꝫ: valde mūdam: ⁊ synceram requirit animā: quam sibi iungat: quia qui se iunxerit domino: vnus spiritus est. Unde etiaꝫ hoc ostenditur: ꝙ sint differentie peccatorum: ⁊ qui peccauerit peccatum ad mortem: abiectus sit. Qui autem non peccat ad mortem: sed inferius aliquid: pollutus sit: sponsa autē Christi: neqꝫ abiecta: neqꝫ polluta potest esse: sed virgo: incōtaminata: incorrupta: ⁊ mūda. Memento enim sermonis apostolici: quē Paulo ante proposuimus: dicentis. Ut exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam: non habēteꝫ maculam: neqꝫ rugam: aut aliquid eiusmodi: sed vt sit sancta: ⁊ immaculata. Sed ⁊ meretricem non accipiet. Que est anima meretrix: que ad se recipit amatores: de quibus dicit ꝓpheta. Meretricata es post amatores tuos. Qui sunt isti amatores: qui intrant ad animaꝫ meretriceꝫ: nisi contrarie potestates: ⁊ demones: qui desyderium capiunt pulchritudis eius. Pulchra nāqꝫ a deo creata est aīa: ⁊ satis decora. Audi quomodo ipse deus dicit. Faciamus hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē nostraꝫ. Uide cuius decoris: cuius

pulchritudinis est anima: imagineʒ habet ⁊ si
militudinem dei. Hanc pulchritudinem cōtra-
rie potestates cum aspiciunt: idest diabolus: ⁊
angeli eius: cōcupiscunt specieʒ ipsius: ⁊ q̄r nō
possunt sponsi eius fieri: meretricari cupiūt cū
ea. Si ergo susceperis o homo in cubili anime
tue adulterū diabolum: meretricata est anima
tua cum diabolo. Si receperis angelos eius: si
spiritus diuersos. qui peccare te suadeāt: mere
tricata est cum eis anima tua. Si spiritus ire:
si inuidie: si superbie: si impudicitie: ingressus
fuerit ad animam tuam: ⁊ receperis eum: ⁊ cō
senseris ei loquēti in corde tuo: delectatus fue-
ris his: que tibi s̄m suam mentem suggerit:
meretricatus es cum eo. Meretricem ergo nō
accipiet sacerdos magnus: ⁊ non contamina-
bit semen suum in populo suo. Quod est istud
semen: quod contaminari non vult? In euan-
gelijs scriptum est. Qui seminat: verbuʒ semi
nat. Non vult ergo contaminari verbuʒ Dei
ab his: qui seminant. Qui sunt ergo: qui semi
nant? qui verbum dei: in ecclesia proferūt. Au
diant ergo doctores. Ne forte anime cōtami-
nate: anime meretricanti: anime infideli verba
dei credant: ne forte mittant sanctum canibus
⁊ margaritas ante porcos: sed animas mūdas
virgines in simplicitate fidei: que in Christo
est: eligant. Ipsis cōmittant secreta mysteria.
Ipsis verbum dei: ⁊ arcana fidei proloquan-
tur: vt in ipsis Christus formetur per fidē: aut
nescitis: q̄r ex isto semine verbi dei: quod semi-
natur: Christus nascitur in corde auditorum?
Hoc enim ⁊ Apostolus dicit: donec formetur
Christus in vobis. Cōcipit ergo anima ex hoc
verbi semine: ⁊ cōceptū format in se verbum:
donec pariat spiritum timoris dei. Sic enim
per prophetam dicūt anime sanctorum. A ti-
more tuo domine concepimus in vtero: ⁊ par-
turiuimus: ⁊ peperimus spiritum salutis tue:
quem fecimus super terram. Iste est sanctarū
animarū partus: iste cōceptus: ista sunt sancta
coniugia: que conueniunt: ⁊ apta sunt magno
pontifici Christo Jesu domino nostro: cui glo
ria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De diebus festis: ⁊ lucerna: ⁊ candelabro: ⁊
oleo ad lumen: ⁊ de mensa: ⁊ panibus proposi-
tionis. Homilia. XIII.

Qui perfectus est ab ipso deo docetur de
solemnitatuʒ ratione: ⁊ homine ad hec
discenda magistro non vtitur: sed a deo discit
siquis potest capere dei vocem. Qui autem nō
est talis: sed inferior: discit ab eo: qui didicerit
a deo. Hec ergo est de solēnitatibus duplex q̄-
dam ratio doctrine. Una qua inluminata per
spiritum prophetica mēs docetur: que (vt ita
dicam) magis intuitu mentis discitur: quam
sono vocis: per quam veritas ipsa: non vmbra
⁊ imago veritatis agnoscitur. Hi vero: qui ip
sam dei claritatem capere non possunt: nec to-
tum fulgorem veritatis intenta mentis acie cō
spicari: audiunt de solemnitatibus secundo lo
co ab his: qui primo didicerunt: ⁊ cum illis ve
ritatem rerum ipsa inspectionis proprietas de
derit: ad istos veritatis vmbram perfert solus
auditus. Huius mysterij Apostolus conscius
dicebat de iudeis: q̄r vmbre: ⁊ exemplari deser
uiunt celestium. Ipsa enim celestia Moses vi
disse describitur. Typos auteʒ: ⁊ imagines eo
rum que viderat: populo tradidisse. Sic enim
ad eum diuinum dicit eloquium. Uide (in-
quit) omnia facito s̄m formaʒ: que ostensa est
tibi in monte. Tale ergo est: quod ⁊ in hoc lo-
co recitatum est: quia dominus locutus fuerit
de solemnitatibus ad Mosen: ⁊ post hec. Et
locutus est Moses (inquit) de diebus solem-
nibus domini dei filijs israel. Transacto vero
de his sermone: videamus quid post hec edo-
cetur Moses. Primo de lucerna: ⁊ candela-
bro: ⁊ oleo: quod ei infunditur. Secundo in lo
co: de mēsa: ⁊ panibus propositionis: ac nume
ro eorum: ⁊ qui eis vti debeant. Intendamus
ergo animuʒ diligentius his: que scripta sunt
⁊ ad hec dinoscēda concedi nobis gratiam do
mini deprecemur: vt in his: que legimus litte-
ris: que sit voluntas sancti spiritus: agnosca-
mus. Precipe (inquit) filijs israel: vt deferāt
tibi oleum de oliuis: mundum: expressum ad
lumen: vt ardeat lucerna semper extra velum
in tabernaculo testimonij: ⁊ accendent illam
Aaron: ⁊ filij eius a vespere vsqʒ in mane con-
tra dominum indesinenter: legitimum eterna
le in progenies vestras: in candelabro mundo
accēdetis lucernas contra dominum vsqʒ ma
ne. Candelabrum mūdum nominat: lucernas
accēdere per pontificem iubet: ⁊ earum lumen
ministrari ex oleo: quod datur a populo: prece
pit. Itaqʒ nisi dederit oleum populus sine du
bio extinguetur lucerna: ⁊ non erit lumē in san
ctis. Secundum litteram ergo hec erat conse-
quentia: vt cōferret populus oleū munduʒ de
oliuis expressum: vt ex eo ministraretur lumen
lucerne: ⁊ Aaron accēdebat lucernas a vespe-
ra vsqʒ mane. Fomentis olei: quod contulerat
populus: lumini pabulum prebens. Uerū quo
niaʒ lex spiritalis est: petamus a domino (si ta
men conuersi sumus ad dominum) auferri no
bis velamen de lectione veteris testamenti: vt
possimus aduertere que ratio sit cādelabri: vel

lucernarum eius:ſm intellegentiam ſpiritalẽ. Ante aduentum domini mei Jeſu Chriſti ſol non oꝛiebatur populo iſrael:ſed lucerne lumine vtebatur. Lucerna enim erat apud eos ſermo legis:⁊ ſermo pꝛopheticus: itra anguſtos concluſa parietes:que non poterat in oꝛbẽ terre lumen effundere. Jntra Judeam namqꝫ cõcludebatur ſcientia dei: ſicut ⁊ pꝛopheta dicit. Notus in Judea deus. Ubi vero exoꝛtus eſt ſol iuſtitie dominus.⁊ ſaluatoꝛ noſter:⁊ natus eſt vir: de quo ſcriptum eſt. Ecce vir. Oꝛiẽs nomen eſt ei:per vniuerſum modum ſciẽtie dei lumen effuſum eſt. Sermo ergo legis:⁊ ſermo pꝛophetícus erat lucerna ardẽs:ſed ardebat intra edem: nec vltra poterat emittere ſplendoꝛem ſuuꝫ. Quod autem ſermo legis: ⁊ pꝛophetarum lucerna dicatur: dominus ipſe nos docuit dicẽs de Joãne baptiſta. Jlle erat lucerna ardens:⁊ lucẽs:⁊ vos voluiſtis ad boraꝫ exultare in lumine eius. Et alibi dicit. Oẽ lex ⁊ pꝛophete vſqꝫ ad Joãnem. Lucerna itaqꝫ ardens eſt Joãnes:in quo lex cõcluditur: ⁊ pꝛophete. Donec ergo populus ille habebat oleum:quod conferret ad lumen: lucerna non eſt extincta. Ubi vero defecit in eis oleum miſericoꝛdie:oleum operum bonoꝛum:nec inuenta eſt apud eos puritas: purum namqꝫ oleum querebatur ad lumẽ:⁊ quia defecit in eis oleũ miſericoꝛdie:neceſſario extĩcta lucerna eſt. Sꝫ quid dicemus:qꝛ illis hec euenerunt: a nobis vero aliena ſunt iſta? Jmmo maioꝛ cura eſt chꝛiſtiano olei conquirẽdi. Uide enim quomodo dominus in euangelijs per parabolaꝫ ſtultas virgines nominat: que oleum non poꝛtabant in vaſculis ſuis: ⁊ in tantum ſtultas: vt quoniam defuit eis oleum ad ſuccedendas lãpades ſuas:thalamis excluſe ſint nuptiarum: nec pulſantibus que olei curam neglexerant: vltra aperiri iuſſerit ſponſus. Meminí tamen dudum nos cuꝫ centeſimi octaui decimi pſalmi exponeremus illum verſiculuꝫ:in quo ſcriptuꝫ eſt. Lucerna pedibus meis lex tua domine ⁊ lumẽ ſemitis meis. Diuerſitatẽ lucerne:⁊ lucis: pꝛo viribus oſtendiſſe. Dicebamus enim ꝙ lucernã quidẽ pedibus: ideſt iferioꝛibus coꝛpoꝛis partibus deputarit: lucem vero ſemitis dederit: que ſemite in alio loco ſemite eterne nominantur. Quia ergo ſm quandam myſticam rationeꝫ inferioꝛes partes creature mundus hic intellegitur:ideo lucerna legis his: qͥ in hoc mundo tanquaꝫ totius creature pedes ſunt: accẽſa memoꝛatur. Lux autẽ eterna erit illis ſemitis per quas in futuro ſeculo vnuſqſqꝫ pꝛo meritis incedit. Sed de his in ſuo loco ſufficiẽter pꝛo noſtris viribus dictum eſt. Nũc ergo quoniaꝫ veſpera eſt:⁊ nox vſqꝫ ad conſumationem ſeculi:⁊ vſquequo nouus dies futuri ſeculi:⁊ noue lucis effulgeat: ardet vnicuiqꝫ noſtrum lucerna hec:in tantuꝫ ſplendoꝛem luminis pꝛebens:quãtuꝫ olei copia vbertate operum fuerit miniſtrata. Deniqꝫ ⁊ Job in quodam loco:cum bona operuꝫ ſuoꝛũ exponeret: addidit etiaꝫ hoc. Cuꝫ ſplenderet (inquit) lucerna ſuper caput meum. Splendet ergo vnicuiqꝫ noſtrũ lucerna hec inquantũ oleo bonoꝛum operuꝫ fuerit accenſa. Si auteꝫ male agamus:⁊ opera noſtra mala ſint: non ſolum non accendimus:ſed extinguimus nobis iſtam lucernam:⁊ cõpletur in nobis illud: quod ſcriptura dicit:qꝛ qui male agit in tenebꝛis eſt: ⁊ qͥ odit fratreꝫ ſuuꝫ:in tenebꝛis ambulat. Extinxit enim lucernaꝫ charitatis:⁊ ideo in tenebꝛis ambulat. Aut nõ tibi videtur extinxiſſe lucernam:qui lumen charitatis extinxit? Qui autẽ diligit fratrem:in charitatis luce perdurat: ⁊ cum fiducia poteſt dicere. Ego auteꝫ ſicut oliua fructifera in domo dei: ⁊ filij eius ſicut oliua nouellaruꝫ in circuitu menſe eius. Oleũ ergo offerri iubetur a populo: ⁊ oleũ nõ qualecũqꝫ:ſed mũdũ: ⁊ non ex quibuſcũqꝫ ſeminibus (vt fieri diuerſis in regionibus mos eſt) Sed de oliuis expꝛeſſum:in quibus indicium pacis oſtenditur. Neqꝫ eniꝫ accepta poſſunt eſſe deo opera tua:niſi in pace peragantur:ſicut ⁊ Jacobus apoſtolus dicit. Fructus autẽ iuſtitie in pace ſeminatur. Jdcirco credo etiaꝫ dominus diſcipulis ſuis tradebat fidele depoſitũ dicẽs: Pacem meam do vobis:pacem meam relinquo vobis. De hac ergo oliua: oleum pꝛemamus operũ noſtroꝛuꝫ: ex quo lucerna domino poſſit accendi:vt non in tenebꝛis ambulemus. Hec quidem a nobis dicta ſint:quantũ ad lucernam cãdelabꝛi:⁊ oleũ eius ſpectat. Nũc vero videamus quid etiã in cõſequẽtibus de panibus pꝛopoſitionis ſcriptum ſit. Et ſumetis (inquit) ſimilaginẽ:⁊ facietis de ea duodecim panes. De duabus decimis erit vnus panis:⁊ imponetis eos duas poſitiones:ſex panes vna poſitio ſuper mẽſam mũdã cõtra dominũ. Et imponetis ſuper poſitionẽ thus munduꝫ:⁊ ſalem:⁊ erunt panes in cõmemoꝛatione appoſiti domino:die ſabbatoꝛuꝫ pꝛoponentur contra dominum ſemper a filijs iſrael: in teſtamentũ eternũ. Et erũt Aaron:⁊ filioꝛuꝫ eius: ⁊ edent ea in loco ſancto:ſunt enim ſancta ſanctoꝛum. Hoc erit illis de eis que offeruntur domino legitimum eternuꝫ. Secundum ea: que ſcripta ſunt in duodecim panibus: duodecim tribuũ iſrael videtur cõmemoꝛatio ante dominuꝫ fieri:⁊ pꝛeceptum dari:vt ſine ceſſatione iſti duo-

decim panes in cõspectu domini proponãtur: vt ⁊ memoria duodecim tribuum apud eum semper habeatur: quo veluti exoratio quedã: ⁊ supplicatio per hec pro singulis fieri videat. Sed parua satis: ⁊ tenuis est huiuscemodi intercessio. Quantum enim proficit ad repropitiandum: vbi vniuscuiusq3 tribus per panem fructus: per fructus opera consyderãda sunt? Sed si referantur hec ad mysterij magnitudinem: inuenies cõmemorationem istam habere ingẽtis repropitiationis effectũ. Si redeas ad illum panem: qui de celo descendit: ⁊ dat huic mundo vitam: illum panẽ propositionis: quẽ proposuit deus propitiatorẽ per fidẽ in sanguine eius: ⁊ si respicias ad illam commemorationẽ: de qua dicit dominus. Hoc facite in meã cõmemorationem: inuenies quod ista est cõmemoratio sola: que propitium facit hominibus deum. Si ergo intẽtius ecclesiastica mysteria recorderis: in his que lex scribit: future veritatis inuenies imaginem preformatam. Sed de his non est plura differere: quod recordatione sola intelligi sufficit. Possumus vero ⁊ aliter dicere. Omnis sermo dei panis est: sed est differentia in panibus. Est enim aliquis sermo: q ad cõmunẽ proferri possit auditum: ⁊ edocere plebẽ de operibus misericordie: aut totius beneficentie: ⁊ iste est panis: qui cõmunis videbitur. Est vero alius: qui secreta contineat: ⁊ de fide dei: ⁊ rerũ scientia differat: iste panis mũdus est: ⁊ ex simila confectus. Iste in conspectu domini ponendus est: ⁊ super mensam mũdã proponendus. Iste solis sacerdotibus sequestratus est: ⁊ filijs Aaron eterno munere cõdonatus. Uerum ne putes hec nos proprijs sensibus excogitata narrare: ⁊ non in diuinis obseruasse voluminibus. Proferam tibi de scripturis quomodo apud diuersos viros: panis diuersitas pro merito vniuscuiusq3 seruata est.

Refertur in Genesi quod Abraham patriarcha angelos suscepit hospicio: similiter autem ⁊ Loth. Sed Abraham: qui meritis precellebat: panes ex simila apposuisse describit: quos ⁊ ἐγκρυφίας: idest occultos: ac reconditos nominauit. Loth vero eo: quod non habuit similam: ex farina panes hospitibus apposuit: non quo ita pauper esset: vt non habuerit similam: qui in diuitijs non inferior patruo scribitur: sꝫ vtriusq3 meritorum differentia per hec designantur indicia: quod is quidem: cui erant a domino mysteria reuelanda: ⁊ ad quem dicebatur non celabo a puero meo Abrahã: quod facturus sum: qui imbuẽdus erat: ⁊ edocẽdus de occultis: ⁊ secretis dei: ille panes ex simila scribitur habuisse. Ille vero: ad quem nihil sacramenti deferebatu: sed ratio presentis salutis: ⁊ vite: panes cõmunes ex sola farina scribũtur habuisse confectos. Et tu ergo si habes scientiam secretorum: si de fide dei: de mysterio Christi: de sancti spiritus vnitate potes sciẽter cauteq3 differere: panes ex simila offers domino. Si vero cõmunibus vteris ad popolũ monitis: ⁊ moralẽ scis tantũmodo locũ tractare qui ad omnes pertinet: communẽ te obtulisse noueris panem. Sed videamus iam que sit cõfectio in istis panibus propositionis: qui ante dominum poni semper iubentur. De duabus (inquit) decimis: sit panis vnus. Duas quidem decimas dixit: sed cuius mensure sint iste decime nõ comprehendit: cum vtiq3 cõsequẽs fuisset si de quantitate simile volebat agnosci: ipsã: cuius duas decimas sumi iubebat noiare mẽsuram. Que ergo ista res est: cuius mensura: ⁊ modus nec cõprehẽdi potuit: nec numerari? Decem numerus vbiq3 perfectus inuenitur. Totius enim numeri ex ipso ratio: ⁊ origo consurgit. Competenter igitur autor: ⁊ origo omnium deus: sub hoc numero videtur ostendi. Sed si in ecclesia de solo patre loquar: ⁊ ipsius solius laudes proferam: vnius decime panem feci. Aut si de Christo solo fecero sermonem: ⁊ ipsius enũtiauero passionem: ⁊ resurrectionem predicauero: vnius decime obtuli panem. Si vero dixero: quia pater cum filio semper est: ⁊ ipse facit opera sua: vel etiam si dixero: quia pater in filio est: ⁊ filius in patre: ⁊ qui vidit filium: vidit ⁊ patrem: ⁊ quia pater ⁊ filius vnum sunt: ex duabus decimis simile mũde obtuli vnum panem: panem verum: qui vitam dat huic mundo. Heretici non faciunt de duabus decimis vnum panẽ: negant enĩ creatorem deum: patrem Christi esse. Neque vetus: ⁊ nouũ testamentũ vnũ faciũt panem: nec vnum spiritum in vtroq3 instrumẽto profitentur. Nos aũt in lege: ⁊ euãgelijs vnũ: atq3 eũdem inesse sanctũ spiritum dicimus: ⁊ isto quoq3 modo ex duabus decimis: vnũ panem ꝑpositiõis offerimus. Qui ergo separãt Christum a creatore deo patre suo heretici: ⁊ iudei: q solũ patrẽ recipiũt: ⁊ verbum: ⁊ sapiẽtiã eius Christum nõ recipiũt: non faciunt ex duabus decimis vnum panem. Nos autẽ mẽsure quidem ipsius: idest substãtie nomẽ: vel rationẽ: comprehendere: aut inuenire non possumus: confitentes tamen patrem: ⁊ filium: vnum facimus panem ex duabus decimis: non vt panis vnus ex vna decima fiat: ⁊ alius ex alia: vt sint ipse due decime separate: sed vt sint due iste decime vna massa: ⁊ vnus panis. Quomodo due decime vna massa fit? Quia non separo filium

filium a patre:nec patrem a filio. Qui enim vi
dit me (inquit) vidit ⁊ patrem. Fiunt ergo pa
nes singuli ex duabus decimis:⁊ ponunt duabus
bus positionibus:idest duobus ordinibus. Si
enim vna positio fieret:confusus: ⁊ permixtus
esset sermo de patre:ac filio. Nunc autē vnus
quidem est panis:vna eni3 voluntas est: ⁊ vna
substātia. Sed due sunt positiones:idest due p
sonarum proprietates. Illum enim patrem: q
nō sit filius:⁊ hunc filium dicimus : qui nō sit
pater. Et hoc modo duas decimas in vno pa-
ne seruamus:⁊ duas positiones ante dominu3
profitemur. Sed re vera magni (vt ita dica3)
cuiusdam pistoris:⁊ valde artificiosi est:dilig̃
ter istas seruare mensuras:⁊ ita temperare de
patre:⁊ filio sermonem cōiūgere: vbi oportet.
Et rursu3 vbi competit separare: vt neq3 due
mensure aliquando desint : neq3 vnquam nisi
vnus panis appareat. Duodecim ergo panes
ex ista simila fieri mādantur fm numerum tri
buum:que tunc erant carnalis israel. In quo
mihi videtur forma totius creature rationabi
lis cōtineri. Duodeci3 namq3 putātur esse ge
nerales ordines rationabilis creature: quoru3
figura erat in illis duodecim tribubus:in qui-
bus erat vnus quidā ordo regalis:qui Judas
nominat. Alius erat ordo sacerdotalis: ⁊ Le-
ui appellatur. Erat ⁊ alius ordo Judevicinus
qui Beniamin dicitur : in quo ordine ⁊ tem-
plum dei:⁊ altare collocatum est. Alius ordo
Isacbar:⁊ Zabulon:⁊ Effren:alijsq3:quos no
minatim designat scriptura diuina:quoru3 ra
tionem nō est nunc temporis explicare. Est ta-
men vniuscuiusq3 tribus:vel ordinis panis an
te dominum. Et licet sit aliqua tribus:que nō
ex libera:sed ex cōcubina israel descendat:⁊ ex
parte libera:ex parte seruilis sit tamen pro om
nibus ex duabus decimis panis pponitur an-
te dominum:⁊ in vniuersis due decime simila-
ginis constant. Proponi autem iubentur su-
pra mēsam mūdam. Quis est autem nostru3:
qui ita habeat mēsam mūda3: vt panes super
ea3 domino offerātur? Si sederis (inquit Sa
lomon) cenare ad mēsam potentis:intellegibi
liter intellege que apponitur tibi. Que est er-
go mēsa potētis:nisi mēsa illius : qui dicebat:
omnia possum in eo?qui me cōfortat Christo?
Et cum infirmor:tunc potens sum? In istius
potētis mēsa munda: hoc est in istius corde:in
istius mēte:domino panis offertur. Ad huius
potentis mēsam si sedeas cenaturus: intellegi
biliter intellege que apponūtur tibi:hoc est spi
ritaliter aduerte que dicuntur ab eo:vt ⁊ tu fa
cere possis:quod additur. Ait enim : sciens q2
talia te oportet preparare. S3 videamus quo-
modo hi duodecim panes proponantur. Due
(inquit) positiōes:in vna positione sex panes.
Putas ne ociosa sit ista diuisio? Quid est qđ
duodecimus numerus iterum partitur in sex?
Habet enim propinquitatem quādam cū hoc
mundo. Senarius numerus. In sex enim die-
bus factus est iste visibilis mundus. Duo igi-
tur ordines habentur in hoc mundo:idest duo
populi:qui fidem patris:ac filij in vna ecclesia
tanquam in vna mēsa mūda custodiunt: ⁊ sup
ponetur (inquit) super positionem:thus mun
dum. Thuris species formam tenet orationū.
Oportet ergo panibus fidei: orationum vigi-
lantiam puritatemq3 cōiungere. Pura aute3
oratio est (sicut Apostolus dicit) Leuātes pu
ras manus sine ira:⁊ disceptatione. Similiter
⁊ odoris suauitas īplere facit illud : quod scri-
ptum est Dirigatur oratio mea:sicut incensu3
in conspectu tuo. Si quis ergo orationes qui-
dem offerat deo: non tamen habeat mundam
conscientiam ab operibus malis:hic thus qui
dem videtur panibus superponere:sed non po
nit thus mundum. Nam si omne thus mūdū
esset:non vtiq3 addidisset scriptura. Thus mū
dum super panes propositionis ponēdum an-
te dominum. Nec enim putes quod omnipo-
tens deus hoc mādabat:⁊ hoc lege sanciebat:
vt thus ei ex Arabia deferretur. Sed hoc est
thus:quod deus ab hominibus sibi querit of-
ferri : ex quo capit odorem suauitatis : oratio-
nes ex corde puro: ⁊ conscientia bona : in qui-
bus vere deus suscipit fragrantiam suauita-
tis. Et erunt (inquit) panes in cōmemoratio-
nem propositi ante dominū. In die sabbatorū
proponetis ea. Si nōdum tibi manifestu3 erat
q2 panes isti verbum dei est:ex his nunc sermo
nibus confirmare. Quid est enim quod nobis
cōmemorationem dei faciat? Quid est quod
nos ad memoriam iustitie:⁊ totius boni reuo-
cet:nisi verbum dei? Ideo ergo dicit:q2 erunt
in commemorationem propositi ante domi-
num. Addit ⁊ in die sabbatorum :idest in reqe
animaru3. Et que maior fideli anime requies:
quam memoria Dei?quam in conspectu Dei
versari?quam in fide patris: ac filij permane-
re?quam orationes domino tāquam odorem
suauitatis offerre? Testamentu3 (inquit) eter
num erit Aaron:⁊ filijs eius: ⁊ manducabunt
ea in loco sancto. Aaron:⁊ filij eius: genus est
electum : genus sacerdotale : quibus hec por-
tio sanctorum donat a deo. Quod sumus oēs
qui credimus in Christo. Locum autē sanctū
ego in terris non requiro positum : sed in cor-
de. Locus enim dicit sanctus rationabilis ani
ma: propter quod ⁊ Apostolus dicit: Nolite

locum dare diabolo. Anima ergo mea locus est si male ago: diaboli. Si bene: dei. Deniqz et spiritus malignus cum (inquit) exierit ab homine: et circuierit loca arida: et requiem non invenerit: tunc dicit. Revertar ad locum meum vnde exivi. Locus ergo sanctus: anima est pura. In quo loco edere nobis mandatur cibum verbi dei. Neqz enim convenit vt sancta verba anima non sancta suscipiat: sed cum purificaverit se ab omni inquinamento carnis: et morum: tunc locus sanctus effecta: capiat panem illum: qui de celo descendit. Nonne melius sic intellegitur locus sanctus: quam si putemus structuram lapidum insensibilium locum sanctum nominari? Unde simili modo etiam tibi lex ista preponitur: vt cum acceperis panem mysticum: in loco mundo manduces eum: hoc est ne in anima contaminata: et peccatis polluta dominici corporis sacramenta percipias. Quicunqz enim manducaverit (inquit) panem: et biberit calicem domini indigne: reus erit corporis: et sanguinis domini. Probet autem se vnusquisqz et tunc de pane manducet: et de calice bibat. Sancta.n. sanctorum sunt. Vides quomodo non dixit sancta tantummodo: sed sancta sanctorum: vt si diceret cibus iste sanctus: non est communis omnium: nec cuiuscunqz indigni: sed sanctorum est: quanto magis hoc et de verbo dei recte: merito qz dicemus? Hic sermo non est omnium: nec cuiuscunqz: sed sanctorum est? Non quilibet verbi huius potest audire mysterium: nam tantummodo qui purificati sunt mente: qui mundi sunt corde: qui simplices animo: qui vita inreprehensibiles: qui conscientia liberi: ipsorum est de hoc audire sermonem: ipsis possunt explanari ista mysteria. Vobis enim datum est (inquit) nosse mysterium regni dei: illis autem: idest qui non merentur: qui non sunt tales vt mereantur: nec capaces esse possunt ad intellegentiam secretorum: illis non potest dari iste sacerdotalis panis: qui est secretus: et mysticus sermo. Sed in parabolis qui communis est vulgi. Legitimum eternale hoc erit. Legitimum namqz: et eternum est omne: quod mysticum est. Nam presentia hec et passim visibilia: temporalia sunt: et finem cito accipiunt. Preterit enim habitus huius mundi. Quod si huius mundi preterit: sine dubio et littere habitus preterit: et manent illa: que eterna sunt: que sensus continet spiritalis. Si ergo intelleximus primo quomodo deus loquebatur ad Mosen: et Moses filijs israel: secundo etiam rationem candelabri mundi: et lucernarum: atqz olei eius. Tertio quoqz panes propositionis ex duabus decimis singulos quosqz confectos si secundum voluntatem spiritus intelleximus: demus operam quomodo et nos hoc tanto: et tam sublimi intellectu non efficiamur indigni: sed vt anima nostra prius fiat locus sanctus: et in loco sancto capiamus sancta mysteria: per gratiam spiritus sancti: ex quo sanctificatur omne quod sanctum est. Ipsi gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De filio mulieris Israelitidis: et Egyptij patris: qui nominans nomen: maledixit: et de sententia dei inlata in eum. Homilia. XIIII.

Historia nobis recitata est: cuius quamvis videatur aperta narratio: tamen nisi diligentius continentiam eius: que est secundum litteram consequamur: interior nobis sensus haud facile patebit. Est ergo scripture sermo: de quo differendum est hic. Et exijt (inquit) filius mulieris israelitidis: et hic erat filius egyptij inter filios Israel: et litigaverunt in castris is: qui erat ex Israelitide muliere: et homo israelita: et nominans filius mulieris Israelitidis nomen maledixit. Et adduxerunt eum ad Mosen: et nomen matris eius Salomith: filia Dabri: ex tribu Dan: et miserunt eum in carcerem: vt iudicarent de illo per preceptum domini. Et locutus est dominus ad Moysen dicens. Eijce illum: qui maledixit extra castra: et imponent omnes: qui audierunt manus suas super caput eius. Et lapidabit eum omnis synagoga. Videamus ergo primo quid sibi velit historia: quam proposuimus: et quamvis plana videatur: tamen adhuc evidentius eam tentemus sub oculis ponere. Ponamus ergo vnum ex patre: et ex matre Israelitici nominis generositate gaudentem. Alium ex matre tantum: non etiam ex patre: et velut ex parte nobilem: et ex parte non patris: que vtiqz melior videtur: sed matris: que inferior est. Si enim pater fuisset israelita: et mater egyptia: esset aliquid amplius: hoc enim fuerant Manasses: et Effren. Nunc vero scriptum est: quia filius sit mulieris Israelitidis: et egyptij patris. Si ergo diligenter secutus es duos istos viros: vnum ex integro nobilem: alium ex parte: intuere nunc eos litigantes ad invicem. In qua lite is: qui patre egyptio: et matre sola Israelitide genitus videtur nominans maledixerit: et ob hoc productus sit is: qui maledixerat ad Mosen. Moses vero neqz absolvere eum ausus est: neqz condemnare sine deo: tradidit enim eum custodie vsqzquo a deo acciperet responsum quid velit fieri de eo. Hec est historie continentia. Nunc autem videamus que sit in ea spiritalis ratio: que edificare nos ecclesiam. Primo omnium sermo dicit: quia exijt filius mulieris Israelitidis: et egyptij patris: et

vnde vel quo exierit: non refert. Inueniuntur enim ambo in castris positi: sicut indicat sermo domini dicens. Educ hominem: qui male dixit foras: extra castra. Si ergo de castris educitur: necessario in castris erat. Quid ergo est quod cum nondum exisset de castris: dicit de eo scriptura diuina: ⁊ exijt filius mulieris israelitidis? Ego puto: q: docere nos vult sermo diuinus: quod qui peccat: dupliciter exire dicitur. Primo enim exit a proposito bono: ⁊ recta sentētia: exit a via iustitie: exit a lege dei. Postmodum vero cum confutatus fuerit pro peccato: exit etiam de cetu: ⁊ congregatione sanctorum. Ut si: verbi causa: dicamus: peccauit aliquis fidelium: iste etiam si nondum abijciatur per episcopi sententiam: iam tamen per ipsum peccatum. Quod amisit: eiectus est. Et quāuis intret ecclesiam: tamen eiectus est: ⁊ foris est: segregatus a consortio: ⁊ vnanimitate fidelium. Exijt ergo filius patris egyptij: ⁊ matris israelitidis: qui penitus extra fidem est: totus egyptius est. Qui autem inter nos est: ⁊ peccat ex vna quidem parte qua deo credit: israelitice videtur originis. Ex ea vero parte: qua peccat: de egyptio genus ducit. Duos ergo scriptura proposuit litigantes: vnum ex integro israelitam: qui litigauit quidem: sed non peccauit. Istum vero: cuius peccatum designat: maxima ex parte mixtum esse egyptio generi indicat: aduersum quem litigat israelita: ⁊ forte competēter: ⁊ rationabiliter litigat. Nam ⁊ in Exodo israelita: ⁊ egyptius litigāt. Ubi israelita superat: egyptius cadit. Igitur ⁊ ego hodie si veritatem defendam: si pugnem pro ecclesiastica fide aduersum eū: qui ex parte quidem credit Christo: ⁊ recipit scripturas: sed non integre sensum earum: nec fideliter recipit: litigo aduersum eum: qui ex matre quidem israelita est: ex patre vero egyptius. Siqs ergo ⁊ fidei credulitate: ⁊ nominis professione christianus est: ⁊ catholicus: iste ex vtraq; parte israelita est. Qui vero professione quidem christianus est: intellectu autē fidei hereticus ⁊ peruersus est: iste matrem quidem israelitidem: patrem vero egyptium habet. Quomodo ergo hoc accidit? Cum scripturas quis legit: ⁊ litteram quidem sequitur: intellectū autem repudiat spiritalem. Hic matrem quidē israeliticam habet: idest litteram. Sensum vero: quia spiritalem non sequitur: sed carnalē: isti est egyptius pater. Et ideo aduersum ecclesiasticum: ⁊ catholicum litigat: contra eū: idest qui ex vtraq; parte israelita est: qui ⁊ fm litteram israelita est: ⁊ fm spiritum: quia ipse fm litteram quidem israelita est: fm spiritum vero egyptius. Quid ergo est vtrisq; litigantibus? Necessario ille: qui carnalem sequit̄ sensum: tāquā de egyptio genus ducens nomen nominat: ⁊ maledicit: nominat enim nomen Dei: ⁊ cum maledicto nominat: negat enim eum creatorem esse mundi: negat esse patrem Christi. Nos vero: qui ex vtroq; genere israelite sumus: ⁊ litteram: ⁊ spiritum in scripturis sanctis defendimus: ⁊ litigamus aduersum eos: qui ex media parte israelite videntur: ⁊ dicimus: quia neq; fm litteram maledici oportet: neq; fm spiritum intellegentiam blasphemari. Maledicus enim non solum in deum: sꝫ etiam in proximum. Apostoli Pauli sententia a regno dei excluditur. Uide enim quomodo dicit Apostolus. Nolite errare: neq; fornicarij: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorum concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; maledici: regnum dei possidebunt. Uide te inter que crimina: inter adulteros: inter masculorū concubitores: inter auaros: quos alibi dicit idolis seruientes: etiam maledicos posuit: ⁊ a regno dei pariter cum illis exclusit. Uideant ergo siqui os suum quotidiana pene consuetudine hoc vitio insuescunt: quid eis periculi immineat. Putantes enim leue: ⁊ facile hoc esse peccatum: non facile cauent: sed considerent Apostolum quomodo maledicum a regno dei excludit: ⁊ deus per Mosen quomodo maledicū puniri iubet. Unde ⁊ ego valde admiratus sum: quod in hoc loco: quem habemus in manibus: scriptura nō aperte designauit: quia iste: qui ex egyptio genus ducit: maledixerit deum: sed tantum posuit: quia nominans maledixerit: ⁊ reliq̄t in medio vel de deo: vel de homine suspicandum. Unde mihi videtur idcirco noluisse aperte de deo pronunciare: ne de hominibus videretur dedisse licētiā: ⁊ ideo vel de Deo: vel de homine siluisse: vt de vtroq; caueretur. Uerum quoniam sententiam Apostoli proposuimus: qui dicit maledicos a regno Dei excludēdos: aliquid exposcit iste sermo solatij: ne omnīmode desperationē videamur indicere his: qui quotidiana pene maledicendi consuetudine rapiuntur: ⁊ ori suo adhibere custodiam: vel ostium neglegunt. Promissionis future nō vnus est modus: neq; simplex species: sed sicut docuit ipse dominus in euangelio: cum beatos dicit pauperes spiritu: ⁊ ipsorum dicit esse regnum celorum. Et item beatos dicit mites: nec tamen eis celorum regna: sed terre hereditatē promittit: dicit beatos: ⁊ pacificos: sed ne ipsis quidem celorum regnū dedit. Filios tamen eos Dei esse pronūciat: ⁊ cū diuersis diuersa repromittat:

omnes beatos dicit:qui ad ꝓmissa peruenissit:
non tamē oibus celorum regna promisit. Po
test ergo fieri:vt aliquis in ceteris forte operi-
bus:⁊ actibus emēdatus sit ⁊ perfectus:subri
piatur ei tamen aliquando oris vitio:lapsuqꝫ
sermonis:huic licet non promittant regna ce
lorum:nequaꝙ̄ tamen (si doleat) beatitudis
abscinditur locus:qui vtiqꝫ in regno celorum
est. Verūtamen eo magis siquis in ceteris per
fectus est:cauere debeat:ne ei subripiēs praue
consuetudinis vitiū:dum emēdare negligit:
a beatitudinis regno penitus excludat. Pos-
sumus adhuc addere etiam illud:quod natu-
ra peccati similis est materie:que igni consu-
mitur:quā edificari Paulus apostolus a pec
catoribus dicit:qui supra fundamētum Chri
sti edificant ligna:fenum:stipulaꝫ:in quo ma
nifeste ostenditu[r] esse quedam peccata ita le-
uia:vt stipule cō[p]arentur:cui vtiqꝫ ignis inla
tus diu non potest immorari. Alia vero feno
esse similia:que ⁊ ipsa non difficulter ignis ab
sumat. Verum aliquanto tardius:quaꝫ in sti
pulis imoretur. Alia vero esse:que lignis con
ferantur:in quibus pro qualitate criminū diu
tinum:⁊ grande pabuluꝫ ignis inueniat. Ita
ergo vnūquodqꝫ peccatum pro qualitate: vel
quantitate sui:penarum iusta persoluit. Verū
tamē quid opus est fidelibus:⁊ his:qui cogno
uerunt deum de penaruꝫ qualitatibus cogita
re? Quid opus est ligna:quid fenuꝫ:quid vel
ipsam stipulam fundamento Christi superpo
nere? Cur non magis auruꝫ:vel argentū:vel
preciosos lapides:precioso superponimus fun
damēto? Ubi cum ignis accesserit:nihil inue-
niat:quod absumat? Nam si accesserit ad sti-
pulaꝫ:ex stipula fauillas reddet:⁊ cineres. Si
vero accesserit ad aurum:auꝝ purius reddet.
Hec nobis dicta sint ꝓ his:qui neglegūt oris
maledici consuetudinem resecare:qui etiam si
non ex corde maledicant:etiam si non voto:⁊
animo iniquo proferant maledicta:tamen im
munditiam labiorum ꝰm Isaie verbum:⁊ in-
quinamenta oris incurrunt. Iste tamen qui li
cet matre israelitide:egyptio tamen patre ꝓ-
genitus est:exijt:⁊ nominans nomen maledi-
xit:de quo ego puto quod nisi exisset: nec liti-
gasset aduersum verū israelitē:nec nominans
maledixisset. Exijt eni a veritate:exijt a timo-
re dei:a fide:a charitate:sicut supius diximus
quomodo per hec quis exeat de castris eccle-
sie:etiam si per episcopi vocem minime abij-
ciatur. Sicut ecōtrario interdum fit:vt aliqs
non recto iudicio:eorum qui presunt ecclesie
depellatur:⁊ foras mittatur. Sꝫ si ipse nō an
te exijt:hoc est si nō ita egit:vt mereretur exi-
re:nihil leditur in eo:quod non recto iudicio
ab hominibus videt expulsus. Et ita fit:vt in
terdum ille:qui foras mittitur:intus sit:⁊ ille
foris:qui intus retineri videtur. Uis tibi osten
dam ⁊ aliuꝫ:qui a nullo eiectus exisse dicitur?
Scriptuꝫ est de Chaim:quia exijt a facie dei.
Quo exijt a facie dei? Ubi enim non erat faci-
es dei? Sed exisse dicitur:pro eo quod legem
nature egressus est:⁊ ignaram tāti sceleris ter
rā:fraterno sanguine primus infecit. Sūt tū ⁊
q bene exeunt:⁊ beati sunt:qui exeunt. Osten
dā ēt hoc de scripturis. In Exodo scriptuꝫ ē.
Oēs (inquit) qui q̄rebāt nomē dn̄i: exierunt
foras ad Moysen extra castra. Isti bn̄ exierūt
extra castra:qui sequebant Moysen: idest le-
geꝫ dei:⁊ de alijs dī. Exite populus meus de
medio eorum:⁊ immūdum nolite contingere.
Exijt ergo (inqt) filius mulieris israelitidis:
⁊ hic erat filius egyptij inter filios israel:⁊ liti
gauerunt in castris ille:qui erat ex israelitide
muliere:⁊ homo israelita. Uide quāta caute-
la scripture diuine:si tamen intendas:si diligē
ter inspicias:illum qui de israelitide matre:⁊
de egyptio patre natus est:non dixit hominē.
Illū vero:qui ex vtroqꝫ genere israelita erat:
hoiem noiauit. Putamus hec fortuitu scri-
pta? putamus casu adiectū:vt ille non diceret
homo:⁊ hic diceretur? Nō sunt ista fortuita:
ratio est. Nihil enim in verbis dei absqꝫ pro-
funda rōne cōscriptum est. Ille nāqꝫ q ex pr̄e
egyptius ex parte israelita erat:nōdum mere-
bat hō noiari. Iste vero:q ex integro israelita
erat:hoc ē:q mēte deū videbat:iste homo ap-
pellat:ille homo interior:q ad imaginē dei fa-
ctus:⁊ potest videre deum. Post hec iaꝫ:que
in posterioribus referuntur:non absqꝫ quadā
questione sunt. De qua multi querentes:non
multa explicare potuerunt. Sed si vestris me
orationibus iuueritis:tentabimus etiā nos in
medium proferre:que dominus dederit. Ho-
mo (inquit) si maledixerit deum:peccatū ac-
cipiet. Qui aūt nomiat nomen domini: morte
moriatur. Quid est hoc? Qui maledixerit deū
non habet penam mortis:sed qui nominaue-
rit nomen domini? Nonne multo grauius est
maledicere deū:quā nominare? quāuis in va-
num nominasse dicat? Et quomodo qui male
dicit peccatum suscipit tantum:qui autem no
minat:morte mulctatur? Hec ergo sunt:que
in hoc loco solēt questioneꝫ mouere:que igno-
rantibus sensum scripturarum:inconsequen-
ter dicta videntur:⁊ incōgrue. Putant enim
quod ille:qui nomen dei maledicit:statim pu-
niri debeat. Ille vero qui nominauerit nomē
domini:hoc est superfluo: ⁊ in vanum nomi-

nauerit:

91

nauerit: sufficiat accepisse peccatū: sed nos cō sequentiam sermonis tali quodam sensu tentemus aperire. Maius esse peccatū: in quo male dicitur deus: quam in quo nominatur: dubitare non possumus. Restat vt ostendamus multo esse grauius accipere peccatum: & habere secum: quā morte mulctari. Mors que pene causa infertur pro peccato: purgatio est peccati ipsius: pro quo iubetur inferri. Absoluitur ergo peccatum per penam mortis: nec superest aliquid: quod pro hoc crimine iudicij dies: & pena eterni ignis inueniat. Ubi vero quis accipit peccatum: habet illud secum: ac permanet cum ipso: nec aliquo supplicio pena: que diluitur transit: cum ipso est etiam post mortem. Et quia temporalia hic non persoluit: ibi expēdit eterna supplicia. Uides ergo quanto grauius sit accipere peccatum: quam morte mulctari? Hic enī mors pro vīdicta datur: & apud iustum iudicem dominum non vindicatur bis in idipsum: sicut propheta dixit. Ubi autē nō est soluta vindicta: peccatum manet illis: eternis ignibus exigendum. Quia autem hec ita se habeant: possum tibi testes ex diuinis voluminibus adhibere Ruben: & Judam patriarchas loquentes ad patrem suum Jacob: cum vellent adsumere secū Beniam: & ducere ad Egyptum propter sponsionem: quam cū Joseph fratre pepigerant: ibi ergo Ruben ita dicit ad patrem. Ambos filios meos occide: nisi reduxero ad te Beniamin. Judas vero ait. Peccator ero in te: nisi reduxero eum tibi. Jacob ergo pater ipsorum sciens multo esse grauius: quod promiserat Judas: qui dixerat peccator ero in te: ab eo qui dixerat occide filios meos. Ruben quidem non credidit filium tāquam qui leuiorem elegerit penam. Jude vero tradidit: sciens grauius esse quod elegerat. Hoc ergo modo conuenienter aptauit scriptura diuina ei: qui maledixerit deum: vt peccatū sumat. Ei vero: qui leuius delinquit: qd morte moriatur. Uis autē & de euangelijs noscere quod qui receperit in hac vita mala sua: ibi iam non recipiat. Qui autem hic non receperit: ibi seruentur ei omnia? Docet nos exemplū Lazari pauperis: & illius diuitis: ad quē dicitur in infernis a patriarcha Abrahā. Memento fili: quoniā tu recipisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala. Nunc autem tu quidem cruciaris: hic vero requiescit. Et solēt homines ignorātes iudicia dei: que sunt abyssus multa: conqueri aduersum deū: & dicere. Cur homines iniqui: & iniusti: raptores: impij: scelesti: in hac vita nihil patiuntur aduersi? Sed cuncta eis prosperis successibus cedunt: bonores: diuitie: potentia: sanitas quoqz eis ipsa: & corporis habitudo famulentur? Ecōtra in nocentibus: ac pijs: & colētibus deum: innumerabiles erumne superueniant: abiecti: & humiles contēpti: & sub colaphis potentum viuant? Nōnūquam etiā seuius eis morbi quoqz ipsius corporis dominētur? Sz hec (vt dixi) cōqueruntur: ignorantes quis sit ordo diuinis iudicijs. Quanto enī grauius eos puniri voluit: de quorum potentia: & iniquitatibus ingemiscunt: tanto necessariū est differri penas. Que si non differentur: temporales vtiqz: & leuiores essent: quia finem cum morte reciperent. Nūc vero quia differrūtur: certū est q̄ eterne erūt: & cum seculis extendentur. Ecōtra igitur si vellint iustis: & innocentibus in presenti seculo bona reddi: essent etiam ipsa bona temporalia: & celeri termino concludenda. Quanto autē magis differuntur in futurum: tanto erunt perpetua: & nescient finem. Hoc est ergo: quod nos scripture huius locus paucis sermonibus cōprehēsus edocuit: vt sciamus multo eē grauius accipere peccatū: & habere: ac secum ad inferna deferre: quā in presenti penā dare commissi. Et ideo hec sciēs expedire fidelibꝰ. Apostolus Paulus dicit deo: q peccauerat. Quē tradidi (inqt) Sathane in interitum carnis: hoc est morte mulctasse. Qui autē sit fructus mortis huius ostendit in sequentibus dicens. Ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Jesu Christi. Uides ergo quomodo aperte Apostolus vtilitatē mortis huius exposuit? Quod enim dicit tradidi in interitum carnis hoc est in afflictionem corporis: que solet a penitentibus expendi: eumqz carnis interitum nominauit: qui tamen carnis interitus: vitam spiritui conferat. Unde & nunc siquis forte nostrū recordatur in semetipso alicuius peccati consciētiam: siquis se obnoxium nouit esse delicto: cōfugiat ad penitentiam: & spontaneum suscipiat carnis interitum: vt expurgatus in presenti vita spiritus noster: mundus: & purus pergat ad Christum dominum nostrum. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De venditionibus domorum: & redemptionibus. Homilia.XV.

TRes diuersas leges de domoꝝ venditionibus: & redēptionibus p Moysen in Leuitico datas videmus: quarum continētiā primo fm historiam pertractemus: vt post hoc ēt ad spiritalem sensum possimus ascēdere. Domorū quedam sunt in vrbibus muratis quedam in vicis: vel agris non habentibus mu-

ros. Ait ergo: vt si in ciuitate murata vendiderit quis domum: per annū integrū habeat copiam redimendi: post annū vero potestas recuperandi nulla conceditur. Erit enim (inquit) domus ipsius emptoris certa possessio: si intra annū liberare eam non potuerit: qui distraxit. Secunda lex est: vt si domus que distracta est: in vico fuerit: qui murū non habet: cui tamen vico ager adiaceat: liceat venditori: et post annū: et quandocūq; potuerit restituere pretiū: et recupare: quā distraxerat domū. Tertia lex est vt si forte domus sit leuite: vel sacerdotis: vbicūq; fuerit talis domus: siue in ciuitate murata: siue in vico: cui murus nō est: liceat semper et in omni tēpore: vt quādocūq; potuerit leuita: vel sacerdos redimat domum suā: nec vnquā vel sacerdotalem: vel leuiticam possessionē cōfirmari in alium: qui non sit eiusdē ordinis diuina iura permittunt. Iste sunt ergo leges: quibus vtebatur populus ille prior: etiam fm hoc ipsum quod per historiā designatur: religiose satis: et pie sacerdotalibus: vel leuiticis ordinibus consulentes. Sed citius hec referamus ad nos: quibus lex Christi si eā sequamur: nec possessiones in terra: nec in vrbibus domos habere permittit. Et quid dico domos? Nec plures tunicas: nec multam concedit possidere pecuniam: habētes enim (inquit) victū: et vestitum: his cōtenti simus. Quomodo ergo nos datas de domib⁹: siue īfra ciuitatē muratā positis: siue in vicis: qbus muri nō sunt: obseruabimus leges? Inuenimus in alijs scripture locis: quod sermo diuinus maiore quodā sacramento nominet domum: vt cum dicit de Iacob: et quasi pro laude eius ponit: erat enim (inquit) Iacob homo simplex: habitans domū. Et iterum inuenio de obstetricibus hebreorū scriptum: et quia (inquit) timebant deum obstetrices: fecerūt sibi domos. Videamus ergo quod obstetricibus quidem faciendarum domorū causa: fuerit timor dei. Iacob vero simplicitas: et innocētia causam dederit: vt habitaret domū. Deniq; Esau: qr malus fuit: non est scriptū de eo: qr habitauerit domū: nec de alio aliquo scriptum est: qr edificauerit sibi domum: qui non habuerit timorem dei. Que est ergo ista domus: et quale edificium est. Paulus apostolus exponit apertius: cum dicit. Domum habemus non manu factam: eternā in celis: hec ergo est domus: quam edificare nemo potest: nisi timeat deū: hec est domus: quā extruere: vel habitare nemo potest: nisi in simplicitate mentis: et puritate cordis. Sed quoniam accidere solet: vt etiam qui bene edificauerit: et domum sibi celestē bene agendo: et bene viuendo: ac recte credendo construxerit: incurrat alicuius peccati debitum: et hanc crudelissimo feneratore venundare cogatur: ac labores suos transfundere in aliū: pietas: et clemētia Legislatoris occurrit: vt intra certum tempus redimi possit. Si tamē inuenerit (inquit) manus tua precium quod restituas. Quale p̄cium? penitentie sine dubio lachrymis cōgregatum: et manibus: idest labore boni operis, inuentum. Annus autem iste intellegi pōt: quē venit vocare dominus annum acceptum: quo dimittat cōfractos in remissionem: et salutē delicta sua confitentibus prebeat. Quod autē dicit domū in ciuitate murata: recte (vt ego arbitror) domus: que in celo esse dicitur: in ciuitate murata esse intelligitur. Murus est enim huiuscemodi domibus ipsum celi firmamētū. Sed talem domū tari quiq; habere possunt. Illi fortassis: qui super terram ambulātes cōuersationem habent in celis: et de quibus dicit Apostolus: dei edificatio estis. Ceteri autē qui in vicis habent domos: quibus nō est murus: est tamen eis adiacens ager fecundus: illis fortassis qui sibi habitaculum preparant in terra viuentiū: et illa terra: quā māsuetis dominus promittit dicens. Beati mites: quoniam ipsi hereditate possidebunt terrā. Istas ergo domos si forte alicui (sicut supra exposuimus) lapsus acciderit: semp est recupandi facultas: vt verbi gra dicamus. Si nos aliqua culpa moralis fuenerit: que non in crimine mortali: non in blasphemia fidei: q̄ muro ecclesiastici: et apostolici dogmatis cincta est: sed vel in sermonibus: vel in morum vitio consistat: hoc est vendidisse domum: que in agro est: vel in vico cui murus non est: hec ergo venditio: et huiusmodi culpa semper reparari potest: nec aliquādo tibi interdicitur de commissis huiusmodi penitudinē gerere. In grauioribus enim criminibus semel tātum: vel raro penitentie conceditur locus. Ista vero cōmunia: que frequēter incurrimus: semper penitentiam recipiūt: et sine intermissione redimūtur. Quod si sacerdotalis fuerit (inquit) ista domus: vel Leuitica vbicūq; fuerit: siue in ciuitate: siue ī agro: semper habet redēptionem. In hoc loco sacerdotalem sensum: et leuiticam intellegentiam quero. Non enim inferior esse debet auditor horū si fieri potest illo ipso: qui hec scripsit: et fauxit. Quid est ergo quod sacerdos: et leuita domus sue semper: et vbicūq; fuerit: habet redemptionem? Secundum spiritalem intellegentiam sacerdos mens deo consecrata dicitur: et Leui appellatur is: qui indesinenter adsistit Deo: et voluntati eius ministrat: perfectio ergo in intellectu

92

tellectu: ⁊ opere: in fide: ⁊ actibus: sacerdos: ⁊ leuita accipiēdus est. Huic itaq; perfecte menti si acciderit aliquando domum: quam habet non manu factam eternam in celis vendere ⁊ in manus alterius dare: sicut cōtigit aliquando magno patriarche Dauid: cū de tecto suo Vrie cethei asperit vxorem: statim eam redimit: statim reparat: statim enim dixit peccaui. Jmmo vero aliquid adhuc sublimius in hoc debemus inspicere. Quomodo domus sacerdotū: ⁊ leuitarū: idest pfectarū mentium semp delicta redimātur: sempq; purgenť. Si quando scripturas diuinas legimus: ⁊ sanctorū patrū in ijs delicta aliqua recensemus: si fm apostoli Pauli sententiaʒ dicimus: q: hec omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autē propter cōmonitionē nostraʒ. Hoc modo semper domus eoꝝ redimitur: q: semp pro culpis eoꝝ purgatio: ⁊ satisfactio a doctoribus adhibetur: ostēdētib⁹ ex diuinis scripturis formas fuisse hec: ⁊ imagines reꝝ futuraꝝ: nō qb⁹ arguerenť delicta sanctoꝝ: sed qbus ostēderetur peccatores: ⁊ ipsos in pte sanctoꝝ: societatēq; cōsciscí. Nūq̄ ergo sacerdotalis possessio a sacerdote separať: ēt si ad tēpus fuerit ablata: ēt si fuerit distracta: semp redimiť: semp reparatur: velut si diceret charitas: que pfecta ē: oīa patiť: oīa sperat: oīa tolerat: charitas nūq̄ cadit. Sic ergo ⁊ possessio: ac domus sanctorum nūq̄ cadit: nūq̄ auferť: nūq̄ ab eoꝝ iure separatur. Quomō separari a sacerdotib⁹ pōt domus que edificata est supra fundamētū apostoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ: in qua est ipse angularis lapis Jesus Christus. Quod aūt possit aliquando domus ista distrahi: hoc est huiusmodi edificatio incidere peccatum: audi apostolus Paulus quomodo de talibus dicit. Ut sapiens architectus fundamētū (inquit) posui: alius superedificat: vnusquisq; autem videat quomodo superedificet. Fundamentum enim aliud nemo ponere potest preter id quod positū est: qui est Christus Jesus. Si quis autem supra fundamētum hoc edificat: aurum: argentum: lapides preciosos: ligna: fenum: stipulam. Vides ergo q: potes supra fundamentum Christi edificare ligna: fenū: stipulaʒ: hoc est opera peccati: que qui edificat: sine dubio vēdidit domū suā emptori pessimo diabolo: a quo vnusquisq; peccantium peccati premium consequitur: satisfactionem desyderij sui. Hoc si forte incurrerit aliquis quod absit: cito redimat: cito reparet: dum tempus est reparandi: duʒ penitentie locus est: deprecātes in commune: ne eterne domus habitatione fraudemur: sed digni habeamur recipi in eterna tabernacula p Christum dominum nostruʒ: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De bñdictiōib⁹ Leuitici. Homilia. XVI.

In agonibus corporalibus gradus quidam: ⁊ differentie singulorum quorūq; obseruari ordinum solent: vt pro qualitate certaminum: premio remuneretur vnusquisq; victorie. verbi gratia. Si inter pueros quis habeat agonē: si inter iuuenes: si inter viros: que per singulos ordines obseruatio haberi debeat: quid fieri liceat: quidue nō liceat: ⁊ que certaminis regula custodiri: quid etiam post hec remunerationis mercať palma vincētis: ipsis nihilominus agonicis legibus cautuʒ est. Jta ⁊ nunc omnipotens deus obseruāde legis sue in hoc mundo agoneʒ mortalibus ponens: postea q̄ tradidit obseruanda quā plurima: ⁊ qd fieri: quidue non fieri debeat: adscripsit. Conuenienter ad vltimum iam Leuitici libruʒ: in quo de singulis quibusq; obseruationib⁹ cōstitutum est: quid muneris reportet: qui impleuerit: ⁊ quid pene subeat: q non obseruauerit enūciat. Sed si lex fm quod iudei volunt: ⁊ hi: qui eorum sensu scripturas intellegendas putant: ⁊ non esse spiritales: sed carnales: dubium non est: quin obseruata carnalr: benedictiōes quoq; carnales obseruantibus tribuat. Si vo (vt Paulo videtur apostolo) lex spiritalis est: sine dubio ⁊ spiritaliter obseruanda est: ⁊ spiritalis ex ea bñdictionū speranda remuneratio. Totius nāq; cōsequentie est: spiritalē legē benedictiōes dare spiritales: ⁊ eiusdeʒ nihilominus consequētie est: etiā maledicta: ⁊ cōdēnationes legis spiritalis non esse corporeas. Sed vt indubitatū sit qd dicimus: ipsi⁹ Pauli apostoli voce vtamur qua ad Ephesios scribēs de spiritalib⁹ bñdictionibus hoc mō pronunciat. Bñdictus (ingt) deus: ⁊ pater dñi nři Jesu Christi: q bñdixit nos in omni benedictiōe spiritali in celestibus in Christo. Quoniaʒ qdem sciebat nōnullos legētes de bñdictionib⁹ posse in id prolabi: vt eas corporales putarēt: ⁊ terrenas: voluit eis euidentius aperire que sit diuinaꝝ benedictionū natura: vel vbi querēda: ⁊ ideo ait. Qui bñdixit nos in oī bñdictiōe spiritali in celestibus in Christo. Sed ⁊ hoc quod addidit in oī bñdictione: non est ociosum: sed apostolice vehementie plenū. Nam q: sciebat multa ee iplēda: que mādanť in lege: ⁊ in vno quoq; mādato ꝓprios existere agones: in qb⁹ per singula bñdictionē: qui vinceret mereref:

ideo dixit. Qui bñdixit nos in oĩ benedictione spiritali: vt ⁊ plures eas ostẽderet esse: ⁊ spiritales. Potest aũt in hoc sermone quo ait in omni bñdictiõe spiritali: ⁊ illd̃ itellegi: vt v̾bi gratia: iustus qq̃ue: ⁊ perfectus capiat benedictiones Leuitici: de quibus nũc sermo est: capiat ⁊ eas que in libro Numerorũ scripte sunt: sed ⁊ illas: que in libro Genesis cõtinentur benedictiones Noe ad Sem: ⁊ Japhet: ⁊ bñdictiones Isaac ad Jacob: ⁊ item Jacob benedictiones ad Joseph: ⁊ Effrez: ⁊ Manassez. Et post hec ad duodeciz patriarchas. Quia ergo multe sunt benedictiones posite in diuinis scripturis: que videntur quidẽ ad vnumquemqz sanctorum: verbi gratia: ad Sem: vel Lapheth: aut Joseph dirigi. Nõ tamẽ (vt quibusdã videtur) ita in illos solos diriguntur: vt alius ex his participare non possit: idcirco eas spiritales Apostolus nominauit: vt quicunqz effici potuerit i virtute: ⁊ spiritu. verbi gratia: Sem vel Japheth: vel Joseph: aut Isaac: aut Jacob: sicut ⁊ Joannes fuit in spiritu: ⁊ virtute Helie: possit etiã ipse benedictionis illius particeps fieri: cuius virtutem: ⁊ spiritũ gesserit. Sed videamus nunc in Leuitico benedictionum quod sit exordium. Si (inquit) in preceptis meis ambulaueritis: ⁊ mãdata mea custodieritis: ⁊ feceritis ea. Tria sunt que dicit in p̄ceptis: ambulanduz: mandata custodienda: ⁊ facienda que mãdata sunt. Unde videtur mihi preceptum esse: verbi gratia: cum iubetur: vt ille: qui sabbatum non seruauit ab omni synagoga lapidetur. Aut qui maledixit: vt lapidibus perimatur: ⁊ siqua iubentur huiusmodi. Mandata vero esse: quibus iubetur: verbi causa: decimas offerre leuitis: vel ter in ãno apparere domino: vel non apparere vacuũ in cõspectu domini. Custodire est ergo mandatum intellegere: vel aduertere que iubẽtur. Facere autem mandatum: est implere que iubentur. Sic ergo intellegendum puto quod dixit. Si in preceptis meis ambulaueritis: ⁊ mandata mea custodieritis: ⁊ feceritis ea. Sz videamus que sit prima benedictio ijs: qui ea: que mandantur: impleuerint. Dabo (inquit) pluuiaz vobis i tempore suo. Igitur primo ad iudeos dicamus: ⁊ eos: qui simpliciter: vel corporaliter hec intellegenda opinãtur: si pluuia hec tãquam remuneratio pro laboribus datur ijs: q̄ mãdata custodiunt: quomodo ⁊ ijs: qui mandata non seruãt: vna: atqz eadez datur pluuia temporibus suis: ⁊ vniuersus mũdus cõmunibus vtitur pluuijs a deo datis? Pluit eniz super iustos: ⁊ iniustos. Nõ si iustis: ⁊ iniustis datur pluuia: non erit eximia remuneratio ijs: q̄ mandata seruauerint. Uide ergo etiã si iudei non adquiescũt verbis Jesu domini nostri: tu tñ qui nomine eius censeris: ⁊ christianus appellaris: debes ei credere dicẽti. Quia pater suus celestis cõmunẽ hanc pluuiaz pluit sup iustos: ⁊ iniustos: ⁊ nõ debes putare q: iustis eximiaz separauerit portionem hãc: quam cõmunẽ posuit etiã cum iniustis. Queramus ergo in scripturis que sit pluuia: que sanctis tantũ modo datur: ⁊ de qua mandatur nubibus ne pluant pluuiaz istam super iniustos. Que ergo sit ista pluuia: ipse nos Moses borũ legislator edoceat. Ipse enim dicit in Deuteronomio. Adtendе celum: ⁊ loquar ⁊ audiat terra verba ex ore meo: expectetur sicut pluuia eloquium meum. Nunquid mea verba sunt ista? Nunquid retoricis argumentis sensuz diuine legis violenter inflectimus? Nonne Moses est: qui dicit pluuiã esse: quod loquitur? Expectetur (inq̄t) sicut pluuia eloquiũ meum: ⁊ descendant sicut ros verba mea. Sicut imber super gramen: ⁊ sicut nix super fenũ. Intẽde diligẽter auditor: ne putes nos vim facere scripture diuine: cum docẽtes ecclesiam dicimus: vel aquas: vel imbres: vel alia que corporaliter dici vidẽtur: spiritaliter sentiẽda. Audi Mosen quomodo verbum legis nunc pluuiã nominat: nunc rorẽ vocat: nũc imbrẽ: nunc etiam niuẽ dicit. Et sicut Moses varia ⁊ diuersa proloquitur: tãquã ex gratia multiformis dei sapientie proloquens: ita ⁊ Esaias cum dicit: audi celum: ⁊ percipe auribus terra: quoniam dominus locutus est. Sed ⁊ vnusquisqz prophetarũ cũ apuerit os: imbres deducit super faciem terre: hoc est auribus: ⁊ cordibus auditorũ. Hoc sciens ⁊ apostolus Paulus dicebat. Terra enim venientẽ sepius super se: bibẽs imbrem: ⁊ generans herbam opportunaz ijs: a quibus colitur: accipit benedictiones a deo. Que autez protulerit spinas: ⁊ tribulos: reproba est: ⁊ maledicto proxima: cuius finis ad exustionẽ. Nũquid hec apostolus de terra hac dixit? Sz nec accipit terra hac benedictiones a Deo: cum imbres biberit ⁊ fructũ produxerit. Sed neqz si spinas: ac tribulos post pluuiam protulerit: cõsequetur maledictionẽ a deo. Sed nostra terra: idest nostrorũ si suscipiat frequẽter veniẽtem super se pluuiam doctrine legis: ⁊ attulerit fructum operum: accipit benedictiones a deo. Si vero non opus spiritale: sed spinas: ⁊ tribulos: idest sollicitudines seculi habeat: aut voluptates: ⁊ diuitiarũ cupiditates: reproba est: ⁊ maledicto proxima: cuius finis erit ad exustionez. Propterea

vnusquisqꝫ auditorum cum cõuenit ad audiẽdum: suscipit imbrem verbi dei: et siquidem fructum attulerit operis boni: benedictionem consequetur: Si vero susceptum verbum. Dei contempserit: ⁊ frequẽter audita neglexerit ac sollicitudini se rerũ secularium: libidiniqꝫ subiecerit: tãquam qui spinis subfocauerit verbuꝫ: maledictioneꝫ pro benedictione conquiret. Et benedictionis finem: fineꝫ exustionis inueniet: Dabo ergo (inquit) vobis pluuiaꝫ in tempore: necessario addidit ⁊ in tempore. Sicut enim imber iste terrenus si iportune veniat: idest cuꝫ messis colligitur: cũ frumẽta terũtur in areis: obesse magis: quaꝫ prodesse videbitur: ita ⁊ iĳ: quibus pluuia verbi dei ministranda cõmittitur: obseruare debẽt hoc quod dicit scriptura: vt in tẽpore prebeãt idest ne crapulato: ⁊ ebrio verbum dei ingerant: ne occupato in aliĳs animo cum attẽtus esse non potest: vel cum alicuius vitij langore constrictus est: ⁊ non doctori: sed morbo proprio interior prestatur auditus. Prudenter ergo coniiciat: vbi potest vacare mens: vbi sobrius: vbi vigilans: vbi intẽtus auditor est: ⁊ ibi pluuiam ministret in tempore: sicut ⁊ tritici mensuram seruus fidelis: ⁊ prudẽs in euangelio conseruis dare iubetur in tempore. Sed ⁊ alio modo possumus intellegere hoc: quod mandatur imber dandus in tẽpore. Puer est aliquis: ⁊ paruulus in fide: idiget pluuia: sed lactis pluuia. Sic eniꝫ dicit ille: qui sciebat pluuias in tempore dispensare. Lac vobis potum dedi: non escam: nõdum enim poteratis. Profecit post hec in fide: creuit etate: ⁊ sapientia. Aptus sine dubio factus est: qui solidioreꝫ percipiat cibum. Infirmatur aliquis: ⁊ nõ pro tempore: se pro infirmitate capere non potest que robusta sunt: verbi causa. Non potest plene de castitate capere sermonem: oportet compati: ⁊ metiri doctrinam pro virium qualitate: ⁊ concedi talibus nuptias. Hoc est oleribus pascere infirmũ: ⁊ ad huiuscemodi mensuras anime aptare: velut tenuem: ⁊ rori similem pluuiã verbi. Est autem alia terra: que potest suscipere validos imbres: ferre etiam flumina verbi dei: ⁊ rapidos potare torrentes. De iĳs enim talibus propheta dicit in psalmis. Et torrente voluptatis tue potum dabis illis. Dabo ego (inquit) vobis pluuiaꝫ in tempore suo: ⁊ dabit terra natiuitates suas. Post primam benedictionem pluuie: ista secunda est qua dicitur: terra suscepta pluuia dare natiuitates suas. Inuenimus quia ⁊ Isaac benedicens Iacob dixerit. Det tibi dominus a rore celi: ⁊ ab vbertate terre plenitudinem frumẽti: ⁊ vini. Putas ne tale frumentum in benedictione dabat Isaac filio suo Iacob: quale habent ⁊ peccatores homines: ⁊ quali abundabat impius Pharao? Heccine erat tãti patriarche benedictio? Vis tibi adhuc ostendam quomodo ⁊ aliĳ iniqui habeant multitudinem frumenti. Intuere illum in euãgelio: cuius ager multos attulit fructus qui dixit. Destruam horrea mea: ⁊ maiora reedificabo: ⁊ dicam anime mee. Anima habes multa bona reposita in ãnos multos. Manduca: bibe: ⁊ letare. Talia ergo credimus esse bona: que diuinis benedictionibus sanctis quibusque ⁊ fidelibus tradebantur? Alios ego terre fructus aspicio: ⁊ aliter multitudinem natiuitatis intueor. Si enim terra mea afferat fructum si natiuitates suas ex domini benedictione producat: intelleget sensus meus: ⁊ explicare poterit que: qualis ve sit ista terra: que accepta celesti pluuia natiuitates proferat rationabilium frugum. Testimonium de euangeliĳs sume: quomodo eriĳt qui seminat seminare. Et aliud quidem cecidit secus viam: aliud autem super petram: aliud super spinas: aliud autem super terram bonam. Si ergo ea: que ceciderint super terram bonam atttulerint fructum: dedit terra fructum suum: ⁊ natiuitates suas produxit centesimum: ⁊ sexagesimum: ⁊ tricesimuꝫ. Sed ⁊ ligna (inquit) camporuꝫ dabunt fructum suum. Habemus intra nosmetipsos ⁊ ligna camporum: que fructum suum producunt. Que sunt ista ligna camporum: que fructum suum producunt? Que sunt ista ligna camporum? Dicet fortassis auditor. Quid iterum hic verbilogus agit? Quid vndecunqꝫ verba conquirit. Vt explanationem lectionis effugiat? quomodo intra nos esse ligna docebit: ⁊ arbores? Si non temere obtrectes: iam nunc audies. Quia non potest arbor bona malos fructus facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Habemus ergo arbores intra nos siue bonas: siue malas: ⁊ que bone sunt: fructus malos afferre non possunt: sicut que male sunt: fructus non afferent bonos. Vis tibi et arborum ipsarum: que intra nos sunt vocabula: ⁊ appellationes expediam? Nõ est ficus: neqꝫ malum: nec vitis: sed vna arbor iustitia vocatur: alia prudentia: alia fortitudo: alia temperantia nominatur. Et si vis maioreꝫ adhuc arborum multitudineꝫ discere: quibus fortassis dignius putabitur consitus etiam paradisus dei. Est enim ibi arbor pietatis: est ⁊ alia arbor sapientie: est ⁊ alia discipline: est et alia scientie boni: et mali. Super omnia vero est ⁊ arbor vite. Non tibi videtur magis quod

pater celestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat: ꝛ huiusmodi plantaria in tua mente constituat. Sic ergo dicit Saluator: non potest arbor mala bonos fructus facere: neqꝫ bona fructus malos facere. Hoc est: quod docet. Arbor pudicitie: bona est: non potest afferre fructus impudicitie. Arbor iustitie bona est: ꝛ afferre fructus iniustitie non potest. Sic ꝛ e contrario si habeas male arboris radicem in tua mente plantata bonos reddere nō potest fructus. Si enim sit in te radix malitie: fructus non dabit bonos. Si sit intra cor tuum stultitie planta: nunquam proferet sapientie florem. Si iniustitie: si iniquitatis arbor sit: nunquaꝫ huiusmodi ligna gaudere bonis fructibus possunt. Si ergo seruemus mandata Dei: suscepta pluuia verbi dei: de qua superius diximus: etiam arbores: que in cāpis anime nostre: ꝛ cordis nostri latitudine plantate sunt letum: ꝛ bone suauitatis afferent fructū. Uis autem tibi de scripturis ostendam arbores: vel ligna appellari has singulas quasque virtutes: quas superius memorauimus? Adhibeo testem sapientissimum Salomonem dicentem de sapientia. Lignum vite est (inqt) omnibus: qui amplectuntur eam. Si ergo sapientia lignum vite est: sine dubio ꝛ aliud lignum est prudentie: ꝛ aliud scientie: ꝛ aliud iustitie. Neqꝫ enim consequenter dicitur: vt ex omnibus virtutibus solam sapientiaꝫ meruisse: que lignum vite dicatur: ceteras autem virtutes nequaquam similis sortis suscepisse vocabula. Ligna ergo campi dabunt fructum suuꝫ. Hoc credo de se sentiebat ꝛ beatus Dauid cum dicebat. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Ex quo manifeste ostendit lignum oliue iustum: ꝛ sanctum hominem dici. Et comprehendet vobis trituratio vindemiam. Si seminatum est in anima semē bonum: ꝛ suscepta a deo pluuia creuit: ꝛ venit ad spicam: necessario consequetur ꝛ messis. Et si messis: consequenter etiam trituratio: in qua frumenta purgentur. Etenim anima: que germinat ex verbo dei: ꝛ celesti pluuia rigata germen producit ad messem: necesse est: vt ipsa messis: quam profert purgetur in area: idest vt sensus: quos genuerit anima in medium proferat: ꝛ siue cum ceteris doctoribus: siue etiam cum ipsis: que sentit diuinis voluminibus conferat. Et siquid in eis inane ꝛ superfluum: siquid palee simile fuerit: aut aristis: flante in se spiritu discretionis excutiat: ꝛ purum frumentum quo solo queat nutrire conseruos: ꝛ mensuram tritici in tempore dispensare retineat. Et consequenter (inquit) trituratio vindemiam: quia panis (vt scriptura dicit) confortat cor hominis: ꝛ vinum letificat. Quecunqꝫ de continentia: de obseruantijs: ꝛ custodia mandatorum dei dicuntur: hec possunt videri frumentuꝫ: ex quo panis efficitur: ꝛ auditoruꝫ corda confortat. Ea vero: que ad scientiam pertinent: ꝛ occultorum explanatione mentes letificant audientium: vino: ac vindemie videbuntur aptanda. Cordi etenim letitia tribuitur: cum ea: que occulta: ꝛ obscura sunt: explicantur. Et vindemia (inquit) comprehendet sationem. Ut si dicamus primo seminaui que legis sunt: ꝛ posteaquam seminatum est: oraui vt daret dominus pluuiam in tempore: ꝛ facta est messis. Post hoc non maneo ociosus: sed iterum semino: accipio scripturam propheticam: ꝛ ex ea semino terras: ꝛ noualia auditorum. Post hec semino ꝛ alia de euangelicis sermonibus. Diuersa sunt: que seminantur: per totum annum possumus seminare. Possumus enim ꝛ de apostolicis litteris multa semina iacere. Semper est: quod seminetur: in omni vita nostra ocij nullum tēpus est. Quandiu respiramus: seminemus. Tantuꝫ est: vt in spiritu seminemus: vt de spiritu seminemus vitam eternam. Et manducabitis panem vestruꝫ in saturitate. Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio: quasi qui custodiat legem Dei: panem istum communem in abundantia consequatur. Quid enim? Nonne impij: ꝛ scelesti panem non solum in abundantia: sed ꝛ in delitijs comedūt? Magis ergo si respiciamus ad eum qui dixit: Ego sum panis viuus qui de celo descendi: ꝛ qui manducauerit hunc panem viuet in eternum. Et aduertamus: quia qui hec dicebat verbum erat: quo anime pascuntur: intelligimus de quo pane dictum sit in benedictionibus a Deo: ꝛ manducabitis panem vestrum in saturitate. Similia ijs etiam Salomon in prouerbijs pronunciat de iusto dicens. Justus manducans replebit animam suam. Anime autem impiorum in egestate erunt. Hoc si sm̄ litteram accipias: quia iustus manducans replet animam suam: anime vero impiorum in egestate erunt: falsum videbitur. Magis enim anime impiorum cuꝫ auiditate cibum sumūt: ꝛ saturitati student. Justi autem interdum ꝛ esuriunt. Deniqꝫ Paulus iustus erat: ꝛ dicebat. Usqꝫ ad hanc horā esurimus: ꝛ sitimus: ꝛ nudi sumus: ꝛ colaphis cedimur. Et iterum dicit. In fame: ꝛ siti: in ieiunijs multis. Et quomodo dicit Salomon: quia iustus man-

ducens satiat aiam suam? Sꝫ si ituearis quo-
modo iustus semp: ⁊ sine intermissiõe mandu-
cet de pane viuo: ⁊ replet aiam suam: ac satiet
eã cibo celesti: qui est verbũ dei: ⁊ sapiẽtia ei⁹:
inuenies quomodo ex benedictione dei mãdu-
cet iustus panẽ suum in satietate. Et habita-
bitis tuti super terrã vestrã. Iniquus nũq̃ tu
tus est: sed semp mouet: ⁊ fluctuat: ⁊ circũfert
omni vẽto doctrine: in fallacia hoium: ad de-
ceptionẽ erroris. Iustus vero: qui legẽ dei cu-
stodit: tutus habitat sup terrã suã. Sẽsus eni
eius firmus est dicẽtis ad deum. Cõfirma me
dñe in verbis tuis. Et ꝯfirmatus: ⁊ tutus: ⁊ ra
dicatus habitat sup terrã. Fundatus in fide:
qꝛ edificiũ eius nõ est super arenã positũ: neqꝫ
radix eius sup petram est: sed domus qdẽ eius
fundata est sup petrã. Plãta vero eius radi-
cata est in pfundo terre: hoc est in interioribus
aie eius. Recte ergo ad huiuscemodi aiam df
in benedictionib⁹. Et habitabitis sup terram
vestrã: ⁊ dabo pacẽ sup terrã vestrã. Quã pa-
cez dat deus? Istaz quã habet mundus? Ne-
gat se istaz dare Christus. Dicit enim. Meaz
pacẽ do vobis: meam pacem relinquo vobis:
nõ sicut hic mũdus dat pacem ego do vobis.
Negat ergo se pacẽ mũdi dare discipulis su-
is: qꝛ ⁊ alibi dicit. Quid putatis: qꝛ pacem ve
ni mittere in terrã? non veni pacẽ mittere: sed
gladiũ. Vis ergo videre quã pacẽ dat de⁹ sup
terrã nostrã? Si terra sit bona: illa que affert
fructũ centesimum: aut sexagesimũ: aut trice-
simuz. Illã pacem suscipiet a deo: quam dicit
Apostolus: pax autẽ dei: que superat omnem
mẽtem: custodiat corda vestra: ⁊ sensus vr̃os.
Hec est ergo pax: quam dat deus super terrã
nostrã. Et dormietis: ⁊ nõ erit: qui nos exter-
reat. Et Salomon in pverbijs dixit. Si.n. se-
deris: sine timore eris: ⁊ si dormieris: libenter
somnũ capies: ⁊ non timebis terrorẽ superue-
niẽtem tibi: neqꝫ impetus impiorũ supueniẽ-
tes. Hec ille dixit d iusto: ⁊ sapiẽtie viro: ⁊ hec
in benedictione dicuntur: dormietis: ⁊ nõ erit
qui vos exterreat. Si enim iustus efficiar: ne-
mo me exterrere poterit. Nihil timeo aliud: si
deum timeam. Iustus eniꝫ (iquit) cõfidit vt
leo: ⁊ ideo non timet leonem diaboluꝫ: nec dra
conem Sathanam: nec angelos eius: sed di-
cit sm Dauid. Non timebo a timore noctur-
no: a iaculo volante per diem: a negocio per-
ambulante in tenebris: a ruina: ⁊ demonio me
ridiano. Addit ⁊ illud. Dominus illuminatio
mea: ⁊ salus mea: quẽ timebo? Dominus de-
fensor vite mee: a quo trepidabo? Et iterũ. Si
consistant aduersum me castra: nõ timebit cor

meum. Vides constãt iam: ⁊ virtutem anime
custodientis mandata dei: ⁊ habentis fiduciaꝫ
libertatis igenue. Post hec exterminabo (in-
quit) bestias malas d terra vestra. Bestie (i-
quit) iste corporales: nõ sunt male neqꝫ bone:
sed medium quiddam. Sunt enim muta ani-
malia. Sꝫ ille bestie male sunt spiritales: quas
Apostolus dicit: spiritales nequitie in celesti-
bus. Et illa est mala bestia: de qua dicit scri-
ptura. Serpens autem erat sapientior omniũ
bestiarum: que sunt super terram. Ipsa ergo
est hec mala bestia: quaꝫ promittit deus exter
minaturum se de terra nostra: si eius manda-
ta seruemus. Vis videre ⁊ aliam bestiam ma-
lã? Aduersarius vester (inquit) diabolus si-
cut leo rugiens: circuit querens queꝫ deuoret:
cui resistite fortes in fide. Quod si adhuc plu-
res bestias vis discere: docebit te Esaias pro-
pheta: qui sub visione: quam adtitulauit qua-
drupedum in deserto: talia quedam propheti
co spiritu de bestijs loquitur. In tribulatione
(iquit) ⁊ angustia leo: ⁊ catulus leõis: inde ⁊
nati aspidum volantiuꝫ: qui portabant super
asinos: ⁊ camelos diuitias suas ad gentẽ: que
non proderit eis. Nunquid vllo modo videri
possunt hec de corporalibus bestijs dicta etiaꝫ
ijs: qui valde amici sunt littere? Quomodo.n.
leo: ⁊ catulus leonis vel aspides volantes pos-
sunt super camelos: ⁊ asinos portare diuitias
suas? Sed euidenter cõtrarias potestates de-
monum pessimorum: propheta spiritu sancto
repletus enumerat: eosqꝫ collocat diuitias de
ceptionum suarum super animas stolidas: p-
uersasqꝫ (quas camelis: ⁊ asinis p figurã cõ-
parat) designauit. Et ijs bestijs ne traderetur
anima deum timens orabat propheta Dauid
dicens. Nõ tradas bestijs aiam ꝯfitentem ti-
bi. Et extermiabo (ingt) bestias malignas d
terra vestra: ⁊ pugna nõ transibit per terram
tuã. Multe sunt pugne: que transeunt p ter-
ram nostrã si legem Dei non custodimus: nec
precepta eius seruamus. Redeat vnusqsqꝫ ad
animam suam: ⁊ ipse se interna recordatione
discutiat: ⁊ videat quomõ terra nostra: idest
caro nostra. nũc spiritu fornicationis: nũc ire:
⁊ furoris vrgetur: nunc auaritie iaculis agita-
tur: nunc telis pulsatur inuidie: nunc spiculis
libidinis terebratur: ⁊ in quibuscunqꝫ cõcupi
scit caro aduersum spiritum: ⁊ spiritus aduer
sus carnem: in ternis prelijs semper agitatur.
Quid autem dicam de cogitationuꝫ pugnis:
quas cordi nr̃o suggerit inimicus: vt nos eru-
at a fide Christi: ⁊ ab spe vocationis nr̃e. Cuꝫ
enim afflictiones tentationum: ⁊ molestiarum

seculi suscitauerit nobis: cõsequenter iam suggerit cogitationi: superfluũ: et ineptũ esse hec tolerare pro Christo: multo est melius securam: et sine persecutionibus vitã ducere. Hec sciens: et apostolus Paulus dicebat. Cogitationes destruentes: et omnem altitudinem extollentem se aduersum scientiã Christi. Qui ergo diuina precepta seruauerit: mãdata eius custodierit: et fecerit ea: hanc pugnã: et hec bella non patitur: sed deus aufert ea de terra eius: et nõ sinit ea trãsire per animam iusti. Et persequemini inimicos vestros. Quos inimicos: nisi ipsum diabolũ: et angelos eius: et spiritus malignos: et demonia imũda? Persequemur ea nõ solum: vt a nobis ipsis effugemus: sed et ab aliis: quos incursant: si diuina precepta seruemus. Persequemini (inquit) inimicos vestros: et cadent in conspectu vestro in morte. Si conterat Sathanan sub pedibus nostris velociter deus: cadent inimici in conspectu nostro morte. Cuius morte? Ego arbitror nostra. Si enim nos mortificemus membra nostra que sunt super terram: fornicationem: immũditiã. Si hanc mortem inferamus membris nostris: illi cadent in conspectu nostro. Quomodo cadent in cõspectu nostro? Si tu iustus sis: cecidit iniustitia in cõspectu tuo. Si castus sis: cecidit libido. Si pius: etiam ipsa impietas corruit ante te. Et persequentur ex vobis quinque: centum et centũ ex vobis persequentur multa millia. Qui sunt isti quinque: qui possunt persequi centum? Quinquenus numerus et in laudabilibus ponitur: et in culpabilibus. Quinque sunt sapientes virgines: et quinque insipientes. Sic ergo et centenarius numerus ad vtrãque partem accipi potest. Si itaque nos simus ex quinque laudabilibus: idest ex quinque sapientibus: persequemur insipientes centũ. Si enim sapienter: et probabiliter pugnemus in verbo dei: si prudenter de lege domini disseramus: conuincimus et fugamus infideliũ multitudinem. Sicut enim quinquenus numerus: et sapientes indicat: et insipientes: ita et centenus numerus: et fideles indicat et infideles. Nam et sub centenario annorum numero Abraham deo credidisse: et iustificatus esse describitur: et peccator qui morit centum annorum: maledictus erit. Et hic centũ infideles a quinque sapientibus effugantur: et rursum centum fideles: non tam numero centum quam perfectione signati: multa millia infideliũ persequentur. Fugant enim fideles doctores in numeros demones: ne animas credentiũ antiqua fraude decipiant. Et cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Qui sint inimici supra diximus: quo autem gladio dicantur cadere: requiramus. Apostolus Paulus nos docet quis sit hic gladius: cũ dicit. Viuus enim est sermo dei: et efficax: et penetrabilior omni gladio vtrinque acuto: pertingens quoque vsque ad cõpagem anime ac spiritus. Membrorum quoque et medullarum: et est discretor cogitationũ et intentionũ cordis. Hic est gladius: cuius acie cadunt inimici nostri. Sermo namque dei est: qui prosternit omnes inimicos: et ponit eos sub pedibus suis: vt subditus fiat omnis mũdus deo. Vis adhuc et de alia epistola Pauli discere: quia gladius sermo dei sit? Audi eũ cũ arma preparat militibus Christi: quomodo dicit. Et galeam salutis accipite: et gladiũ spiritus quod est verbũ dei per omnem orationem: et obsecrationem. Euidentissime per hec pronũciãs: quia per verbum dei: quod est gladius vtrinque acutus: cadant inimici nostri in conspectu nostro. Et respiciam super vos: et augebo vos. Plenũ beatitudinis est hoc ipsum: si quem respiciat deus. Vis videre si respiciat deus ad hominem: quanta sit salus. Petrus aliquando pene perierat: et ex consecratione apostolici numeri diabolo per os ancille põtificis inspirante fuerat ereptus. Sed vbi respexit ad eũ Iesus tantum: vbi ad eum placidi vultus ora conuertit: statim reuersus in semetipsum: et prolapsum de precipitio reuocans pedem: fleuit (inquit) amarissime: atque ita respectus a deo: locum suũ flendo recepit: quem negãdo perdiderat. Respiciam ergo (inquit) super vos: et augeam vos tanquam si sol respiciat segetem: et afferat fructus. Quam vtique si non respexisset: infructuosa mansisset. Ita deus segetem cordis nostri respiciens et radiis nos verbi sui illuminãs: auget nos: et multiplicat: vt vltra iam nõ simus paruuli: sed magni efficiamur sicut magnus factus est Isaac: et magnus factus est Moses: et magnus Ioãnes. Et statuã testamentũ meũ vobiscũ. Vide quante benedictiones promittantur si mandata seruemus. Statuã (inquit) testamentũ meũ vobiscũ: et mãducabitis vetera: et vetera veterũ: et eiicietis vetera a conspectu nouorum. Quomodo eiicimus vetera a conspectu nouorum? Vetera habuimus legem: et prophetas: vetera autem veterum: ea que ante legem fuerũt ab initio cũ mũdus factus est. Venerunt euãgelia noua: venerunt et apostoli: a conspectu horum eiicimus vetera. Quomodo ea eiicimus? Legem secundum literam eiicimus: vt statuamus legem secundum spiritum. Possumus et hoc modo dicere. Antequam veniret homo de celo: et nasceretur homo celestis: eramus omnes terreni: et portabamus imaginem terreni. Sed vbi venit homo nouus: qui secundum deũ creatus est: eiicimus a conspectu eius vetera: deponentes veterem hominem: et induentes nouũ: qui secundum interiorem hominem renouatur de die in diem. Et ponam tabernaculũ meum in vobis. Si hec habemus in nobis: que

supradicta sunt: si abiecto vetere homine innouatum est cor nostrum: venit ad nos deus: ⁊ habitat in nobis: qui dixit: Et ponam tabernaculum meum in vobis: ⁊ non abhominabitur vos anima mea. Non nos abhominabitur anima dei: si obseruemus ea que scripta sunt. Verūtamen velim requirere quid est aīa dei? Nunquid nam putamus: qꝛ deus habeat animam sicut homo? Absurdum est hoc sentire de deo. Ego autē audeo: ⁊ dico: qꝛ anima Dei Christus est. Sicut enim verbū dei est Christus: ⁊ sapientia dei: ⁊ virtus dei: ita ⁊ anima dei est. Et hoc modo dicitur: qꝛ non vos abhominabitur anima mea: idest filius meus. Sed ambulabo inter vos. Num mihi videtur qd hoc promittat deus: qꝛ in terra iudeorum ambulaturus sit: sed qꝛ siquis meruerit ita puri esse cordis: vt dei capax sit: in eo se dicit ambulare deus. Et vos eritis mihi populus: ⁊ ego dominus deus vester: qui eduxi vos de terra egypti: cum essetis serui: ⁊ contriui iugum vinculi vestri. Vere eduxit nos de domo seruitutis: serui.n.eramus peccati: qa omnis q peccat seruus est peccati. Et cōtriuit vinculum iugi nostri. Iugi: quod imposuerat supra ceruices nostras ille: qui nos in captiuitatem duxerat: ⁊ peccatorum vinculis colligarat. Cōtriuit ergo peccati vinculū: ⁊ iugum nostre captiuitatis excussit dominus noster Jesus Christus: ⁊ suū nobis suaue iugum fidei: ⁊ charitatis: ⁊ spei: ac totius sanctitatis iposuit. Ipsi gloria in secula seculorū. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis in Leuitico.

Incipit tractatus Origenis sup Numeros
Homilia prima.

Diuinis nūeris non omnes digni sunt: sed certis qbusqz prerogatiuis designātur hi: qui intra numerum dei debeant cōprehēdi. Huius autem rei euidens indicium cōtinet liber hic: qui scribitur Numerorum. In quo refertur quod ex precepto dei neqz mulieres deducantur ad numerum. femininee sine dubio infirmitatis obstaculo: neqz seruorum quisquā: vtpote vita moribusqz degeneres. Sz ne Egyptiorum quidem vllus ex iis: qui erant admisti numeratur: profecto vt alienigene: ⁊ barbari: sed soli numerantur israelite. Et isti non omnes: sed a viginti annis: ⁊ supra: ⁊ nec sola etatis habetur obseruatio: sed queritur si ⁊ aptum bellis robur ostendat: designatur enim per verbum dei: vt numeretur omnis q procedit in virtūte. Non ergo sola etas: sed ⁊ virtus in israelitica plebe requiritur. Puerilis etas non numeratur: nec apta diuinis calculis ducitur: nisi forte primogeniti sint: aut sacerdotali: vel leuitica stirpe descēdant. Isti soli in pueris adducūtur ad numerum. Feminarum vero nulla prorsus adducitur: ⁊ qd videtur? Possunt hec vacua esse mysteriis? Sed hoc solum procurasse creditur spiritus sanctus: q hec scribenda dictauit: vt sciremus q tūc in illo populo numerati sint: ⁊ qui sine numero manserint. Et qs dabitur ex hoc profectus iis: qui sacris voluminibus gestiunt erudiri? Quid enim prodest ista didicisse? Aut quid aīe cōfertur ad salutem: si sciat quod pars aliqua populi numerata est in deserto: ps vero innumerata derelicta est? Si vero sequentes Pauli sentētiam legē spiritalem esse credamus: ⁊ spiritaliter que continet: audiamus: ingens pfectus aīe in iis: que scripta sunt: apparebit. Docet enim me presens lectio: q si transcendero puerilis etatis insipientiam: si desiero paruulus esse sensibus: ⁊ vir effectus deposuero que sunt paruuli: si inquā effectus fuero iuuenis: ⁊ talis iuuenis: qui vincā malignum: aptus videbor iis: de quibus scriptum est: oēs q procedunt in virtute israel: ⁊ dignus diuinis numeris cōputabor. Donec autē inest alicui nostrū: vel puerilis: ⁊ lubricus sensus: vel feminea: ⁊ resoluta segnities: vel egyptios gerimus: ⁊ barbaros mores: haberi apud deum in sancto: ⁊ cōsecrato numero non meremur. Innumeri enim apud Salomonem dicūtur esse qui pereūt: Numerati autem oēs illi: qui saluātur. Et vis tibi ostēdam: qꝛ sanctorum numerus habetur apud deum? Audi quomodo de astris quidē celestibus dicit Dauid. Qui numerat multitudinem stellarū: ⁊ oībus eis noīa vocat. Saluator vero nō solū discipulos suos electos sub numero statuit: verū ⁊ capillos capitis eorum dicit esse numeratos. Ait enim. Vestri aūt etiā capilli capitis numerati sunt: In quo vtiqz non illos dicebat capillos esse numeratos: qui vel ferro attonderi: ⁊ proiici solent: vel tēporis etate defluere: ac perire: sed illi capitis capilli apud deū numerati sunt: q in Nazareis erāt. Quibus inerat virtus spiritus sancti ad psternēdos alienigenas. Virtutes ergo animi: ⁊ multitudinē sensuū: q de principali mentis tanq̄ de capite apostolorum pducebant: capillos capitis appellauit. Sz in hec per excessum quedam deuenimus: nūc ad propositū reuertamur. Et locutus est (inquit) dñs ad Mosen ī deserto Syna: Illa.s. omnia

que superius compendiosa narratione cōpre-hēdimus: vbi precipit numerari a viginti annis & supra: ois qui pcedit in virtute israel. Si quis ergo procedit in virtute: ipse numerat: & nō in qualicūq; virtute: idest nō in Egyptiorum virtute: neq; in Assyriorum: neq; in grecorum: sed in virtute Israel: ipse numerat apud deū. Est enim virtus animi: quā grecorum philosophi docent. Sed hec non pertinet ad numerum dei. Non. n. pro deo: sed pro gloria exercet humana. Est & Assyriorum virtus: est Chaldeorum que astrologie studijs pdicatur. Sz nō est ista virtus israelitica: & ideo nō pertinet ad deū. Est & Egyptiorum virtus ea: quā dicūt secreta sapientia: sed hec nō adiungit ad calculū dei. Sola apud deum virtus israelitica numerat. Hoc est illa virtus: que a deo docetur: que per scripturas diuinas discitur: que per fidem euāgelicam: & apostolicam traditur: & ideo dicit vt illi soli numerent: q pgrediūtur in virtute israel. Sed & illud cōsideremus: qd est quod non statim: vt egressus est de Egypto populus numeratur. Adhuc enim persequebatur Pharao. Sed nec cū mare rubrum qdem transiens venit in desertum dicitur numerari. Nōdum. n. tētati: nōdū ab hoste fuerant impugnati: confligunt aduersum Amalech: & vincunt. Sed nec tūc qdem numerantur. Non enim sufficit ad perfectionē tēdenti vna victoria. Mane accipiūt cibum: & aque poculum de sequenti hauriūt petra: sed neq; tunc numerantur. Nōdū enim in his ea: que numeris apta ducūtur adoleuerant: tabernaculum testimonij construitur: sed nec in hoc qdem numerādi populi tempus aduenit. Lex per Mosen datur: sacrificiorum mos traditur: purificationum ritus docet: sanctificationū leges: & sacramēta cōdūtur: & tūc ad numerum ex pcepto dei populus adducitur. Describe hec o auditor i corde tuo dupliciter: & tripliciter. Vide qnta tibi transeunda sunt: quanta toleranda: quot profectibus: quot temptationibus: quot prelijs pugnādum tibi est: & vincēdum: vt possis ad diuinū numerum pertinere: vt in cōputo aliquo habearis apud deū: vt inter sanctas trib9 adnumerari dignus habearis: vt visitari possis: & per Dei sacerdotes Aaron: & Mosen numerorum cēsibus adscribi. Suscipiēda tibi est primo lex Dei: lex spiritus sancti: offerēda sacrificia: explende purificationes: peragēda cūcta que lex spiritus docet: vt possis aliquando ad israeliticū numerū pertinere. Ego adhuc amplius aliquid intueor in hoc Numerorum libro mysterij. Ratio enim tribuum: & distinctio ordinum: societas familiarum: atq; ordinatio cūcta castrorum: ingētiū mihi sacramentorum prodit indicia. Apostolo nobis Paulo spiritalis intellegētie semina respergente. Et age iam quid omnis hec numerorum ratio: quid ordinū diuersitas intellegētie mystice contineat: videamus. Expectatio certa nobis est resurrectionis mortuorum cū hi: qui viuunt: qui reliq sunt: nō preueniēt in aduētu Christi eos: qui dormierūt: sed simul cū eis iūcti: & sociati: rapient in nubibus obuiam Christo in aera. Terreni scilicet hui9 loci corruptelam: & mortis habitacula deserentes: atq; ad paradisum in vnā ex multis: que apud patrem sunt māsionibus trāsferendi. Diuersitas autē translationis: & gloria ex meritis sine dubio: & actib9 vniuscuiusq; prestabit. Et erit vnusqsq; in eo ordine: quē sibi gestorum merita contulerint: sicut & idē Paulus pstatur dicēs de resurgentibus. Vnusqsq; autē in suo ordine. Hinc ergo accidet in resurrectiōe: vt vnusqsq; aut in tribu Ruben spiritalib9 indicijs adscribatur: ob hoc pfecto qd aliquid in morib9: aut actibus: aut vita ipsi Ruben simile: & cōsanguineū habuit. Alius autem in tribu Simeon fortassis pro ob audiētia. Alius in tribu Leui credo qui bene prefuit sacerdotio: vel qui bene ministrās gradum sibi bonū adqsiuit. Alius in tribu Iuda: nō dubito quod is: qui regios spiritus gessit: & bene rexit populū: qui intra se ē: sensum scilicet mētis: & cogitationum cordis: sz & singulis quibusq; tribubus vnusquisq; sociabitur pro his: que ad vnāquāq; earum: vel in actib9 cognata: vel in morib9 habuit. Erūt ergo huiusmodi qdā ordines in resurrectione mortuorum: sicut designat Apostolus: quorum ordinū typus in hoc libro: & figura preformari mihi videtur. Sed & illud: quod cōsociatione quadam tribuum: & connexione: castrorum positio: & metationis ordo describitur: pertinet sine dubio ad aliquē in resurrectione mortuorum statum. Quod tres ad orientem collocate dicūtur trib9: tres ad occidētem: tres etiā ad meridiem: & tres vltime ad aquilonem: qui durus dicitur vētus. Sed & quod tribus Iuda: que regalis est ad orientē statuitur: ex qua ortus est dominus noster: nō puto ociosum. Et quod Isachar huic iūgitur: & Zabulon: & qd in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur: que quāuis positionum suarum diuersas habeāt qualitates: omnes tamen intra trinitatis numerum continētur. Et quod per totas has quatuor partes in vnum numerum colligit eadem trinitas semper: pro eo sine dubio qd sub vno nomine patris: & filij: & spiritus sancti cēsentur

sentur omnes: qui ex quatuor orbis partib' venientes inuocant nomen dni: recumbentes cum Abraham: et Isaach: et Jacob in regno dei. Hec a nobis generaliter indicata sunt: volentibus totius sacri huius voluminis continentiam mysticam breuiter comprehendere: vt ex his intelligentie spiritalis occasione suscepta: vnusquisque et in reliquis similem: aut etiam sicut amplius deus reuelat superiorem: et excelsiorem persequatur indaginem. Ego enim vere imparem me iudico ad enarranda mysteria: que liber hic continet Numerorum. Multo autem inferiorem ad illa: que Deuteronomij volumen includit. Et ideo festinandum nobis est peruenire ad Jesum: non illum filium Naue: sed ad Jesum Christum. Prius tamen pedegogo vtentes Mose: et apud eum rudimenta infantie deponentes: sic tendamus ad perfectionem Christi. Moses enim non multa bella compressit. Jesus autem bella quidem vniuersa compescuit. Pacem vero omnibus dedit: ita vt scriptum sit: quia cessauit terra a bellis. Terra repromissionis: terra hereditatis: terra que fluit lac: et mel: ab Jesu distribuitur. Beati enim mites: quia ipsi per Jesum hereditabunt terram. Sed et ipsius distributionis inuenies typos: et imagines precessisse. Non enim ociosum est quod alijs vltra Jordanem terra diuiditur: alijs intra Jordanem: et alijs primis: alijs vero secundis: nonnullis etiam tertijs: et sic per ordinem hereditas terre diuiditur: vbi vnusquisque requiescat sub ficu sua: et sub vite sua: et non sit vltra qui exterreat. Que cuncta magnificis presignata mysterijs: ipse dominus Jesus in die aduentus sui non iam per speculum: et in enigmate: sed facie ad faciem in veritate complebit vnicuique: secundum quod ipse nouerit merita singulorum: qui cognitor cordis est: cui gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De ordine: et collocatione castrorum. Homilia. II.

Prima numerorum lectio docuit: quod exercitus dei: qui exiuit de terra Egypti: et iter egit per desertum visitatus sit: hoc est numeratus per Mosen: et Aaron: ac per singulas quasque trib' sequestratus: certo sub numero recensitus sit: quod nos: velut cum tota simul libelli continentia exponentes: formam diximus esse perscriptam: quomodo populus dei egrediens de mundi huius Egypto: et ad terram repromissionis: idest vel ad virtutum locum: vel ad regni celorum gloriam: hereditatemque festinans: ordinibus quibusdam: et meritorum gradibus deducatur. Et per hec ostendimus futurorum bonorum magnificentiam in legis imaginibus adumbratam. Nunc vero lectionis huius initium que hodie recitata est: edocet nos qualiter ab his: qui deo mancipati sunt: nec implicant se negocijs secularibus componatur ordo castrorum. Ait enim. Et locutus est dns ad Mosen et Aaron dicens. Homo secundum ordinem suum et secundum signa sua: et secundum domos familiarum suarum castra collocet: filij israel ex aduerso in circuitu tabernaculi testimonij confidant. Moses dicit. Homo secundum ordinem suum: et secundum signa sua: et secundum domos familiarum suarum incedat in castris: et Paulus dicit. Omnia honeste: et secundum ordinem fiant. Et non tibi videtur vnus esse spiritus dei: qui et in Mose loquitur: et in Paulo: Secundum ordinem Moses incedi mandat in castris. Secundum ordinem cuncta geri in ecclesia precipit Paulus. Et Moses quidem: qui legi ministrabat: in castris custodiri ordinem iubet. Paulus vero tanquam euangelij minister: non solum in actibus: sed in ipso habitu: ordinatum vult esse christianum: et ideo dicit. Mulieres similiter in habitu ornato. Unde ego arbitror quod non solum in officijs: et habitu seruari ordinem volunt: sed dant intellegi quod sit aliquis etiam in anima ordo: de quo dicatur quod vnusquisque incedere debeat secundum ordinem suum. Qui ordo precipue quidem ex operum fructu indicatur. Nihilominus autem et ex magnificentia sensuum. Nam sepe accidit: vt is: qui humilem sensum gerit: et abiectum: et qui terrena sapit: excelsum sacerdotij gradum: vel cathedram doctoris obsideat. Et ille: qui spiritalis est: et a terrena conuersatione tam liber: vt possit examinare omnia: et ipse a nemine iudicari: vel inferioris ministerij ordinem teneat: vel etiam in plebea multitudine relinquatur. Sed hoc est et legis: et euangelij statuta contemnere: et nihil secundum ordinem gerere. Sed et vnusquisque nostrum si de cibo: et potu solicitus sit: et omnem curam in rebus secularibus gerat: vnam vero: aut duas horas ex integro die etiam deo deputet: et ad orationem veniat in ecclesiam: vel in transitu verbum dei audiat: precipuam vero curam erga solicitudinem seculi: et ventris expendat: iste non complet mandatum: quod dicit: vt homo secundum ordinem suum incedat: vel quod dicit vt omnia secundum ordinem fiant. Ordo est enim statutus a Christo: querere prius regnum dei et iustitiam eius: et credere quod secundo loco hec nobis apponantur. Homo ergo secundum ordinem suum incedat. Putas ne qui sacer-

dotio fungūtur: ⁊ in sacerdotali ordine gloriā-
tur: secundum ordinem suum incedūt: ⁊ agunt
omnia: que illo ordine digna sunt. Similiter
autem ⁊ diaconi putas secundum ordinē mini
sterij sui incedunt? Et vnde est quod sepe audi
mus blaphemare homines: ⁊ dicere: Ecce qua
lis episcopus: aut qualis presbyter: vel qualis
diaconus? Nōne hec dicunt: vbi vel sacerdos:
vel minister dei visus fuerit in aliquo cōtra or-
dinem suum venire? Et aliquid cōtra sacerdo-
talem: vel leuiticū ordinē gerere? Quid autem
⁊ de virginibus dicam: aut de cōtinētibus: vel
oībus: qui in professione religionis videntur?
Nōne siquid inuerecūdum: vel petulans: siqd
proteruū gesserint: arguit eos ꝯtinuo Moses:
⁊ dicit: homo ſm ordinem suuꝫ incedat? Agno
scat igitur vnusquisqꝫ ordinem suuꝫ: ⁊ quid di
gnum sit eo ordine: quē suscepit: itellegat: ⁊ ita
libret actus suos: ita etiam sermoneꝫ incessum
quoqꝫ ipsum: ⁊ habitū moderetur: vt cuꝫ ordi
nis sui professione conueniat: ne audiat dici ad
se a deo. Quia propter vos nomē meū blasphe
matur inter gentes. Quid autē sit quod dicit:
⁊ secundum signa sua: videamus. Ego puto si-
gna esse ea: qbus vniuscuiusqꝫ proprietas desi
gnatur: verbi gratia. Omnes quidē homines
similes sumus: sed est propria quedam vniuscu
iusqꝫ distinctio: vel in ipso vultu: vel ī statura:
vel in positione: vel in habitu. Per que verbi
gratia: Paulus: qr Paulus sit: designetur: ⁊
Petrus: qr Petrus sit: ⁊ nō sit Paulus. In
terdum autē etiā non videntibus vniuscuiusqꝫ
signi diuersitas dat: vt ex voce: ⁊ loquela: agno
scat illū esse: vel illū: qui loquitur: ⁊ secūdū sue
proprietatis signū vnusquisqꝫ etiā sine corpora
li visione cognoscitur. Hoc modo arbitror esse
etiā in animis signa diuersa. Et alterius qdem
animi motus lenior est: mitis: placidus: trangl
lus: equalis: alterius turbidus: elatus: asperi-
or: incitatior: petulantior. Alius circūspectus:
cautus: ꝓuidus: sollicitus: impiger. Alius de-
sidiosus: remissus: neglegēs: incautus. Et in
his alius plus: alius minus. Et audeo ꝓnūtia-
re: qr fortassis quāta ī specie vultus inest diuer
sitas hoībus: tanta: ⁊ in animis inuenitur esse
differētia. Sicut ⁊ sapiētissimū Salomonē me
mini quodā loco dicētē. Sicut diuersi sunt vul
tus vultibus: ita ⁊ diuersa sunt corda hoīum.
Sed vnusqsqꝫ (vt ait Moses) secūdum signa
sua incedat: idest ne is: cuius humilia: ⁊ despe-
cta sunt signa: elatior incedat: vel altior quam
aiorū suoꝝ signa deposcunt. Et vt adhuc am-
plius diuersitatis signoꝝ ratio clarescat: adde
mus etiam hec. Omnes: qui litteras norūt cer

tuꝫ est quod. xxiiij. si greca: xxiij. si latina litera
rum elementa didicerint: ⁊ ex his oīa quecūqꝫ
scribēda sunt: scribūt. Aliud tamē signū: ver-
bi causa alpha: quod Paulus scripserit hꝫ: ⁊
aliud quod Petrus: ⁊ sic ꝑ singulos homines:
qui literas norūt diuersa scribēdi per singulas
quasqꝫ literas signa reperies. Unde ⁊ chiro-
grapha singulorꝫ manibus scripta: proprijs
quibusdā signis: ⁊ indicijs agnoscūtur. Et cuꝫ
sint elemēta eadē: est tamē in ipsa similitudine
literarū multa dissimilitudo signorū. Igitur si
integre tibi proposite rei patuit exempluꝫ: veni
nunc ad motus mentis: ⁊ animorū: quibus ad
aliquid cōcitātur gerēdum. Intuere chirogra
pha: ⁊ vide quomodo verbi gratia: alius Pau
li proposuit castitatem: ⁊ animus nihilominus
Petri. Sed est propria quedā castitas Petri
⁊ alia castitas Pauli: etiā si vna: eadēqꝫ videa
tur. Deniqꝫ alterius ipsorū talis castitas est: q̄
regrat macerari corpus suū: ⁊ subijcere seruitu
ti: ⁊ que adhuc dicat: castigo corpus meum: ne
forte alijs predicās ipse reprobus inueniar. Si
militer ⁊ iustitia habet aliquid proprietatis in
Paulo: habet ⁊ in Petro. Eodeꝫ modo ⁊ sa-
pientia: cetereqꝫ virtutes. Quod si etiaꝫ in his
nominibus: que exēpli causa posuimus: potest
fieri: vt cum vnū sint per spiritum dei: sit tamē
aliqua diuersitas in ipsaꝝ proprietate virtutū:
quāto magis reliqui omnes homines propria
quedā signa in motibus animoꝝ: ⁊ aīe virtuti-
bus gerunt? Que Moses mystica ratione per-
spiciens: scribit in lege: vt vnusquisqꝫ secundū
signa sua incedat in castris. Potest autē fieri:
vt emulatione operum bonorum ab inferiori-
bus signis ad meliora: ⁊ magnificētiora venia-
mus. Si enim recte a nobis intellectuꝫ est: hec
omnia: que in lege scripta sunt: formas esse fu-
turorum bonorū: ⁊ illius seculi: quod ex resur-
rectione mortuorum speramus: certū est vtiqꝫ
quod si in presenti vita habuerimus studiū me
liorum: ⁊ secūdum Apostoli exemplū posterio-
ra obliuiscētes ad ea: que in ante sunt: extenda
mur: in resurrectione mortuorū: vbi sicut stella
ab stella differt ī gloria: ita ⁊ vniuscuiusqꝫ me-
rita refulgebunt. Poterimus vtiqꝫ ab inferio
ribus ad meliora signa: ⁊ fulgentiora transfer-
ri: ⁊ splendidioribus syderibus exequari. Atqꝫ
in tantum potest natura humana in hac vita
proficere: vt in resurrectione mortuorum nō so
lum stellarum glorie: sed ⁊ Solis splendori va
leat exequari. Secundum quod scriptum est.
Quia iusti fulgebunt in regno dei sicut Sol.
Hinc ergo est: quod ⁊ in inferioribus dicit: se-
cundū signa sua: per domos familiarū suarū.

Quod dicit per domos familiarũ suarum: in greco idem sermo positus est: quẽ ꝛ tibi Apostolus dicit: vbi ait. Huius rei gr̃a curuo genua mea ad patrem domini nostri Jesu Christi: ex quo omnis paternitas in celo: ꝛ in terra nominat. Quas ergo hic Paulus paternitates dicit: ibi familias posuit latinus interpres. sed vnus atq; idem sermo habetur in greco. Iste sunt ergo paternitates: vel familie: quas Paulus quidẽ iaȝ ostẽdit in celis. Moses autẽ sub figuris adhuc legalibus describit in terris: fm quaȝ incedere nos monet: vt possimus celestibus paternitatibus sociari. Sunt enim (vt Paulus superius pronũtiauit) siue familie iste dicẽde sunt: siue paternitates in celo ex quibus forte est ꝛ illa: quã i alio loco nominat idem Paulus ecclesiam primitiuorum adscriptam in celis: cui nos eueniet sociari: si fm ordinem incedamus: ꝛ omnia fm ordinem geramus. Si nihil inordinatum: nihil inquietũ: nihil inhonestũ inueniatur in nobis: tunc ꝛ sicut firmamentuȝ resplendebimus. Et sicut stelle: vel Sol ipse refulgebimus in regno dei: Per Christũ Jesum dominuȝ nostrum: cui est gloria: ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: qđ scriptum est. Ego adsumpsi Leuitas de medio filiorũ Israel: ꝛ pro omni primogenito: qui adaperit vuluam: ꝛ reliqua.

Homilia. III.

Scriptum est de manna: quia fm tempus illud: siquis id ita sumpsisset: vt preceperat deus: nutriretur ex eo. Si quis vero contra preceptum dei: ꝛ contra statutum diuinitus modum voluisset adsumere: non frueretur eo: vt vitali cibo: sed vermes ebullirent ex eo. Et ita fiebat: vt vna: atq; eadem species mãne alijs quideȝ vermes: ꝛ putredines generaret: alijs vero salubrem cibum cõferret: ꝛ vite necessariũ. Igitur ꝛ nostrum mãna verbuȝ Dei est: ꝛ apud nos ergo sermo dei alijs efficitur ad salutẽ: alijs cedit ad penaȝ. Et propter hoc arbitror quod ipse dominus: ꝛ saluator: q est viuum dei verbum dicebat. In iudiciũ ego veni in hunc mundum: vt non videntes videant ꝛ videntes ceci fiant. Quanto melius esset nonnullis omnino: nec audire verbum dei: ꝙ audire cum malitia: vel audire cum hypocrisi. Melius auteȝ dicimus ad cõparationẽ malorum. Vere autẽ melius: ꝛ vere rectius: ac perfectius est: vt qui audit verbum dei audiat corde bono: ꝛ simplici: audiat corde recto: ꝛ parato: vt quasi in terra bona fructificet: ꝛ crescat. Hec iã prefatione diximus propter nõnullos eorũ: qui ad audienduȝ non simplici: nec fideliter cõueniunt. De quibusdam dico catecuminis: quibus fortasse nõnulli etiã eorum: qui iam baptismum cõsecuti sunt: sociantur. Nõ enim oẽs: qui ex Israel: ij sunt israelite: neq; omnes: q loti sunt aqua: cõtinuo etiam sancto spiritu loti sunt: sicut e contrario non omnes: qui in catecuminis numerantur: alieni sunt: ꝛ expertes spiritus sancti. Inuenio enim in scripturis diuinis nonnullos catecuminorum dignos habitos spiritu sãcto: ꝛ alios accepto baptismo indignos fuisse sancti spiritus gratia. Cornelius catecumin9 erat: ꝛ anteꝗ̃ ad aquã veniret: meruit accipere spiritũ sanctum. Simon baptismũ acceperat: sed quoniam cũ hypocrisi accessit ad gratiam: repudiatur a dono spiritus sancti. Nolo dubites ꝛ nunc esse in populo cathecuminorum aliquos Cornelios: ad quos dici possit: q2 misericordie: ꝛ oratiões tue ascenderunt ad celum. Et rursuȝ in populo fidelium esse aliquos Simones: quibus cõfidenter dicendũ sit. O plene omni dolo: ꝛ fallacia: fili diaboli: inimice omnis iustitie. Hec ego ad correptionem mei ipsius loquor: non soluȝ auditorum. Unus enim ꝛ ego sum ex ijs: qui audiunt verbum Dei. Sed audiamus iam quid sermo diuinus loquatur ad Mosen. Et locutus est (inquit) Dominus ad Mosen dicẽs. Ecce ego adsumpsi leuitas de medio filiorum israel pro omni pmogenito: qui adaperit vuluam ex filijs israel: redemptiones eorum erunt: ꝛ erunt mihi Leuite. Meum est enim omne primogenitum: ex die qua percussi omne primogenitum in terra Egypti: sanctificaui mihi oẽ primogenitum Israel: ab homine vsq; ad pecus meum erit: ego Dominus. Leuite adsumuntur pro primogenitis: cum vtiq; non sint primogeniti. Leui enim tertius nascitur ex Lia. Primus namq; est Ruben. Simeon secundus. Tertius Leui: ꝛ adsumuntur in primogenitos ij: qui natura non sunt primogeniti. Nũquid hec in lege Dei ociose scripta esse credendum est? An illud edocet nos: qđ apud deum non illi primogeniti habeãtur: qui corporea natiuitate precedunt: sed ij quos ꝓposito mentis inspecto. Deus ipse in ordinem primitiuoruȝ iudicat adsumẽdos? Sic eniȝ apud deũ Jacob posterior natu pmogenitus iudicatus est: ꝛ bñdictiones primitiuatus ꝓcurata diuinitus parentis cecitate suscepit. Ex ꝓposito etenim cordis quod deo patuit: etiam pusquã in hoc mũdo nascerentur: aut aliquid agerent boni: vel mali: ꝓnunciat dominus de eis: quia

Jacob dilexi. Esau autē odio habui. Filij ergo Leui: primogeniti qdē nō sunt ꝑm carnē: sed pro ꝓmogenitis adsumūtur: vt sit amplius aliqd ꝑ primogenito adsumi: quā primogenitū nasci. Ecce (inqt) adsumpsi leuitas ex medio filioꝝ israel. Hic simplr: adsumpsi leuitas ex filijs israel. Quid est qđ addis: ⁊ de medio filioꝝ israel? de quo medio? Tertius est Leui (vt supra diximus) īter filios israel? De quo ergo medio adsumantur leuite cuperem scire. Inuenio in scripturis beatā illam Sunamitem: que aluerat aliquando prophetā: respōdentē cū fiducia regi israel: volēti sibi aliquid ꝯferre beneficij: ⁊ dicentem. In medio populi mei ego habito. Amplius autē: ⁊ magnificentius in euāgelio video scriptū de dn̄o: ⁊ salua tore nostro dicēte Joāne. Medius vestrū stat: quē vos nescitis. Puto ergo eū: qui nūq̄ declinauerit ad dextrā: neq̄ ad sinistrā dici posse mediū stare: qui peccatū nō fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo ille qdem: qꝛ semper stat: medius stare dicitur. Siquis ꝟo imitator eius est: sicut omnes sancti: ⁊ illa beata mulier: cuius superius fecimus mētionem: stare qdem non dr̄. Non enī pōt fieri vt non aliquando aut ad dexterā quis inclinatus sit: aut ad sinistram. Nemo enim mundus a sorde: nec si vnius diei fuerit vita eius. Habitare tamen dicitur in medio populi: ⁊ Leuite ergo adsumuntur de medio filiorum israel. Leuite sunt enim: qui non cognouerūt dexteram: ⁊ sinistram suam: sed sequētes Mosen: idest legē dei: nō pepcerunt patri: nec matri. Et tu ergo si veniēte tētatione: si veniente ira peccati non inclineris ad dextram: neq̄ ad sinistrā: nec ꝑuaricaueris legem dei: sed stes in medio fixus: ⁊ stabilis: ⁊ non inclineris: neq̄ curues genua tua peccato: nec pecudis caput: idest stultitie sequaris imaginem: adsumeris de medio filiorum israel: ⁊ in primitiuoꝝ numero collocaberis. Hec pro eo: quod scriptum est: ⁊ adsumā leuitas de medio filiorum israel. Uerū (si videtur) recurramus adhuc ad ipsum ordinem historie: qui refertur in numeris: ⁊ ex ipso misterium primitiuorum: vbi vel quomodo reqri debeat: contemplemur. Igitur recēseamus attētius quomodo distribuunt̄ duodecim tribus per ternas in quatuor partes: ⁊ per singulas quasq̄ celi plagas certa statiōe cōsidunt: ⁊ inueniemus Judam quidē ab oriēte statui cū Jsachar: ⁊ Zabulon. Ruben vero ab occidente: cū Simeon: ⁊ Gad. In meridie Effrem cū Beniamin: ⁊ Manasse. In aqlone ꝟo Dan cum Neptalim: ⁊ Aser. Et his omnib⁹ quasi per quatuor terre cardines in circuitu collocatis: in medio eorū vtpote deo proximi circa ipsum tabernaculum dei constituuntur leuite. In castris quidem Juda: que sunt ab oriente: Moses: ⁊ Aaron. In castris ꝟo Ruben: Gerson. In castris autē Beniamin: Caath. Ubi vero Dan castra ꝯstituit: metari scribitur collocatus: ⁊ ita in medio filiorum israel ex omni parte: ⁊ per circuitū: quasi inserti ceteris: ⁊ innexi videntur esse filij Leui. Hec sunt: que nobis littera legis exponit: vt ex ijs sacramentorum semina colligētes: tāquam gradibus quibusdam ab humilibus ad excelsa: ⁊ a terrenis ad celestia conscendamus. Ascēde ergo nūc o auditor si potes: ⁊ a terrenis sensibus intuitu mētis: ⁊ ꝑspicacia cordis eleuare. Obliuiscere paulisper terrena: supra nubes: ⁊ supra ipsum celū gressu mentis incede. Ibi require tabernaculū dei: vbi p̄cursor pro nobis introiuit Jesus: ⁊ adsistit nūc vultui dei interpellās ꝓ nobis. Ibi inquā reqre quaternos istos ordines: stationesq̄ castroꝝ. Ibi israelitica agmina: ⁊ excubias cernes sanctoꝝ: ⁊ ibi illa: que hic nūc querimus primitiuoꝝ sacramēta rimare. Sꝫ ego nō audeo illuc solus ascēdere: non audeo me in hos tā secretos mysterioꝝ recessus sine auctoritate magni alicuius doctoris imergere. Nō possum illuc ascendere: nisi p̄cedat me Paulus: ⁊ ipse mihi viam noui huius: ⁊ ardui itineris ostēdat. Ipse ergo apostoloꝝ maximus: qui sciret multas eē nō solū in terris: sꝫ ⁊ in celis ecclesias: ex qbus ⁊ septē quasdā Joannes enumerat. Ipse tn̄ Paulus ostendere volēs eē quādam preter eas etiam primitiuorū ecclesiam: dicit ad Hebreos scribens. Nō enim accessistis ad ardētē: ⁊ tractabilē ignē: sed accessistis ad mōtem syon: ⁊ ciuitatē Dei viuentis Hierusalem celestem: ⁊ multitudinē angelorum conlaudantium: ⁊ ecclesiam ꝓmitiuorum adscriptam in celis. Igitur Moses per quatuor castra populū dei diuisum describit in terris. Et Apostolus quatuor ordines sanctos describit in celis. Ad quorum singulos vnūqueq̄ nostrū dicit accedere. Non enī omnes ad omnes accedūt: sed alij quidem accedūt ad mōtem syon: horū autem paulo meliores accedūt ad ciuitatē dei viuētis Hierusalem celestem. Qui autē ⁊ ijs eminentiores sunt: accedūt ad multitudinē angelorū conlaudātium. Qui autē super istos oēs sunt accedūt ad ecclesiā primitiuoꝝ adscriptā in celis. Si ergo ex ijs intellexisti quis sit ordo primitiuoꝝ: ⁊ quod sit nominis istius sacramentum: prepara te: ⁊ enitere quantū vales: si forte actibus

te actibus

te actibus: vita: moribus: fide: institutisq; pro ficias: vt possis accedere ad ecclesiā primitiuorum: que adscripta est in celis. Quod si nō tantū vales: sed es paulo inferior: accede ad multitudinem angelorū conlaudātiū. Quod si nec ad istū ordinem potes ascendere ad ciuitatē saltē dei viuētis Hierusalē celestē properare ptende. Si vero nec ad hoc aptus es saltē ad mōtem ptende syon: vt in mōte salueris. Tātum est: ne in terra resideas: ne in vallib[9] maneas: ne in demersis: et humilibus perseueres. Mihi ita intelligendū videt adsumi pmogenitos filios Leui: q ministrāt deo: et altari ei[9]: tabernaculoq; dseruiūt: excubijsq; perpetuis ministeria diuina concelebrāt. Sed et qd ait p omni primogenito: qui adaperit vuluam: non mihi facile videt differi posse: et explanari. Neq; enim quicūq; adaperit vuluam: ptinuo dignus sanctificatione primitiuatus hēdus est: q: et in psalmis legimus qd alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt a ventre: locuti sunt falsa. Quod vtiq; stare sm litteram nullo modo potest. Quomodo enim qs errare a via dei potuit statim vt de ventre matris exiuit? Aut quomodo potuit falsa loqui nuper edit[9] puer. Vel qualemcūq; proferre sermonem? Cū ergo impossibile sit vel errare aliquem a ventre: vel loqui falsa: necessariū erit et ventrē: et vuluam talem requiri: cui conuenire possit hoc dictum: quod alienati sunt peccatores ab vtero: errauerunt a ventre: locuti sunt falsa. Et illa erit vulua: quam adaperit omnis primitiuus: qui sanctificatur Deo. Adaperuit aliquando Deus vuluam Lie: que erat clausa: et peperit patriarchas. Silr et Rachel: vt pareret etiam ipsa: cuius visus erat pspicax: et decorus aspectus. Sed et in multis alijs scripture locis inuenies adaperiri vuluas. Quarū si singula pro locis psyderes: inuenies quomodo et errēt peccatores a vulua: et alij adaperientes vuluam: sanctificentur in ordinem primitiuorū. Et erūt mihi (inquit) leuite: meum est enim oē pmitiuum: ex qua die percussi omne primogenitū in terra Egypti: mihi sanctificaui omne pmitiuū. Notū est quid de ijs historia contineat: quomodo percussa sint pmogenita Egyptiorum: cum populus Israel educeretur ex Egypto. Hoc est ergo quod in hoc loco indicatur: q: non prius sanctificati sunt pmogeniti Israel: quam percuterentur Egyptiorum primogeniti: et quasi causam sanctificationis horū: interitum et necem ponit illorum. Unde et hic intellegendum est esse quosdam primogenitos etiam in Egyptijs: idest in contrarijs potestatibus: quasi electos in malitia: et primos inter demonas: qui nisi pcussi fuerint: et extincti: sanctificationem percipere israelitarum primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est iste: q primogenitos Egyptiorum: idest principat[9]: et potestates demonum percussit? Nonne dominus meus Jesus Christus: qui est primogenitus omnis creature: qui principatus: et potestates aduersas traduxit: triumphans eos in cruce? Quos vtiq; nisi ille percussisset et triumphasset: sanctificatio ad nos primitiualis venire nullatenus potuisset. Ut autē nobis pmogenitorū benedictiones donaret: efficit prims ipse primogenitus ex mortuis: vt sit in omnib[9] ipse primatum tenens. Et nos credentes resurrectionis sue adsumeret pro pmitiuis: et in primitiuorum ordine collocaret: si tamen benedictionum gratiam vsq; ad finem firmam retineamus. Adiuti misericordia ipsi[9] domini nostri Jesu Christi: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod scriptū est. Uiginti duo millia numero inuentos esse leuitas: primogenitos autem filiorum Israel. xx. duo millia ducentos. lxxiij. Homilia. IIII.

Numerorum liber est: qui legitur nobis: in quo multe sunt numerorum differentie: que conscribuntur de filijs Israel. Sed post filios israel numerant etiam Leuite seorsum. Non. n. fuerant recēsiti cū filijs israel: et habetur eorū segregatus qdam: ac precipuus pre ceteris numerus: quo referūtur omnes simul viginti duo millia repti. Ita vt neq; amplius aliquid: neq; minus hoc numero inuentū sit. Post hoc precepit dominus numerari etiā primogenitos filiorū israel eodem ordine: quo leuite fuerant numerati: idest ab vno mense: et supra: et inueniūtur primogeniti filiorum israel viginti duo millia: et ducēti septuaginta tres. Putas ne per hec solā numeri historiā docere nos voluit Moses: et nullū in ijs diuersitatib[9] numerorū conclusit solito sibi more mysteriū. Nihil ne videbitur inesse rationis quod ducenti septuaginta tres tantū abūdare dicūtur in primogenitis israel: et in Leuitis ad viginti duo millia: neq; abūdare quicquā: neq; deesse describitur. Uiginti duo quidem numerus i scripturis diuinis sigs obseruet: qd pncipalibus qbusdā causis adscriptus sit: frequenter inueniet. Nā vigīti duo prima apud Hebreos elemēta tradūt esse litterarum. Uiginti et duo rursus a protoplasto Adā: vsq; ad

Jacob: ex cuius semine initium duodecim tribus sumūt: patres fuisse memorētur. Tradūt etiam oium creaturarum dei species intra viginti et duo numerum colligi. Sed et alia multa in scripturis siqs diligētius exequat: sub hoc numero cōsecrata reperiet. Propter hoc ergo et leuite: idest qui deseruiunt dño: et primogeniti filiorum israel: admirabili hoc: et sacrato numero titulātur. Quod autē in filijs israel addunt ducēti septuaginta tres: neqz ociosum mihi videt: neqz absolutionis viā facilem cerno: nisi dñs velamē istud impositum a Mose: ijs litteris adapire nobis digneť: et auferre. Igiť humani generis in carne generatio (sicut asserūt: qui in talib9 periti sunt) nouē qdē mēsibus ptinetur in vulua: sz nō prius moueri fertur ad partū: quam etiaz decimi mēsis triduū trāseat. Et ita ineniť quod numerus iste: idest ducenti septuaginta tres dies: illos indicent: q ex nouē mensibus: et triduo mensis decimi colliguť: et fiunt simul ducenti septuaginta tres dies isti: quibus humano generi in hunc mundum prebetur ingressus: et ita in viginti qdez: et duobus numeris: omnium simul creaturarū rationibus mysticis summa colligitur. In his vero: que ex abundanti in primogenitis inueniuntur israel: etiam mysterium humane generationis exprimitur. Post hec cum in tres ordines diuisi essent filij Leui: et ex tribus nominibus principum singuli quiqz ordines censerentur: etiam in ipsis diuersitates quedā nō sine mysterijs adscribunť. Nam filiorum Caath primus ordo describiť: et merito. Ex ipso enim descēdit Moses: et Aaron: quibus sacerdotij summa cōmittiť. Ex ipso eni nascitur Amrā: ex Amrā autez Moses: et Aaron. Secundus ordo est Gerson: qui primus quidem in natiuitate: sed secundus habetur in ordine. Sic eniz scriptura dič. Filij aūt Leui: Gerson: Caath: et Merari. Sed ex filijs Caath duo rursus ordines dirigūtur: et ij quidē: qui ex Aaron descendūt: sacerdotio mācipanť. Pars vero reliqua ad ministrādū sacerdotib9 ordinať: et iccirco in quatuor partes Leuitarum diuiduntur officia: vt sacerdotio qdē funganť Aaron: et filij eius. Sancta autem sanctorum: vt portent in humeris suis ij: qui reliqui sunt ex populo Caath. Que autem ad tabernaculū ptinent testimonij: vel ad atria eius: et pelles: vel etiaz velamēta: et quecūqz sunt minus dura: et ad onus leuia: vt procurēt filij Gerson. Columnas vero tabernaculi: et bases eius: et seras: vt portent filij Merari: iccirco et in recensendis eis designāter scriptura cōmemorat: vt recenseatur virtus Merari. Uirtute eniz opus est: ad portādas huiusmodi sarcinas. Sed redeamus aliquādo ad apostolū Paulum: q hec oia libero iā et reuelato oculo mētis aspiciens: et veteris testamēti velamē abijciēs: ait. Quia hoc populus in huiusmodi pstructionib9 exēplari: et vmbre celestiū deseruierit. Et hec audiēs: cōsydera ne forte isti quatuor ordines castrorum: exemplum sint: et vmbra illorum quatuor ordinum: quos ad Hebreos scribens Paulus enumerauit in celis. Et rursus israeliticis quatuor ordinib9 castrorum: quaternos adijce Leuitarū: que nos nō tā explanare et aperire: quā contigisse tantūmodo: et puriorib9 sensib9 (si qui tamen sunt: q puros huc: et liberos a secularibus cogitationibus sensus detulerint) indicasse: et leuiter perstrinxisse sufficiat. Accipiat (inqt) numerū filiorum Caath. Ecce iterum alius introducitur ordo numerorum. Numerati sunt iam filij Leui ab vno mense: et supra: nūc numerātur filij Leui a vicesimoquinto anno. Sed nō vt in ceteris supra: sed vsqz ad qnquagesimū annum: et fit iste precipuus numerus: et electus. Additur enim ijs. Omnis (inqt) q procedit ad ministrandum ad opera tabernaculi testimonij. Isti sunt qui numeranť meliore quodam: et precipuo numero. Sicut eniz in filijs israel dicebatur. Omnis qui procedit ad prelium in filijs israel: ita et hic dicitur ois qui procedit ad ministerium: vt faciat opera in tabernaculo testimonij. Post hec dicitur q̄ sint opera filiorum Caath in medio filiorum Leui ſm plebes suas: in tabernaculo testimonij. Introibit (inquit) Aaron et filij eius cuz eleuata fuerint castra: et deponent velum: quo teguntur sancta: et operient ex ipso velo archam testamēti. Et post hec septem quedam species enumerantur que precipiuntur operiri. Primo in loco: vt omnium preciosior ipsa archa testamenti operiatur velo: quo prius velabatur. Sed et pelle desuper iacynthina tegatur. Additur etiam aliud velamen desuper iacynthinum. Secundo in loco mēsa operitur. Tertio candelabrum. Quarto altare aureum. Quinto vasa ministerij. Sexto operimentum altaris cū qbusdam velamētis aponiť. Septimo in loco operiť et labrū: et nihil horum oium nudū relinquitur: aut reuelatū. Deniqz additur etiaz preceptum huiusmodi. Nolite (inquit) exterminare de tribu sua plebem Caath. Quo scilicet exterminādos eē se scirent: si forte ad hec mouēda manus suas mitterēt: nisi vnūquodqz eorū prius a sacerdotibus fuisset obtectum. Nunc ergo redeamus ad istud tabernaculum

ecclesie

ecclesie dei vinctis:⁊ videamus quomodo hec singula obseruari oporteat in ecclesia dei a sacerdotib⁹ Christi. Si quis vero sacerdos est: cui vasa sacra: idest mysteriorum sapientie secreta cōmissa sunt: discat ex ijs:⁊ obseruet quō hec oporteat intra velamen conscientie custodire: nec facile proferre ad publicū. Aut si res poscit proferre:⁊ inferioribus: idest imperitioribus tradere: ne nuda proferat: ne aperta ostēdat:⁊ penitus patentia: alioquin homicidium facit:⁊ exterminat plebē. Exterminatur enī omnis: qui secreta:⁊ ineffabilia sacramenta cōtigerit: nondum meritis ⁊ scientia in sacerdotij ordinem gradumq; tralatus: solis enim filijs Aaron sacerdotibus: scilicet ipsam archā testamēti:⁊ mēsam:⁊ candelabrū:⁊ siquid est eorum que supra comprehēdimus nuda ac reuelata videre concessum est. Alij autem operta hec videant: immo potius velata hec in humeris suis portent:⁊ filij qdē Caath: quoniā ipsi licet non sint sacerdotes: sunt tamen proximi sacerdotibus: in humeris suis possunt ista portare. Alij vero sarcinas suas:⁊ ministeria nec in humeris: sed in plaustris ponūt. Et.n. preuenientes lectionem dicamus aliqua etiam de ijs: que locus ammonuit: cum offerentur a singulis qbusq; tribubus plaustra: quatuor ex ijs acceperūt filij Merari: duo autē Gerson filij. Illi vero qui boū meliores sunt: plaustra nō accipiunt. Intuere ergo nūc cuiusmodi diuisio efficitur i officijs ministerij diuini:⁊ quomodo illa qdem que sancta sunt: non imponūtur portanda animalibus mutis: sed rationabiles esse debēt hoies:⁊ in humeris suis portare vasa: quibus ministrātur sancta sanctorū. Ea vero que grauiora sunt ⁊ duriora: nō tam rationabilibus ꝙ mutis portāda animalibus imponuntur. Sed ⁊ in ipsis est aliqua differentia. Nā illi qui grauiora:⁊ duriora obseruāt ministeria: plura habent animalia. Quatuor enim plaustra dantur filijs Merari. Filijs autem Gerson q: erant prope filios Caath: duo tantum plaustra sufficiunt. Ex quibus ostēditur: quod operibus quidem durioribus:⁊ (vt ita dicam) crassioribus: plures sunt: qui velut animalia inseruiunt. Ad ea vero: que rationabilibus procurātur: pauci ex ijs: qui in his instructi aut eruditi videntur accedunt. Nā ad illa que mystica sunt:⁊ in secretis recondita:⁊ solis sacerdotibus patent: non solum nullus animalis homo accedit: sed ne ipsi qdem: qui habere aliquid exercitij:⁊ eruditionis videnť. Nondum tamen meritis:⁊ vita ad sacerdotalem gratiam cōscenderunt: nō solum per speculum ea:⁊ in enigmate vident: sed ⁊ operta:⁊ velata suscipiunt:⁊ humeris portant: quo scilicet magis ea actu operum: quam scientie reuelatione cognoscant. Quia igitur huiusmodi dispensatio est mysteriorū dei:⁊ ministerij: quod habeť in sanctis: tales nos exhibere debemus: vt digni efficiamur ordine sacerdotij: ne velut inrationabilibus nobis onera grauia imponantur: sed tāꝙ rationabiles ⁊ sancti sacerdotalibus officijs deputemur. Gens enim sancta regale sacerdotium sumus:⁊ populus in adquisitione: tantum vt acceptam gratiam vite meritis exequentes: digni habeamur sancto ministerio: vt cum discesserimus de hac vita mereamur adsumini (vt supra diximus) inter sacerdotes Dei:⁊ ministrantes arce testamenti: in archanis scilicet ⁊ reconditis mysterijs: reuelata facie gloriā domini speculemur ⁊ ingrediamur terram sanctam. Cuius hereditatē nobis prestabit dominus noster Jesus Christus: cui est gloria ⁊ imperiū in secula seculorum. Amen.

¶ De eo qđ scriptū est. Nolite exterminare de tribu sua plebē Caath. Homilia.V.

Responsa dans dominus ad Mosen:⁊ Aaron dixit. Nolite exterminare de tribu sua plebem Caath: de medio filiorum Leui. Sed hoc facite eis:⁊ viuent:⁊ non morientur cum accedent ad sancta sanctorum:⁊ reliqua. Primo intellegamus ea que ſm litterā referuntur:⁊ ita prestāte domino ab intellectu littere: ascendemus ad intellegentiam spiritalem: intellege ergo prius ipsam collocationem tabernaculi testimonij: intellege:⁊ sancta sanctorum que interiecto a sanctis velamine dirimitur: que inspici non licent ab vllo hominū: nisi a sacerdotibus solis. Post hec intellege: quomodo vbi ventū fuerit: vt castra moueāt filij israel. Soluitur tabernaculum:⁊ Aaron: ac filij eius sacerdotes intra sancta sanctorum operiunt singula queq; operimentis: ac velaminibus suis. Et obtecta ea relinquētes in eodē quo fuerant loco: introducūt filios Caath: qui ad istud officium deputati sunt:⁊ faciunt eos eleuare humeris suis omnia illa: que manus sacerdotalis obtexerat. Et propter hoc dicitur a domino. Ne exterminetis de tribu sua plebē Caath. Quasi in eo exterminādi essent: si sancta sanctorum nuda:⁊ patentia contigissent. Que nō solū cōtingere: sed ne intueri qdem fas erat non velata. Si itellexisti quid historie ordo cōtineat: ascende nunc ad splendo-

rem mysterij: ⁊ legis spiritalis lumen: si purus tibi est mentis oculus contuere. Si qs dignus ex ijs: qui Deo ministrant diuina cape: ⁊ vide re mysteria: ad que cōtuenda ceteri minus capaces sunt. Hic Aaron: vel filius Aaron esse intellegat: qui ingredi pōt ad ea: q̄ adire alijs fas non est. Siqs ergo talis est: huic soli reuela ta patet archa testamēti. Hic videt vrnam intra se hñtem mānaz: hic ꝯsyderat ⁊ itellegit ꝑpitiatorium. Hic intuet ⁊ Cherubim vtrūqz: ⁊ mēsam sanctā: ⁊ candelabrū luminis: ⁊ altare incensi. Iste hec ꝯsyderat: ⁊ intellegit spiritaliter: idest qui vbo dei: ⁊ sapientie mysterijs operam dat: ⁊ deo soli in sanctis vacat. Sciat sane cui hec reuelant: ⁊ spiritaliter inspicienda credunt: non sibi tutum esse aperire ea: ⁊ pandere qbus non licet pādi: sed operire debet singula: ⁊ operta ceteris minus capacibus tradere: portanda humeris: ⁊ ceruicibus imponenda. Cū enī ex verbis mysticis eruditi: ⁊ perfecti quiqz doctores opera populis iniūgunt: ⁊ plebs agit quidez ⁊ implet que mandantur: non tamē eorum que gerūtur intellegit rationem: quid aliud geritur: nisi opta: ⁊ velata sancta sanctorum super humeros portantur? Et vt adhuc manifestius que dicūtur aduertas: exemplis te ex diuinis voluminibus adhibitis informabimus. Moses itellegebat sine dubio que esset vera circūcisio. Intellegebat qō esset verum pascha: sciebat que essent vere neomenie: ⁊ que vera sabbata: ⁊ cum hec omnia intellexisset in spiritu: verbis tamen ea per rerū corporalium species: adumbrationesqz velabat: ⁊ cum sciret verum pascha immolandum esse Christum: ouem corporalem immolare mandat in pascha. Cumqz sciret diem festum agi debere in azimis synceritatis: ⁊ veritatis: tamen de farine azimis precipiebat agi diem festum. Hec ergo: ⁊ huiusmodi erāt sancta sanctorum: que cum Moses portāda ceteris traderet: idest rebus ⁊ operibus implēda: cooperta tamen ea: ⁊ velata cōmuni sermonuz tradebat eloqo. Humeri autē ꝙ operū indicium teneant: in multis scripture sepe locis ostēdim⁹. Sed ⁊ in ecclesiasticis obseruationib⁹ sunt nō nulla huiusmodi: que oībus quidez facere necesse est: nec tamen ratio eorū omnibus patet. Naz quod: verbi gratia: genua flectimus orātes: ⁊ quod ex oībus celi plagis ad solaz orientis partem cōuersi oratione fundimus: non facile cuiquam puto ratione cōpertum: sed ⁊ eucharistie: siue ꝑcipiende: siue eo ritu quo geritur explicande: vel eorum que geruntur in baptismo verboꝝ: gestorūqz: ⁊ ordinum: atqz interrogationum: ac respōsionuz: quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hec operta ⁊ velata portamus sup humeros nostros. Cuz ita implemus ea ⁊ exequimur: vt a magno pōtifice: atqz eius filijs tradita ⁊ commendata suscepimus. Cūcta hec ergo ⁊ horum similia cū gerimus: nec tamen eoruz adsequimur rationez: leuamus humeris nostris: ⁊ portamus ad operta: ⁊ obtecta diuina mysteria: nisi quis sit inter nos Aaron: aut filius Aaron: quib⁹ ista conceditur nuda: ⁊ reuelata perspicere. Ita tamen ꝯceditur: vt sciant sibi velanda hec: ⁊ operienda: vbi ceteris dari ea: ⁊ in opus ꝓferri ratio poposcerit. Post hec dicitur de Leuitis: qui operētur a vicesimoquinto anno: ⁊ supra: vsqz ad quinquagesimū annum. Omnis (inquit) qui procedit ad opus operum: ⁊ ad opera que portant tabernaculi testimonij. Obserua in ijs distinctionem sermonuz scripture diuine: vbi de operibus filioꝝ israel loquit. Nō dicit opera operum: sed sola opera. Vbi vero de officijs Leuitaruz: non dicit sola opera: sed opera operū. Sicut enim sunt quedaz sancta: sunt aūt ⁊ alia sancta sanctorum: ita sunt quedam opera: ⁊ alia opera operū. Unde videtur mihi: q: Moses vbi sensit esse quedam opa visibilia qdem: sed qbus inesset interior alia mystica ⁊ occulta intellegētia: hec non solum opera: sed opera operuz dixerit. Que vero cōmunia: ⁊ presentis solū temporis opera intellexit: hec soluz opera nominauerit. Sunt ergo q̄dā opera operum: que ego puto esse omnia hec: de quibus: vel in presenti lectione: vel in Exodo ⁊ ceteris locis sub occultis precipitur mysterijs: ⁊ pro parte in presenti: pro parte vero explendis in futurum: que tamen (vt diximus) opera operum: non cuilibet: sꝫ leuitis solis tradenda mandantur. Et inter leuitas ipsos non prius ad hec opera quisꝙ vocatur: nisi a vicesimo demum ⁊ quinto anno vite sue: vsqz ad quinquagesimū. Sed nō caret sacramēto: ne ipse quidē vigintiquinqz: ⁊ quinquaginta numerus annorum. Nam in vigintiqnqz numero: quinqz sensuum perfectio declarat: ita vt quinquies quina numerent. Quod vtiqz indicat eū vocari ad opera operum in mysterio ꝑagenda: qui ex omni parte multiplicatis: ⁊ purificatis sensibus inuenit esse perfectus. Quinquagesimus autem numerus quod remissionis: ⁊ indulgentie teneat sacramētuz: in multis scripturarum locis sepe: ⁊ abundāter ostendimus. Nā ⁊ quinquagesimus annus est: q ⁊ iubileus dicitur apud Hebreos: in quo ⁊ possessionuz: ⁊ seruitutis: ⁊ debiti fit remissio. Et

quinquagesimus

quinquagesimus dies post pascha festus tradi
tur in lege. Sed ⁊ dñs in euãgelio cū parabo
lam remissionis doceret: ⁊ indulgentie debito
res: quos introducit: vnum in quinquaginta:
⁊ aliū in quingētis fuisse denarijs: dicit obno
xios. Quinquaginta aūt ⁊ qngenti cognatus
est numerus. Decade enī qnquaginta faciūt
quingentos. Sed ⁊ alia ex pte numerus iste sa
cratus fit. Septē enim septimanis si addatur
vnius numeri perfectio: quinquaginta faciūt
dies. Similiter ⁊ septuagita septimanis si ad
datur vnius decade cōsumatio: faciūt qngen
tos. Quod ⁊ si abūdantius adhuc sacramēta
quinquaginta ⁊ quingētorū numeri placet col
ligere: habemus ⁊ in hoc ipso: qui in manibus
est Numerorum libro: vbi de hostiū spolijs q
dam quidē offerunt in dona dei quinquagesi
mam portionē: qui nō processerūt ad bellum.
Quidā vero quingentesimā: ⁊ vtiq; non ina
niter etiā hic qnquagesimus: ⁊ qngentesimus
numerus habetur. Sed ⁊ in Genesi: vbi deus
tractabat de indulgētia sodomorū: si forte pos
sent ad veniā peruenire. Huiuscemodi myste
riorum cōscius patriarcha Abraham: a quin
quagesimo numero incipit pro indulgētia so
domorū dño supplicare: ⁊ dicit. Si inuēti fue
rint quinquaginta in ciuitate: nō saluabis pro
pter quinquaginta ciuitatē? Sed ad proposi
tum reuertamur. Oportet ergo opari leuitas
in sanctis vsq; ad quinquaginta ānos: inferio
res quidē opa: meliores vero: opera operum.
Horū autē superiores: spiritalibus officijs de
seruire: ⁊ introire in sancta sanctorū: ibiq; ope
rire que operiēda sunt: ⁊ tradere filijs Caath
portāda humeris: ⁊ manibus euehēda. Sed ⁊
reliquis vnicuiq; sēm ea: que iā supius sepe dis
serta sunt ordinantur. Verū ne nimia hec ope
rimentorum: velamētorumq; cautela despera
tionē quādam: ⁊ mestitiā generent auditori
bus: pauca aliqua: que ⁊ nobis pandere tutū
sit: ⁊ vobis fas sit aspicere: quoniā quidē (vt
prius diximus) genus regale: ⁊ sacerdotium
gens sancta: ⁊ populus in adinquisitione di
cti sumus aperire tentabimus. Intellegamus
ergo tabernaculū testimonij oēs sanctos: qui
sub testamēto dei cēsentur: ⁊ in hoc tabernacu
lo esse quosdā celsiores meritis: ⁊ gratia supe
riores: ⁊ ex ijs aliquos quidē candelabrum di
ci. Ipsos forte apostolos: qui inluminant acce
dentes ad deum. Sed ⁊ siqui alij sunt: qui in
hoc tabernaculo dei omnibus ingredientibus
sciētie: ⁊ doctrine lumen ostendunt: omnes isti
candelabrum misticum nominentur. Alij sint
mēsa sacra: scilicet quicūq; habēt panes dei: ⁊
reficiūt: ac pascūt animas esurientes iustitiam.
Alij sunt altare incēsi: quicūq; orationibus: ⁊
ieiunijs die: ac nocte vacāt in templo dei: orā
tes nō solum pro semetipsis: sed ⁊ pro vniuer
so populo. Hi vero: qbus arcana mysteria cre
didit deus: ⁊ occultorū prouidētie sue iudicio
rum secreta cōmisit: arca testamēti dei appel
lentur. Porro qui cum omni fiducia per ho
stias precū: supplicationūq; victimas deū ho
minibus repropitiant: ⁊ pro delictis populi in
terueniūt: propitiatorium nominentur. At qui
meruerint multitudinē sciētie: ⁊ abundātes di
uitias in agnitione Dei: Cherubim intellegi
possunt. Cherubim namq; in nostra lingua
multitudo sciētie interpretatur. Sed hos oēs:
qui p hec singula: que supra enumerata sunt:
designātur portari necesse est: ⁊ portari in hu
meris. Unde fortassis (vt ego opinior) ange
li qui ordinati sunt propter eos: qui heredita
tem capiūt salutis: ipsi sint: qui singulos eorū:
quos supradiximus: portant. Cum enim solu
tū fuerit tabernaculū hoc: ⁊ ceperimus ingre
di ad illa sancta: ⁊ pergere ad locum repromis
sionis: ij qui vere sancti sunt: ⁊ in sanctis san
ctorum habentur: angelis sine dubio subuectā
tibus incedunt: ⁊ vsq; quo requiescat taberna
culum dei portātur in humeris: ⁊ extolluntur
in manibus. Quod prospiciēs in spiritu pphe
ta dicebat. Quoniā angelis suis mandauit de
te: vt i manibus tollāt te: ne forte offendas ad
lapidē pedē tuū. Quod qdē dictū putauit dia
bolus de Saluatore accipiēdū: sed cecatus ma
litia: nō intellexit eloqa dñi mystica. Neq; n.
Saluator meus angelis idigebat: vt nō offen
deret ad lapidē pedē suū. Calūniatur diabo
lus scripturā diuinā: qui hec de Saluatore di
cta protulerit: non de illo: sed de oībus sanctis
hoc dicitur: qr angelis suis mādauit deus pro
populo suo: vt nō offēdat ad lapidē pedē suū.
Sed ⁊ oīa q̄ in hoc psalmo scripta sunt: iustis
qbusq; magis q̄ Saluatori conueniūt. Libe
rat enī dñs a ruina: ⁊ demonio meridiano nō
Saluatorē: qd absit a nobis ita intellegere: sed
oēm iustū. Iusti enim sunt: qui indigent adiu
torio angelorū dei: vt ne a demonibus subruā
tur: ⁊ ne corda eorū sagitta volante in tenebris
terebrētur. Per ipsos angelos sub eodē my
sterio Paulus portādos esse quosdā cōfirmat
in nubibus: cū dicit. Sed ⁊ nos q viuimus: q re
liq sumus simul cū illis rapiemur in nubibus
obuiā Christo in aera. Rapiūtur ergo ab an
gelis ij: q penitus purgati: ⁊ leues effecti sunt
a delictis. Portātur vero ij: q aliqbus adhuc
reliquijs pregrauātur. Portātur vero ⁊ colū

ne tabernaculi a quibusdam: et atria: et cetera: que a scriptura referuntur. Portatur aut non ab israelitis: sed a leuitis: secundum hunc sensum: quem in transcursu videmur breuiter contigisse: relinquentes sensibus auditorum: vt siqui de ijs maiore desyderio flagrauerit: accendat sibi lumen scientie: et maiora borum oculo perspicaciore coniiciat. Nobis aute concedat dominus: vt a talibus operijs portati: et subleuati liberemur et defendamur a sagitta volante in tenebris et a ruina: et demonio meridiano: ne forte offendamus ad lapidem pedem nostrum: vsquequo perueniamus ad locum repromissionis sanctorum. Per Christum dominum nostrum. Cui est honor in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est: exijt Moses ad populum: et de septuagita presbyteris: et de Ethiopissa: quam Moses accepit vxorem.

Homilia. VI.

Plura nobis simul recitata sunt: et de omnibus ijs dicere: nec temporis breuitas: nec mysteriorum magnitudo permittit. Licebit tamen ex ingentibus campis paucos flosculos legere: et non quantum ager exuberat: sed quantum odoratui sufficiat carpere. Sicut et cum quis accedit ad fontem: non ei tantum haurire necesse est: quantum vena diues effuderit: sed quantum arentes siti mitiget fauces. Ne forte plus iusto sumpta: fiat potanti salubris vnda pernicies. Et exijt (inquit) Moses ad populum: et locutus est ad eum verba domini. Donec verba domini audit Moses et ab ipso docetur: intus est: et in interioribus consistit: atque in intimis secretis habet. Ubi vero turbis loquitur: et populis: ministrat ei: qui intus non potest stare: exire dicitur foras. Quid ergo forme talis continet sermo? Quod omnis doctor et magister ecclesie si de profundioribus mysterijs aliquid moueat: si archanum quid et reconditum de dei sapientia proferat inter perfectos: donec in profundis sensibus versatur intus esse: et in interioribus consistere dicendus est. Cum vero loquitur ad turbas: et ea profert que sufficiant ijs: qui foris sunt: et que potest vulgus audire: foras dicitur exisse: et loqui ad populum verba domini. Hoc video et Paulum fecisse: et intus quidem fuisse cum diceret. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam autem non huius mundi: neque principum huius mundi: qui destruentur. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam: quam nemo principum huius mundi cognouit. Uides quomodo intus est: et interna: atque archana diuine sapientie penetrat Paulus cum hec loquitur? Cum autem procedit ad populum: audi quid loquatur. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: et qui furabatur iam non furetur. Et vnusquisque vir vxorem suam habeat: et vnaqueque mulier suum virum habeat. Hec et siqua huiusmodi sunt. Paulus secundum Mosis formam foras exiens ad populum loquitur. Sed videamus et aliud caput in quo refertur quod septuaginta viros elegerit Moses ex senioribus populi: et habuerit eos ante tabernaculum testimonij: et de spiritu Mosi accipiens deus dederit septuaginta senioribus: et cum requieuisset (inquit) super eos spiritus: prophetauerunt omnes. Quod dixit: quia adsumens de spiritu Mosi: dedit septuaginta senioribus spiritum: non ita intellegas quasi materialem aliquam: corporeamque substantiam auferens Deus a Mose in septuaginta secuerit portiones: et ita vnicuique seniorum exiguam particulam dederit. Impium est ita intellegere naturam spiritus sancti. Sed hoc modo figuram mystici huius sermonis aduerte: quasi Moses: et spiritus: qui erat in Mose clarissimi cuiusdam luminis fuerit lucerna: ex qua alias septuagita lucernas accenderit deus: ad quas ita principalis illius luminis splendor peruenerit: vt origo ipsa luminis nihil damni ex commercio deriuationis acceperit. Et hoc modo pie intellegitur quod scriptum est: quia abstulit dominus de spiritu Mosi: et dedit septuaginta senioribus. Sed videamus quid est quod ait in consequentibus. Et requieuit (inquit) super eos spiritus: et prophetauerunt omnes. Requiescere spiritum non in quibuscumque hominibus legimus: sed in sanctis et beatis. Requiescit enim spiritus dei in ijs: qui mundo sunt corde: et in ijs: qui purificant animas suas a peccato: sicut e contrario non inhabitat in corpore subdito peccatis: etiam si habitauit aliquando in eo. Non enim potest spiritus sanctus consortium pati: et societatem spiritus mali. Certum est enim peccati tempore adesse in corde vniuscuiusque spiritum malum: et agere partes suas. Cui vtique cum locus datur: et recipitur a nobis per cogitationes malas: et concupiscentias pessimas: contristatus: et (vt ita dicam) coangustatus fugatur de nobis spiritus sanctus. Propter quod et Apostolus sciens hec ita accidere: monebat dicens. Nolite contristare spiritum sanctum: in quo signati estis in die redemptionis. Igitur peccantes contristamus spiritum sanctum. Juste vero agentes: et sancte: requiem ei paramus in nobis. Unde et quod nunc ait de septuagita presbyteris: quia requeuit in eis spiritus: laudem vite eorum: et virtutes exposuit. Denique quia pro puritate cordis eorum: et synceritate mentis: atque intellegen-

tie capacitate requieuit spiritus sanctus:conti
nuo ⁊ operatur in eis:nec ociū patitur:vbi ope
rādi materia digna subpeditat.Ait.n.scriptu
ra.Et regeuit in eis spiritus: ⁊ ꝓphetauerūt.
In oib⁹ ergo q̄ ꝓphetauerūt regeuit spūs san
ctus:nec tñ in aliquo ipsoꝝ ita regeuit:sicut in
Saluatore.Propter qđ ⁊ scriptum est de eo.
Quia exibit virga de radice Iesse:⁊ flos de ra
dice eius ascēdet.Et regescet super eū spiritus
dei:spūs sapiētie:⁊ intellectus:spiritus ꝯsilij ⁊
virtutis:spiritus scientie:⁊ pietatis:⁊ replebit
eum spiritus timoris domini.Sed fortasse di-
cit aliquis.Nihil amplius ostendisti scriptum
de Christo:quam de reliquis hominibus.Si-
cut enim de ceteris dictuȝ est:q: regeuit super
eos:ita ⁊ de Saluatore dictūȝ est:regescet sup
eum spiritus Dei.Sȝ vide q: supra nullū aliū
spiritus dei regeuisse septemplici hac virtute
describit:per qđ sine dubio ipsa illa diuini spi-
ritus substantia:que q: vno nomine non pote-
rat diuersis vocabulis explanatur.Requiesce
re super virgaȝ:que de stirpe Iesse procederet
prophetat.Habeo ⁊ aliud testimoniū quo do-
cere possum in domino:⁊ Saluatore meo spi-
ritum sanctum eximio quodam genere:⁊ lon-
ge aliter requieuisse:quam refertur in ceteris.
Dicit enim Ioannes baptista de eo.Qui mi-
sit me baptizare in aqua:ille mihi dixit. Sup
quē videris spiritū descēdentem:⁊ manētē in
eo:ipse est.Si dixisset spiritū descēdentē:⁊ nō
addidisset manētem in eo:nihil ꝑcipuū pre ce-
teris habere videret.Nunc aūt addidit:⁊ ma
nētem in eo:vt eēt hoc signi in Saluatore:qđ
in nullo alio possit ostēdi.De nullo.n.scriptuȝ
est:q: māserit in eo spiritus sanctus. Et ne qs
me putet in hoc derogare ꝓphetis: sciūt ipsi:
q: nō eis derogo: ꝑferens eis dñm meū Iesuȝ
Christū.Recolunt.n.singuli dicta sua:⁊ inue
niūt ꝙ de nullo alio dictū est:q: peccatum non
fecit:nec inuētus est dolus in ore eius. Quia.n.
solus est sine peccato:qui peccatū non fecit:ic-
circo in ipso solo māsit:⁊ ꝑmāsit spūs sanctus.
Si enim ipse est:de quo singulariter aliquid ⁊
eximium dicitur:hoc quod supra diximus:q:
peccatū non fecit:constat reliquos omnes fuis-
se sub peccato.Si oēs:necessario ⁊ ꝓphetas.
Et quomodo conueniet vt tpe peccati mansis-
se in eis dicamus spiritū sanctū?Aut si tibi in-
credibile videt:ꝓphetas postq̄ acceperāt spiri
tū sanctū potuisse peccare:ad hunc ipsuȝ Mo-
sen:queȝ habemus in manibus reuertamur:q
vtiqȝ maximus ē:⁊ eximius ꝓphetaꝝ.Ipse de
se scribit:⁊ testimoniuȝ dat de semetipso:quia
peccauerit in eo quo dixit. Audite me incredu-
li.Nunqd de petra ista ꝓducere vobis poteri-
mus aquā?In ijs eniȝ dictis non sanctificauit
dñm in aqua contradictionis:idest nō est fisus
in virtute dei:⁊ dixit.Quia potens est deus de
petra hac educere vobis aquā:sed quasi ex di-
fidētie cuiusdam fragilitate respōdit dicens.
Nūqd poterimus vobis de petra hac educere
aquā?Quia ergo peccatū ei in ijs verbis repu
tat a deo:certum est ꝙ hec cū loqueret:non de
spiritu sancto locutus sit:sȝ de spiritu peccati.
Quod si scripture testimonio tātus propheta
Moses ostēdit aliqñ habuisse in se spiritū dei:
aliqñ vero nō habuisse:peccati scilicet tpe:cer-
tum est:q: ⁊ de reliqs prophetis similis forma
tenēda sit.Quid autē ⁊ de Dauid dicā?q pro
spiritu sancto:tāq̄ qui a se posset auferri:orat
ne auferat:⁊ dicit.Ne ꝓijcias me a facie tua:
⁊ spiritū sanctū tuū ne auferas a me.In sequē
tibus vero tāq̄ pro culpa ablatum a se munus
reposcit.Redde mihi letitiam salutaris tui:⁊
spiritu principali cōfirma me.Quid vero etiā
de Salomone cōmemoreȝ:quē vtiqȝ nemo di
cet:aut sine spiritu sancto iudicasse iudicia:vel
tēplū dño ꝯstruxisse?Aut rursus in sancto spi
ritu demonibus tēpla fecisse:aut impijs mulie
ribus flexisse latera sua?Etiā ille ꝓpheta:q in
tertio Regnoꝝ libro in Bethel mittebatur a
dño:in spiritu vtiqȝ dei:verba dei locutus est:
non tñ in spiritu dei ꝑuaricatus esse preceptū
dñi credēdus est:quo iussus fuerat non mādu-
care paneȝ in Bethel:ꝓpter qđ ⁊ a leone peri-
mit.Sed lōgū est ire per singulos.Ego aūt li-
cet nō vsqȝquaqȝ ꝓnūciem:puto tñ ꝙ sint nō-
nulla etiā cōmunium hoīum gesta.Que quā-
uis peccato carēat:nō tñ digna videant:qbus
interesse putemus spiritū sanctū. Ut verbi gr̄a
dixerim:cōnubia quidē legitima carent qdem
peccato:nec tamen tēpore illo quo coniugales
actus gerūtur presentia sancti spiritus dabit:
etiā si ꝓpheta eē videat:qui officio generatio-
nis obsequitur.Sed ⁊ alia plura sunt:in qbus
sufficit sola vis humana:⁊ neqȝ res idiget:ne-
qȝ decet adesse presentiam spiritus sancti. Sȝ
in hec per excessuȝ quedā incurrimus:dñ ostē-
dere volum⁹ sup solū dñm:⁊ Saluatorē meuȝ
Iesum māsisse semp spiritū dei.In ceteris au
tē oibus sanctis:sicut ⁊ in.lxx.senorib⁹:a qb⁹
verbi huius processit exordiū regeuisse tātū spi
ritū dei:⁊ operatū esse in tēpore ea que expedie
bant ijs:per quos opabat:⁊ vtile erat ijs:qui-
bus ministrabat.Sed ⁊ in cōsequētibus conti
net lectio:que recitata ē ꝙ Moses Ethiopis-
sam duxerit vxorē:⁊ Maria:atqȝ Aaron de-
traxerint de Mose cur Ethiopissam duxerit:

⁊ aiunt. Nunquid soli Mosi locutus est dñs? Nõne ⁊ nobis locutus est? Et audiuit (inqt) dñs. Et post hec iubet eos exire ad tabernaculum testimonij: atqꝫ ibi iudicio quodam habito leprosa efficitur Maria vsqꝫ ad certum tẽpus: ⁊ sic reuocatur ad castra. Quod vt cõpendiosius explicemus. Mariam dicimus formã habuisse plebis prioris. Mosen: idest legeꝫ domini transisse ad cõnubiuꝫ Ethiopisse huius: que ex gentibus congregata est. Hanc ergo Moses: idest lex spiritalis accepit vxorẽ: ⁊ pro hoc facto Maria: que nunc synagoga est: indignatur: ⁊ detrahit: vna cum Aaron: cuꝫ sacerdotibus scilicet: ⁊ Phariseis. Derogat ergo vsqꝫ in hodiernuꝫ Mosi nobiscũ posito plebs illa: ⁊ turpe ei videtur quia circũcisionem carnis non docet apud nos: nec obseruationẽ sabbati: nec neomenie: nec sacrificia sanguinis: sꝫ circũcisionem cordis: ⁊ peccandi ocium: diesqꝫ festos in azimis synceritatis: ⁊ veritatis: ⁊ sacrificia laudis: ⁊ non iam pecudes: sed vitiorũ cedi victimas monet. Iudicat ergo de ijs de⁹: ⁊ nuptias Ethiopisse cõfirmat: ⁊ Mosen quidem libenter cum ea habitare sinit: ac requiescere. Mariam vero eijcit extra castra: ⁊ porro facit a tabernaculo testimonij: cum qua eijcit etiam Aaron. Insuper autem ⁊ leprosa efficitur Maria. Aspice nunc ad illam plebeꝫ: ⁊ vide quanta in illa est lepra peccati: quanta intellegentie caligo: q̃ta obseruantie feditas: quanta turpitudo conspectus. Verũtamẽ hec lepra non perpetuo permanet: sed vbi septimana cõpleri ceperit mundi: reuocabitur ad castra. In fine enim mundi cum plenitudo gentium introierit: tunc etiam omnis israel saluabitur: ⁊ tunc est cum cessabit lepra de facie Marie: recipiet enim decus fidei: ⁊ splendorem Christi agnitionis accipiet. Et restituctur vultus ei⁹: cum fiet vterqꝫ vnus grex: ⁊ vnus pastor. In quo vere dicendum est. O altitudo diuitiaruꝫ sapientie: ⁊ scientie dei. Qui ita conclusit omnes sub peccato: vt omnibus misereat̃ in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Rursum de Ethiopissa: ⁊ de lepra Marie: que superfuerant. Homilia. VII.

SIcut Apostolus dicit. Hec omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter commonitionem nostram: quero quid commonitiõis accipiamus ex eo: quod lectuꝫ est nobis: quia detraxerũt Aaron: ⁊ Maria de Mose: ⁊ ꝑpter hoc correpti sunt. Maria vero etiam leprosa efficitur. Tanta autem fuit cura correptionis huius: vt dum Maria septimane tempus expleret in lepra: populus dei non ageret iter ad terram repromissionis: ne tabernaculum testimonij moueretur. Primo interiꝫ moneor: ⁊ vtiliter: ac necessario moneor ex hoc facto ne detraham fratri: ne male loquar de proximo meo: ne aperiam os meum ad derogandum non solum sanctis: sed ⁊ quibuslibet proximis meis. Uides quanta ex hoc indignatio Dei fuerit: quãta vindicta processerit. Deniqꝫ aduersum peccatum istud simili indignatione etiam in psalmis deum cõmoueri videmus: ⁊ dicere. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas: ⁊ aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Similiter autẽ ⁊ in alio psalmo ex persona iusti scientis hoc deo quaꝫ maxime displicere dicitur. Detrahentẽ occulte aduersus proximum suum persequebar. Ex ijs igitur omnib⁹ diuine scripture sermonibus: velut gladijs quibusdam vtrinque acutis obtrectandi fratribus: ⁊ derogandi sanctis vitium resecemus. Lepra enim consequitur derogantes: ⁊ cacologos. Post hec autẽ a moralibus ad intellegentiam mysticaꝫ trãseamus. Quãuis ⁊ in superiore tractatu pauca iam dicta sint: tamen que defuisse videtur addemus. Videamus ergo quis est qui derogat Mosi: quis de eo male loquitur? Non solum iudei: sed ⁊ heretici: qui non recipiunt legeꝫ: ⁊ prophetas: etiã ipsi detrahunt de Mose. Deniqꝫ solent ei etiam crimen impingere dicentes: quia homicida fuit Moses: interfecit enim Egyptiuꝫ: ⁊ alia multa: vel in ipsuꝫ: vel in prophetas blasphemo ore concinnant. Isti ergo quia detrahunt Mosi habent leprã in animaꝫ suam: ⁊ sunt in homine interiore leprosi: ⁊ ideo habentur extra castra ecclesie dei. Siue ergo heretici sint: qui derogant Mosi: siue de ecclesia sint qui detrahunt fratribus: ⁊ male locuntur de proximis suis: omnes qui hoc vitio aguntur: dubitandum non est quin leprosi sint in anima sua. Et Maria quidem interueniente Aaron pontifice septima die curatur. Nos vero si in obtrectationis vitium inciderimus: in anime lepram vsqꝫ ad fineꝫ septimane mundi: idest vsqꝫ ad resurrectionis tempus leprosi in anima permanemus: ⁊ immũdi: nisi dũ penitẽdi tẽpus est corrigamus: ⁊ cõuersi ad dñm Iesum: ac supplicantes ei per penitẽtiã purgemur ab imũditia lepre nostre. Ego autẽ puto ꝙ nõ solus ille populus prior: neque soli heretici: de quibus supra memorauimus detrahunt de Mose: sed ⁊ omnis:

qui scripta eius male intellegit:⁊ qui spiritalē
legem carnaliter suscipit. Mosi derogat:quia
de verbis spiritus carnaliter homines docet.
Audistis quid sibi iudicij obtrectatores:⁊ ma
leloqui:⁊ quid damnationis adquirant? Au-
dite nunc ⁊ quantum beneficij cōferant ijs:q-
bus obtrectant. Nunquam inuenimus tātas
laudes deus dixisse de Mose famulo suo quā-
tas nunc dici videmus:quando ab hominib⁹
ei derogatum est. Audi ergo in consequenti-
bus quid referat:⁊ quibus Mosen laudibus
efferat spiritus sanctus. Et descēdit (inquit)
dominus in colūna nubis:⁊ stetit ad hostium
tabernaculi testimonij. Et vocati sunt Aarō:
⁊ Maria:⁊ steterunt ambo:⁊ dixit ad eos. Au
dite verba mea. Si fuerit ꝓpheta quis vestrum
domini:in visionibus ei agnoscar:⁊ in somnis
loquar ei. Non sicut famulo meo Mosi:q in
tota domo mea fidelis est:os ad os loquor ad
eum:in specie:⁊ non in enigmate:⁊ gloriam do
mini vidit. Et quare non timuistis detrahere
famulo meo Mosi? Et ira furoris domini fa-
cta est super illos:⁊ discesserunt:⁊ nubes discel
sit a tabernaculo. Et ecce Maria facta est le-
prosa sicut nix. Videtis quid sibi pene contule
rint obtrectatores:quid vero illi:cui obtrecta-
uerant quesiuerint laudis. Sibi turpitudinē:
illi splendorem:sibi lepram:illi gloriā:sibi ob-
probrium:illi magnificentiam quesiuerūt. Ve
rūtamen Moses priusquā accipet Ethiopis-
sam non est scriptum:q: in specie locutus sit ei
deus:⁊ nō in enigmate. Sz vbi accepit Ethio
pissam:tunc dicit de eo Deus. Quia os ad os
loquar ad eum:in specie:⁊ non in enigmate.
Modo enim cum Moses venit ad nos:⁊ con
iunctus est huic nostre Ethiopisse:lex dei iam
non in figuris:⁊ in imaginibus sicut prius:sed
in ipsa specie veritatis agnoscitur. Et que ꝑus
in enigmate designabantur:nūc in specie:⁊ ve
ritate complentur. Et ideo ille:qui species fi-
gurarum:⁊ enigmatum differebat dicit. Sci-
mus autem quoniam patres nostri omnes sub
nube fuerūt:⁊ omnes in Mose baptizati sunt
in nube:⁊ in mari. Et omnes eandem escā spi-
ritalem manducauerunt:⁊ omnes eūdem po-
tum spiritalem biberunt. Bibebant autez de
spiritali cōsequenti eos petra. Petra aūt erat
Christus. Vides qmō enigmata legis Pau-
lus absoluit:⁊ species enigmatum docet:⁊ di-
cit. Quia petra in enigmate erat apud Mo-
sen:antequam iungeretur huic nostre Ethio-
pisse. Nunc in specie petra Christus est. Non
est scriptum:quia in specie locutus sit ei deus:
⁊ nō in enigmate:sed vbi accepit Ethiopissaz.
Nunc enim os ad os loquitur per legē deus.
Antea in enigmate fuit baptismus in nube:⁊
in mari:nunc autez in specie regeneratio est in
aqua:⁊ in spiritu sancto. Tūc in enigmate erat
mānna cibus:nunc aūt in specie caro verbi dei
est verus cib⁹:sicut ipse dicit. Quia caro mea
vere est cibus:⁊ sanguis meus vere est potus.
Sic ergo iam nūc Moses apud nos positus:⁊
huic Ethiopisse cōiunctus:vel ipse ad nos:vel
Deus ad ipsum non loqtur in enigmate:sz in
specie. His autem additur:⁊ gloriam (ingt)
domini vidit. Quando vidit Moses gloriam
domini? Ego tunc dico quando transforma-
tus est dominus in monte:⁊ aderat ei Moses
cum Elia:⁊ colloquebantur ei:⁊ ideo recte in
consequentibus adiungit:⁊ quare non timui-
stis detrahere famulo meo Mosi? Quod eui-
denter vtiqz ad eos dictum dirigitur:qui euā
gelia quidem suscipere videntur:derogant au
tem Mosi:⁊ merito arguuntur:quia cum di-
scant per euangelium quod Moses vna cum
Elia vidit gloriam domini: legi ⁊ prophetis
ausi sunt derogare. Et ideo nos non detraba-
mus Mosi:nec derogemus legi:sed simus nō
solum auditores legis:sed ⁊ factores:vt cū ipso
Mose conglorificari mereamur. Ego autem
puto quod ⁊ illi materiam prestant ad derogā
dum Mosi:qui verbi causa cum legitur liber
Leuitici:vel lectio Numerorum : non osten-
dunt quomodo hec:que in enigmate scripta
sunt:intellegi per speciem debeant : idest qui
non spiritaliter ea:que in lege leguntur expo-
nunt. Necessario enim qui audiunt ritum sa-
crificiorum:vel sabbatorum obseruantiam:vel
ceterorum similium in ecclesia recitari offendū-
tur:⁊ dicunt. Quid hoc necesse est in ecclesia
legi? Quo nobis prosunt precepta iudaica : ⁊
spreti populi obseruantie? Hec iudeorum sunt:
⁊ iudei de ijs viderint. Ne ergo huiusmodi of
fendicula auditoribus accedant:danda opera
est ad scientiam legis. Et hm hoc quod spiri-
talis est lex: intellegenda: ⁊ explananda sunt
omnia:que leguntur:ne doctorum causa:im-
mo desidia:⁊ neglegentia:ab imperitis: ⁊ in-
doctis derogetur Mosi:sed conuertamur ad
Dominum:vt auferat a nobis velamen litte-
re:vt non nobis deformis vultus Mosi : sed
gloriosus:⁊ decorus appareat. Ita vt non so-
lum non obtrectemus:sed ⁊ pro magnitudine
sensuum:laudem ei:⁊ gloriam conferamus.
Et ira furoris domini facta est super illos:⁊ di
scesserunt:⁊ nubes recessit a tabernaculo:⁊ ec-
ce Maria facta est leprosa sicut nix:ira furoris
domini efficitur super eos:qui male locuntur:

ꝛ detrahunt. Uerumtamen quod dicit: ꝛ nubes recessit a tabernaculo: ꝛ ecce Maria facta est leprosa: sicut nix: consyderandum diligentius est quod prius recedit nubes: ꝛ ita lepra repletur: vt ostendatur quia etiã si est in aliquo gratia sancti spiritus: ꝛ obtrectat: ꝛ detrahit: recedit ab eo post obtrectationẽ: ꝛ sic lepra repletur anima eius. Nam ꝛ populus ille prior habuit in se gratiam dei. Sed postquã in verum Mosen dominum nostrum Jesum Christum extenderunt linguas blasphemie sue: discessit ab illis nubes: ꝛ transiuit ad nos in mõtem excelsum: cum Saluator noster transformatus est: ꝛ nubes refulgens obumbrauit discipulos eius: ꝛ venit vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectissimus: in quo mihi bene complacui. Post hoc ergo Maria facta ẽ leprosa sicut nix. Donec aderat nubes. Maria non erat leprosa: sed cum discessit. Donec enĩ visitatio Dei erat in populo illo: non erat leprosus. Ubi vero discessit: ignominia vultus sui contexit eum. Sed ꝛ nos timeamus ne forte effugemus a nobis hanc nubem male loquẽdo: male agendo: male cogitando: ꝛ tunc apparebit in nobis lepra peccati: cum deseruerit nos gratia Dei. Et respexit Aaron ad Mariam: ꝛ ecce erat leprosa. Et dixit Aaron ad Mosen. Precor domine ne contuleris in nos peccatum: quoniam ignorauimus quod peccauimus. Ne fiat similis morti: ꝛ vt aborsus eiectus de vulua matris: en comedit dimidium carnis eius. Uult in hoc ostendere quod populus ille formatus quidem fuerit in vulua matris sue synagoge: non tamen peruenire potuerit ad perfectum: ꝛ integrum partum. Sicut enim aborsus imperfectus: ꝛ incompositus est partus: ita ꝛ ille populus aliquanto quidẽ tẽpore intra vulua matris: hoc est intra synagoge institutionem positus fuit: sed peccatis intercedentibus: formari ad integrum: viuificariq; non potuit: ꝛ ideo abiecti sunt velut aborsus imperfectus: ꝛ imaturus: peccato scilicet consumente dimidium (vt ait) carnis ei⁹. Est tamen interdũ ꝛ aborsus bonus. Bonus autem aborsus dicitur cum aliis comparatur: sicut ꝛ Ecclesiastes ait. Et dixi. Bonus est aborsus magis quam ille. Qui ille? Qui in vanitate (inquit) incedit: ꝛ in tenebris ambulat. Non ergo absolute bonum dicit aborsũ: sed bonum magis quam vitã: que in vanitate ducitur: ꝛ in tenebris ignorantie: ꝛ fit apud eum quedam comparatio singulorum. Dicit enĩ ꝛ alibi ipse Ecclesiastes. Bonos esse mortuos magis: quam viuentes. Quibus rursus si cõpares aborsum: bonũ esse dicat super vtrũq;. Si ergo consyderes qui sunt viui: ꝛ qui sunt mortui: quibus aborsus melior sit: p eo quod ne gustauerit quidem vite mundi huius auspicia: inuenies que sint in comparatione ista differentie. Consydera ergo quia nõ alios ibi nominat viuentes: nisi de quibus dicitur in psalmis. Uerumtamen vanitas omnis homo viuens. Omni ergo homine: qui in vanitate viuit. Non enim omnis vita in vanitate est: sed illa vita: que ẜm carnem est: ꝛ ẜm errores: ac voluptates seculi. Hec est vita vanitatis: ꝛ super hanc est omnis: qui huic vite mortuus est: ꝛ qui dicit. Mihi autem mundus crucifixus est: ꝛ ego mundo. Et de quo dicitur. Mortui ergo estis cũ Christo. Isti ergo meliores sunt: quam illi viuentes. Sed super hos esse dicitur aborsus: quia licet venisse videatur in carne: nulla tamen vanitatis vite huius sumpsit initia. Introducit tamen Ecclesiastes ꝛ aliũ quẽdam (vt videtur) etiam isto meliorem: de quo dicit: ꝛ optimus est super hos duos: qui nondum natus est: hoc est qui ne ad conclusionem quidem vulue carnalis: ꝛ corporee natiuitatis venit iniuriam. Sed ꝛ hoc ipsum: quod dicit Ecclesiastes. Laudaui omnes mortuos magis: quam viuos: ꝛ eos: qui viuunt vsq; nunc: quomodo non euidenter ostendit quod eos dicat meliores: qui mortui sunt mundo: ꝛ eos pronunciet inferiores qui viuunt mundo? Nam si ẜm litteram velis intellegere: quomodo laudandi sunt mortui magis quam viuentes? Laudari enim solet quis in eo: quod voluntate bona: ꝛ proposito gerit. Mors autem ista communis: nulli ex voluntate: nec ex proposito venit. Quomodo ergo dignus laude videbitur in eo quis ꝙ contra propositum patitur? Alioquin laudabitur ꝛ Pharao Rex Egypti: qui submersus est in mare: sup Moseu: qui de mari viuus euasit. Laudabuntur ꝛ Egyptij: qui mortui sunt in aquis: magis quam populus Dei: qui transiuit per siccum in medio mari. Non ergo ita intellegas: sed scito te laudandum esse mortuum cum potueris dicere. Christo concrucifixus sum. Uiuo autem iam non ego: viuit autem in me Christus. Si renunciasti seculo: si abiecisti vitam: si iam non moueris ad peccatũ: sed mortuus es peccato: melior es: quam ille: qui viuit peccato: ꝛ erit in te mors ista laudabilis. Nam pro morte hac communi: que lege nature vnicuique venit: nemo laudatur. Hec licet per excessum: commemorari tamen oportuit in eo loco: vbi sermo Dei Mariam pro culpa

obtrectationes:

103

obtrectationis:⁊ pro plaga correptio͂is abor-
sum dicit effectam:vt ostenderemus quia est ⁊
vituperabilis est:⁊ laudabilis aborsus. Deni-
q3 etiam Apostolus sciens in istis quibus su-
pradiximus ordinibus esse aliquem laudabilē
aborsus ordinem:etiā de semetipso dicit. No
uissime autem omnium tanq̄ abortiuo visus est
⁊ mihi. Super viuentes se quidem:⁊ sup mor
tuos:post eos tamen:qui nec dum nati sunt:
numerans:fit ergo sicut aborsus Maria. Nō
enim potuit populus ille ad perfectum forma-
ri in lege:sicut ⁊ Paulus pronunciat dicens.
Neminem enim ad perfectū adduxit lex. De-
niq3 ⁊ idem Apostolus de quibusdam quos a
fide delapsos:⁊ velut in aborsum cōuersos:ad
perfecte rursum natiuitatis instituta repara-
bat:ait. Filioli mei:quos iterum parturio do-
nec formetur Christus in vobis. Et proclama
uit Moses ad dominū dicēs. Deus meus p̄-
cor te sana eam. Et quem oportebat orare ad
dominum pro sanitate populi illius:nisi Mo-
sen? Moses orat pro illis:⁊ forte hoc erat qđ
cum domino Iesu Christo colloquebatur:cū
in monte transformatus est:petens ab eo: vt
cum plenitudo gentium introisset:tunc omnis
Israel saluus fieret. Et dixit dn̄s ad Mosen.
Si pater eius expuisset in faciem eius: nonne
erubesceret septem diebus? Separetur septē
diebus extra castra:⁊ post hec introibit. Quid
est si pater eius expuisset in faciē eius erubesce-
ret septem diebus? Mariam locum sinagoge
posuimus. Huic expuit pater ei⁹ in faciē. Si-
gnū repudij est in faciē ꝯspui. Deniq3 in lege
scriptū est: vbi iubet: vt relicte primi primus
nubat. Si voluerit primus repudiare coniu-
gium: vt discalciatus in faciē ꝯspuatur:⁊ hoc
datū est velut signū repudij. Hinc ergo Ma-
ria:idest populus ille cū repudiat: a deo ꝯspui
in faciem dr̄. Habemus ⁊ in alio loco significā
tiam sputi:cum dicit Esaias. Oēs gētes sicut
gutte situle:⁊ sicut sputū reputate sunt. Ostē-
ditur ergo in hoc qđ etiā populus ille sicut gē
tes cetere:que vt sputum reputātur:abiectus
est. Et re vera si cōsyderes honorem illū prio-
rem:cum pontificalis apud eos ordo florebat:
cum insignia sacerdotum:cu3 leuitica ministe-
ria:cum maiestas templi:cum ꝓphetalis splē-
dor:⁊ cum celestibus super terram consortijs
vtebātur:quis honor fuit ille? que gloria? Et
rursum si nunc aspicias quāto dedecore horre
scant:sine templo:sine altari:sine sacrificio:si-
ne propheta:sine sacerdotio:sine vlla celesti vi
sitatiōe:dispersi per oēm terram:profugiq3 vi
uentes:quis non euidēter agnoscat quod con-
spuit pater illius in facie3 eius:⁊ perfudit vul-
tum eorum ignominia? Septem ergo diebus
separatur extra castra. Diximus etia3 in supe
rioribus quod septe3 dies isti:septimanā mun
di istius designent. In septimana enim dierū:
creature totius visibilis substātie videtur esse
producte. Tūc enim que non erāt: facta sunt.
In septimana vero totius mundi:secreta qua
dā ⁊ deo soli cognita dispēsatione:que tunc ꝓ-
ducta sunt:explicantur. Interim in hac septi-
mana qua sequestrata est Maria:non mouen
tur castra filiorum israel:sed stant vno in loco
conclusi:⁊ nullus est eis omnino profectus:do
nec mūdet Maria a lepra sua. Et post hec (in-
quit) promouit populus ex Aseroth:⁊ cōsede
runt in deserto Pharan. Aseroth iterpretat
domus pfecte. Proficiscit ergo populus po-
steaquā Maria purgata est a domib⁹ pfectis:
⁊ venit in Pharan: qđ iterpretat os visibile.
Mihi vī os visibile posse intellegi qđ verbū ca
ro factū est:⁊ iuisibilis visibilis effectus: ⁊ hoc
significari ꝙ posteaquā finis:⁊ pfectio oīum:q̄
erga illum populum gerenda fuerant: venit:
tunc transit:⁊ venit ad eum:quem verbu3 car
nem factum ante non credidit. Et locutus est
dominus ad Mosen dicēs. Mitte viros:⁊ cō-
syderēt terram Chananeorum:quam ego do
filijs israel in possessione3:⁊ reliqua. In quib⁹
de exploratoribus terre narratur:qui missi re-
nunciant quod terra quidem sit bona:⁊ admi-
rabilis. Habitant autem in ea filij gigantu3:
in quorum conspectibus populus Dei quasi
locuste videantur:⁊ plures quidem desperant
se posse saluari a filijs gigantum. Iesus tamē
non desperat:sed confirmat populi fidem cu3
Caleb:qui est de tribu Iuda:⁊ dicunt. Si di-
ligit nos deus:introducat nos in terram hāc.
Que ergo est terra ista? Secūdum spiritalem
intellectum:que terra quidem sancta est:⁊ ter
ra bona:s3 ab impijs habitatur. Qui sunt er-
go isti hostes:qui habitant in terra sanctorū?
Et quomodo eijciendi sunt:vt illis eiectis san
cti succedant in locum eorum? Redeamus ad
euangelia:redeamus ad Apostolum: euange
lia sanctis promittunt regna celorum. Aposto
lus dicit. Nostra autē conuersatio in celis est.
In celis ergo est locus hereditatis:qui ꝓmit-
titur sanctis. Et quid putamus quod nullus
nunc aduersarius sit:quem tu debeas pugnā-
do euincere:vt liber ad ea:que tibi promittun
tur loca euolare possis? Et quomodo dicit do
minus:q2 regnū celo℞ vim patitur:⁊ vim infe
rētes rapiūt illud? Nisi essent cū qb⁹ certamen
nobis esset:ac preliū:nūq̄ diceret Apostolus.

Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊
sanguinē:sed aduersus principatus:⁊ potesta
tes:aduersus mūdi huius rectores tenebrarū
harū:aduersus spiritalia neqtie in celestibus.
Necesse est ergo spiritales nequitias:que in ce
lestibus esse dicūtur:qui sunt veri Chananei:
vinci abs te:vt expeditus ad celestia regna trā
sire possis. Scito tamē gigātes eos eē. Gigas
dicitur omnis:qui aduersus deū resistit. Qui-
cūqꝫ ergo aduersatur deo:⁊ cōtrarius est veri
tati:merito gigas appellatur. Tibi ergo p̄sta-
tur:vt deuictis gigātibus:intres in regnū:qḋ
illi perdiderūt:vt impleaꝛ quod scriptū ē. Quis
accipiet a gigāte spolia? Unde ⁊ dominus di-
cebat in euāgelio. Nemo potest introire in do
mum fortis:⁊ diripere vasa eius:nisi prius al-
ligauerit fortem. Qui licet propter superbiam
suā a domo celesti iam sit eiectus. Tu tamē ni-
si viceris illum:non introibis in domuꝫ fortis.
Nec vinci solum:verum ⁊ alligari illum opor
tet. Nisi enim alligetur: haudquaquam tutū
esse poterit iter nostrum. Nunc ergo quantuꝫ
ad comparationem humane:⁊ demonice na-
ture nos locuste sumus:⁊ illi gigantes:⁊ preci
pue si dubia sit fides nostra:⁊ si nos perterreat
infidelitas:illi vero gigantes erūt:⁊ nos locu-
ste. Si vero sequamur Jesuꝫ:⁊ credamus ver
bis eius:ac fide eius repleamur:tāquam nihil
erunt in cōspectu nostro. Audi enim quomo-
do nos hortatur:⁊ dicit. Si amat nos deus in
troducat nos in terram hanc: quoniam bona
est:⁊ fructus eius mirabilis. Typus ergo:⁊ fi-
gura que precessit in patribus:cōpletur in no-
bis. Eiecerunt illi gentes:⁊ consecuti sunt he-
reditatem eorum. Cōsecuti sunt enim omnem
terram iudee:⁊ Hierusalem ciuitatem:⁊ mon
tem Syon. Hec in illis impleta sunt:ad te au
tem quid dicitur? Non (inquit) accessistis ad
ea:que visibilia sunt:sed ad inuisibilia. Acces-
sistis enim (inquit) ad montem dei viuentis:⁊
ad ciuitatem celestem Hierusaleꝫ:⁊ ad multi-
tudinem angelorum. Sed ⁊ alibi idem Apo-
stolus dicit. Hierusalem autē:que sursum est:
que est mater omnium nostrum. Si quis ver-
bis Apostoli dicentis. Hierusalem esse celestē:
non accommodat fidem:potest ⁊ hec verba no
stra recusare. Si vero verbis Pauli fides ad-
hibenda est:sicut ⁊ certe adhibēda est:⁊ Hie-
rusalem celestem esse credimus ad typum ter-
rene huius:⁊ que scripta videntur de hac ter-
rena:ad illam celestem rectius spiritali intelle
gētia referemus. Accessimus ergo (sicut Pau
lus dicit) ad celestem Hierusalem sine dubio
⁊ ad celestem Judeam:⁊ sicut illi de terrestri
Judea eiecerunt Chananeos:⁊ Pherezeos:
⁊ Eueos:reliquasqꝫ gētes:ita ⁊ nos:qui acces
simus ad mōtē dei:⁊ ad regna celestia: necesse
est vt debellemus cōtrarias potestates:⁊ spiri-
talia nequitie in celestibus:⁊ sicut illi eiecerunt
Jebuseum de Hierusalem:⁊ que prius Jebꝰ
vocata fuerat:postmodum appellata est Hie-
rusalem:ita ⁊ nos opꝫ (vt ita dicam) expellere
prius Jebuseum de Hierusalem:⁊ sic heredi-
tatem eius cōsequi. Sed ⁊ illi quidem hec fa-
ciebāt armis visibilibus:nos vero inuisibilibꝰ.
Illi vincebāt corporalibus prelijs:nos aūt spi
ritali certamine superamus. Quod si vis audi
re Paulus qui nō solum magister gētiū:sed
⁊ militie huius magister est:quomodo pugna
uerit prior:audi quid ipse describat:sicut etiā
⁊ supra memorauimus. Non est (inquit) no-
bis colluctatio aduersum carnem ⁊ sanguinē:
sed aduersum principatus:⁊ potestates:aduer
sus rectores mundi huius tenebrarum harū:
aduersus spiritalia nequitie in celestibꝰ. Pro
pterea ⁊ hanc pugnam spiritalem:atqꝫ inuisi-
bilem pugnaturis:spiritalia arma:⁊ inuisibi-
lia tela componit:⁊ dicit. Induite vos loricaꝫ
charitatis:⁊ galeam salutis:⁊ adsumite scutū
fidei:in quo possitis omnia tela maligni igni-
ta extinguere. Sꝫ ⁊ gladiuꝫ spiritus (inquit)
adsumite:quod est verbū dei. Cū ergo talibꝰ
te armaueris telis sequēs Jesum ducem:non
verearis gigātes illos:videbis eniꝫ quomodo
eos tibi subijciet dominus Jesus:⁊ sicut p̄res
calcauerūt ceruices gentium:ita ⁊ tu calcabis
super ceruices demonum. Ipse enim dicit ijs:
qui eum fideliter secūtur. Ecce dedi vobis po-
testatē calcādi super serpentes:⁊ scorpiones:⁊
super oēm virtutem inimici. Uult enim semꝑ
Jesus res mirabiles facere:vult de locustis vi
cere gigantes:⁊ de ijs:que in terris sunt:cele-
stes superare neqtias:⁊ fortasse hoc ē:quod di-
cebat in euāgelijs. Quia qui credit in eum:nō
solum faciet illa que ipse fecit:sed maiora (in-
quit) horum faciet. Uere enim maius mihi vi-
detur quod homo in carne positus:fragilis: ⁊
caducus:fide tātū Christi:⁊ verbo eius arma-
tus:superet gigātes demonum legiōes. Quā-
uis ipse sit:q vincit in nobis:plus tū esse dicit
quod per nos vincit:quā quod p se vicit. Tan-
tum est vt nos armis istis semꝑ simus armati:
⁊ cōuersatio nostra semper in celis sit. Omnis
motus noster:omnis actus: omnis cogitatio:
omnis sermo celestis sit. Quāto enim nos illuc
ardētius ascendimus:tanto illi precipites ru-
ant:⁊ quāto nos augemur:tanto illi īferiores
fiēt. Uita nostra si sancta sit:si sm deum sit:il-
lis confert

lis confert mortem. Si segnis: ⁊ luxuriosa sit: potētes eos aduersum nos ⁊ gigantes faciet. Quanto ergo nos virtutibus crescimus: tāto illi inferiores efficiūtur: ⁊ fragiles. Sicut e cōtrario si nos infirmemur: ⁊ terrena regramus: illi fortiores fiunt. Unde hoc magis agamus: vt nobis augescentibus illi minuantur: nobis ingredietibus illi pellātur: nobis ascēdētibus: illi cadāt. Sicut ⁊ ille cecidit: de quo dicit dominus in euāgelio. Ecce vidi Sathanan sicut fulgur cadētē de celo: vt illis proiectis: introducat nos dominus noster Jesus: ⁊ percipere regnum suum celeste concedat. Ipsi gloria in eterna secula seculorum. Amen.

¶ De ijs que ab exploratoribus renūciātur: ⁊ de indignatione domini: ac supplicatiōe Moysi: ⁊ Aaron. Homilia. VIII.

Duodecim missi sunt inspectores ex filijs israel ad consyderādam terram: que eis fuerat repromissa. Jāq3 post quadragīta dies regressi: diuersa renūciant. Nam decem ex ijs in desperationē populum mittūt: ita vt velint abiecto Moyse eligere aliū ducem: ⁊ reuerti in Egyptū. Alij vero dū bona nūciant: ⁊ cohortantur populū permanere in fide dicentes. Si diligit nos dominus: introducat nos in terram hāc. Sed populus infidelitatis desperatiōe p̄ceps agitur: ⁊ ad lapidādos eos: qui bona nūciant: prosilit. Maiestas vero domini protegit eos in nubib⁹. Et dicit dominus ad Moysen: feriam eos morte: ⁊ interimam eos: ⁊ faciā te: ⁊ domum patris tui in nationem magnam: ⁊ multomagis quam hec est. Fit ergo tanta hec cōminatio a domino: non vt passibilis: ⁊ iracūdie vitio subiacens ostendatur diuina natura: sed vt per hec ⁊ Moysi charitas: quā erga populum habebat: ⁊ dei bonitas: que super oēm mētem est: innotesceret. Scribitur enim irasci deus: ⁊ cōminari interitū populo: quo doceatur homo tātum sibi esse apud deum loci: tantumq3 fiducie: vt etiam si sit aliqua in deo indignatio: obsecrationibus mitigetur humanis: tātumq3 de eo impetrare posse hominem vt ⁊ ꝓpria statuta cōuertat. Bonitas enī: que subsequitur iracūdiam: ⁊ Moysi fiduciā ostendit apud deum: ⁊ alienam ab iracundie vitio diuinam docet esse naturā: simul ⁊ mysterium in seculis futuris explēdum continet sermo: ꝑ quem promittit deus: quod alium populum hoc abiecto resuscitet. Ait enim. Percutiā eos morte: ⁊ perdam eos: ⁊ faciam te: ⁊ domum patris tui in nationem magnam: multomagis quam hec est. Cōminatio ergo hec: non est iracundia: sed prophetia. Adsumēda nāq3 erat alia natio: idest populus iste nationum: sed non per Moysen. Excusauit nāq3 se Moyses. Sciebat enim: q2 gens illa magna: que repromittitur: non per Moysen vocanda erat: sed per Jesum Christum: ⁊ nō mosaicus: sed christianus erat populus appellādus. Idcirco igitur plurimum exorat Moyses pro populo illo. Dominus vero modū correptionis librata moderatione dispēsat: ⁊ dicit. Quia viri qdē: qui exierunt de Egypto: ⁊ tētauerunt me: atq3 increduli permanserūt: cadēt in deserto hoc: ⁊ non videbūt (inquit) terrā: quam iuraui patribus eorū: sed filij ipsorū: qui sunt mecū hic. Quicūq3 ignorāt bonū: vel malū. Sit fortassis aliqd ēt secretioris mysterij in verbis dūi dicētis. Filij eorū: qui sunt mecū hic. Ubi hic? Aut quomodo mecum? Qui habet aures audiendi audiat. Nos interī dicimus: q2 patres nostri fuerunt ille populus prior: nos autē filij ipsorum sumus. Illi ergo quoniā peccauerūt: abiecti sūt ⁊ ceciderunt: nos autem filij ipsorum pro ipsis surreximus: ⁊ erecti sumus: qui nesciebamus bonū vel malum. Ex gētibus enim sumus: q neq3 bona: que ex deo veniūt noueramus: neq3 mala: que ex peccato generantur: si tamen succedentes in locum eorum: qui abiecti sunt tanti lapsus timeamus exēplum: audiētes cōmonitionem Pauli dicētem. Uide autem seueritatem: ⁊ bonitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatē: si tamen permanseris in bonitate. Alioquin ⁊ tu excideris: ⁊ illi si non permāserint in incredulitate inserentur. Addit autem post hec dominus: ⁊ dicit. Filij vero vestri erunt incole in deserto quadraginta annis. Et quid hr̄et mysterij numerus iste: declarat dicens. Secūdum numerum (inquit) dierum quibus consyderastis terram quadraginta diebus: pro die per annum: recipietis peccata vestra quadraginta ānis. Timeo ego mysterij huius secreta discutere. Uideo enim quod peccatorum in hoc ratio comprehēditur ⁊ penarum. Si enim vnicuiq3 peccatori annus adscribitur ad penam pro vnius diei peccato: ⁊ secundum rationem dierum: quibus peccatur: annorum totidē numerus in supplicijs consumēdus est: vereor ne forte nobis: qui quotidie peccamus: ⁊ nullum forte vite nostre diem absq3 peccato transigimus: ne ipsa forte secula: aut etiam secula seculorum sufficere possint ad penas luendas. In eo enim quod populus ille pro quadraginta dierum delicto quadraginta annis cruciat

in deserto: nec terram sanctaȝ introire permittitur: similitudo quedaȝ futuri iudicij videtur ostendi: vbi peccatorum ratio discutienda est: nisi erit aliqua fortasse etiam bonorum operuȝ compensatio: vel etiam eorum: que in vita sua vnusquisqȝ mala recipit: vt Abraham de Lazaro docuit. Sed hec nullius est ad integrum nosse: nisi illius: cui omne iudiciuȝ tradidit pater. Quod autem dies peccati in annum pene reputetur: non solum in hoc libro: in quo nihil omnino est: quod dubitare possit: ostenditur: sed ⁊ in libello pastoris: sicut tamē scriptura illa recipiēda videtur: similia designātur. Sed fortasse aliquis neget bonitati dei cōuenire: vt pro vnius diei peccato annū suppliciorū rependat: quinimo dicet etiam si diem pro die reddat: quāuis iustus: non tamē clemens videtur esse: aut benign⁹. Audi ergo adhec si forte possimus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnus corpori infligat: aut os confringatur: aut neruorum iunctura resoluatur: sub vnius hore spatio huiusmodi vulnera solent corporibus accidere: ⁊ plurimis postmodum cruciatibus: ac doloribus exactis: multo vix tēpore sanari: quāti enim tumores in loco: quanta tormēta generantur. Jam vero si accidat: vt in eodē vulnere: vel in eadē fractura iterum ⁊ sepius quis vulneref: frequentiusqȝ frāgatur: quantis hoc penis curare: ⁊ quātis pōt cruciatibus medicari. Quanto autē tempore: si tamen potuerit ad sanitatē perducitur: ⁊ vix aliquando ita curabitur: vt vel debilitatē corporis: vel feditatem cicatricis effugiat? Transi nūc ab exemplo corporis ad anime vulnera. Anima quoties peccat: toties vulneratur: ⁊ ne dubites peccatis eaȝ velut telis: ⁊ gladijs vulnerari: audi Apostolum monentem. Et adsumamus scutū fidei: in quo possitis (inqt) omnia iacula maligni ignita extinguere. Uides ergo peccata: maligni esse iacula: que ī animā diriguntur. Patitur autē ⁊ anima non soluȝ vulnera iaculorum: sed ⁊ fracturas pedū: cum laquei parātur pedibus eius: ⁊ subplantantur gressus eius. Hec ergo ⁊ huiusmodi vulnera quāto tempore putas posse curari? O si possemus per vnūquodqȝ peccatum videre quomodo homo noster interior assidue vulneratur. Quomodo sermo malus vulnus infligit: non legisti. Dicūt qꝛ vulnerant gladij: sed non ita vt lingua. Uulneratur ergo ꝑ linguā aīa: vulneratur ⁊ ꝑ cogitationes: ⁊ concupiscētias malas: frangitur autē ⁊ conteritur per opera peccati. Que si omnia videre possemus: ⁊ vulnerate anime sentire cicatrices: certum est quod vsqȝ ad mortem resisteremus aduersuȝ peccatum. Sed nūc sicut ij: qui vel demone repleti: vel mēte alienati sunt: nō sentiūt si vulneren̄: qꝛ naturalibus sensibus carēt: ita ⁊ nos vel cupiditatibus seculi amētes effecti: vel vitijs inebriati: sentire non possumus quanta vulnera: quātas cōtritiones anime peccando conquirimus: ⁊ ideo cōsequētissima ratio est pene: idest cure: ac medicationis tēpus extendi: ⁊ ꝑ vnūquodqȝ vulnus pro qualitate plage medendi quoqȝ spatia propagari. Sic ergo ⁊ dei eqtas ac benignitas etiā in ipsis anime supplicijs cui dens fiet: ⁊ hec audiēs: qui peccauit resipiscat: ⁊ vltra non peccet. Conuersio enim in presenti vita: ⁊ penitentia fructuose gesta: celerē cōfert huiusmodi vulneribus medicinam. Quia penitentia non solū vulnus preterituȝ sanat: sed vltra animā peccato non finit vulnerari. Jmmo ⁊ illud adijciā verbi causa: si peccator suȝ: nunquid eadē mihi erit pena si semel peccaui: que ⁊ si secūdo: ⁊ tertio: ⁊ si frequentius peccē? non ita erit. Sed pro modo: ⁊ numero: ⁊ mēsura peccati: etiam pene qūantitas metienda est. Deus enim dabit nobis panē lachrymaruȝ: ⁊ potabit nos in lachrymis: sed in mēsura. Mēsura autem hec erit: quā sibi in hac vita vnusquisqȝ vel minus: vel amplius peccādo quesierit. Sed ⁊ calix in manu domini vini meri plenus esse dicitur misto. Miscetur ergo sine dubio vnicuiqȝ ⁊ fiet iudicium eius: non soluȝ ex malis que gessit: sed etiam ex bonis. Et tamen cum vtraqȝ misceātur: fex eius: quam ego puto malorum partem dici: non ad integrum exinanietur. Sed hec (vt diximus) in manu dei sunt: nostrū autē est ad emēdationē citius festinare: ad penitētiam sine dissimulatione cōuerti: lugere preterita: cauere futura: inuocare auxilium dei. Statiȝ enim vt cōuersus ingemueris: saluus eris. Jnueniēs enim aduocatū: qui pro te interpellat patrē: dominū Jesum Christum: multo prestātiorem: quam fuit Moses. Qui tamē orauit pro populo illo: ⁊ exauditus est: ⁊ fortasse propterea Moses scribitur iteruenisse pro peccatis populi prioris: ⁊ impetrasse veniam: vt multomagis nos cōfidamus qꝺ aduocatus noster Jesus indubitataȝ nobis veniam impetrabit a patre: si tamen conuertamur ad eum: ⁊ non recedat retro cor nostrum. Sicut ⁊ Joānes in epistola sua dicit. Hec autem dico filioli: vt non peccetis. Quod ⁊ si peccauerit aliquis vestrum: habemus aduocatuȝ apud patrem: Jesum iustum: qui interpellat pro peccatis nostris. Ipsi gloria in eterna secula seculorum. Amen.

¶ De batillis.

¶ De batillis Chore: & seditione populi aduersum Mosen: & de virgis in quibus virga Aaron germinauit. Homilia. IX.

Apud deum vt intellegi datur nihil est inutile: nihil ociosum: sed & ea que hominibus alienanda videntur: & abijcienda: aliquid opis necessarij habere inueniuntur. Nunc autem nobis intellectum suggerit presens lectio: que de batillis Chore & reliquorum: qui cum ipso peccauerunt commemorat: quod ne hec quidem iubet abijci deus: sed fieri ex eis laminas ductiles: atque ex ijs altare circundari. Refert ergo scriptura: quia ex precepto dei accepit (inquit) Eleazar filius Aaron sacerdotis batilla erea: que obtulerunt ij: qui exusti sunt: & fecerunt ex eis circulos: & apposuerunt eos altari ad commemorationem filiorum israel: vt non accedat quisquam alienigena: qui non est ex semine Aaron imponere incensum coram domino: ne fiat sicut Chore: & conspiratio eius: sicut locutus est dominus in manu Mosi. Manifeste quodam in loco dominus per prophetam dicitur. Non sunt consilia mea sicut consilia vestra: nec cogitationes mee sicut cogitationes vestre. Si apud homines hodie iudicaretur hec causa: & apud ecclesiarum principes haberetur examen de ijs: verbi causa: qui diuersa ab ecclesijs docentes diuine vindicte pertulerint vltionem: nonne iudicarent. Ut si quid locuti sunt: si quid docuerunt: si quid etiam scriptum reliquerunt: vniuersa pariter cum ipsorum cineribus deperirent? Sed non sunt iudicia dei: sicut iudicia nostra. Audi enim quomodo de batillis eorum: qui contra prophetam dei insurrexerant: iubentur fieri lamine: & in circuitu altaris affigi. Chore figuram tenet eorum: qui contra ecclesiasticam fidem: & doctrinam veritatis insurgunt. Scriptum est ergo de Chore: & de cetu eius: quod in batillis ereis incensum obtulerint ignis alieni. Et iubetur quidem a deo ignis alienus dispergi: & effundi. Batilla vero (inquit) quia sanctificata sunt: facito ea laminas ductiles: & circunda ex eis altare: quia oblata sunt coram domino: & sanctificata sunt. Hoc ego mihi per hanc figuram videtur ostendi quod batilla ista: que scriptura nominat erea: figuram teneant scripture diuine. Cui scripture heretici ignem alienum imponentes: hoc est sensum: & intellegentiam alienam a deo: & veritati contrarium introducentes: incensum domino non suaue: sed execrabile offerunt: & ideo forma ecclesiarum sacerdotibus datur. Et si quando tale aliquid fuerit exortum: ea quidem que a veritate aliena sunt: ab ecclesia dei penitus abstrudant. Si qua autem etiam in ipsis hereticorum verbis scripture diuine sensibus inueniuntur inserta: ne pariter cum illis que fidei: & veritati sunt contraria respuantur: sanctificata sunt enim que de scriptura diuina proferunt: & domino oblata. Post autem & alio adhuc modo intellegi quod de batillis precipitur peccatorum: vt iungantur: & socientur altari: & primo hoc ipsum: quod erea dicuntur: non ociosum videbitur. Ubi enim vera fides est: & integra vbi dei predicatio: aut argentea dicuntur: aut aurea: vt fulgur auri declaret fidei puritatem: & argentum igne probatum: eloquia examinata significet. Ista ergo que dicuntur erea in sono tantum vocis consistunt: non in virtute spiritus. Et sunt (vt Apostolus dicit) vt eramentum sonans: aut cymbalum tinniens. Ista ergo batilla erea: idest hereticorum voces: si adhibeamus ad altare dei: vbi diuinus ignis est: vbi vera fidei predicatio: melius ipsa veritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim: vt verbi gratia dicam: ponam dicta Marcionis: aut Basilidis: aut alterius cuiuslibet heretici: & hec sermonibus veritatis: ac scripturarum diuinarum testimonijs velut diuini altaris igne confutem: nonne euidentior eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina ecclesiastica simplex esset: & nullis intrinsecus hereticorum dogmatum adsertionibus cingeretur: non poterat tam clara: & tam examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinam catholicam contradicentium obsidet oppugnatio: vt fides nostra non ocio torpescat: sed exercitijs elimetur. Propter hoc denique & Apostolus dicebat. Oportet autem & hereses esse: vt probati quique manifesti fiant inter vos. Hoc est dicere: oportet hereticorum batillis altare circundari: vt certa & manifesta omnibus fiat fidelium: atque infidelium differentia. Cum enim fides ecclesiastica velut aurum ceperit refulgere: & predicatio eius vt argentum igni probatum intuentibus resplenduerit: tunc maiore cum turpitudine: & dedecore hereticorum voces obscuri eris vilitate sordebunt. His autem scire quod que bona sunt: bona esse ex deteriorum magis comparatione noscuntur. Quis sciret bonam esse lucem: nisi noctis tenebras sentiremus? Quis dulcedinem nosceret mellis: nisi gustum amaritudinis accepisset? Ipsum denique diabolum: & obluctantes aduersum nos contrarias potestates si auferas: virtutes animi sine obluctatione non poterunt enitescere. Sic ergo & sacerdotum fidelium gloria non poterit resplendere: nisi eam infidelium reprobatio: & pena commendet. Sed & ex ijs: que legimus:

singuli quiq; iustorũ magis ex cõparatione ce-
terorum clari videntur habiti apud deũ. De
niq; de Noe scriptu; est: quod esset iustus ⁊ p-
fectus in generatione sua. In quo ostenditur
quod non ex integro perfectus: sed in genera-
tione sua perfectus fuerit: ⁊ ad cõparationem
ceterorũ iustus pronuntiatus sit. Similimodo
puto etiã de Loth habẽdũ. Quanto eni; de-
teriores quotidie fiebant Sodomite: tanto ille
iustior apparebat. Sed ⁊ in hoc ipso libro: quẽ
habemus in manibus: cum regressi essent ij: q
insperexerant terram: ⁊ decem ex ijs meticulosis
sermonibus desperationẽ populo incussissent:
duo vero reliq: idest Caleb: ⁊ Iesus bona nun
tiarent: ⁊ hortarẽtur populũ permanere in p-
posito: inmortale eis a domino meritu; contulit
non tantũ sua cõfessio: quãtum formido soda-
lium. Neq; enim tam magnifice in eis virtus
animi claruisset: nisi reliquorum decem turpis
ignauie formido patuisset. Hec autẽ diximus
de batillis eorũ: qui cõdemnati sunt: que alta-
ri iubẽtur affigi. Quod ex comparatione infe-
riorum iusti appareãt clariores: simul vt ⁊ po-
steris daretur exẽplu;: ne qui presumptione su
perbi spiritus non sibi a deo datũ munus pon
tificatus inuaderet: sed vt illi cedat: quem non
ambitio humana: non fauor corruptus ascue
rit: nec largitio cõdemnanda subrogauerit: s;
meritorum consciẽtia: ⁊ dei volũtas assumpse
rit. Post hec refertur. Et murmurauerũt (in
quit) filij israel aduersu; Mosen: ⁊ Aaron di
centes. Vos occidistis populu; domini. Et fa-
ctum est cu; irrueret synagoga sup Mosen: ⁊
Aaron: in impetu fugerunt ad tabernaculum
testimonij. Illud vero obtexit nubes: ⁊ appa-
ruit maiestas domini: ⁊ introiuit Moyses: ⁊
Aaron ad faciem tabernaculi testimonij. Nõ
legimꝰ antea: qꝛ obtexerit nubes tabernaculũ
⁊ apparuerit maiestas domini: ⁊ receperit in-
tra nubem Mosen: ⁊ Aaron: nisi nunc cu; in-
surrexit in eos populus: ⁊ lapidare eos voluit.
Discamus ex hoc quanta sit vtilitas in perse-
cutionibus christianis: quãtu; gratie confera
tur: quomodo propugnator eis fiat deus: quo
modo abũdãter sanctus spiritus infundatur.
Tunc enim maxime gratia dei adest: cum ho-
minum seuitia concitatur: ⁊ tunc pacem habe
mus apud deum: cum ab hominibus propter
iustitiam bella perpetimur. Vbi enim abũda-
uit peccatũ: supabundabit ⁊ gratia. Adopuit
ergo eos nubes tabernaculi: ⁊ irruit synago-
ga super Mosen: ⁊ Aaron: ⁊ apparuit gloria
domini. Quãuis magni sint vite merito Mo
ses: ⁊ Aaron: quamuis animi virtutibus pol-
leant: apparere tñ eis dei gloria non potuisset
nisi in psecutionibus in tribulationibus: in pe-
riculis: atq; in ipsa pene morte iam positis. Et
tu ergo nõ putes tibi dormiẽti: ⁊ ocioso appa-
rere posse gloriã dei. Aut nõ ⁊ Paulus Apo
stolus in ijs dei gloriã cõsequi meruit? Nõne
super omnes ceteros enumerat se in tribulatio
nibus: in necessitatibus: in carceribus fuisse.
Ter lapidatũ esse: naufragia pertulisse. Peri
cula maris: pericula fluminum: pericula latro
num: pericula a falsis fratribus? Que quan-
to magis abũdãt: tãto amplius ijs qui patien
ter tulerint confersit gloriã dei. Et locutus est
dñs ad Mosen: ⁊ Aaron dicẽs: Discedite de
medio synagoge huius: ⁊ interimã eos de se
mel: a ceciderunt Moses: ⁊ Aaron in faciem
suã. In Sodomis quidem quãdo minus: de-
cem requirebãtur: per quos vix si forte saluari
possent ij: qui habitabãt Pentapolim Sodo
morum: nũc autem etiã duo: si tamen inueniã-
tur tales qualis Moses fuit: ⁊ Aaron suffice-
re possunt: vt gens israelitarum tota saluetur.
Quid ergo dicemus amplius esse in ijs duo-
bus? Que tãta virtus qđ meritũ: quo sexcẽta
millia: ⁊ eo amplius liberẽtur ab interitu vasta-
toris? Ego arbitror qđ in Mose lex significet
que docet homines scientiã: ⁊ amore; dei. In
Aaron: supplicandi deo: ⁊ obsecrandi eu; for-
ma consistat. Si ergo accidat aliquando indi-
gnari nobis: vel vniuerso populo deum: ⁊ si iã
sententia vltionis procedat a dño: redeat autẽ
lex dei in cor nostrũ cõmouẽs nos: ⁊ docens cõ
uerti ad penitentiam: satisfacere pro delictis:
supplicare pro culpis: cessabit continuo iracun
dia: indignatio conquiescet: propitiabitur do-
minus: quasi Mose: ⁊ Aaron intercedentibꝰ
pro nobis: ⁊ pro vniuerso populo supplicanti-
bus. Si vero aliquando oriatur indignatio
Dei: ⁊ veniat pro peccatis nostris seu a corre-
ptio: indurentur aute; corda nostra ne conuer
tamur ad dominum: ne ve humiliemur in con
spectu eius: vt in confessione supplicationum
motus eius: ⁊ iracundia; mitigemus: sed e cõ-
tra dicamus non est cura deo de vita mortali-
um: nec pertinent hec ad deum: reliquit nos
olim: nec ad notitiam eius ista perueniunt. Si
talia cogitemus in cordibus nostris: ⁊ hec de
ore nostro procedant: certum est non esse in no
bis Mosen: ⁊ Aaron legis scilicet scientiam ⁊
fructus penitentie: per quos interitum immi-
nentis exitij possimus euadere. Hoc puto acci
disse etiam populo illi: qui fuit ante nos: quan
do omnes declinauerunt: omnes simul inuti-
les facti sunt: ⁊ non fuit qui faceret bonitate;

non fuit

non fuit vsq3 ad vnum. Si enim fuisset: nunq̄ vtiq3 dereliquisset eos deus. Sed ⁊ nos timeamus ne forte simile aliqd inueniatur in nobis. Timeo enim illā sententiam: in qua dñs ⁊ Saluator noster: qui cuncta prenoscit quasi dubitans dicit. Putas veniēs filius hominis inueniet fidē super terrā? Iubētur ergo Moses: ⁊ Aaron exire de medio synagoge: vt interimatur synagoga de semel. Sed videamus qd isti faciunt qui sancti sunt: perfecti sunt: ⁊ plus magis euāgelij discipuli: quā legis: ⁊ ideo diligunt etiā inimicos suos: atq3 orant pro persecutoribus suis: illis enim veniētibus vt interficerent eos: isti procidūt in faciē suā super terram. Et ait Moses ad Aaron. Adsume batillum: ⁊ ipone super illud ignē ab altari: ⁊ inijce illi incensum: ⁊ effer velociter in castra: ⁊ exora pro ipsis: exijt enim ira a conspectu dñi: ⁊ iam cepit vastare populum. Verū quoniā in hos peruenimus locos: volo de bonitate dei admonere discipulos Christi: ne quis forte vestꝝ ab hereticis conturbetur si quādo certamē inciderit illis dicētibus. Quoniam deus legis nō est bonus: sed iustus: ⁊ Mosis lex non bonitatem cōtinet: sed iustitiā. Videant ergo qui deū pariter criminantur ⁊ legem: quomodo Moses ipse: ⁊ Aaron priores fecerūt hoc: qd postmodum euāgelium docuit. Ecce diligit Moses inimicos: ⁊ orat pro persecutoribus suis: quod vtiq3 Christus fieri in euāgelijs docet. Audite enim quomodo cadētes in faciem super terram orāt pro illis: qui ad interficiēdos eos insurrexerant. Sic ergo inuenitur ⁊ euāgelij virtus in lege: ⁊ fundamēto legis subnixa intelleguntur euāgelia. Nec vetus testamētū nomino ego legem: si eā spiritaliter intellegā. Illis tantūmodo lex vetus efficitur testamētum: qui eam carnaliter intellegere volūt. Et necessario illis vetus effecta est: ⁊ senuit: q2 vires suas nō potest obtinere. Nobis autē: qui eam spiritaliter: ⁊ euangelico sensu intellegimus: ⁊ exponimus: semper noua est: ⁊ vtrūq3 nobis nouū testamentū est. Nō tēporis etate: sed intellegentie nouitate: aut non ⁊ Apostolus Ioannes in epistola sua eadem sentit: cū dicit. Filioli mandatum nouum do vobis: vt inuicem diligatis. Cum vtiq3 sciret olim datum esse mādatū dilectionis in lege. Sed quoniā charitaa nūquā cadit: nec madatū charitatis aliquādo veterescit: hoc quod nunq̄ veterescit: semper nouum esse pronuntiat. Semper enim obseruantes: ⁊ custodientes in se charitatis mādatum: nouos reddit in spiritu. Peccatori autē ⁊ charitatis federa non seruāti: etiā euāgelia veterescunt.

Nec potest ei nouū esse testamētum: qui nō deponit veterem hominē: ⁊ induitur nouū: ac hm deum creatum. Hortatur ergo Moses pontificem magnum: vt efferat incēsum in castris: ⁊ exoret pro populo: iā enim (inquit) vastari populus cepit. In spiritu videbat Moses q̄ gerebantur. Vidit virtutē exisse ad castra: ⁊ vastare: ac perimere peccatores. Et ꝑpter hoc hortatur pontificē adsumere batillū: ignē de altari imponere: atq3 incenso superiecto exire: ⁊ stare inter medium mortuorum: ⁊ viuorum: ne vltra procedat vastatio. Vel certe vt verius habet se scripture sermo: confractio. Sed primo (si videtur) historie ipsius imaginē describamus: vt cū rei geste species apparuerit: tūc demum etiā si quid est in hoc loco mysticū requiramus. Intellege ergo populū illum israel in castris per ordines tribuū familiarūq3 dispositū virtutē vero quandā a Deo missam: nō sparsim: sed ex prima aliqua parte cepisse popolum morte vastare: ⁊ procedentem per ordinē mortis stragē cōsydera. Post hec pōtificē indutū veste pontificali procedere: ⁊ portantē batillū: atq3 ignē cum incēso tēdere ad illum locū: quo per angelum vastantē mors inlata peruenerat: ⁊ stantē in eo loco: vbi mors finem dederat primis: ⁊ erat vicina postremis. Intuere stantem pontificē: ⁊ obiectione quadam sui: viuentes a mortuis dirimētem: virtutem vero repropitiationis eius: ⁊ incēsi mysterium erubuisse angelum vastatorē: ⁊ in hoc mortem quidē finitam: vitam vero reparatam. Si intellexisti historie ordinē: ⁊ oculis (vt ita dicam) cernere potuisti pontidcē stantem mediū inter viuos ⁊ mortuos. Ascēde nūc ad verbi huius celsiora fastigia: ⁊ vide quomodo verus pōtifex Iesus christus adsumpto batillo carnis humane: ⁊ supposito igni altaris: aīa sine dubio illa magnifica cum qua natus est in carne: adiecto etiam incenso: qui est spiritus imaculatus: medius inter viuos ⁊ mortuos stetit: ⁊ mortē non fecit vltra crassari. Sed sicut Apostolus dicit: destruxit eum: qui habebat mortis imperium: idest diabolum: vt qui credit in eum iam non moriatur: sed viuat in eternū. Hoc fuit ergo mysterium: quod postea futurū: iam tunc ille: qui populū vastabat: expauit. Agnoscebat enim figuram batilli: ⁊ ignis: ⁊ incēsi: ⁊ qualis offerēda esset deo hostia ab eo: qui medius mortuorum: viuorumq3 cōstiterat preuidebat: ⁊ illos quidem tunc imago prefigurata saluauit: ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neq3 enim indumenta pontificis purpura: ac lana: byssoq3 contexta erubuisset angelus ille vasta-

tor:sed ista que futura erant indumenta ma-
gni pontificis intellexit:⁊ ijs cessit:quib⁹ vtiq̃
vniuersa creatura inferior erat. Puto autem
ꝙ nõ solũ primo aduentu dñi ⁊ Saluatoris no
stri forma ista cõpleta sit:sed eadẽ fortassis ser
uabitur ⁊ in secũdo. Ueniet enim iterum filius
hominis:⁊ cũ venerit:sine dubio inueniet quos-
dam quidem mortuos:quosdam aũt viuẽtes:
qḋ possumus qdem ⁊ sic intellegere. Quia nõ-
nulli adhuc in hoc vite statu:quo nunc sumus
inueniant̃:cũ multi iam ꝑcesserint mortui. Po
test autem ⁊ aliter accipi. Ut mortuos corpora
intellegamus:viuẽtes aũt animas. Quidã tñ
ex ijs:qui ante nos interpretati sunt locũ hũc:
memini quod mortuos dixerũt eos:qui nimie
tate scelerũ in peccatis suis mortui intellegun-
tur. Uiuentes autẽ eos qui in opibus vite per-
mãserint. Sed ⁊ tunc forte medius viuorum:⁊
mortuorũ stare dicendus est:cum statuet oues
qdem a dextris suis:hedos autem a sinistris.
Et dicet ijs:qui a dextris sunt. Uenite bene-
dicti patris mei:percipite regnum:quod vobis
paratum est a constitutione mundi. Et cetera.
Iis autẽ:qui a sinistris sunt dicet. Ite in ignẽ
eternum operarij iniquitatis:quem preparauit
pater meus diabolo:⁊ angelis eius:quoniã nõ
noui vos. Et sunt vtiq̃ mortui ij:qui in ignem
mittũtur eternum. Sunt autem viui illi:q̃ mit-
tuntur ad regnum. Et cessauit (inquit) vasta
tio:vel vt in alijs exẽplaribus legi:diximus cõ
fractio:qḋ ⁊ magis interpretationis conuenit
veritati. Cõfractio nãq̃ est:que velut in vasis
fictilibus efficitur. Peccatores ergo vasa ficti
lia fiũt:sicut Hieremias ꝓpheta designat i la-
mẽtationib⁹ dicens. Filij syon:qui erãt hono-
rabiles ⁊ in auro elati:quomõ reputati sunt in
vasa fictilia:opera manuum figuli? ⁊ in domo
magna non sunt (inqt̃ Apostolus) tantũmo-
do vasa aurea ⁊ argẽtea:sed ⁊ lignea:⁊ fictilia
⁊ alia qdem ad honorẽ:alia autem ad cõtume
liã. Sunt ergo vasa fictilia ad contumeliam:
que ⁊ ꝯfringi possunt. Sed cõsyderemus dili-
gẽtius quid in ꝯsequẽtib⁹ Apostolus de ipsis
fictilibus dicat. Siquis (inquit) emũdauerit
semetipsum ab ijs:erit vas ad honorem sancti-
ficatum:⁊ vtile domino ad omne opus bonum
paratum. In quo ostendere videt̃:quod ⁊ vas
ipsum quod fit:⁊ per quem fit:vnus atq̃ idem
homo sit. Intellege ergo propositũ quidẽ ho-
minis esse quod operatur:reliquam aũt partẽ
hominis ipsum esse vas:quod fit:vel ad hono
rem:vel ad contumeliam. Cũ ergo sensus no-
ster que bona sunt:eligit:⁊ ad bonam nos con
uersationem trahit:facit nos vas vtile. Cũ au-
tem neglexerit:⁊ deciderit propositũ nostrum
a bonis:efficimur vas ad cõtumeliam. Si ergo
intellectus noster luteus sit:⁊ de luto semp: ac
de terrenis cogitet:efficimur vas fictile:⁊ op⁹
manuũ figuli. Et forte propter hoc iste:qui ta
lis est:increpatur ab Apostolo: quasi qui sen-
sum habens luteũ:⁊ terrenũ:de magnis:⁊ ijs
que capere nõ potest:querat ⁊ dicat. Quid er-
go adhuc cõqueritur? Uolũtati enim eius qs
resistit? Cui Apostolus quasi luteo respondit.
Tu quis es o homo:qui cõtra respõdeas deo?
Nunquid dicit figmẽtum ei:q̃ se finxit qd me
fecisti sic? Dicitur preterea corpus nostrũ vas
fictile:sine etiã legis littera: in eo qḋ ait Apo-
stolus. Habentes autẽ thesaurum hũc in vasis
fictilibus. Utrũq̃ enim in hoc sermone accipi
potest:quod ⁊ in corpore nobis positis thesau-
rum gratie per spiritũ sanctũ dominus largia
tur:⁊ quod in sermonibus legis:qui viles:⁊ in
contẽptu habẽtur pro eo:quod nulla arte grã
matica expoliti videntur:recõditus sit thesau
rus sapientie:⁊ scientie dei: ita vt merito dici
possit quod in ipsis sint thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽ
tie dei absconditi. Hec nobis dicta sint de con
fractione que cessasse memoratur:nunc autem
pauca etiam de sequenti historia disseramus:
in qua virgarum cõmemoratio introducit̃. Et
locutus est dominus ad Mosen dicẽs. Loque
re filijs israel:⁊ accipe ab eis virgã ꝑ domos fa
miliarum ipsorũ ab oĩbus principibus ipsorum
duodecim virgas:⁊ vniuscuiusq̃ eorum nomẽ
scribe in virga sua. Et nomen Aaron scribe
in virga Leui. Etenim virgã vnam per tribũ:
per domos familiarũ suarum dabunt tibi. Et
pones eas in tabernaculũ testimonij contra ar
cam:ex quibus agnoscar tibi inde. Et erit ho-
mo quẽcunq̃ elegero:virga eius germinabit:
⁊ auferam a te murmurationẽ filiorũ israel:in
quibuscũq̃ murmurãt ipsi de vobis. Omnis
princeps tribus:⁊ populi habet virgam. Non
enim potest quis regere populum: nisi habeat
virgam. Unde ⁊ Paulus apostolus: q̃ prin-
ceps erat populi:idcirco dicebat. Quid vultis
In virga veniam ad vos:aut in charitate: spi
rituq̃ mansuetudinis? Omnis ergo princeps
tribuũ habeat necesse est:virgã suam:sed vnus
solus est (sicut scriptura refert) põtifex Aarõ
cuius virga germinauit. Uerum quoniam (vt
sepe ostendimus) verus põtifex Christus est:
ipse solus est:cuius virga crucis non solũ ger-
minauit:sed ⁊ floruit:⁊ omnes hos credentium
populorum attulit fructus. Quis autem iste
est fructus:quẽ attulit? Nuces (inquit.) Qui
fructus: primo quidem indumento amarus
est sequenti

est:sequenti munitur ⁊ tegitur. Tertio sumen
tem pascit:ac nutrit. Talis ergo est in audito
rio Christi doctrina legis:⁊ prophetarū. Pri
ma littere facies satis amara est:que circūcisio
nem carnis precipit:que de sacrificijs mādat:
⁊ cetera que per occidentē litteram demōstrā
tur. Hec omnia tanquā amarū nucis corticē
proijce. Secundo in loco ad munimenta teste
peruenies:in quo vel moralis doctrina: vel ra
tio continētie designatur. Que necessaria qui
dem sunt ad custodiam eorū: que seruātur in
trinsecus:frangēda quandoqꝫ tamē ⁊ sine du
bio dissoluēda sunt:vt si verbi gratia dicamus
abstinentia ciborū:⁊ castigatio corporis:donec
sumus in corpore isto corruptibili: ⁊ passibili:
sine dubio necessaria est. Cū aūt confractum
fuerit ac resolutum: ⁊ resurrectionis tempore
incorruptibile ex corruptibili redditū:atqꝫ ex
animali spiritale:non iam labore afflictionis:
nec abstinentie castigatiōe: sed qualitate sui:
nulla iam corpori corruptela dn̄abitur. Sic er
go ⁊ nūc necessaria abstinentie ratio videtur:⁊
postmodū non querēda. Tertio autē loco recō
ditum in ijs inuenies ⁊ secretū mysteriorum sa
pientie:⁊ sciētie dei sensum: quo nutriantur:⁊
pascātur anime sanctorū. Non solū in presen
ti vita:sed etiam in futura. Iste enim est ponti
ficalis fructus:de quo promittitur ijs:qui esu
riunt:⁊ sitiunt iustitiam:quoniam saturabun
tur. Hoc igitur modo in scripturis oībus tri
plicis huius sacramenti ratio percurrit. Sic ⁊
sapiētia monet:vt describamus ea nobis i cor
de tripliciter:ad respondendū (inquit) verbū
veritatis ijs:qui proposuerint nobis. Sic tres
puteos fodit Isaac patriarcha:quorum solus
ille tertius ab eo latitudo: vel amplitudo noīa
tur. Quia autē sacramētū sacerdotale est vir
ga nucis:idcirco arbitror etiā Hieremiā: qui
erat vnus de sacerdotibus ex Anathoth vidis
se virgā nuceam:⁊ prophetasse de ea. Illa que
scripta sunt:vel de virga nucea: vel de lebete:
siue de olla succēsa:quasi si ostenderet p hec in
virga nucea esse vitam:⁊ in lebete succēso: esse
mortē. Vita enim ⁊ mors ponitur ante faciem
nostrā. Et est vita quidē Christus in sacramē
to nucis:mors autē diabolus in figura lebetis
succēsi. Si ergo peccaueris: portionē tuam po
nes cū lebete succēso. Si autem iuste egeris:ef
ficietur portio tua in virga nucea cum magno
pontifice. Sed ⁊ in Canticis caticorū sponsa
descēdere dicitur in hortum nucis:vbi etiā pa
riter cum nucibus sacerdotaliū quodāmodo
pomorum copiā perscribitur inuenisse. Verū
tū de virgis (vt dicere ceperamus) vnum pro
misit deus fructū in virga: ⁊ plures dedit. Sꝫ
adtendite diligentius:si forte possimus libera
litatem dei largiorē etiam ipsis suis promissio
nibus edocere:si forte ⁊ ex ijs illā ineffabilē bo
nitatem dei:que in scripture littera semper te
gitur rimare:atqꝫ inuestigare poterimus:cū
cum largiorē in prestando: ꝙ in promittendo
videamus. Igit sermo scripture:de qua nunc
loquimur:ita se habet. Et erit (inquit) homo
quēcūqꝫ elegero:virga eius germinabit. Hoc
est solum : quod promisit deus: vt virga eius:
quē elegerit:germinet. Ubi vero ad rē venit:
vt quod promissum est ostēdatur impletū:non
vnū illud:quod promissum fuerat effectum di
citur:sed vide quāta addantur. Ait enim. Et
ecce germinauit virga Aaron in domo Leui.
Est hoc vnum illud sine dubio : qd fuerat re
promissum:sed addūtur ⁊ alia:⁊ dicitur:⁊ pro
duxit frondes:⁊ protulit flores:⁊ germinauit
nuces. Cum ergo de solo germine fuisset pmis
sum:vide quāta largitur deus: vt nō solū ger
mē pduxerit:sꝫ ⁊ frōdes:⁊ flores:⁊ germinaue
rit non solū flores:sed ⁊ fructus. Quid igit est
quod ex ijs colligere:⁊ contēplari debeamus?
Primo omnium resurrectionis ex mortuis sa
cramentū. Virga enim arida germinat: cū cor
pus extinctū ceperit reuiuescere. Que sunt aūt
quatuor ista que resurgēti corpori prestabun
tur? Ut seminatū in corruptiōe surgat in icor
ruptione:⁊ seminatū in infirmitate:surgat in
virtute. Et seminatū in ignominia:surgat in
gloria. Et seminatū corpus aīale:surgat cor
pus spiritale. Ista sunt quatuor:que virga ari
di corporis nostri in resurrectiōe germinabit.
Sed ⁊ illud secūdo in loco diximus. Quia si
cut in ijs promissionē suā deus in quadruplū
dedit:⁊ multo plura:⁊ pretiosiora largitus est
quā pmisit:ita multomagis in oībus scriptu
re locis: vbi aliqua dei promissio cōtinet: sigs
tamen ad eā peruenire mereat in futuro mul
tipliciter preparabitur: ⁊ sic vere cōplebitur il
lud:quod Apostolus dicit. Quia oculus non
vidit:nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascen
dit:que preparauit deus ijs : qui diligunt eū.
Vide ergo quanta sint:⁊ qualia:que non solū
videre:⁊ audire nemini licuit:sed ne in cor qui
dem:idest ad cogitationem humanam potuit
ascendere. Siue ergo terram:siue celum dixe
ris: siue Solem hunc ⁊ fulgorem visibilis lu
minis:oīa hec oculus vidit:⁊ auris audiuit: ⁊
non possunt esse ex illis : que oculus non vidit:
nec auris audiuit. Transgredere ergo hec oīa
⁊ transcende omne qcquid vides: qcqd audis.
quicquid etiā cogitare potes.⁊ illud scito esse

repositum iis: qui diligũt deum: quod nec ad cogitationem cordis tui quiuit ascendere. Ego arbitror nihil in huiusmodi repromissionibus de rebus corporalibus cogitandum. Ratio.n. materie corporalis non vsquequaq sensuȝ humane cogitationis effugere potest: sȝ illa sunt que ad nullius sensuȝ: nullius cor possunt ascẽdere: que in sola dei sapientia continentur. At enim videbitur hac ratione quod promissionũ bona maiori modo: quam promissa sunt dantur. Similiter ⁊ pene que peccatoribus cõminanť: multiplicatis cruciatibus inferẽde sunt: sicut ⁊ in superiorib⁹: vbi annus pro die ad vindictam ponitur: exposuimus: nisi siquis tertiũ aliquid posse fieri cogitet: colligens aliqua solatia ex iis: que in cõminatione ea que ad David facta est: continentur. Ubi triduo pronunciata est mortis future vastatio: ⁊ intra sex horas adbreuiatum videtur tempus esse supplicij. Sed hec ibi proficere possunt: vbi penitentie tempus: ⁊ satisfactioni conceditur locus. Scribitur tamen deus malis quidem reddẽs in tertiam ⁊ quartam progeniem. Bonis autem faciens misericordiam: nõ soluȝ in tertiã: ⁊ quartam progeniem: sed vt scriptura dicit: in mille generatiões. Sȝ redeamus ad ea que de virgis dicere cepamus. Possumus adhuc etiam sic intellegere eorum: que in virga germinauerant differentias. Omnis qui in Christo credit: primo moritur: ⁊ post hoc renascič: ⁊ est etiam hec figura ꝙ virga arida post modum germinat. Est ergo primum germẽ prima hominis in Christo ꝯfessio. Secundo frõdescit: vbi renatus donum gratie dei ex spiritus sancti purificatiõe susceperit. Inde affert flores: vbi proficere ceperit: ⁊ morum suauitate decorari: ac flagrantiam misericordie: ⁊ benignitatis effundere. Ad vltimũ quoqȝ affert etiam fructus iustitie: quibus non solũ ipse viuat: sed ⁊ aliis prebeat vitam. Cũ enim ad pfectum venerit: ⁊ protulerit ex se verbum fidei: verbuȝ scientie dei: ⁊ alios lucrifecerit: hoc est attulisse fructus: quibus alij nutriantur. Sic ergo singuli quiqȝ credẽtium de virga Aarõ: qui Christus est: germinantur. Quorum quatuor iste differentie: in aliis scripture locis: velut etates quatuor designanť. Quas Joãnes apostolus in epistola sua distinctione mystica cõprehẽdit: ait enĩ. Scribo vobis pueri: ⁊ scribo vobis adolescentes: ⁊ scribo vobis iuuenes: ⁊ scribo vobis patres. In qb⁹ vtiqȝ nõ corporales etates: sed aĩe ꝓfectuũ differẽtias ponit. Et etiãȝ in hoc sacerdotalis ṽge germine: obseruauimus designari. Habẽtur ergo hec oĩa non taȝ in virga Aaron: quã in ea virga: que exijt de radice Jesse: ⁊ flos de radice eius ascẽdit: super quem requieuit spiritus dei. In quo nec hoc ipsum videtur ociosum: quod exire dicitur virga: ⁊ flos ascẽdere. Quãuis enim vnus sit Christus per substantiam: singulis tamẽ diuersus efficitur: prout indiget is: in quo operatur. Qui ergo segnior est: ⁊ neglegentior: ꝑ disciplina fit ei Christus virga: ⁊ ṽga nõ ascẽdere dicitur: sed exire. Exeũdum nãqȝ est ei: q iners ⁊ segnis est de eo statu: in quo non recte consistit: ⁊ transeundum ad alium statum tãꝙ virga compulso: idest seueritate doctrine rigidioris ammonito. Qui vero iustus est: q: iustus sicut palma floret: in hoc ascẽdere dicitur Christus. Sic ergo qui verberib⁹ indiget: exit ad eum virga. Qui autem proficit ad iustitiã: ascendit in florem. Ascendet autẽ vsqȝquo afferat fructus spiritus: qui sunt charitas: gaudium: pax: patiẽtia: ⁊ reliquę virtutes in Christo Jesu domino nostro: cui est honor ⁊ gloria ⁊ imperiũ in secula seculorum. Amen.

¶ De eo qđ scriptũ est. Et dixit dominus ad Aaron. Tu ⁊ filij tui: ⁊ domus patris tui tecuȝ: sumetis peccata sanctorum.

Homilia. X.

Qui meliores sunt: inferiorum semp culpas: ⁊ peccata suscipiunt. Sic enim ⁊ Apostolus dicit. Uos qui firmiores estis: imbecillitates infirmorum sustinete. Israelita si peccet: idest laycus: ipse suum non potest auferre peccatum: sed requirit Leuitaȝ: indiget sacerdote. Immo potius ⁊ adhuc horum aliquid eminentius querit: pontifice opus est: vt peccatorum remissionem possit accipere. Sacerdos autem si delinquat: aut pontifex ipse suum potest purgare peccatum: si tamen non peccet in deum. De huiusmodi enim peccatis non facile remissionem aliquam videmus in legis litteris designari. Hec auteȝ diximus pro iis que recitata sunt nobis. Et dixit (inquit) dominus ad Aaron dicẽs. Tu ⁊ filij tui: ⁊ domus patris tui tecuȝ: sumetis peccata sanctorum. Potest quidem ita exponi locus iste. Ut per ea que offert pontifex pro peccato vniuscuiusqȝ: ⁊ purificat eum pro quo obtulerit: scriptum sit. Tu ⁊ filij tui tecum sumetis peccata sanctorum. Mihi autem non videtur ociosuȝ quod sanctorum peccatã commemorat. In multis etenim scripture locis sermo iste repetitur. Unde requirendum est: quomodo ⁊ sancti dicantur aliqui: ⁊ de peccatis eorum scribatur.

batur. Non enim (vt putãt quidã) statim: vt
qui sanctus esse ceperit: peccare iam nõ potest:
⁊ continuo sine peccato putandus est. Si enim
sanctus non peccaret: non vtiq; scriptum esset
sumetis peccata sanctorũ. Si sanctus sine pec-
cato esset: non diceret dominus per Ezechielẽ
prophetam ad angelos: quos mittebat pecca-
tores punire: ⁊ a sanctis meis icipietis. Si enĩ
sancti sine peccato sunt: quomodo ipsi ꝑmi sub
cumbunt in supplicijs peccatorum? Si sancti
sine peccato essent: nũquam diceret scriptura:
q: iustus in principio sermonis ipse sui accusa-
tor sit. Si sancti sine peccato essent: nunquam
Paulus Apostolus diceret Romanis scri-
bens. Nolite propter cibum soluere opus dei.
Quibus in principio epistole scripserat. Om-
nibus q sunt Rome dilectis Dei: vocatis san
ctis. Et iterum idem Apostolus ad Corinthi
os scribẽs dicit. Paulus vocatus Apostolus
Jesu Christi. Et post pauca: ecclesie Dei: que
est Corinthi: sanctificatis in Christo Jesu: vo
catis sanctis. Istos ergo: quos sanctificatos: ⁊
sanctos appellat: audi quãta in eis peccata re-
prehendat. Ait enim in sequẽtibus: Cum enim
sint inter vos emulationes: ⁊ contẽtiones: nõ-
ne carnales estis: ⁊ ꝑm hominem ambulatis.
Et iterum. Jam diuites facti estis: sine nobis
regnatis: ⁊ vtinam regnetis. Et iterum. Tan-
quam autem non venturo me ad vos inflati
sunt quidam. Et paulopost. Omnino auditur
inter vos fornicatio: ⁊ talis fornicatio: qualis
nec inter gentes. In consequentibus vero. Et
vos (inquit) inflati estis: ⁊ non potius luctum
habuistis. In quo vtiq; nullum reliquit immu
nem: dum alijs fornicationis: alijs inflationis:
⁊ superbie crimẽ adscribit. Notat eos: ⁊ in cõ
sequentibus etiam de iudicijs: ⁊ dicit. Jam qui
dem omnino delictum est in vobis: quia iudi-
cia habetis iter vos. Arguit eos: quos sanctos
dixerat: ⁊ pro eo: quod idolis immolata man-
ducent: ⁊ quasi sententiam inter eos proferens
dicit. Sic autem peccantes inter fratres: ⁊ per
cutiẽtes conscientias eorum infirmas in Chri
sto peccatis. Sed ⁊ de eo nihilominus confu-
tat eos: quod non solum immolati cibum: sed
⁊ calicem demoniorum presumãt ⁊ dicit. Nõ
potestis calicem domini bibere: ⁊ calicem de-
moniorum. Non potestis mense domini ꝑtici
pes esse: ⁊ mense demoniorum. Ipsis etiam il-
lud dicit. Quod conuenientibus vobis in ec-
clesia audio scismata esse. Et iterum. Vnus-
quisq; enim suam cenam presumit ad mandu
candum. Et alius quidem esurit: alius quidẽ
ebrius est ⁊ pro ijs delictis dicit. Propterea i-
ter vos multi infirmi: ⁊ egri: ⁊ dormiũt multi.
Quod si nos ipsos diiudicaremus: non vtiq;
iudicaremur. Post hec autẽ non iam delicta
mortalia: sed fidei in eis crimen exagerat. Ait
enim: Quomodo dicunt inter vos quidam qđ
resurrectio mortuorum non sit? Et iterum. Si
autem Christus non resurrexit: vana est fides
vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris.
Longum porro est: nec presenti conueniẽs tẽ-
pori: vt plurima de ijs testimonia proferamus
quibus probetur quod ij: qui sancti dicuntur:
non continuo etiam sine peccato esse intellegan
tur. Sed hec opinentur illi: qui scripturis di-
uinis non sollicite: nec diligenter intẽdũt. In
quibus multe esse differentie sanctorũ docẽt:
sicut a nobis ⁊ in alijs tractatibus plenius di-
ctum est. Sed ⁊ nunc quantum locus requirit
dicemus. Sancti dicuntur: idemq; ⁊ peccato-
res illi: qui se vouerũt quidem deo: ⁊ sequestra
uerunt a vulgi conuersatione vitam suam ad
hoc vt domino seruiant. Huiusmodi ergo ho
mo ꝑm hoc: quod se ceteris actibus circumcisis
domino mancipauit: sanctus dicitur. Potest
autem fieri: vt in hoc ipso: quod domino deser
uit: non ita omnia gerat: vt geri competit: sed
delinquat in nõnullis: ⁊ peccet. Sicut enim is:
qui sequestrat se: ⁊ segregat ab omnibus acti-
bus: vt disciplinam (verbi gratia) medicine:
aut philosophie consequatur: non vtique con-
tinuo: vt se huiusmodi tradiderit disciplinis:
ita perfectus erit: vt non inueniatur in aliquo
peccare. Immo potius plurima delinquendo
vix ad perfectionem aliquando perueniet: ⁊ ta
men statim: vt se ad huiusmodi scholas tradi-
dit: certum est eum: vel inter medicos: vel inter
philosophos numerari. Ita ⁊ de sanctis acci-
piendum est: quod statim quidẽ: vt mancipat
se quis studijs sanctitatis ꝑm hoc: quod pro-
posuit: sanctus appelletur. Secundum hoc ve
ro quod necesse est eum in multis delinquere:
donec vsu ⁊ disciplina: ac diligentia abscida-
tur ab eo consuetudo peccandi: etiam pecca-
tor (vt supradiximus) appellabitur. Ego au-
tem ⁊ amplius addo aliquid. Quod nisi san-
ctum propositum aliquis habeat: ⁊ sanctita-
tis studium gerat: cum peccauerit: nescit pec-
cati penitudinem gerere: nescit delicti remedi
um querere. Qui non sunt sancti: in peccatis
suis moriũtur: qui sancti sunt: pro peccatis pe-
nitudinem gerunt: vulnera sua sentiunt: intel-
legunt lapsus: requirunt sacerdotem: sanita-
tem deposcunt: purificationem per pontifices
querunt. Idcirco ergo caute: ⁊ significãter ser
mo legis designat: quia pontifices: ⁊ sacerdo-

tes non quorumcunqꝫ: sed sanctorum tantummodo sumant peccata. Sanctus enim est: qui peccatum suum per pontificem curat. Sed redeamus ad pontificē nostrum: pontificem magnum: qui penetrauit celos Jesum dominuꝫ nostrum: ⁊ videamus quomodo ipse cuꝫ filijs suis: apostolis scilicet ⁊ martyribus sumit peccata sanctorū. Et quidem quod dominus noster iesus Christus venerit vt tolleret peccatuꝫ mundi: ⁊ morte sua peccata nostra deleuerit: nullus qui Christo credit: ignorat. Quomō autem ⁊ filij eius auferant peccata sanctoruꝫ: idest Apostoli: ⁊ martyres: si potuerimus: ex scripturis diuinis ꝓbare tētabimus. Audi primo Paulum dicenteꝫ. Libenter enim (inqt) expendam: ⁊ expendar pro animabus vestris: ⁊ in alio loco. Ego enim iam immolor (inqt) ⁊ tēpus regressionis: siue resolutionis mee instat. Pro ijs ergo quibus scribebat expēdi se: ⁊ immolari dicit Apostolus. Hostia autem cū immolatur: ad hoc immolatur: vt eorum pro quibus iugulatur peccata purgētur. De martyribus autem scribit Joannes Apostolus in Apocalypsi. Quia anime eorum: qui iugulati sunt propter nomen domini Jesu: adsistant altari. Qui autē adsistit altari: ostenditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officium est: pro populi supplicare peccatis. Unde ego vereor: ne forte exquo martyres non fiūt: ⁊ hostie sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris: peccatorū nostrorū remissionem non mereamur. Et ideo vereor: ne permanentibus in nobis peccatis nostris: accidat nobis illud: qđ de semetipsis dicunt iudei. Quia non habētes altare: neqꝫ tēplū: neqꝫ sacerdotium: ⁊ ob hoc nec hostias offerētes: peccata (inquiūt) nostra manēt in nobis: ⁊ ideo venia nulla subsequtur. Et cōtra: nos dicere debemus: qꝛ hostie martyrum nō offerūtur pro nobis: idcirco manent in nobis peccata nostra. Non enim meremur persecutionem pati propter Christū: nec mori propter nomen filij dei. Et ideo etiā diabolus sciēs per passionē martyrij remissionē fieri peccatorum: nō vult nobis publicas gētiliū ꝑsecutiones mouere. Scit enim: qꝛ si ad reges: ⁊ presides adducamur propter nomē Christi: ad testimonium iudeis: ⁊ gētibus: gaudiū nobis: ⁊ exultatio sit: qꝛ merces nostra multa in celis ē. Hec nō facit inimicus: vel qđ ipse glorie nostre inuidet: vel fortassis: quod ille: qui omnia preuidet: ⁊ prenoscit nos nō esse idoneos ad martyrium tolerandū. Scit tn̄ dominus qui sunt eius: ⁊ in qbus non speratur: habet ille thesauros suos: nō eniꝫ sicut homo videt: ita ⁊ deus.

Ego non dubito ⁊ in hoc cōuentu esse aliquos ipsi soli cognitos: qui iam apud euꝫ martyres sint testimonio cōsciētie parati. Siqs exposcat effundere sanguinē suū pro nomine domini nostri Jesu Christi: nō dubito esse aliquos: q tulerint crucē suā: ⁊ sequātur eum. Hec licet per excessum quēdam: necessario tn̄ vidētur dicta: vt intellegeremus quomodo per pōtificem: ⁊ filios pōtificis fiat in sanctis remissio peccatorum. Sequitur post hec. Et tu (inquit) ⁊ filij tui accipietis peccata sacerdotij vr̄i: ⁊ fratres tuos tribuū Leui: plebē patris tui adsume ad te: ⁊ adiungantur tibi: ⁊ ministrent tibi: ⁊ tu: ⁊ filij tui tecū in cōspectu tabernaculi testimonij obseruabūt custodias suas: ⁊ custodias tabernaculi. Obseruare diligētius: ⁊ intendere ijs que scripta sunt: cōuenit eos ꝑcipue: q in ordine sacerdotali gloriantur. Ut sciāt quid est quod eis lex diuina ꝑcipit obseruādū. Tu (inquit) ⁊ filij tui tecuꝫ in cōspectu tabernaculi testimonij obseruate custodias vestras: ⁊ altaris ⁊ tabernaculi. Mādata quidē certa sunt: ⁊ euidentia: vt obseruare debeamus custodias tabernaculi: ⁊ altaris: ⁊ sacerdotij. Quis sane sit qui obseruet ⁊ faciet ea: que sacerdotibus mādata sunt. Et quis sit qui vtatur qdē ordine: ⁊ honore sacerdotij: opera vero: ⁊ ministeriū sacerdotij non obseruet: ille solus nosse potest: q scrutatur corda: ⁊ renes. Mādantur obseruari nō solū ea: que foris sunt: sed ⁊ ea (inqt) vt curēt sacerdotes: precipue que intra velamen sunt. Velut si diceret: cura sit sacerdotib9 euidentia: ac manifesta mādata diuine legis implere: ⁊ mysteria eius abscondita: ⁊ velata omni perspicacia cōtueri. Si vero ad hominē velis referre tabernaculū testimonij: quoniā quidem corpus hominis tabernaculuꝫ Paulus appellat: dicēs. Qui enim sumus in tabernaculo hoc: gemimus aggrauati: in quo nolumus expoliari: sed superuestiri. Si ergo ad hominem tabernaculuꝫ referamus: interiora velaminis: vbi inaccessibilia conteguntur principale cordis dicemus: qđ solū recipe potest mysteria veritatis: ⁊ capax eē archanoꝝ dei. Altaria ꝟo duo: idest interius: ⁊ exterius. Quoniā altare orationis indicium est: illud puto significari qđ dicit Apostolus. Orabo spū: orabo ⁊ mente. Cū enim corde orauero: ad altare interius ingredior. Et hoc puto esse etiam qđ dn̄s in euāgelijs dicit. Tu aūt cuꝫ oras: intra in cubiculum tuum: ⁊ claude hostium tuum: ⁊ ora patrem tuum in abscondito. Qui ergo ita orat (vt dixi) ingreditur ad altare medij: quod est interius. Cū autem quis clara voce:

⁊ verbis

⁊ verbis eius sono prolatis quasi vt edificet audiētes: orationem fundit ad deum: hic spiritu orat: ⁊ offerre videtur hostiam in altari: quod foris est: ad holocaustomata populi constitutum. Oportet ergo sacerdotes ea curare precipue: ⁊ custodire que intra velamen interius conteguntur: ne quid ibi pollutū: ne quid inueniatur immundum. Hoc est interiorem hominem: ⁊ cordis secreta curare: vt ibi immaculata permaneant. Cherubim: ⁊ ꝑpitiatoriū: scientia intellegēda est trinitatis. Interpretatio enim Cherubim: multitudinem: idest ꝑfectionem scientie indicat. Et que est alia perfectio: nisi agnouisse patrem: ⁊ filium: ⁊ spiritum sanctum? Hec ergo curāda sunt a sacerdotibus: vt incontaminata: ⁊ illesa seruentur. Sed ⁊ vrna habens celestem cibum manne: thesaurus vtiqȝ est verbi diuini. Et arca aurea: in qua sunt tabule testamenti (vt opinor) non aliud: quam mens nostra esse declaratur: in qua legem dei debemus habere descriptā. Hec autē mens: aurea debet esse. Hoc est pura: ⁊ ꝑciosa: in qua legem dei descriptam semper habeamus: sicut Apostolus dicit. Scriptam nō atramento: sed spiritu dei viui. Non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Hoc est enim quod ⁊ de quibusdam dicitur. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quis autem scripsit in cordibus eorum: nisi deus digito suo? Legem vtiqȝ naturalē: quā dedit deus humano generi. Et in cunctorum mētibus scripsit? Unde ⁊ initia sumimus: ac semina quedam ad perscrutandā capimus veritatem. Que semina si bene excolamus fructum vite afferent in nobis in Christo Iesu domino nostro. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

De primitijs offerendis. Homilia. XI.

PRimitias omnium frugū: omniumqȝ pecudum: sacerdotibus lex mandat offerri. Ita vt omnis qui possidet agrum: vel vineam: vel oliuetum: vel etiam hortum: ⁊ ꝗd est: quod exercetur in terris. Sed ⁊ si quis peculia cuiuscunqȝ pecoris nutriat: offerat ex ijs deo omne quod primum est: idest ad sacerdotes deferat. Deo enim offerri dicit: quod sacerdotibus datur. Et hoc est: quod docemur ex lege: quia nemo licite: nec legitime vtatur fructibus: quos terra produxit: nec animantibus: que pecudum protulit partus: nisi ex singulis quibusqȝ deo ꝑmitie: idest sacerdotibus offerantur. Hanc ergo legem obseruari etiam ꝺm litteram: sicut ⁊ alia nōnulla necessarium puto. Sunt enim aliquanta legis mādata: que etiam noui tēstamēti discipuli necessaria obseruatione custodiūt. Et si videtur prius de ijs ipsis: que in lege quidē scripta: sed tñ in euangelijs obseruanda sint: sermo moueatur: ⁊ cum hec patuerint: tunc iā quid in ijs ēt spiritaliter sentiri debeat: requiremus. Sunt enī qui ita dicāt. Quia si aliquid oīno obseruādū est ꝺm litterā: cur nō ⁊ cūcta seruentur? Si vero ad spiritalē intellegētiam que lex continet: referenda sunt: nihil omnino ꝺm litteram: sed spiritaliter debēt vniuersa discerni. Nos autē vtriusqȝ assertionis insolētiā tēperātes: qualis regula i huiuscemodi legis sermonibus obseruanda sit ex autoritate diuinarū scripturarū proferre tētabimus. Scriptū est in octauo decimo psalmo: lex dñi inreprehensibilis conuertens animas: testimoniū dei fidele sapientiam prestās paruulis. Preceptū dñi lucidum: illuminans oculos. Timor domini castus permanens in seculum seculi. Iustitie dñi recta letificātes corda. Iudicia dñi vera iustificata i semetipsa. Desyderabilia super aurum: ⁊ lapidem pretiosum multum: ⁊ dulciora super mel: ⁊ fauū. Nisi ergo essent singula ista a semetipsis diuersa: nūquam vtiqȝ proprias vnicuiqȝ scriptura diuina differentias indidisset. Et aliud de lege domini diceret: aliud de mandato: aliud de iustificationibus: aliud de iudicijs. Est ergo (vt ex ijs ostēdimus) aliud lex: aliud preceptum: aliud testimonium: aliud iustificatio: aliud iudicium. Sed ⁊ in ipsa lege euidentior horū differentia designatur: vbi dicitur. Hec est lex: ⁊ mandata: ⁊ iustificationes: ⁊ precepta ⁊ testimonia: ⁊ iudicia: que precepit dominus Moysi. Cum ergo hec ita se habere: ⁊ ijs a se inuicem differre distinctionibus legis ipsius testimonijs approbentur: diligentius debemus intendere ijs que recitantur in lege. Quia sicubi scribitur: verbi gratia: hoc esse mandatum non continuo mandatum lex accipienda est: vel sic vbi scriptum est. Iste sunt iustificationes: nō continuo iustificationes: aut lex: aut mandatum putande sunt. Similiter autem: ⁊ sicubi scriptum est testimonium: aut iudicia: non confuse vnum ex ceteris: sed diuersum ab alijs vnuinquodqȝ sentiendū est. Si ergo scriptum legimus: qꝛ lex vmbram habeat futurorum bonorum: non continuo etiam mandatum: vel iustitie: vel iudicia: de quibus hoc nō est scriptum: vmbre esse credende sunt futurorum bonorū. Denique: vt exempli gratia vnū

ponamus ex multis: non est scriptum hoc est mandatum pasche: sed hec est lex pasche. Et quia lex vmbra est futurorum bonorum: lex sine dubio pasche: vmbra est futurorum bonorum. Cum ergo venio ad locum illum: qui de pascha scriptus est: in agno illo corporali debeo intellegere vmbram esse futuri boni: ⁊ hoc sentire quod pascha nostrum immolatus est Christus. Simili modo inuenies etiam de azimis: ⁊ de ceteris festorum dierum obseruantijs scriptum: quia ergo hec omnia sub legis titulo scribūtur in lege necessaria: quia lex per presentem vmbram futura bona designat: requirere debeo que sint azima futurorum bonorum: ⁊ inuenio dicentem mihi Apostolum: vt diem festum agamus non in fermento veteri: neqȝ in fermento malitie: ⁊ nequitie: sed in azimis synceritatis: ⁊ veritatis. Sed ⁊ de circuncisione scriptum est. Hec est lex circuncisionis. Quia ergo ⁊ circuncisio sub legis titulo censetur: lex autem vmbra est: quero quid circuncisionis vmbra bonorum contineat futurorum. Ne forte dicat mihi in vmbra circuncisionis posito Paulus: quia si circuncidamini. Christus vobis nihil proderit. Et illud. Non enim que in manifesto in carne est circūcisio: illa circuncisio est: neqȝ qui in manifesto in carne iudeus est: sed qui in occulto iudeus: ⁊ circuncisio cordis in spiritu: non littera. Cuius laus non ex hominibus: sed ex deo est. Hec ergo singula: que nequaquam penitus sm litteraȝ obseruanda dicit Apostolus: inuenies omnia fere apud Moysen sub legis titulo designari. Jam vero in eo: vbi dicit non occides: nō adulterium facies: non furaberis: ⁊ reliqua huiusmodi non inuenies quoniam legis in ijs titulum premiserit: sed magis hec mandata vidētur: ⁊ ideo non exinanitur apud discipulos euāgelij scriptura ista: sed adimpletur. Quia (vt dixi) non mandatum: sed lex habere dicitur vmbram futurorum bonoruȝ. Et ideo hec nobis sm litteram custodienda sunt. Item alibi. Juste (inquit) sectare quod iustum est. Quid opus est in ijs allegoriam querere: cuȝ edificet etiam littera? Ostendimus ergo esse quedam: que omnino non sūt seruanda sm litteram legis: ⁊ esse quedam: que allegoria penitus immutare non debet: sed omnimodo ita vt scripture de ijs continent: obseruanda sint. Nūc requiro si sunt aliqua: que ⁊ sm litteram quidem stare possint: necessario tamen in eis etiaȝ allegoriam requirendaȝ. Et vide si possumus hec apostolica: ⁊ euāgelica auctoritate mūire. Scriptū est in lege. Propter hoc relinquet homo patrem: ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Hec quod allegorica mysteria contineant: Paulus cum in epistola sua hoc ipsum posuisset exemplum pronūciat dicens. Mysterium hoc magnuȝ est: ego autē dico in Christo: ⁊ in ecclesia. Quod autē oporteat hoc etiam sm litteram custodiri: ipse dominus: ⁊ Saluator docet dicens. Scriptuȝ est propter hoc relinquet homo patrem: ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Quod ergo deus cōiunxit: homo non separet. Et ostendit vtiqȝ obseruanda esse hec etiam sm litteram: cum adijcit: quod ergo deus cōiunxit: homo non separet. Sed ⁊ in alijs Apostolus vbi dicit. Quia Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla: ⁊ vnū de libera: quis dubitat hec sm litterā stare debere? Certum est enim: q2 ⁊ Isaac de Sara: ⁊ Ismael de Agar: filij fuerit Abrahe. Addit tamē ijs Apostolus: ⁊ dicit. Hec autē sunt allegorica queqȝ in duo testamenta conuertat. Et Sare quidem sobolem tanquam in libertatē gignētis noui testamenti liberos dicit. Agar autem tanquam in seruitute generātis terrene Hierusalem filios nominauit. Ostēdimus (vt opinor) auctoritate scripture diuine: ex ijs que i lege scripta sunt aliqua penitus refugiēda esse: ⁊ cauenda ne sm litteram ab euāgelij discipulis obseruētur: quedā vero omnimodis vt scripta sunt obtinenda. Alia aūt habere quidem sm litteram veritatē sui: recipere tamen vtiliter: ⁊ necessario etiam allegoricum sensuȝ: erit ergo iā sapientis scribe: ⁊ edocti de regno dei: qui sciat de thesauris ijs proferre noua: ⁊ vetera. Scire quomodo in vno quoqȝ loco scripture: aut abijciat penitus occidentem litteram: ⁊ spiritum viuificantem requirat: aut confirmet omnimodis: ⁊ vtilem: ac necessariaȝ probet littere doctrinam: aut manente historia oportune: ⁊ decenter introducat etiam mysticum sensum. Sicut ⁊ in hoc sermone: quem habemus in manibus arbitror conuenire. Decet enim: ⁊ vtile est etiam sacerdotibus euangelij offerri primitias. Ita enim ⁊ dominus disposuit: vt qui euangelium annuntiant: de euangelio viuant. Et qui altari deseruiunt: de altari participent. Et sicut hoc dignum ⁊ decens est: sic e contrario ⁊ indecens ⁊ indignum existimo: ⁊ impium: vt is: qui Deum colit: ⁊ ingreditur ecclesiam Dei: qui scit sacerdotes: ⁊ ministros adsistere altari: ⁊ aut verbo Dei: aut ministerio ecclesie deseruire: vt de fructibus terre: quos Deus dedit solem suum producendo: ⁊ pluuias suas ministrando: non offerat

primitias sacerdotibus. Nõ mihi videtur huiusmodi anima habere memoriã dei: nec cogitare: nec credere: q: deus dederit fruct⁹: quos cepit: quos ita recondit quasi alienus a Deo. Si enim a deo sibi datos crederet: sciret vtiq3 munerãdo sacerdotes honorare deu3 d datis: et muneribus suis: et adhuc vt amplius hec obseruãda ẽt fm litteram ipsius dei vocibus doceantur: addemus ad hec. Dominus dicit in euãgelijs. Ve vobis scribe: et pharisei hypocrite: qui decimatis mentam: hoc est decimã datis mente: et cymini: et anethi: et preteritis que maiora sunt legis. Hypocrite hec oportet fieri: et illa nõ omitti. Vide ergo diligẽtius quomodo sermo domini vult fieri quidẽ omninode: que maiora sunt legis: non tamen omitti: et hec que fm litteram designantur. Quod si dicas: q: hec ad phariseos dicebat: non ad discipulos: audi iterum ipsum dicentem ad discipulos. Nisi abũdauerit iustitia vestra plusquã phariseorum: et scribarũ: non intrabitis in regno celorũ. Quod ergo vult fieri a phariseis: multo magis et maiore cum abũdantia vult a discipulis impleri. Quod aũt fieri a discipulis non vult nec phariseis imperat faciẽdu3. Quomodo aũt plus velit fieri a discipulis: quã faciunt pharisei: in eo declarat: vbi dicit. Dictum est antiquis non occides. Hoc obseruãt: et pharisei: discipulis autẽ dicit. Ego autẽ dico vobis. Quia siquis iratus fuerit fratri suo: reus erit iudicio. Similiter et de eo: quod scriptũ est: nõ adulterabis suorũ discipulorum in eo vult amplius abundare iustitiam: vt ne mulierẽ quidẽ videant ad cõcupiscendum. Igitur ex ijs que protulimus paucis: siq studiosi sunt in scripturis diuinis per facile colligere poterunt etiã ceteroru3 distinctiones. Sapiens enim si audiat (inquit) verbu3: nõ solu3 laudabit: sed et adijciet ad illud. Quid adijciet? Vt discutiat et discernat in singulis qbusq3 capitulis legis: vbi fugienda sit legis lrã: vbi amplectẽda: vbi etiã narratio historie cũ mystica expositione cõueniat. Christus enim nos redemit de maledicto legis: nõ nos redemit de maledicto mãdati: nec de maledicto testimonij: nec de maledicto iudiciorum: sed de maledicto legis: idest ne subiecti essemus circũcisioni carnis: nec obseruationi sabbatorum: alijsq3 horum similibus. Que non in mandatis: sed in lege dicẽda sunt contineri. Quomodo ergo abundat iustitia nostra plusquam scribarum: et phariseorum: si illi de fructibus terre sue gustare non audent priusquam primitias sacerdotibus offerant: et leuitis decime separentur. Et ego nihil horum faciẽs: fructibus terre ita abutar: vt sacerdos nesciat: leuites ignoret: diuinũ altare nõ sentiat. Illud sane necessario cõmonendũ est: q: lex dupliciter dicitur? Nã generaliter oĩa ista: hoc ẽ mãdatũ: iustificationes: precepta: testimonia: iudicia: lex appellãtur. Specialiter autẽ pars aliqua ex ijs: que in lege scripta sunt. Lex dicitur: vt sunt ista: de qbus supius disseruimus. Generalis autẽ lex significatur: verbi gratia: vt cũ de Saluatore dicitur: q: nõ venit soluere legem: sed adimplere. Et item alibi. Plenitudo ergo legis ẽ dilectio. In quo: vtiq3 omnia simul que scripta sunt ĩ lege: legẽ nominauit. Hec diximus adserentes mãdatũ de primitijs frugũ: vel pecorũ: debere ẽt fm litteram stare. Nunc autẽ videamus quomodo et allegoricũ: idest spiritalem recipiat intellectum. Requiramus ergo sic: vbi in scripturis preter hec: de qbus supradictum est: inuenimus primitias nominari. Hic enim dixit omnes primitias olei: et vini: et frumenti: horum omniu3 primitie que oblate fuerint Deo: tibi dedi ea. Requiro ergo nunc preter hec: vbi primitie nominentur. Si enim omnes primitie ad pontificem pertinent: necessario nobis et pontifex requirendus est: ad quem pertinere debeant etiam ille primitie: quas in alijs scripture locis inditas inuenimus. Et primo quidem omnium de ipso domino Christo legimus scriptum: q: sit primitie mortuorum. Est ergo et ipse aliqua in parte primitie. Et iteru3 inuenimus de quibusdã dictu3 ab Apostolo. Quia sunt primitie Asie: et alij primitie Achaie. Unde consequens est p singulas ecclesias aliquos credentiu3: quos tamen apostolicus spiritus probauerit: primitias nominari. Ex quibus esse arbitror etiam Cornelium illum: qui Cesariensis ecclesie cu3 ijs: cum quibus spiritum sanctum meruit accipere: primitie merito dicitur. Et non solum huius ecclesie: sed fortassis et omnium gentiu3 primitie Cornelius appellandus est. Primus enim credidit: ex gẽtibus: et primus sancto spiritu repletus est. Et ideo recte primitie gentiũ appellabitur. Sed requiris fortasse quis istas offerrat primitias Deo. Aut quis est pontifex cuius hec rationibus cedant. Ego arbitror qõ fm domini verbum: ager dicatur hic mundus. Ager autem non terre solum: sed corda intelleguntur humana. Quem agrum angeli Dei susceperint excolendum. Culture ergo sue fructus ipsi quidem possident: et habent eos: videlicet qui sub procuratoribus agunt: et actoribus: et nondum vsq3 ad summam etatem perfectionis venerunt. Si quorum vero

corda diligenter exculta: ⁊ ad perfectum per-
ducta sunt: hos tanquam electos: ⁊ precipuos
ex ceteris primitias offerunt pontifici magno.
Deniqꝫ inuenimus ipsum Cornelium ante-
quam doctrinam verbi dei: vel gratiã baptis-
mi susciperet a Petro: audisse se ab angelo:
qꝛ orationes eius: ⁊ elemosyne ascendissent ad
Deum. Unde ⁊ per ipsum angelum videtur
deo primitie oblatus esse Cornelius. Possu-
mus autem dicere etiam de Petro: ⁊ Pau-
lo: ceterisqꝫ apostolis: quod ⁊ ipsi credentium
per se primitias offerãt: sicut dicit Apostolus.
Quia ab Hierusalem in circuituꝫ vsqꝫ ad Il-
lyricum repleuerit euangeliuꝫ Christi. Et ita
predicauerit euangelium: non vbi nominatus
est Christus: ne sup alienum fundamẽtuꝫ edi-
ficaret. Intuere ergo Paulum omnes eos:
quos docuit: quibus predicauit: qui ex ipso ꝓ-
fecerunt in fide: tanquã fructus suos offerentẽ:
⁊ querentem quotidie nouos agros: quos exco
lat: ⁊ noua rura que seminet: ⁊ ob hoc dicẽtem
ad quosdam. Cupio eniꝫ venire ad vos: vt ali-
quem fructum habeaꝫ ⁊ in vobis: sicut ⁊ in ce-
teris gẽtibus. Intuere inquam eum ex ijs oĩ-
bus fructibus electa queqꝫ signantem: ⁊ dicẽ-
tem: de quibusdam (sicut supra diximus) qꝛ
sunt primitie Asie: ⁊ alij ꝑmitie Achaie: ⁊ sin-
gularum quarumqꝫ ecclesiaruꝫ eligere primi-
tias: ⁊ offerre deo. Habet autem fortassis ali-
quos: ⁊ primogenitos. Credo autem quod ha
beat ⁊ aliquos inferiores horum: quos neqꝫ ꝓ
primitijs: neqꝫ pro primogenitis: sed pro deci-
mis possit offerre. Sꝫ ⁊ vnusquisqꝫ doctorum
puto pro eo: quod docet: ⁊ ꝑdicat: ⁊ instruit au
ditores: agrum ecclesie illius: quaꝫ docet: idest
credentium corda videatur excolere: habet er-
go ⁊ ipse culture sue fructum. Et in ijs omni-
bus fructibus inuenit sine dubio electum ali-
quem: ⁊ precipuum: quem quasi primitias of-
ferat. Inuenit ⁊ quos pro primogenitis: ⁊ ali-
os pro decimis. Quod si non videtur temera-
rium audere in talibus: possunt fortasse primo
geniti vere illi dici: de quibus scriptum est.
Quia cum mulieribus se non inquinauerunt:
virgines.n.ꝑmanserunt. Aut etiam de marty
ribus potest dictum videri. Et primitie nihilo
minus possunt intellegi ecclesie virgines. De-
cime quoqꝫ ij qui post coniugium continenter
⁊ caste vixerint. Uerum quoniam ex angelorũ
primitijs sermo sumpsit exordium: quas offer-
ri ab eisdem humani generis cultura dixera-
mus: atqꝫ ad apostolos sequẽti loco: ⁊ inde ad
vnumquẽqꝫ doctorum deducti sumus: redea-
mus ad originem eoruꝫ que discutere ceperã-
mus. Igitur vnusquisqꝫ angelorum in consũ
matione seculi aderit in iudicio. Educens eos
secum quibus prefuit: quos adiuuit: quos in-
struxit: pro quibus semper vidit facieꝫ patris:
qui in celis est. Et puto etiam ibi inquisitio-
nem futuram: non quidem in culture hominũ
angelus defuerit: sed an culture angelice ne-
quaquam digne segnitia humana responde-
rit. Quod si ita est: erit ergo etiam inter ange-
los: ⁊ homines iudicium dei: ⁊ fortassis iudica
buntur aliqui cum Paulo: ⁊ cõferẽtur labori
bus eius: ⁊ fructibus: qui ex multitudine cre-
dentium veniunt: ⁊ forte inuenietur in labori-
bus superior etiaꝫ aliquibus angelis: ⁊ ideo nĩ
mirum dicebat. Aut nescitis qꝛ angelos iudi-
cabimus? Nõ quo ipse Paulus iudicet ange
los: sed quod opus Pauli quod egit in euãge
lio: ⁊ erga animas credẽtiũ: iudicabit aliquos
Nõ enim omnes: sed aliquos angelorũ: ⁊ pro-
pterea fortassis etiam Petrus ad ista respon-
dens dicebat. In queꝫ concupiscunt ⁊ angeli
prospicere. Quãuis ⁊ ipsi apostoli angelis vtã
tur adiutoribus ad explẽdũ predicationis sue
munus: ⁊ opus euãgelij cõsumanduꝫ. Sic enĩ
dicebatur in actibus apostolorum: qꝛ angelus
Petri esset qui pulsaret ad hostiũ. Similiter
ergo intellegitur esse: ⁊ alius Pauli angelus:
sicut est Petri: ⁊ alius alterius Apostoli: ⁊ sin
gulorum per ordinẽ: vel pro meritis: quos vel
qꝫ in laboribus: ⁊ doctrina sua: siue Apostolo
rum: siue reliquorũ post eos doctoꝝ: necesse est
primas partes habere: ⁊ animarũ: que per eos
profecerunt: ⁊ fructũ vna cũ ijs per quos ope
rati sunt ad areaꝫ dñi cõportare. Erit ergo in
congregatione fructuum: idest in electione cre
dentium: ille verbi gratia: qui fuit illius eccle-
sie precipuus ⁊ eximius primitie: ⁊ ille etiã hoc
supior illius ecclesie primogenitus: ab illo ver-
bi gratia angelo oblatus. Et ita omne hoc: qđ
adumbratũ est in lege: quoniã lex vmbram ha
bet futurorũ bonorum aliquo modo per ange
lorum ministeria in futurorum bonorum veri-
tate cõplebitur. Et que preformata sunt in il-
lo israel: qui ſm carnem israel dicitur: in israe
litis veris: ⁊ celestibus impleatur. Nõ enĩ isra
el ꝑuenit vsqꝫ ad angelicos ordĩes: nisi qꝛ mul
to verius illi appellabuntur israel: quãto veri-
us illi sunt mens videns deum: hoc enim isra-
el interpretatur. Puto enim: qꝛ sicut quedaꝫ
nomina: vel gentiũ: vel principũ: in scripturis
posita videmus: que absqꝫ vlla dubitatione ad
malos angelos: ⁊ ad virtutes contrarias refe-
rantur: sicut verbi gratia Pharao rex Egy-
pti: ⁊ Nabuchodonosor Babylonius: ⁊ assy-

rius: ita

rius:ita etiam ea:que de sanctis viris:⁊ gente religiosa scribuntur:ad sanctos angelos:⁊ ad benignas debemus referre virtutes. Quod autem rex gentis impie ad virtutē aliquam malignā ab scriptura referatur: audi quomodo Esaias de Nabuchodonosor dicat. Et inducam (inquit) gladium super gentē magnā: super principē Assyriorū. Ait enim. Virtute mea faciā:⁊ sapiētia sensus mei destruā fines gētium:⁊ virtutem eorum depredabor:⁊ item alibi quasi de principe gentis cuiusdā loquens dicit. Quomodo cecidit de celo Lucifer: qui mane oriebatur? Si ergo hec omnia ad angelos quosdā magne virtutis referri cogit ratio veritatis: nōne eadē cōsequentia etiam que de bonis: vel principibus: vel gētibus cōscribuntur: ad bonarū: vt supradiximus virtutum angelos: ministrosq̄ referrētur? Sed ⁊ illud qđ in Genesi scriptū legimus deū ad angelos sine dubio loquentem dicere. Venite confundamus linguas eorū: quid aliud putandū est: nisi quod diuersi angeli diuersas in hominibus linguas operati sint: ac loq̄las? Et verbi gratia. Unus aliquis fuerit: qui Babyloniā tūc vni homini impresserit linguā: alius q̄ alij egyptiam:⁊ alius: qui grecam:⁊ sic diuersarū gētiū ipsi illi fortasse principes fuerint: qui ⁊ linguarum: ac loquele videbantur autores. Mānserit autem lingua per Adam primitus data: vt putamus hebrea in ea parte hominū: que nō pars alicuius angeli: vel principis facta est sed que dei portio permāsit. Interim: vt dicere ceperamus: offerūt ⁊ angeli primitias vnusquisq̄ credo gentis sue:⁊ rursum vnusquisq̄ ecclesie sue. Quibus angelis ⁊ Johannes in Apocalypsi scribere videtur. Verbi gratia: angelo ecclesie Ephesiorū: vel Smyrneorū: vel Laodicensium: aliarūq̄ que scripte sunt. Offert ergo vnusquisq̄ angelorū primitias: vel ecclesie: vel gētis sue: que ei dispēsanda cōmissa est. Aut forte ⁊ alij extrinsecus angeli sūt: qui ex omnibus gentibus fideles quosq̄ congregent. Et cōsyderemus ne forte sicut in aliqua: verbi gratia ciuitate: vbi nōdum christiani nati sunt: si accedat aliquis:⁊ docere incipiat: laboret: instruat: adducat ad fidem:⁊ ipse postmodum ijs: quos docuit princeps:⁊ episcopus fiat: ita etiam sancti angeli eorū: quos e diuersis gentibus congregauerint:⁊ labore suo: ac ministerio proficere fecerint: ipsi eorū etiam in futuro principes fiāt: vt Christus nō tam rex dicatur: ꝙ rex regum:⁊ non tā dominus: ꝙ dominus dominantium. Quippe si isti reges fiunt eorum: quos regunt:⁊ proficere faciunt: ipsi ergo offerūt quosdā quidē pontifici: quosdā vero filijs pontificis: idest superioribus virtutibus:⁊ archangelis: quosdam etiā Leuitis: idest Paulo inferioribus: si tamē consequens videatur tali quadam specie etiam angelicos ordines: vt israelitici sunt esse distictos quādoquidem israelitice vmbre:⁊ exēplari dicantur deferre celesti vni. Possumus ergo dicere: q̄ forte in futuro cum omnes fructus cōgregabuntur ad aream: erunt quidam portio pōtificis: sed illius veri pōtificis Christi. Erūt ⁊ alij portio leuitarū: sicut iam supra diximus: vel angelis: vel alijs celestibus virtutibus seq̄strata. Puto autem ꝙ erūt quidam portio ēt hominum: eorū dumtaxat qui in hac vita prudētes: ac fideles dispēsatores verbi dei fuerūt. Hoc enim arbitror in euangelijs designari a domino: vbi ait ad eū: cui crediderat quinq̄ mnas:⁊ fecerat ex eis decem: esto potestatē habens supra decē ciuitates. Cui vero crediderat vnam:⁊ fecerat ex ea quinq̄: esto potestatē habens supra quinq̄ ciuitates. Que enim hic potestas ciuitatum intellegēda est: nisi gubernatio animarum? Unde ⁊ videtur mihi quod non sine causa etiā inter ipsos angelos alij potestatem ⁊ principatum super alios gerāt: alij autem subiaceant:⁊ obtēperent potestati. Sicut ne iste quidem: cui potestas decem ciuitatum: vel ille: cui quinq̄ ciuitatum datur sine merito: eo quod creditā sibi multiplicauit pecuniā peruenit ad huiusmodi potestatē. Omnia enim apud deū ratione:⁊ iudicio fiūt: nec ad gratiā: sed pro merito alicuius princeps esse multorum ponitur: alius subiectus esse principatui. Euagati forsitan prolixiore videamur excessu: sed de primitijs exponētibus necessarium fuit etiam ista discutere. Quandoquidem tanti honoris nomē illud in scripturis diuinis habetur: vt etiam ipse Christus primitie nominatus sit:⁊ primitie dormientium. Et sicut rex regum:⁊ dominus dominantium:⁊ pastor pastorum:⁊ pontificū pontifex: ita consequenter ⁊ primitiarum primitie dicetur. Que primitie: non iam pontificis: sed deo oblate sunt: ꝫm hoc quod seipsum hostiam obtulit Deo:⁊ surgens a mortuis sedit in dexteram dei. Dicitur autem ipse:⁊ primitie:⁊ primogenitus totius creature: quod vtrum tali modo per singulas quasq̄ creaturas itellegi debeat quali inter homines primitie dormientium dicitur:⁊ intellegitur an aliqua celsiore:⁊ diuiniore intellegentia: non est presentis temporis persequi. Redeamus ergo ad primitiarum rationē quas diximus offerri per angelos: que colligū

tur ex agris huius mundi. Agri autem angelorum: corda nostra sunt. Unusquisq3 ergo eorũ ex agro: quẽ colit: offert primitias Deo. Et si mererer ego hodie magnum aliquem: ⁊ sũmo pontifice dignum sensu3 proferre: ita vt ex ijs omnibus que loquimur: ⁊ docemus esset aliqd egregium: quod summo sacerdoti placere deberet: poterat fortasse fieri: vt angelus: qui p̃est ecclesie ex oibus dictis nostris eligeret aliqd ⁊ loco primitiaꝝ domino de agello mei cordis offerret. Sed ego me scio non mereri: nec conscius sum mihi quod talis aliquis sensus inueniatur in me: quem dignum indicet angelus: qui nos excolit offerre pro primitijs: vel pro p̃mogenitis domino. Atq3 vtina3 tale sit quod loquimur: ⁊ docemus: vt non pro verbis nr̃is cõdẽnari mereamur: sufficeret nobis hec gratia. Offerunt ergo angeli ex nobis primitias: sed beatus est: q dignus fuerit in illa vita esse portio domini: ⁊ populus eius Jacob: ac funiculus hereditatis sue israel. Optabile est ergo (vt diximus) ita proficere vnũquẽq3: vt inter primitias: vel primogenita eligi mereaꝛ: ⁊ offerri deo: ⁊ eẽ pars dñi. Sicut e ɔtrario valde timẽdum est ne inueniamur inter illos: de quibus scriptũ est. Introibunt in inferiora terre: tradẽtur in manus gladij: partes vulpiũ erũt. Uides ergo resurrectionis tpe: cũ diuidere ceperit excelsus gẽtes: ⁊ pro meritis dispergere filios Adam: futuros eẽ quosdam: qui intrent in inferiora terre: ⁊ partes vulpium: idest partes demonũ fiant. Ipse sunt enim vulpes exterminantes vineas: ex quibus erat ⁊ Herodes: de quo dicit. Ite dicite vulpi huic. Refugiamus ergo terrenos actus: ⁊ intellegentiam terrenam: ne aggrauati terrenis sensibus introire dicamur in inferiora terre: ⁊ partes vulpiu3 fieri. Intrant enim ⁊ illi in inferiora terre: qui legem dei: ⁊ repromissionũ bona: intellegentia terrene cogitationis excipiunt: ⁊ non excitant animas auditorum ad expectationem celestiũ: ⁊ intuitum supernorum: cum euidenter Apostolus dicat. Si consurrexistis cũ Christo que sursum sunt querite: vbi Christus est in dextera dei sedens: non que sunt super terram. Qõ vtiq3 illis dicebat Apostolus: qui terrena obseruatiõe terrenis ne tetigeritis agebat: ne gustaueritis: ne attaminaueritis: quibus addit: que sunt: omnia in corruptionem ipso vsu sm̃ mandata: ⁊ doctrinas hominum. Addit post hec. Et locutus est dominus ad Aaron dicẽs. Ecce ego dedi vobis ad conseruandum p̃mitias: quãuis in nonnullis exemplaribus latinorum ad obseruandum scriptum sit: verius tamen est ad conseruandũ. Sz requirendum est quomodo sm̃ lege3 primitie conseruentur. Nõ eni3 vt seruent: sacerdotes accipiũt primitias: sed vt insumãt. Quomodo ergo dicit: ecce dedi vobis primitias ad conseruãdum: Uñ constat non posse hoc ad lege3 littere: sed ad legẽ spiritus applicari: Iste eni3 primitie: quas supra spiritaliter exposuimus cõseruari possunt: ille non possunt. Sed ⁊ si Christus est secũdu3 Apostolum primitie: vere iste primitie ad conseruandũ date sunt nobis Quid enim tã beatum q̃ vt anima: que suscepit Christum semper eum cõseruet: ⁊ semper habeat in se manẽtem: Et talis anima: vere p̃mitias suscipit ad ɔseruandum. Na3 ille primitie: que offerebãtur in lege: consumebãtur per cibos. Et ingresse in ventrem: dirigebanꝛ vt euangeliu3 dicit in secessum. Istas autem primitias qui mãducauerit: ⁊ gustauerit panem qui de celo descendit: nõ morieꝛ: sed permanet in vitam eterna3. Iste est enim panis: qui cum semper comedaꝛ: semper permanet: immo semper augetur. Est ergo (sicut Apostolus dicit) spiritalis esca: q̃ quanto magis insumiꝛ: tanto amplius crescit. Quanto enim amplius verbũ dei sumpseris: quanto instãtius cibum istum comederis: tanto in te affluentius abundabit. Hec dicta sunt pro eo: qd scriptum est: ad cõseruandum p̃mitias. Sequitur autem. Ex omnibus que sanctificantur mihi a filijs israel. Nec hoc sine sacramento dicitur. Non vult enim deus aliunde accipere p̃mitias: nisi a sanctificatis israel. Poterat enim fieri: vt ⁊ apud gentiles inuenirenꝛ aliqua opera digna deo. Excoluerũt.n. ⁊ inter illos aliq virtutes animi: ⁊ philosophia in nõnullis egit aliquãtulum: sed non vult ista offerri in primitijs. Ex illis vult deus benefacta suscipere: quorum mens videt deum: ⁊ qui sanctificati sunt deo per fidem. Gentilis aute3 etiam si aliquid honestum: ⁊ probabile habere videatur in moribus: hoc ipso quod non deo adscribit animi virtutem: sed iactantie sue deputat: non est sanctificata huiusmodi p̃bitas. Et ideo non recipiꝛ inter primitias. Quantu3 autem ad definitionẽ littere legis: videtur etiã proselitos excludere ab huiuscemodi munere. Solos eni3 sanctificatos ex filijs israel: vult offerri primitias. Puto autem israelitẽ dici posse: exquo licet ei ingredi ecclesia3 dei. Scriptũ est enim: nõ abhominaberis idumeũ: quia frater tuus est: nec Egyptium: quoniam incola fuisti in terra Egypti. Filij si nati fuerint eis: generatione tertia introibũt ecclesiã dei. Donec ergo fructum nõ affert egyptius: vel idumeus: nec

meus:nec fecerit filios prime:⁊ secūde:⁊ tertie generationis:non pōt introire in ecclesiaꝫ domini:sꝫ filiorum generatio facit eos introire in ecclesiam domini. Obseruet diligētius:qui legit litteras diuinas:⁊ nō vt libet scripture verba ptrāseat:sꝫ aspiciat ad vnumquēqꝫ sermonē quomodo non dixit:si nati fuerint eis filij: vel filie:sed filij si nati fuerint eis: tertia generatione introibūt in ecclesiam domini: ⁊ consydera si potes ſm mysticum sensuꝫ cur soli filij sint:non ēt filie qui faciūt introire patres in ecclesiaꝫ domini. Deniqꝫ inuenies ēt sanctos: quibus eximium a deo testimoniuꝫ datur: difficile filias:sꝫ filios genuisse. Abraham nō genuit filias. Isaac nec ipse quidē: solus Jacob vnam genuit:⁊ ipsam fratribus:ac parētibus grauē. Contaminata.n.ab Emanor filio Sichen:obprobriuꝫ generi:⁊ vindicte furorē fratribus excitauit. Sꝫ ⁊ ter in anno apparere domino iubetur omne masculinum. Femina ad apparēdum domino non vocatur. Sic ergo si quis scripturis diuinis diligēter itēdat:inueniet non eē ociosuꝫ:quod alibi quidē nominat cum filijs ēt filias:alibi autē filiaruꝫ non facit mētionē. Et hic ergo primitie:que offeruntur a sanctificatis filijs israel:non ēt a filiabus iubētur offerri:que tamē ſm spiritalē intellectū: non ad sexus:sꝫ ad animarum discretionē referēda sunt. Tibi enim (inquit) dedi ea in honorem:⁊ filijs tuis post te legitimum eternū. Tibi (inquit) Cui? Aaron sine dubio respondebis. Sꝫ sermo qui sequitur magis de xpo pontifice Christo:⁊ filijs eius apostolis:⁊ doctoribus ecclesiarum suadet intellegi. Ait enim legitimum eternum. Quomodo ergo eternum pōt eē quod visibile est. Cuꝫ Apostolus dicat. Que enim vidētur tēporalia sunt:que autem nō vidētur eterna sunt? Si ergo visibiles sunt primitie que offeruntur Aaron: que visibilia sunt:dici eterna non possunt. Similiter ⁊ circūcisio visibilis:⁊ azima visibile:⁊ pascha visibile:necesse est eternum non esse:sed tēporale: quia que vidētur:tēporalia sunt. Et rursus si que non vidētur eterna sunt:ergo ⁊ inuisibilis circuncisio:que est in occulto:eterna est:⁊ azima synceritatis:⁊ veritatis:⁊ ipsuꝫ quia ex ijs est:que non videntur:eternum est. Simili ergo modo ⁊ hec non ei:qui in manifesto: sed illi:qui in occulto iudeus est: ⁊ qui spiritu non littera legem custodit:ſm interiorē hominem legitima:⁊ eterna dicuntur:⁊ hoc sit vobis ex ijs:que sanctificantur sanctis. De sacrificijs aliquoties apud memetipsuꝫ ista pcurrens:requisiui que naꝫ essent sanctificata sancta:⁊ videtur mihi quasi ad distinctionem eorum:que nō sanctificata sancta sunt:hic sanctificata sancta dixisse. Puto ergo quod sanctus spiritus: ita sanctus sit:vt non sit sanctificatus. Nō.n. ei extrinsecus:⁊ aliunde accessit sanctificatio: que ante non fuerat:sed semper fuit sanctus: nec initium sanctitas eius accepit. Similiqꝫ modo de patre ⁊ filio intellegendum est. Sola enim trinitatis substantia est:que non extrinsecus accepta sanctificatione: sed sui natura sit sancta. Omnis vero creatura vel dignatione sancti spiritus:vel meritorum ratione sanctificata:sancta dicetur. Sic ergo ⁊ scriptum legimus. Sancti estote:quoniam ego sanctus suꝫ dicit dominus deus. Non continuo similitudo sanctitatis in deo:atqꝫ hominibus ponenda est. De deo enim dicitur:quia sanctus est. Homines autem quasi qui non semp fuerint: iubet vt fiant sancti. Deniqꝫ sermo hic in greco:vbi nos habemus sancti estote:hoc magis sonat sancti efficimini. Sꝫ nostri interpretes indifferēter estote:p efficimini posuerūt. Vnusquisqꝫ ergo nostrum exquo accedit ad timorē dei:⁊ diuinam recipit in se doctrinaꝫ:exquo se mancipauit deo:si tamē ex animo mācipauit: ex eo sanctus efficit. Sꝫ hic sanctificatus: sanctus dici potest. Vere autē ⁊ semp sanctus: solus est deus. Vis aūt tibi ⁊ de scripturis diuinis huius apicis aperiam differētiam? Audi quomodo Paulus ad Hebreos scribens dicit. Qui enim sanctificat:⁊ qui sanctificantur: ex vno oēs. Quis ergo sanctificat? Christus sine dubio:⁊ qui sanctificantur? Credentes in Christo. Manifestū ergo est:quod qui sanctificat sanctus est:qꝛ semper sanctus est. Qui autem sanctificantur:non simpliciter sancti: sed sanctificati sancti dicēdi sunt. Nec putes huic sensui esse contrariū illud:quod de Christo scriptum legimus. Quē pater sanctificauit: ⁊ misit in hūc mundum. Hic enim qui sanctificatur ſm carnē Christus est:non ſm spirituꝫ. Nam ſm spiritum pariter:⁊ ſm carnē Christus dixit. Ego sanctifico meipsum pro eis:vt qui sanctificat ſm spiritum intellegatur: qui autē sanctificatur pro discipulis:ſm carnem. Vnus tamen:atqꝫ idem Christus sit:qui nūc in spiritu sanctificat:nunc sanctificatur in carne. Ab oibus ergo fructibus sanctifica te:sancte sunt offerēde primitie:sꝫ spiritali pontifici. Ex quibus ergo fructibus spiritales primitias offeremus? Audi quot fructus enumeret Apls. Fructus aūt spiritus est:charitas:gaudiū:pax:patiētia:⁊ cetera. Quas igr pmitias: ex charitatis fructu:q pmus est fructus spūs:

offeramus vero pontifici? Illas ergo puto esse
primitias charitatis: vt diligaꝫ dominū deuꝫ
meum ex toto corde meo: ⁊ ex tota aīa mea: ⁊
ex tota mēte mea. Iste sunt primitie. Quid au
tem est qđ ex isto charitatis fructu secūdo loco
habere debeam? Ut diligā proximū meum si-
cut meipsuꝫ. Ille ergo primitie charitatis deo
offerūtur per pontificē. Hec vero que in secun
do sunt loco: meis vsibꝰ relinquuntur. Puto
adhuc eē aliquid ex hoc fructu quod tertio lo
co hn̄dum sit: vt diligam etiā inimicos meos.
Uide autem si potes similiter ⁊ de ceteris fru-
ctibus spiritus similes inuenire p̄mitias. Gau
dium secundo loco fructus spiritus scribit. Si
ergo in domino gaudeam: ⁊ spe gaudeam: ⁊ si
gaudeaꝫ pro nomine domini passus iniuriam:
in ijs omnibus: alijsqꝫ hoꝝ similibus: primiti-
as gaudij per pontificē verum deo obtuli. Sꝫ
⁊ si rapinam bonorum meoꝝ cum gaudio su-
stineam: ⁊ si tribulationes: si paup̄tatē: si qua-
lemcūqꝫ cōtumeliam gaudēs tolerem: est mi-
hi ⁊ iste secūdo in loco ex fructibus spiritus fru
ctus gaudij. Naꝫ si gaudeaꝫ de rebus seculi:
de honoribus: de diuitijs: falsa sunt ista gau-
dia: ex vanitatibus vanitatū. Si vero in malis
gaudeam: ⁊ exultem de alioꝝ ruinis: ista iā nō
soluꝫ vana: sed ⁊ diabolica gaudia: immo nec
gaudia nominanda sunt. Non est gaudere im-
pijs dicit dn̄s. Uolo adhuc ⁊ aliuꝫ fructū gau
dij requirere: imo ⁊ alias primitias gaudiorū.
Si gaudeam in verbo domini: si gaudeam de
sciētia mysteriorum dei: si gaudeam quod di-
gnus habitus sum sapiētie dei secreta ⁊ arca-
na cognoscere: si gaudeaꝫ quod relictis omni-
bus que sunt in hoc mundo: non solum inutili
bus: sed ⁊ vtilibus: non solum vanis: sed ⁊ ne-
cessarijs: soli me verbo dei: atqꝫ eius sapientie
mācipavim: in ijs omnibus satis (vt puto) ac-
cepte deo primitie gaudij offerrētur. Sed ⁊ de
ceteris fructibus spiritus ex ocio vnicuiqꝫ: q̄
competunt licebit aptare: ne nos sermonem iu
sto longius protrahamus: ⁊ ab omnibus (in-
quit) muneribus eorum munus quis obtulit
deo. Et rursus ex munere offerende sunt pri-
mitie pontifici. Hoc in expositione allegorica
ita arbitror posse constare. Si quis vel egenti-
bus distribuat: vel faciat aliquid boni operis:
pro mandato munus obtulit deo. Sed huius
muneris offert primitias: si non solum cibos:
verbi gratia: vel pecuniam largiatur: sed ⁊ af-
fectum miserandi habeat: ⁊ compatiēdi. Hoc
enim est: quod requirit ab hoīe deus: vt mens
ipsa pijs: ⁊ misericordibus repleatur: ⁊ forme-
tur affectibus: ⁊ ab omnibus immolationibus
eorum immolatio spiritalis est illa: quaꝫ legi-
mus. Immola deo sacrificium laudis: ⁊ redde
altissimo vota tua. Laudare ergo deū: ⁊ vota
orōnis offerre: imolare est deo. Sꝫ huius imo-
lationis p̄mitie ita p pontificē offerētur: si non
solum v̄bis: ⁊ voce: sꝫ ⁊ mēte oremus: ⁊ corde:
sm̄ quod ⁊ Apostolus monet. Orabo spiritu:
orabo ⁊ mēte: psalmum dicam spiritu: psalmū
dicam ⁊ mēte. Adsistunt. n. ⁊ nunc angeli dei
cultores: ⁊ agricole cordis nostri: ⁊ requirūt si
est in aliquo nostrum huiuscemodi mens tam
sollicita: tam intēta: que v̄bum dei tāq̄ semē
diuinum tota auiditate susceperit: si fructū sta
tim vt ad orationē surgimus ostēderit: idest si
collectis: ⁊ congregatis intra se sensibus oret
deum si nō euagetur mente: ⁊ cogitationibus
euolet: ita vt corpore quideꝫ in oratione curue
tur: sensibus autem per diuersa discurrat. Si-
quis inquā intētam ⁊ directā senserit obsecra
tionē suam: ⁊ ipsis dei conspectibus: atqꝫ inef-
fabili illi lumini se intellexerit adsistentē: ibiqꝫ
orationes: ⁊ obsecrationes: postulationesqꝫ: ⁊
gratiarum actiones suas p̄fuderit nullius ex-
trinsecus phantasie sollicitatus imagine: hic
se nouerit p angelum: qui adsistit altari obtu-
lisse immolationis sue primitias pontifici ma-
gno: ⁊ vero Christo Iesu domino nostro: cui ē
gloria: ⁊ imperium in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De puteo: ⁊ cātico eius. Homilia. XII.

Lectio nobis putei: ⁊ cantici: qđ apud pu-
teuꝫ cecinit israel: ex Numeroꝝ libro re
citata est. Quā solitis imo forte ⁊ amplius so-
lito videmus redūdare mysterijs. Ait eniꝫ. Et
bibit de puteo populus. Hic est puteus: quem
dixit dominus ad Mosen: congrega populū:
⁊ dabo eis aquā bibere. Sꝫ i ijs dictis nō mul-
tū mihi iuris videtur historica littera posside-
re. Quid est enim: quod magnopere precepit
dominus Mosi populū cōgregare: vt det eis
aquam de puteo bibere? quasi vero non etiam
sponte populus bibēdi gratia cōueniret ad pu
teum. Quid ergo tantopere prophete precipi-
tur: vt p̄prio studio: ⁊ labore congreget popu-
lum ad hauriēdam putei aquā? Unde vilitas
littere ad preciositatem nos spiritalis remittit
intellegentie? Et ideo conueniēs puto etiaꝫ de
alijs scripture locis puteoruꝫ ɔgregare myste-
ria: vt ex comparatione plurimorum siquid p̄-
sens sermo obscuritatis cōtinet: elucescat. Ait
ergo spiritus dei per Salomonē in p̄uerbijs.
Bibe aquas de tuis vasis: ⁊ de puteoruꝫ tuo-
rum fonte: ⁊ non superesfundantur tibi aque

extra tuū fontē. Quāuis in alijs exēplaribus legerimus: ⁊ effundant tibi aque extra tuū fontes. Aque tue sint tibi soli: ⁊ nemo alienus participet ex eis. Habet ergo (vt in ijs designat) vnusqsqʒ nostrū in semetipso puteū. Jmmo ⁊ aliqd amplius dicemus: vnusqsqʒ nostrum hʒ non puteū vnū: sed puteos multos: ⁊ nō vnuʒ vas aque: sed vasa multa. Non.n.dixit bibe aquas de tuo vase: sed de tuis vasis: ⁊ non dixit: ⁊ de putei tui fonte: sed de puteoꝝ tuorum fonte. Legimus habuisse ⁊ patriarchas puteos. Habuit Abrahā: habuit ⁊ Jsaac. Puto aūt habuisse ⁊ Jacob: ⁊ ab istis puteis sumpto initio: pcurre oēm scripturā puteos reqrens: ⁊ pueni vsqʒ ad euāgelia: ⁊ ibi inuenies puteuʒ: supra quem Saluator noster sedebat regescēs post itineris laborē: tunc cum veniēte muliere Samaritana: ⁊ volēte haurire aquam de puteo: que esset in scripturis putei: vel puteorum virtus exponitur. Et comparatio fit aquaruʒ: vbi ⁊ diuini mysterij pandūtur arcana. Dicit enim: qꝛ siquis bibat ex ijs aquis: quas continebat puteus ille terrenus: sitiet rursum. Qui auteʒ ex illis biberit quas dat Jesus: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Jn alio autem euangelij loco iam non fons: neqʒ puteus: sed amplius aliquid dicitur. Qui credit (inqt) in euʒ: sicut scriptura dicit: flumina de ventre eius fluent aque viue. Vides ergo quia qui credit in eum: non solum puteuʒ: sed ⁊ puteos: ⁊ non solum fontes: sed ⁊ flumina habet intra se. Fontes autē ⁊ flumina non que istam mortalē vitam solētur: sed que eternam conferant. Jgitur ꝰm ea: que in prouerbijs scripta proposuimus: vbi putei simul cum fonte nominantur: accipiendum est verbuʒ dei. Puteus quidē si profundi aliquid mysterij tegit: fons autem: si ad populos abundat: ⁊ effluit. Sʒ nō ociose requirēdum est quomodo possimus pluralem numerum de puteis exponere: ⁊ singularem de fonte: quia in prouerbijs dicit Sapientia. Bibe aquas de puteorum tuorum fonte. Videamus ergo quorum puteoꝝ vnum dixerit fontē. Ego puto quod scientia ingeniti patris: vnus possit intellegi puteus. Sed ⁊ vnigeniti filij eius agnitio: alius puteus intellegi debeat. Alius eni a patre filius: ⁊ non idē filius: qui ⁊ pater: sicut ipse in euangelijs dicit: alius est: qui ⁊ testimoniū de me dicit pater. Et rursus tertium puto videri puteū posse: cognitionē spiritus sancti. Alius eniʒ ⁊ ipse est a patre: ⁊ filio: sicut ⁊ de ipso nihilominus in euāgelijs dicit. Mittet vobis pater alium paracletū spiritū veritatis. Est ergo hec trium distinctio personarum in patre: ⁊ filio: ⁊ spiritu sancto: que ad pluralem puteoꝝ numerum reuocatur. Sʒ horum puteoꝝ vnus est fons. Una enim substātia est: ⁊ natura trinitatis. Et hoc modo nō ociosa inueniet scripture sancte distinctio: que dicit de puteoꝝ tuoꝝ fonte. Sed obseruanter mystica signauit eloquia. Ut qd pluraliter dictum est: personis singulariter: substātie cōueniret. Possunt aūt ⁊ illi putei videri: de quoꝝ scientia dicebat ille: qui repletus est sapientia dei. Jpse enim mihi dedit eoꝝ: que sunt scientiam veram: vt scirē substātiam mūdi: ⁊ elemētorum virtutem: initium ⁊ fineʒ: ⁊ medietatē: tēporuʒ vicissitudinē: permutationes: ⁊ cōmutationes tēporum: anni circulos: ⁊ astroruʒ positiones: naturas animalium: ⁊ iras bestiaruʒ: spirituum violētias: ⁊ cogitationes hominuʒ: differentias virgultorum: ⁊ virtutes radicuʒ. Vides quanti sunt putei in rerū scientia? Puteus est: verbi gratia: scientia virgultorum: ⁊ forte vniuscuiusqʒ virgulti natura habet proprium puteum. Et iteꝝ puteus est de animalium scientia. Et forte vnaqueqʒ spēs animalium propriū habet puteum. Et iteruʒ puteus de ratione tēporum: ⁊ vicissitudine: ac permutatione. Et hec singula quoniam altam: pfundamqʒ habēt sciētiam: merito figuraliter putei appellantur. Et donec quidem absconditū fuit mysterium Christi a seculis: ⁊ generationibus: recte horū scientia putei appellati sunt. Cum autem sicut Paulus dicit: credentibus manifestauit deus per spiritum suum: efficientur hec oīa fontes: ⁊ flumina: vt iaʒ non ita habeatur in occulto horum scientia: sed proferat ad multos: ⁊ riget credentes: ac satiet: ⁊ ideo credo Saluator dicebat ad discipulos suos. Quia qui credit in eū: ⁊ aquā doctrine eius biberit nō iam puteus: nec fons: sed fiet in eo flumina aque viue. Sicut eniʒ vnus iste puteus: qui est sermo dei: efficitur putei: ⁊ fontes: ⁊ flumina innumerabilia: ita ⁊ anima hominis: qꝛ ad imaginem est dei: potest in se habere: ⁊ producere ex se: ⁊ puteos: ⁊ fontes: ⁊ flumina. Sʒ ⁊ reuera putei qui sunt in anima nostra indigent fodiente: debent enim mundari: ⁊ omnē quod terrenum est ab eis debet auferri. Ut vene ille rationabilium sensuuʒ: quas ei inseruit deus: pura: ac syncera fluenta producant. Donec enim terra cōtegit aquarum venas: ⁊ obturat occultum fluenti: non potest puri laticis vnda profluere. Deniqʒ propterea scriptū est: quia pueri Abraham fodiebant puteos: sʒ replebant atqʒ operiebant eos terra Philistiʒ. Sʒ ⁊ Jsaac: qui hereditatem susceperat patris:

rursum fodit puteos: et terram remouit Philistinorum: quam per inuidias iniecerant aqs. Sed et illud obseruauimus in Genesi: vnde et historia hec vi assumpta: quod donec viueret Abraham: non fuerunt ausi Philistiim replere puteos: aut iniicere eis terram. Sed cum excessit ex hac vita: tunc inualuerunt Philistiim et insidiati sunt puteis eius. Sed reparantur post modum per Isaac: et redeunt in statum suum. Preterea et puer Abraham cum pergit vxorem spondere: vel deducere. Isaac apud puteum inuenit Rebeccam: que interpretatur patientia: hec efficitur vxor Isaac. Non alibi: nisi apud puteos. Similiter et Jacob: cum Mesopotamiam venit: habens preceptum patris: ne alieni generis: vel extranei sanguinis coniugem sumeret: apud puteos etiam ipse inuenit Rachel. Et Moses Sephoram apud puteos reperit. Si ergo intellexisti que qualesque sint vxores sanctorum: etiam tu si vis patientiam in coniugium tibi adsciscere: si sapientiam: et si que ille sunt animi virtutes: et dicere: quod de Sapientia dictum est. Hanc amaui: hanc quesiui adducere mihi vxorem. Esto frequens: esto adsiduus circa puteos istos: et ibi reperies huiusmodi coniugem. Apud aquas enim viuas: idest apud viuentis verbi fluenta: certum est omnes animi habitare virtutes. Sunt ergo multi putei: quos diximus esse intra animam. Sunt et alii plurimi: qui in singulis quibusque scripturarum sermonibus intelleguntur et sensibus. Est tamen eminentior ceteris iste puteus: et eximius: de quo in presenti loco scriptura dicit. Quia foderint eum non quicunque communes homines: sed principes: et adhuc hominum sublimiores: quos reges appellauit. Propter quod et hymnus canitur deo apud hunc eundem puteum. Et ideo scriptum est. Inde (inquit) ad puteum. Hic est puteus: quem dixit dominus ad Mosen. Congrega populum: et dabo eis aquam de puteo dixit dominus. Moses congregare iubetur populum: vt conueniat ad puteum: et bibat aquam. Mosen autem legem accipi debere sepe ostendimus. Lex ergo dei est: que te conuocat: vt ad puteum conuenias. Quem puteum: nisi illum: de quo supradiximus Jesum Christum filium dei: propria quidem substantia subsistentem: vno tamen cum patre: et spiritu sancto deitatis fonte nominatum? Ad hunc ergo puteum: idest ad fidem Christi nos conuocat lex. Ipse enim dicit: quia Moses de me scripsit. Et quid nos conuocat? Et bibamus aquam: et cantemus ei canticum: hoc est corde credamus ad iustitiam: et ore confiteamur ad salutem. Initiate (inquit) illi puteum: hic est sensus. Initium ait omnium: puteum ponite: sicut et Apostolus dicit. Quia ipse est principium: et primogenitus omnis creature: et in ipso creata sunt omnia. Initiate ergo ei puteum: hoc est initium omnium confitemini esse puteum. Potest autem et hoc modo intellegi: vt verba dirigi videantur ex persona Mosis ad populum cohortantis: et dicentis. Date initium cordi vestro: vt incipiat intellegere quis sit puteus: de quo aque spiritales hauriende sunt: et reficiendus credentium populus. Initiate ergo ei: hoc est israeli hunc puteum: vt sensum mysticum qui est corde deum videns: de profundis possit haurire. Ad istum ergo puteum vt Moses: idest lex nos congreget: non frustra dictum videtur. Potest enim fieri: vt aliquis venire ad istum puteum videatur. Sed nisi per Mosen congregetur: non est acceptus deo. Marcion venisse sibi videtur ad istum puteum: et Basilides: et Valentinus: sed quia non venerunt per Mosen: nec receperunt legem: et prophetas: non possunt laudare dominum deum de fontibus israel. Non ergo veniunt: qui huiusmodi sunt ad puteum: quem foderunt principes: et excuderunt reges. Sed vultis ostendam vobis de scripturis: ad quos isti puteos veniunt? Est vallis quedam salsa: in qua valle sunt putei bituminis. Omnis ergo heresis: et omne peccatum in valle est: et in valle salsa. Peccatum enim: et iniquitas non ascendit sursum: sed semper ad ima: et inferna descendet. Est ergo in valle positus: et salsus: atque amarus omnis hereticus sensus: et omnis actus peccati. Quid enim dulce: quid suaue potest habere peccatum? Sed et amplius aliquid habet. Si enim veneris ad hereticam sententiam si veneris ad amaritudinem peccati: venisti ad puteos bituminis. Bitumen: esca et nutrimentum ignis est. Si ergo et tu gustaueris aquam de istis puteis: si sumpseris hereticum sensum: si peccati amaritudinem ceperis: fomenta in te ignis: et gehenne incendia preparabis. Et propterea ad eos: qui nolunt de illo puteo aquam bibere: quem principes foderunt: et reges: sed ex istis: qui in valle peccati sunt: et ignis materias alunt: dicitur: incedite in lumine ignis vestri: et flamme: quam vobis accendistis. Quid ergo canitur apud hunc puteum? Initiate ei (inquit) puteum: foderunt illum principes: excuderunt reges. Possunt quidem principes: et reges idem videri. Si vero distingui necesse est: principes prophetas intellegamus. Ipsi enim sensum: et prophetiam de Christo defossam: et demersam in profundo littere collocarunt: et ideo quidam ex ipsis dicebat. Nisi occulte audieritis: plorabit anima vestra: et item alius propheta dicit ad dominum. Quam magna multitudo dulcedinis tue

nis tue domine: quam abscondisti timentibus te. Isti ergo sunt principes: qui foderūt hunc puteū: reges autem sunt: qui excuderunt eum. Quod dixit excuderunt: ab excudendo: nō ab excidendo dictum est. Excudi enim dicitur: qd in saxo vel ceditur: vel formatur. Principes ergo tanq̄ aliquantulo inferiores: fodere dicūtur puteum. Hoc est quasi in terre mollicie altitudinem quandā demergere. Isti vero: quos reges appellat: quasi eminētiores ac fortiores: non solum terre profundum: sed et saxi duritiā penetrant: vt peruenire possint ad profundiores aquas: et ipsas (si dici potest) in eo venas abyssi perscrutētur: sciētes iudicia dei eē abyssum multā. Istos ergo reges: qui tam profunda possunt: et tam abscōdita putei perscrutari: merito apostolos dixerimus: ex qbus aliquis dicebat. Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctum. Spiritus enim omnia scrutatur: etiam alta dei. Quia ergo per spiritū possunt etiā ipsi perscrutari alta dei: et alta: ac profunda putei penetrare mysteria: idcirco reges esse dicuntur: qui puteū istum etiā in petra excuderint: ac dura: et difficilia secreta sciētie penetrauerint. Quod autem reges dici possint et apostoli: puto et ex eo facile probari posse: quod de omnibus credentibus dicitur. Vos autem genus regale: sacerdotiū magnum: gens sancta. Si ergo illos dicūt reges: qui per verbū ipsorum crediderunt: quanto magis ipsi reges habendi sunt: qui faciunt reges? Sed et inde facile colligitur. Si enim reges a regēdo dicūtur: omnes vtique: qui ecclesias dei regunt: reges merito appellabuntur. Multo autem rectius illi: q et illos ipsos dictis: atque scriptis suis regunt: a quibus reguntur ecclesie. Et propter hoc: merito dominus rex regum dicitur. Nisi enim isti: et ceteri: qui eos imitātur reges fuerint: ille nō videbitur rex regū. Sed et ipse apostolus Paulus Corinthijs scribens: et velut per quandam ironiam corripiens eos ait. Sine nobis regnatis: et vtinam regnetis: vt et nos vobiscum regnemus. In quo vtique reges quidem esse debere Corinthios: et semetipsum cum ijs regnare velle pronunciat. Sed elationem nondum pro merito adsumpti honoris incusat. Fodiūt ergo ij oēs puteum istum principes: et excudunt eum reges gētiū. Apostoli enim precipue reges sunt gentium: qui gentes ad obedientiam fidei congregarunt: et Christi sciētiam omnibus patefecerunt. In quo sunt thesauri sapiētie dei: et scientie absconditi. Secundum preceptum domini circūeuntes orbem terre: et implentes quod mandatum est: vt doceāt omnes gētes: baptizantes eas in nomine patris: et filij: et spiritus sancti: et per hec excuderūt: hoc est patefecerūt sciētiam putei: et in noticiā vniuersis gentibus adduxerunt. Sed et hec que nunc habemus in manibus: que recitata sunt nobis puteus est: et omnis simul scriptura legis: et prophetarum: euangelica quoque atque apostolica scripta: simul omnia vnus est puteus: quē nō possunt fodere: vel excudere: nisi inueniātur reges: et principes. Vere enim reges: et vere principes habēdi sunt: qui possunt auferre terram de puteo. Hoc est amouere superficiem littere: et de interiore petra vbi Christus est: spiritales sensus velut aquam viuam proferre. Hec ergo facere decet eos solos: qui vel reges sunt: vel principes. Reges ex eo dicti: quod peccati regnū ex corpore suo depulerint: et iustitie regnum parauerint in mēbris suis. Decet enim eum docere ceteros: qui prius fecerit ipsa que docet. Sic enim scriptum est. Quia qui fecerit: et docuerit sic homines: hic magnus vocabitur in regno celorum. Magnum autem esse in regno: hoc est: regem eē. Excuderūt eum (inquit) reges gētium in regno suo: dum dominarentur eis. Re enim vera non possunt fodere puteum istū: nec latentes aque viue venas aperire: nisi prius dominatum tenuerint gentium barbararum. Omne enim quicquid in eis ferū fuit in actibus: quicquid in moribus barbarorum: si edomuerint: et subiecerint regio sensui: et domiti fuerint eis: ita vt de cetero non gētiliter: sed legitime agāt: isti sunt vere reges profunda putei rimantes: et verbi Dei arcana: ac mystica perscrutantes. Post hec et a puteo (inquit) profecti sunt in Mathanaim: et a Mathanaim in Nahaliel: et a Nahaliel: in Bamoth et a Bamoth: in nemus: qd est in cāpo Moab: a vertice montis Cesi: q respicit ad faciem deserti. Nomina hec q̄ videntur locorum esse vocabula: ex significātijs suis: quas in lingua propria designāt: rerum magis mysticarum consequentiam: quā vocabulorum appellationē vidētur ostēdere. Profecti enim (inquit) a puteo: venit in Mathanaim. Interpretatur enim Mathanaim: munera ipsorum. Vides ergo qr siquis de puteo hoc biberit: quem foderūt reges: et principes: statim proficit ad hoc vt habeat munera: que offerat deo. Quid aūt est: quod homo offerat deo? Hoc ipsum: qd in lege scriptum est. Munera mea: data mea. Ex ijs ergo: que deus dedit: offerūt nihilominus homines deo. Quid dedit deus homini? Agnitionem sui. Quid ergo offert deo? Fidē suam: et affectum. Hoc est quod expetit ab homine deus. Denique ita scriptum est. Et nūc israel qd

est:quod dominus deus tuus poscit abs te:ni si vt timeas dn̄m deū tuū:⁊ īcedas in vijs eius ⁊ diligas eum:⁊ custodias oīa mandata eius: ⁊ seruias dn̄o deo tuo:ex toto corde tuo:⁊ ex tota anima tua. Ista sunt munera:ista dona ꝙ oportet dn̄o dari. Damus aūt hec dn̄o cordis nostri munera postea quā agnouerimus eū:⁊ agnitione bonitatis eius de putei eius altitudine biberimus. Obserua tn̄ quomodo dixerit propheta. Et nūc israel qd dn̄s deus tuus poscit abs te? Erubescāt illi hec verba q negāt in hoīe liberū esse arbitrium. Quomodo posceret ab hoīe deus:nisi haberet homo in sua potestate:qđ poscenti deo deberet offerre? Sunt ergo que dantur a deo:⁊ sunt que prebētur ab homine. Verbi gratia:in hoīe fuit: vt vna mna faceret decē mnas:aut vna mna faceret qnq; mnas. Ex deo autē fuit:vt haberet hō mnā: ex qua facere possit decem mnas. Cū aūt obtulit ex se decem mnas:accepit rursus a deo : nō iam pecuniam:sed potestatem ⁊ regnum decē ciuitatū. Petit iterum deus ab Abraham:vt offerret ei Isaac filiū suum:in montem quemcūq; ostēdisset ei. Obtulit Abraham intrepidus vnigenitū:imposuit super arā:cultrū edūxit:vt iugularet:inhibet̄ continuo:⁊ Aries ei pro filio datur ad victimā. Vides ergo q̄ que deo offerimus:nobis manent? Sed ad hoc expetimur:vt in ijs affectus noster erga deum probetur ⁊ fides:hec pro eo quod diximus profectos esse filios Israel a puteo:⁊ venisse ī Mathanaim:quod interpretatur munera eorum. A mathanaim autem venimus in Nabaliel: quod interpretatur ex deo. Quid est ex deo? Postea quam obtulerimus nos:que ex nobis sunt:venimus ad hoc vt consequamur ea:que ex deo sunt. Cum enim fidem nostram:⁊ affectum obtulerimus ei:tunc ⁊ ipse largitur nobis diuersa dona spiritus sancti:de quibus dicit Apostolus. Omnia autē ex deo sunt. Et a Nabaliel venimus in Bamoth:quod interpretat̄ aduētus mortis. Cuius mortis hic intellegimus aduētum:nisi illius:qua Christo cōmorimur:vt ⁊ cōuiuamus ei? ⁊ qua debemus mortificare mēbra nostra:que sunt sup terrā? Et iterum. Consepulti enim illi sumus per baptismū in morte. Si qs ergo salutaris huius vie ordinem tenet:per hec singula:que memorauimus iter agere debet:⁊ venire post multa ad hunc locū:quē diximus significare mortis aduentum. Et autem ex scripturis docemur: est quedā mors inimica Christi:⁊ quedā amica eius. Non ergo illius mortis dicit inimice Christi:de qua dicit̄ nouissimus inimicus destruetur mors qui est diabolus:sed huius mortis:qua cōmorimur ei:vt ⁊ cōuiuamus ei. Sm̄ quam mortem dicit deus. Ego occidam:⁊ viuere faciā. Occidit eniz vt cōmoriamur Christo:⁊ viuere facit:vt conuiuamus ei. Optādū ergo nobis ē:vt veniamus in Bamoth:⁊ promptissime suscipiamus beate huius mortis aduētum:vt ⁊ viuificari cuz Christo mereamur. Et ex Bamoth (inquit) in nemus:quod est in campo Moab:a vertice mōtis Fesi:qui respicit ad desertuz. Si hoc itinere incedamus: qđ nō tam locorum vocabulis:ꝙ anime profectibus constare ratio explanatiōis adserit: post omnia ista venimus in nemus:siue (vt in alijs habetur exemplarijs) in Janan:quod interpretatur ascensus:siue vertex montis. Per hec ergo venitur ad illud famosissimuz diuini paradisi nemus:⁊ amenas delitias habitationis antique:vel certe ad verticem perfectionis: ⁊ beatitudinis summitatem:ita vt possit etiaz ipse dicere:quia resuscitauit nos cum ipso:⁊ sedere fecit in celestibus in Christo. Vides quousq; peruenitur a puteo? Vides quibus mānsionibus:immo quibus ꝓfectibus iter anime paratur ad celū? Que si diligenter inspicias:ipse apud temetipsum quotidianos profectus tuos discutiens:quibus in locis sis:⁊ quā proximus ad regna celoruz habearis aduertes:sicut ⁊ ille:de quo dominus dixit:quia non longe es a regno dei. Subseqtur post hec ⁊ alia historia. Ait eniz. Et misit Moses:aut (vt habetur in nōnullis exēplaribus) Et misit israel legatos ad Seon regē Amorreorū verbis pacificis dicens. Transibimus per terram tuam:per viā trāsibimus:non declinabimus:neq; in agrū: neq; in vineas. Non bibemus aquam de lacu tuo:via regia incedemus vsq;quo trāseamus fines tuos. Et non ꝯcessit Seon vt Israel trāsiret p fines suos. Et collegit Seon oēm populū suū:⁊ exijt belligerare aduersuz israel in deserto:⁊ venit ī Assaar:⁊ ꝯgressus est cū israel: ⁊ percussit eum israel nece gladij: ⁊ dominati sunt terre eius. Historia quidem manifesta ē. Sed deprecemur dominū:vt aliquid dignuz possimus iterioribus eius sensibus peruidere. Seon duplicem habet interpretationem: siue arbor īfructuosa:siue elatus. Mittit igr̄ israel legatos ad Seon:mittit ad arborē infructuosam:mittit ad elatū:⁊ supbū. Hic aūt Seon: rex est Amorreoruz. Qui ⁊ ipsi interpretātur: in amaritudinem adducentes:vel loquentes. Mittit ergo ad Seon regeз Amorreoꝝ Moses verbis pacificis dicens. Transibimus p terram tuam. Si sm̄ spiritalem intellegentiam

dixerimus

dixerimus Seon regem figuraꝫ tenere diabo-
li:quia ipse est elatus:⁊ infructuosus: puto ꝙ
non debeas mirari:quod cum dixerim reges:
cum audias etiam ipsum dominum:⁊ Salua
torem nostrum in euangelijs de eo dicentem.
Ecce nunc venit princeps huius mundi: ⁊ in
me non inuenit quicquã.Et iterum.Ecce nũc
princeps huius mũdi mittetur foras.Si ergo
totius mũdi princeps esse in euãgelijs dicitur
non debꝫ absurdũ videri si Seon regi Amor-
reorum:vel etiam alijs quibuslibet gentiũ re-
gibus cõparetur.Princeps autem dicit mun
di:non quia creauerit mũdum:sed quia mul-
ti sunt in hoc mũdo peccatores.Peccati autẽ
quia ipse princeps est:⁊ ideo etiam mũdi prin-
ceps appellatus est.In ijs videlicet qui nõduꝫ
relinquẽtes mũdum:conuertuntur ad patreꝫ.
Secũdum hoc enim etiaꝫ illud dicitur: ꝗ ois
mũdus in maligno positus est.Quid enim no
bis prodest dicere:ꝗ princeps noster Christus
est:si rebus:⁊ operibus arguamur.Quia dia-
bolus principatuꝫ tenet in nobis?Aut non pa
lam est sub quo principe agat impudicus:ince
stus:⁊ iniustus?Nunqd potest huiusmodi ho-
mo dicere:ꝗ sub Christo positus hec ago: Et
si sub Christi nomine cẽseri videatur?In quo
Christus principatũ gerit:nulla ibi inuidia:
nulla iniqtas admittitur.Nec habere aliquẽ
locum potest iniusta cupiditas.Secũdum hũc
itaqꝫ modum recte ⁊ Christus virtutum prin
ceps:⁊ diabolus malitie:ac totius iniquitatis
dicetur.Mittit igitur israel legatos ad regeꝫ
Amorreorum:regem in amaritudine prouo-
cãtium:regem infructuosum:regem supbuꝫ.
Quomodo supbus:quomodo elatus:docebi-
tur diabolus?Ipse est:qui dixit.Virtute mea
faciam:⁊ sapientia intellectus mei auferam fi-
nes gẽtium:⁊ fortitudinem eorũ depredabor:
⁊ commouebo ciuitates:que inhabitabantur:
⁊ vniuersum orbẽ terre capiam manu mea si-
cut nidum.Et iteruꝫ dicit elatus hic ⁊ super-
bus.Ascẽdam in celum:supra sydera celi po-
nam thronũ meuꝫ.Sedebo in mõte excelso:su
pra mõtes altos:qui sunt ad aquilonem:ascen
dam supra nubes:⁊ ero similis altissimo. Ad-
huc reqris si ipse sit elatus: ⁊ superbus? Im-
mo potius ⁊ ipse supbus est:⁊ elatus:⁊ ille qui
quasi vnigenitus eius est:de quo scriptũ ẽ: ꝗ
extollitur super omne quod dicitur deus: aut
quod colit.Ita vt in tẽplo dei sedeat:ostẽtans
se tãꝙ sit deus.Omnis ergo: qui elatus est:⁊
superbus:vel filius est elati huius: vel discipu
lus:⁊ imitator:⁊ ppterea dicit Apostolus de
quodã.Ne forte elatus incidat in iudiciũ dia-
boli.Ostẽdens per hoc:ꝗ omnis elatus simi-
li vt diabolus iudicio ↄdẽnabitur.Nos ergo
sumus qui trãsire volumus per hũc mũdum:
vt peruenire possimus ad terrã sanctã:que re-
promissa est sanctis:⁊ mittimus verbis pacifi-
cis ad Seon:pmittẽtes non nos habitaturos
in terra eius:nec moraturos cum eo:sꝫ transi-
turos tantũmodo:⁊ incessuros via regali: nec
declinaturos vsquam:neqꝫ in agrũ:neqꝫ in vi
neã:sed nec de lacu eius aquam bibituros.Vi
deamus ergo quãdo nos ista pmisimus:quã-
do hec verba diabolo denunciauimus.Recor
detur vnusquisqꝫ fidelium:cum primuꝫ venit
ad aquas baptismi:cuꝫ signacula fidei prima
suscepit:⁊ ad fonteꝫ salutaris accessit: quibus
ibi tunc vsus sit verbis:⁊ quid denunciauerit
diabolo:non se vsurum põpis eius:neqꝫ ope-
ribus eius:neqꝫ vllis omnino seruitijs eius:ac
volũtatibus pariturũ.Et hoc est:quod ijs le-
gis sermonibus adumbratur: ꝗ non declinet
israel:neqꝫ in agrũ eius:neqꝫ in vineaꝫ eius:
sed neqꝫ aquam de lacu eius pollicetur se esse
potaturũ.Nõ enim vltra discipline diabolice:
non astrologie:non magice:nõ vllius omnino
doctrine:que contra dei pietatem aliquid do-
ceat:poculum sumet fidelis.Habet eniꝫ suos
fontes:⁊ bibit de fontibus israel:bibit de fon-
tibus salutaris:nõ bibit aquã de lacu Seon:
nec relinquẽs fontẽ aque viue congregat sibi
lacus cõfractos:sed ⁊ via regali incessuꝝ se ꝓ-
fitetur.Que est via regalis?Illa sine dubio: ꝙ
dicit:ego suꝫ via:veritas:⁊ vita.Et merito re
galis.Ipse est eniꝫ:de quo ppheta ait. Deus
iudiciũ tuũ regi da.Via ergo regali incedẽ-
dũ est:nec declinãdum vsquam:neqꝫ in agrũ
eius:neqꝫ in vineam eius:idest neqꝫ ad opera:
neqꝫ ad sensus diabolicos ↄclinare vltra mẽs
fidelium debet.Quomodo ergo volumus fi-
nes Amorreoꝝ cum pace transire?Amorrei:
infidelium qui sunt in hoc mundo pars accipi
potest.Sed isti interpretantur (vt supra dixi-
mus) vel i amaritudinẽ adducẽtes:vel loquẽ-
tes.Et quomodo qdẽ in amaritudinem addu
cant deũ infideles:⁊ increduli:expositione non
indiget.Quod aũt ait loquẽtes:ad illã parteꝫ
trahi põt qua infideles quiqꝫ:⁊ sub ꝑncipe dia
bolo agẽtes:loq norunt tantũmõ:sed loquunt
inania. Verbi causa:vt poete eoꝝ:vt astrolo-
gi:vt nõnulli etiã philosophoꝝ:qui inania lo-
quũtur ⁊ vana.Fidelium autem regnum: qd
a deo est:nõ in sermone est:sed in virtute.Vo-
lumus ergo nos pacifice transire per mundũ:
sed hoc ipsum magis incitat principem mũdi:
quod dicimus nos nolle permanere cum ipso

nec morari: nec aliqd eius velle contingere: inde magis exacerbatur: ide extollitur: et irascitur: et commouet nobis persecutiones: pericula suscitat: cruciatus intentat: et ideo dicit. Congregauit (inquit) Seon omnem populum suum: et exijt confligere aduersus israel. Quis est omnis populus Seon: quem concitat contra israel? Principes: ac iudices mundi: cunctiq3 nequitie ministri: qui impugnant semper: et persequuntur populum dei. Sed quid facit israel? Venit (inquit) in Jssaar. Jssaar interpretatur mandati adimpletio. Si ergo veniamus et nos ad locum istum: idest ad expletionem mandatorum: etiam si cum omni exercitu veniat aduersum nos Seon iste elatus: et superbus diabolus: et confligat aduersum nos: si omnes suos contra nos demones concitet: superamus eum si dei mandata complemus. Complere enim mandata: hoc est diabolum: et omnem eius exercitum superare: et tunc complebitur in nobis apostolica oratio qua ait. Deus autem conteret Sathanan sub pedes vestros velociter. Et illud quod dominus ait. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes: et scorpiones: et super omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebit. Nihil enim nocere nobis poterunt ista omnia si veniamus in Jssaar: idest si mandata: et precepta domini nostri Jesu Christi seruemus. Cui est gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De ijs que superfuerunt priori tractatui: et de Balaam: atq3 asina eius. Homilia. XIII.

Hesterna die direramus quomodo Seon rex Amorreorum: qui est elatus: et arbor infructuosa: congressus cum israel victus fuerit: de quo et obseruanter scriptura dicit: quia cecidit in nece gladij: vel (vt alibi legimus) in ore gladij. Sed si vis diligentius scire quo gladio infructuosus iste: et elatus sicut cedrus libani ceciderit: discamus ab Apostolo Paulo dicente. Viuus enim est sermo dei: et efficax: et penetrabilior omni gladio. Et item in alijs. Et gladium (inquit) spiritus: quod est verbum dei. Jn huius ergo gladij nece cecidit spiritalis Seon: qui est diabolus. Additur post hec. Et dominati sunt (inquit) filij israel omni terre eius. Omnis quidem regio hec terrena: terra dicitur Seon. Sed Christus et ecclesia eius dominatur in omni terra Seon: et dominati sunt ab Arnon vsq3 Jaboc. Arnon et Jaboc ciuitates erant regis Seon: sed initium regni eius erat Arnon: et finis Jaboc: et ideo dicitur: quia dominati sunt ab Arnon vsq3 Jaboc. Interpretatur autem Arnon maledictiones eorum. Initium enim regni Seon huius elati: et infructuosi: maledictiones sunt. Finis vero est Jaboc: quod interpretatur luctamen. Necesse est enim: vt omnis: qui vult exire de regno diaboli: et fines eius euadere: luctamen inueniat: et certamina ei a ministris eius: et satellitibus suscitentur. Sed si luctatus fuerit: et vicerit: iam non erit Jaboc ciuitas Seon: sed erit ciuitas israel. Hoc est enim nimirum: quod legimus: et de patriarcha Jacob: quoniam cum venisset ad locum quendam: luctamen ei preparatum est. Et ibi tota nocte luctatus cum obtinuisset et inualuisset ad deum: vocitatum est nomen eius israel. Et accepit (inquit) israel omnes ciuitates istas: et habitauit in omnibus ciuitatibus Amorreorum. Hic israel: qui in Christo israel est: qui non in carne israel: nec in manifesto iudeus est: ipse habitat in omnibus ciuitatibus Amorreorum: cum in omni orbe terrarum Christi ecclesie propagantur. Sed et vnusquisq3 nostrum prius ciuitas fuit regis Seon: regis elati: regnabat enim in nobis stultitia: superbia: impietas et omnia: que sunt ex parte diaboli: sed vbi expugnatus: et deuictus est fortis: et vasa eius direpta sunt: effecti sumus ciuitates israel: et hereditas sanctorum: si tamen penitus excisa est in nobis potestas illa: que prius dominabatur nobis: et excisa est arbor infructuosa: et deiectus est rex elatus: et sumus sub eo rege: qui dicit. Discite a me: quia mitis sum: et humilis corde. Post hec: singillatim iam ciuitates superbi: et infructuosi regis enumerat: et dicit. Jn Esebon: et in omnibus finibus eius. Quid est hoc: quod precipuam vrbem de regno Seon nominauit Esebon? Esebon interpretatur cogitationes. Merito ergo pars maxima regni diabolici: et potestas eius plurima in cogitationibus regnat. Sic enim dixit et dominus. Quia de corde procedunt cogitationes male: homicidia: adulteria: furta: falsa testimonia: blasphemie. Et ista sunt que coinquinant hominem. Et ideo necessario incenditur ista ciuitas: et igne exuritur. Quo igni? Jllo profecto: quo dicit Saluator. Ignem veni mittere in terram: et quam volo: vt accendatur. Post pauca autem refert de ipsa ciuitate. Propter hoc (inquit) dicent enigmatiste. Venite in Esebon: vt edificetur: et construatur ciuitas Seon: quoniam ignis processit de Esebon: et flamma de ciuitate Seon: deuorauit vsq3 Moab. Seon (vt diximus) erat rex: cuius erat ciuitas Esebon. Sic ergo intelligendus est ordo verborum: quasi dicant isti enigmatiste. Venite vt construatur: et

edificetur Esebon: que fuit ciuitas Seon. Sz requiramus nunc qui sint isti enigmatiste. Enigma dicitur sermo figuratus. Enigmatiste ergo dicuntur qui figuraliter loquuntur: ꝛ quis est alius: qui in figuris locutus sit: nisi lex ꝛ prophete? Audi enim quomodo Dauid dicit. Aperiam in parabolis os meū: loquar propositiones ab initio seculi. Sz ꝛ Esaias: quia enigmata sint que scripsit: hoc modo declarat. Et erūt (inqt) verba libri huius sicut verba libri signati: quē si dederint in manus hominis nescientis litteras: ꝛ dixerint ei: lege: dicet: non noui litteras. Si autem dederint scieti litteras: dicet non possum legere: signatus ē enim. Signatus autē dicitur liber pro eo: qđ figuris perplexus est: ꝛ enigmatibus inuolutus. Dicunt ergo isti enigmatiste. Uenite in Esebon: vt edificetur. Cecidit illa prima Esebon: immo subuersa est: ꝛ incēsa: reedificanda est alia. Sz quomodo hoc fiat: adsumpto ostēdamus exēplo. Si videas gētilem in dedecore vite positum: ac religionis errore: non dubites de eo dicē: quod sit hic Esebon ciuitas in regno regis Seon. Regnat enim in cogitationibus eius rex infructuosus: ꝛ elatus. Ad hunc si accedat Israel: hoc est ecclesie filius: ꝛ adhibeat iacula verbi dei: ꝛ distringat contra eum gladium spiritus: destruat in eū oēs munitiones gētilium dogmatum: ꝛ elationes argumētorum eius igne veritatis exurat: dicito de hoc: quia subuersa est Esebon ciuitas Seon: sz non cōtinuo desertus: ꝛ destitutus relinquitur iste: in quo subuersa sunt gētiliuz dogmata. Non enim disciplina est filijs israel destructas relinquere: quas destruxerint ciuitates: sz cum subruerint: ꝛ euerterint in homine malas cogitationes: ꝛ impios sensus: reedificāt rursus in corde eius: quē destruxerint: bonas cogitationes: pios sensus: doctrinam veritatis inserēt: religionis ritum tradēt: ordinez viuēdi docebunt: honestatem morum: obseruantie statuta mōstrabūt. Et tunc vere dicent isti enigmatiste ad semetipsos inuicem. Uenite: ꝛ edificemus Esebon: que fuit ciuitas Seō. Et ipsi enim: hoc est filij ecclesie: quia figuras legis: ꝛ enigmata spiritaliter itellegūt ꝛ enigmatiste appellantur. Hoc est quod ꝛ Hieremias figurali nihilominus sermōe designat: vbi ad eum dicitur a domino. Ecce dedi verba mea in os tuum: ecce constitui te hodie super gentes: ꝛ regna: eradicare: ꝛ subuertere: ꝛ reedificare: ꝛ replantare. Quid eradicat? ꝛ quid subuertit? Ciuitatem Esebon: que erat regis Seon. Quid eradicat in ea? Cogitationes impias: ꝛ impuras. Quid reedificat in ea: ꝛ quid replantat? Cogitatiōes pias: ꝛ castas: vt efficiatur Esebon ciuitas non Amorreorum: sed filiorum Israel. Sed si volumus singula persequi: excludemur a dissertione eorū: que nobis recitata sunt de Balaam: cuius lectionis tanta difficultas est: vt vix ad historie ipsius rationem: ꝛ consequentiam explanandam peruenire possimus. Quanta ergo iam difficultas nobis erit in explanatione spiritalium sensuum: si prima ipsa littere facies tantis difficultatibus inuoluta est? Sed quāuis rapiat nos desyderium ad ea: que magis obscura sunt: differenda: tamen non sunt penitus omittenda etiam hec: que media referuntur. Postea enim quam obtinuerunt filij Israel ciuitates Amorreorum: ascenderunt etiā viam: que ducit in Basan: vbi erat Og rex Basan: sed ad hunc neqz legatos mittere dignantur: neqz petere ab eo: vt per terraz eius transeant: sz continuo confligunt cum eo: ꝛ superant tam ipsum: quam populum suum. Uideamus ergo que est Basan. Basan interp̄tatur turpitudo. Merito ergo nec legati mittūtur ad istam gētē: nec transitus p̄ terrā eius poscitur. Nullus enim nobis transitus dz esse: nullus accessus ad turpitudinez: sed ab initio statim expugnāda: ꝛ omnimodis cauenda est. Og autē: qui rex dicitur eē Basan: interclusio interpretatur. Pōt hic figuram tenere omnium carnaliuz: ꝛ materialiuz rerum: quarum amore ꝛ desyderio detēta anima excluditur: ꝛ separaē a deo. Aduersus Og ergo ita p̄cipitur bellum gerēdum: vt non relinquatis (inquit) ex eo viuētē: nullum enim a filijs israel oportet relinqui in regno turpitudinis: ꝛ dedecoris viuētē. Sz ꝛ decet israeliticam virtutē excidere: ꝛ resecare turpia: ꝛ pia queqz in anima reedificare: atqz honesta: ac religiosa plantare. De regno Seon non ē scriptum: vt nullus viuus relinquaē nec de regno Moab. Forte. n. ex illis opus habemus aliquibus: ꝛ nōnullis eorū pro vite huius agonibus: ꝛ exercitijs indigemus. Alioqn debuissemus de hoc mūdo exisse: de Basan tamē: hoc est de turpitudine nullo penitus indigemus: nihil ex ea relinquamus. Excidēda omnia: cuncta subuertenda sunt opa turpitudinis. In nullo. n. pōt honestum eē quod turpe ē. Et p̄fecti inde filij israel collocauerūt castra ab occidēte Moab iuxta Jordanē ꝯtra hierico. Et vt vidit Balach filius Sephor: ꝛ reliqua. Oia iaz que de Balaaz: ꝛ asina eius scribunē: historia plena negocijs: iterior ħo itellectus multo negociosior: ꝛ nescio an facile sit vel ipsas tātū historicas explanare snias. Deo tamē donante bre-

uiter:que possumus perstringemus. Bellum
tibi iminet o rex Balach filius Sephor: sex-
centa millia armatorum fines tuos inruunt.
Oportebat ⁊ te parare arma:exercituȝ conge
rere:de constructione prelij cogitare:vt hosti
adhuc procul posito:armis instructus occur-
reres. Tu vero mittis ad Balaaȝ diuinũ:⁊ mit
tis multa munera:ac maiora promittis: ⁊ di-
cis. Veni maledic mihi populuȝ:qui exiuit de
Egypto. Sȝ Balaam (vt scriptura docet)
retulit hec ad deũ:a quo ⁊ venire phibetur. Sȝ
⁊ iterum rex mittit legatos:⁊ neglectis armis
spem oẽm ponit in Balaam:vt veniat:⁊ ver-
ba deferat:atqȝ in populuȝ iaculetur maledi-
cta pro telis si forte verbis Balaam vincatur po
pulus:quẽ regis exercitus superare nõ poterat.
Hec historia quid consequẽtie habȝ? quid cõ-
silij tegit? Ubi vel quando auditum est quod
quis regum imminente sibi prelio:omissis ar-
mis:exercituqȝ neglecto: ad diuini alicuius:
vel aruspicis verba confugerit? Unde iterum
atqȝ iterum dei nobis exoranda est gratia:vt
hec non fabulosis:⁊ iudaicis narrationibus:
sed rationabilibus:⁊ dignis diuina lege possi
mus sensibus explicare? Primo ergo omniũ
fatendum est in quibusdam plus posse:⁊ plus
valere verba:quam corpora. Quia quod exer
citus multarum gentium nequiret efficere:qđ
ferro:⁊ armis non posset obtineri:hoc verbis
efficitur:⁊ non dico sanctis verbis:vel dei ver
bis:sed verbis quibusdaȝ:que inter homines
habentur:que quomodo nominẽ nescio;sunt
tamen inutili arte composita:cuius artis vo-
cabulum illud sit:quod vnicuiqȝ appellari li-
bet. Est ergo (vt dixi) apud homiẽs opus ali
quod:quod verbis efficitur. Quod tamen opus
tale est:vt quãuis magnis corporis virib⁹ nõ
possit impleri. Verbi gratia. Erant in Egy-
pto incantatores:⁊ magi. Quis potest homi-
num fortitudine corporis virgam mutare in
serpentem:quod ab illis factuȝ refertur? Aut
quis potest viribus corporis aquam in sangui
nem vertere? Fecerũt tamen hoc egyptiorum
incantatores:⁊ magi. Fecerat enim hec prius
Moses:sed q: sciebat rex Egypti quod pos-
sent hec arte quadam fieri verborũ:que habe
tur inter homines:putauit ⁊ Mosen non hec
dei virtute:sed magica arte fecisse:⁊ quod hu
mana arte fecerat:id dei factũ virtute simula
ret:conuocat cõtinuo Egyptiorũ incãtatores
⁊ magos. Inter eum qui virtute dei operaba
tur:⁊ eos qui demones inuocabant: facit esse
certamen. Efficit tamen similiter ⁊ contraria
virtus virgaȝ serpẽtẽ:sicut fecerat virtus dei:
sed serpens:qui per virtuteȝ dei factus fuerat
absorbuit:⁊ deuorauit omnes illos serpẽtes:
qui arte magica ex virgis versi fuerant in ser-
pẽtes. Nõ enim potuit virtus demoniaca ma
luȝ:quod ex bono fecerat:restituere in bonuȝ.
Potuit ex virga facere serpẽtem:virgaȝ vero
reddere ex serpente non potuit: ⁊ ideo consu-
muntur omnes ex ea virga:que dei virtute:ver-
sa fuerat in serpẽteȝ. Postea vero per diuinã
virtuteȝ nature sue redditur:vt nature domi
num fateretur. Fecerũt incãtatores Egyptio
rum:vt ⁊ aque verterẽtur in sanguinem:sed
nõ potuerũt iteruȝ sanguinẽ vertere in aquaȝ.
Dei autem virtus non aquaȝ:sed totũ fluuiũ
vertit in sanguinẽ. Et rursuȝ orante Mose co
lympidis eum:ac naturalibus reddidit fluen-
tis:⁊ iterum produxerunt magi Egyptiorum
scnipes:sed non potuerunt repellere eas. Mo
ses vero ⁊ produxit scnipes:⁊ restituit. Deus
enim noster delere facit:⁊ iterum restituit:con
traria autem virtus male quidem facere ali-
quid potest:sed restituere in integrum non po
test. Hec autem omnia premisimus:vt opera
Balaaȝ:vel verba eius possimus aduertere.
Sunt enim ⁊ magorum nonnulle differentie:
alij enim plus:alij minus valent. Hic Bala-
am famosissimus erat in arte magica:⁊ in car
minibus noxijs prepotens. Non enim habe-
bat potestatem:vel artem verborum ad bene-
dicendum:sed habebat ad maledicendum.
Demones enim ad maledicẽduȝ inuitantur:
non ad benedicendum. Et ideo quasi exper-
tus in talibus:in opinione erat omnibus: qui
erant in oriente. Nisi enim experimenta eius
plurima precessissent: quod frequenter male-
dictis hostem vertisset armatum : non vtique
presumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus:
quod ferro:⁊ acie vix posset impleri. Certus
ergo Balach de hoc:⁊ frequenter expertus:
omissis omnibus instrumentis:⁊ auxilijs bel-
licis:mittit ad eum legatos dicẽs. Ecce popu
lus exiuit de Egypto:⁊ cooperuit faciem ter-
re:⁊ hic sedit iuxta me. Sed ⁊ amplius aliqđ
puto quod mouerit regem:videtur enim au-
disse:quia filij israel solent hostes vincere ora-
tione:non armis:nec taȝ ferro:quã precibus.
Nulla enim israel aduersuȝ Pharaonem ar
ma cõmouit:sed dictum est ei. Dominus pu-
gnabit pro vobis:⁊ vos tacebitis. Sȝ nec con-
tra Amalechitas quidem tantum vis armo-
rum:quantum Mosei valuit oratio. Ut eniȝ
eleuasset Moses manus ad deuȝ: vincebatur
Amalech. Remisse vero ⁊ deiecte: vinci facie
bant israel. Hec pfecto audierat Balach rex
Moab. Scriptũ est enim. Audierũt gentes:⁊
irate sunt: dolores comprehenderunt habi-

tantes Philistijm. Tunc festinauerũt duces
Edom: ⁊ principes Moabitarum: apprehen-
dit eos tremor. Uides peruenisse ad eos quod
in Cantico predixerat Moses quando transi-
erant mare rubrum. Audierat ergo rex Mo-
ab: quia populus hic orationibus vincit: ⁊ pu-
gnat aduersum hostes: ore non gladio: ⁊ ob
hoc sine dubio apud semetipsum cogitauit di-
cens. Quoniam quidem orationibus populi
huius: ⁊ precibus nulla possunt arma confer-
ri: ideo etiam mihi tales alique preces: ⁊ talia
requirenda sunt arma verborum: ⁊ orationes
tales: que superare possint orationes istorum.
Ut autem scias tale aliquid cogitasse regem:
ex scripture verbis intellige: que ego a magi-
stro quodaꝫ: qui ex Hebreis crediderat: expo-
sita didici. Scriptuꝫ est ergo. Et dixit Moab
ad seniores Madian. Nũc ablinget synago-
ga hec omnes: qui i circuitu nostro sunt: sicut
ablingit vitulus herbam campi. Aiebat ergo
magister ille: qui ex Hebreis crediderat. Cur
(inquit) tali vsus est exẽplo dicens: sicut ablin
git vitulus herbã campi? Ob hoc sine dubio:
quia vitulus ore abrũpit herbam de campo: ⁊
lingua tanquã falce quecũqꝫ inuenerit: secat.
Ita ergo ⁊ populus hic: quasi vitulus ore: ⁊
labijs pugnat: ⁊ arma habet in verbis: ac pre-
cibus. Hec igitur sciẽs rex mittit ad Balaã:
vt ⁊ ipse deferat verbis verba contraria: ⁊ pre
cibus preces. Nec mireris si est in magica ar-
te tale aliquid. Esse enim hanc arteꝫ designat
etiam scriptura: sed vti ea prohibet. Nã ⁊ de-
mones scriptura esse designat: sed coli eos: ⁊
exorari vetat. Recte ergo etiã magica vti pro
hibet: quia magorum ministri angeli sunt re
fuge: ⁊ spiritus maligni: ⁊ demonia immun-
da. Nullus enim sanctorum spirituuꝫ obtem
perat mago. Nõ potest inuocare magus Mi
chaeleꝫ: non potest inuocare Raphaelẽ: neqꝫ
Gabrielẽ. Multo magis magus inuocare nõ
potest omnipotẽtẽ Deum: nec filium eius do-
minum nostrum Jesum Christuꝫ: nec sanctũ
spiritum eius. Nos soli accepimus potestateꝫ
inuocãdi Deum patrẽ. Nos soli habemus po-
testatem inuocãdi vnigenitũ eius Jesuꝫ Chri
stuꝫ. Sed illud est: quod dico: qui iam potesta
tem accepit inuocãdi Christuꝫ: non potest ite-
rum demones inuocare. Et qui sancti spiritus
particeps factus est: ad imũdos vltra spiritus
accedere non debet. Si enim inuocauerit im-
mundos spiritus: sanctus ab eo spiritus refu-
git. Magi sunt: q inuocant Beelzebub. De-
niqꝫ sciebat hoc populus ille: ⁊ ideo mẽtiẽtes
cõtra dominũ meũ in Jesum: ⁊ falsa dicentes
aiebãt. Hic in Beelzebub principe demonio-
rum eijcit demonia. Saluator autẽ sciens: q
verum est quidẽ quod princeps quidaꝫ demo-
niorum Beelzebub sit: in hoc eos non arguit
mendacij: sed respondit eis: si ego in Beelze-
bub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciũt?
Unde constat esse quosdaꝫ demones malos:
qui inuocati a magis: adsunt eis ad malũ: nõ
ad bonum. Parati enim sunt ad malefacien-
dum: bene autem facere nesciũt. Isti ergo de-
mones arte: quadam: ⁊ compositione verborũ
in amicitias (vt ita dicam) cesserant Bala-
am. Quorum amicitijs fretus: magnus apud
homines videbatur. Ob hoc ergo mittit ad
eum rex: ⁊ ait. Ueni nunc: ⁊ maledic mihi po-
pulum hunc: quia fortior est hic: quam nos: si
forte possimus percutere aliquos ex eis: ⁊ eijce
re eos de terra. Uidetur mihi rex hic non ex
integro confidere in Balaam diuino: ingen-
ti credo de virtutibus: que in populo Dei fa-
cte sunt: auditione perterritus: ⁊ ideo dicit si
forte: vel eousque preualeant maledictiones
Balaam: vt aliquos ex ipsis possit percutere:
ceteros vero fugare perteritos: ⁊ propria ter-
ra depellere. Addit preterea. Qꝛ scio (inqt)
qd quos benedixeris: benedicti erunt: ⁊ quos
maledixeris maledicti erunt. Ego non credo
quia sciret rex: quod quibuscunqꝫ benedixis-
set Balaam benedicti essent: sed videtur mi-
hi adulãdi gratia hec dicere: vt artem eius ef
ferens: ⁊ extollẽs: promptiorem eum sibi red-
dat ad facinus. Ars enim magica nescit bene
dicere: quia nec demones sciunt benefacere.
Noscit bñdicere Isaac: ⁊ Jacob: ⁊ omnes sã-
cti. Impiorum nullus scit benedicere. Sed tã
dem veniunt ab Balaam legati. Uenerũt er
go (inquit) seniores Moab: ⁊ seniores Ma-
dian: ⁊ diuinacula in manibus eorum. In il-
lis diuinationis artibus: quas curiositas hu-
mana composuit: sunt quedam que scriptura
quidem diuinacula nominauit. Gentilis autẽ
consuetudo vel tripodas: vel cortynas: vel ali-
is huiusmodi vocabulis appellat. Que quasi
ad hoc ipsum consecrata: moueri ab eis ⁊ con-
trectari solẽt. Scriptura sane diuina Ephod
quodam vernaculo sermone nominat in pro-
phetis: quod indumentum tradunt esse pro-
phetantium. Aliud tamen apud scripturas
diuinas prophetia: aliud diuinatio habetur.
Ait enim. Non erit auguratio in Jacob: ne-
que diuinatio in Israel. In tempore dicetur
ad Jacob: ⁊ israel: quid facturus sit Deus.
Abdicatur ergo penitus diuinatio: opere enĩ
⁊ ministerio demonũ (vt supra iam diximus)
adiplet. Igit Balaã diuinaculis acceptis cũ
solerẽt demones ad se venire: fugatos quideꝫ

demones videt: sed adesse Deum. Et ideo di-
cit interrogare se Deum. Quia consuetos si-
bi parere nusquam demones videt. Venit er-
go ipse ad Balaã. Non quo dignus esset ad
quem veniret Deus: sed vt fugarẽtur illi qui
ei ad maledicẽdum: ⁊ malefaciendũ adesse cõ
sueuerãt. Jam eni hinc prouidebat Deus po
pulo suo. Adest ergo: ⁊ dicit Deus ad eum.
Quid homines isti venerunt ad te? Et dixit
Balaã ad Deũ. Balach filius Sephor rex
Moab: misit eos ad me dicẽs. Ecce populus
exijt de egypto: ⁊ cooperuit facieȝ terre: ⁊ hic se-
det iuxta me. Veni ergo nũc: ⁊ maledic mihi
eum: si forte poterimus pcutere euȝ: ⁊ eijcere.
Et dixit Deus ad Balaȝ. Non eas cuȝ eis:
neqȝ maledicas populuȝ: est enim benedictus.
Altior hic exoritur questio: ⁊ nescio vtrum cõ
ueniat rem tam profundi mysterij denudare:
⁊ proferre ad turbas: ⁊ eas turbas: que ad au-
ditoriũ verbi Dei: nõ nisi paucis diebus adue
niunt: ⁊ continuo discedunt: nec in meditatio-
ne verbi Dei diutius imorãtur: tamẽ pro ijs:
qui studiosi sunt: ⁊ sitiũt audire: possuntqȝ ca-
pere spiritalem sensuȝ: pauca aliqua dicemus
ex multis. Potest ergo obijci tale aliqd. In-
uocet licet demones Balaam: maledicat po-
pulo. Inuocati demones faciant: qđ possunt.
Nũquid non potest Deus defendere a demo-
nibus populum: vimqȝ eoruȝ in malefaciendo
destruere? Quid ergo opus erat: vt ipse veni-
ret ad Balaam: ⁊ consuetos demones prohi-
beret accedere: ne vel tẽtarẽt: aut conarẽtur le
dere populũ suum? Ad hec ergo licet non om
nia: que possunt occurrere: proferenda sunt.
Tamen dicemus ex parte: q2 non vult Deus
demonum genus ante tẽpus damnare. Sciũt
enim ⁊ ipsi demones: quia tempus eorum pre-
sens hoc seculuȝ continet. Propterea deniqȝ
⁊ dominũ rogabant: vt non torqueret eos an-
te tẽpus: neqȝ in abyssum mitteret. Et ob hoc
neqȝ diabolũ remouit a principatu seculi hu-
ius. Quia adhuc opus est opera eius ad perfe
ctionem eorum: qui coronãdi sunt. Opus est
adhuc opera eius ad exercitia certaminum: ⁊
victorias beatorũ. Sic ergo ⁊ reliquos demo-
nes non vult ante tẽpus a proposito sui intẽtio
ne violenter abstrahere. Et ideo ex initio non
eis indulsit inuocari per Balaȝ: ne forte in-
uocati destruerẽtur ante tempus: ⁊ perimerẽ-
tur: defendente populũ suuȝ deo. Aliud enim
est si expectat demon a deo aliquem ad tentã-
dum sicut Job. Et cum certa distinctione po-
testateȝ eius accipiat. Verbi gratia: vt dicat
ei: do tibi omnia eius in potestate: sed ipsum
non cõtingas. Aut iterum do tibi in eum po-
testatem: sed animam eius custodi. Et aliud est
si mago exigente: ⁊ adiuramentis quibusdam
extorquente: demones sine vlla obseruatione
deseuiant. In quo vtiqȝ si eis libertas seruet
arbitrij: populum dei perditũ dabunt. Si ve-
ro libertas auferatur arbitrij: hoc erat dãnas
se rationabilem creaturaȝ: ⁊ ante tempus in-
tulisse iudiciũ: ⁊ impedisse omnib9: qui aduer-
sum eos in agone certantes poterãt coronari.
Si eniȝ demonijs auferatur libertas arbitrij
nullus [illegible] impugnabit athletas Christi.
Nullo autẽ impugnãte: nec certamẽ aliquod
erit: ⁊ sublato certamine: nullum erit premiuȝ:
nulla victoria. Idcirco igit tali via vtitur de-
us: vt ⁊ populus adhuc rudis: ⁊ qui nuper ab
strahi ceperat a cultu demonum demonibus
non tradatur: ⁊ inuocante mago responsa de-
ferantur: ⁊ genus demonum non nudetur ar-
bitrij potestate. Et ideo preuenit Deus: ⁊ ire
Balaam: atqȝ inuocare demones ad maledi
cendum prohibet: si tamen a cupiditate cessas
set. Sȝ quia persistit in desyderio pecunie: in-
dulgens Deus arbitrij libertati rursus ire p-
mittit. Verbum tamen suũ iniicit in os eius:
prohibẽs maledictionem fieri per demones:
vt benedictionibus locum daret: ⁊ pro male-
dictis proferat Balaam benedictiones: ac p-
phetias: que possunt edificare non solum Is-
rael: sed ⁊ reliquas gentes. Si enim a Moyse
prophetie eius sacris inserte sunt volumini-
bus: quãto magis cõscripte sunt ab ijs: qui ha
bitabant tunc Mesopotamiã: apud quos ma-
gnificus habebat Balaȝ: quosqȝ artis eius
cõstat fuisse discipulos? Ex illo deniqȝ fertur
magorum genus: ⁊ institutio in partibus orien
tis vigere. Qui descripta hñtes apud se om-
nia: que pphetauerat Balaam: etiã hoc ha-
buerũt scriptũ: quod orietur stella ex Jacob: ⁊
exurget homo ex Israel. Hec scripta habe-
bant Magi apud semetipsos: ⁊ ideo quando
natus est Jesus: agnouerunt stellam: ⁊ intelle
xerunt adimpleri prophetiam magis ipsi: quã
populus Israel: qui sanctorum prophetaruȝ
audire v̈ba contẽpsit. Illi ergo ex ijs tãtuȝ: q̃
Balaam scripta reliquerat: agnoscentes ad-
esse tẽpus: venerunt: ⁊ requirentes eum statiȝ
adorauerunt: ⁊ vt fidem suam magnã esse de-
clararent: paruum puerum quasi regem vene
rati sunt. Sed redeamus ad propositũ. Mo-
lestus est Balaam deo: ⁊ extorquet propemo
duȝ permitti sibi: vt erat maledicere filijs Is-
rael: ⁊ vt inuocet demones: ad queȝ iã venerat
deus. Ascẽdit asinã: occurrit ei angelus: q ex-
cubabat pro Israel. De quo scriptũ est: dicen
te dño ad Mosen. Angelus meus ibit tecuȝ.

Petenti

Peteti ergo ire cōceditur. In via cōterit᷑ ab asina. Sꝫ magus demonas videt: angelū nō videt: asina tamen videt. Non quo digna eēt videre angelum: sicut nec loqui digna erat: sꝫ vt confutaretur Balaam: ⁊ vt ait quodaꝫ in loco scriptura. Mutum animal humana voce respondēs: arguit prophete demētiaꝫ. Uerum quoniam de historia multa iā dicta sunt: aliqua ēt de allegoria perstringamus in fine. Si videas contrariam potestatem impugnantem populum Dei: intellegis quis sit qui sedeat super asinam. Et si consyderes homines quomodo a demonibus precipitantur: intelleges que sit asina. Sic enim ⁊ in euangelio intelleges Jesum mittentem discipulos suos ad asinam: que alligata erat: ⁊ ad pulluꝫ eius: vt discipuli eam soluant: ⁊ adducant: vt ipse sedeat super eam. Et forte hec asina: idest ecclesia prius portabat Balaam: nunc autē Christum: ex quo soluta est a discipulis: ⁊ a quibus innexa erat vinculis relaxata: vt filius Dei sederet super eam: ⁊ cum ipsa ingrederetur sanctam ciuitatem Hierusalem celestem: ⁊ compleretur scriptura: que dicit. Letare filia Syon: predica filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi mitis: ⁊ sedens super subiugale. Subiugale: idest asinam: credentes sine dubio ex iudeis dicit: ⁊ pullum nouellum: eos profecto qui sunt ex gentibus credentes in Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ Item de Balaam. Homilia. XIIII.

PLura sunt. que nobis resederunt: exponentibus lectionem de Balaam: atque asina eius. Et quoniam est temporalis tractatus: qui in ecclesia edificandi gratia habetur: non habuimus tantuꝫ spacij: vt possemus singula queqꝫ scripture v̄ba proponere: ⁊ ita vt nihil omnino indiscussum remaneret explanationem singulis adhibere. Quoniam quidem huiusmodi stilus commentarioruꝫ magis est. Jccirco que inquisitione digna videntur: repetimus: eaqꝫ discutientes: qua possumus explanatione differere: ⁊ in medium proferre tētabimus. Est autem adhuc difficile in explanatione historie ipsius: quomodo cuꝫ dicatur venisse deus noctu ad Balaam primo ⁊ interrogasse qui eēnt homines: qui venissent ad eum: ac respondisset quia missi essent a Balach filio Sephor dicēte. Ueni: ⁊ maledic mihi populum: responderit ei deus. Nō ibis cuꝫ eis: neque maledices populum: est enim benedictus. Iterum secundo dicitur ad eum noctu venisse deus: ⁊ dixisse: vt iret cuꝫ eis. Sed hoc obseruaret: vt v̄bum qđ daret deus ī ore eius: hoc loqueretur. Et rursuꝫ tertio eunti ei occurrisse angelus dei: cui intātuꝫ via eius nō elegās: nec opportuna videretur: vt etiā interficere euꝫ vellet: nisi asina videns angelū: queꝫ Balaaꝫ videre nō potuit: declinasset: ⁊ tamē posteaquam culpatur ab angelo cur ire voluisset: rursus etiam ab ipso ire permittitur: tantuꝫ vt custodiat v̄bum: quod deus dederit in ore eius: vt hoc solum pferat: nec amplius aliquid. Hec ergo omnia difficileꝫ habēt explanationē. Paucis tamē (vt supra iā diximus) occasionem intellegentie vobis dabimus: quo ⁊ vos faciatis quod scriptuꝫ est: vt ijs auditis sapiens sapiētior fiat: ⁊ da occasionē sapienti: ⁊ sapientior erit. Sed priusquā perueniamus ad rem: ne illud quidem omittemus quod curiosius intēdentes in hoc loco obseruauimus. In Hebreorum litteris nomē Dei: hoc ē deus: vel dominus: diuerse scribi dicitur. Aliter eniꝫ scribitur deus: quicūqꝫ deus: aliter deus ipse: de quo dicitur. Audi israel: dominus deus tuus: deus vnus est. Iste ergo deus israel: deus vnus: ⁊ creator omnium: certo quodam litterarum signo scribitur: quod apud illos tetragramaton dicit᷑. Si quando ergo sub hoc signo in scripturis scribitur deus: nulla est dubitatio quin de deo vero: ⁊ mundi creatore dicatur. Si quando vero alijs: idest communibus litteris scribitur: incertum habetur vtrū de Deo vero: an de aliquo ex illis dicatur: de quibus Apostolus dicit: tametsi sunt qui dicantur dij: siue in celo: siue in terra: sicut sunt dij multi: ⁊ domini multi: nobis tamen vnus deus pater: ex quo omnia: ⁊ nos per ipsum. Aiunt ergo qui Hebraicas lr̄as legūt: in hoc loco Deus non sub signo tetragrammati esse positum: de quo qui potest: requirat. Sed ⁊ quod dixit deus ad Balaam quasi interrogans: qui sunt isti homines? requirit᷑ cur ignorare videatur: ⁊ iterum quod ait non maledices populum: est enim benedictus. Sic itaque potest intellegi quasi si dixerit non maledices populum meum. Nos interim dicimus dispēsatione quadam: ⁊ sapientia dei: ita omnia in hoc mūdo esse disposita: vt nihil prorsus ociosum sit apud Deum: etiam si maluꝫ illud sit: etiam si bonum. Sed planius quod dicitur: explicemus. Malitiam Deus non fecit: tamen cur cum ab alijs inuentam possit prohibere: non prohibet? Sed cum ipsis: a quibus habetur: vtitur ea ad necessarias causas?

Per ipsos enim: in quibus est malitia: claros: et probatos efficit eos: qui ad virtutum gloriã tendunt. Nam si perimeretur malitia: non esset vtiq3 qui cõtrairet virtutibus. Virtus autem non habens aliquid contrarium non claresceret: nec splendidior: et examinatior fieret. Non probata vero: nec examinata virtus: nec virtus est. Sed hec si dicãtur sine diuinorum verborum testimonijs: exquisita magis et humana arte cõposita: quã vera atq3 indubitata videbuntur. Requiramus ergo huiusmodi sensus si etiã volumina diuina cõtineant. Veniamus ad Joseph. Tolle malitiam fratrũ eius: tolle inuidiã: tolle illud omne patricidale cõmentum quo seuierunt in fratrẽ vsq3quo vẽderent eum. Si hec auferas: vide quãtam simul peremeris dispensationẽ dei. Simul enim abscides cuncta illa: que apud Egyptum per Joseph pro salute omnium gesta sunt. Nõ fuisset interpretatio somnij Pharaonis: si per inuidiã fratrum non fuisset Joseph distractus: et venisset in Egyptum. Nemo intellexisset que deus reuelauerat regi: nemo frumẽta cõgregasset in Egypto: nemo necessitatẽ famis sapiẽti prouisiõe curasset. Perijsset Egyptus: perijssent et finitime regiones fame. Interijsset etiam ipse israel: et semen eius querens panem Egyptum non fuisset ingressum: nec egressi fuissent ex ea filij israel cum mirabilibus domini. Nusquã plage in Egyptios: neq3 virtutes ille: quas fecit deus per Mosen: et Aaron. Nemo rubrum mare siccis vestigijs incessisset. Cibum mãne mortalis vita nesciisset: nulla de sequẽti petra aquarum fluenta prorupissent. Lex a deo hoibus data non fuisset: que in Exodo: que in Leuitico: in Numeris etiam: et Deuteronomio referunt: ad humani generis sciẽtiã nõ venissent: hereditatem certe paternã: et terrã repromissionis nullus intrasset. Et vt ad hec: que habent in manibus veniamus: tolle Balach huius regis pessimi malitiam: qua maledici desyderat israelẽ. Aufer eius astutiã: qua inuitabat Balaam ad dnotãdũ populũ: pariter abstuleris erga filios israel dispẽsationẽ dei: et prouidẽtie eius fauorẽ: nusquam prophetie ille erunt: quas per os Balaã: et filijs israel: et gẽtibus prophetãtur. Quod si etiam noui testamenti cupis hec testimonijs confirmari: si auferas malitiã Jude: proditionẽq3 eius primas: abstuleris pariter crucẽ Christi: et passionẽ eius: et si nõ sit crux: nõ exuitur principatus: et potestates: nec triũphãtur in ligno crucis. Si nõ fuisset mors Christi: vtiq3 nec resurrectio fuisset: nec extitisset aliquis primogenitus ex mortuis. Quod si non fuisset primogenitus ex mortuis: nec spes nobis resurrectiõis fuisset. Simili ergo modo et de ipso diabolo ponamus. Verbi gratia: necessitate aliqua constrictũ fuisse ne peccaret: vel post peccatũ: ablatam fuisse ab eo malitie volũtatẽ. Simul vtiq3 ablatũ fuisset nobis certamẽ aduersum insidias diaboli: nec expectaretur corona victorie ei qui legitime certasset. Si non haberemus qui aduersum nos obsisterẽt: agones non essent: nec victoribus munera ponerentur: nec regnũ celorum vincẽtibus pararetur. Neq3 momentaneũ hoc: et leue tribulationis nostre: supra modum pondus glorie operaretur nobis in futuro. Nec aliquis nostrum pro tribulationũ patientia speraret immensam gloriam futurorum. Ex quibus oibus colligitur: quia deus nõ solum bonis vtatur ad opus bonum: sed et malis. Ex hoc vere mirabile est: quod vasis malis vtitur deus ad opus bonũ. In magna enim hac mũdi huius domo non sunt tantũmodo vasa aurea: et argentea: sed et ligna: et fictilia: et alia quidem ad honorem: alia autem ad cõtumeliam: vtraq3 tamen necessaria. Verum quoniã vasa hec: que dicimus rationabilia intellegenda sunt: et liberi arbitrij: non casu: neq3 fortuitu: vnusquisq3 aut vas honoris efficitur: aut vas contumelie. Sed qui se talem prebuerit: vt electus esse mereatur: vas electum: et vas honoris efficitur. Qui vero indignis: et deterrimis sensibus viuit: iste formatur vas contumelie: non a conditore: sed a semetipso causis contumelie sue datis. Non ergo eos tales esse conditor fecit: sed huiusmodi mentes secundum propositum eorum: prouidentie sue iusta: et ineffabili quadam ratione dispensat. Sicut: verbi gratia: in vrbibus magnis: siqui indigniores sunt: et abstruse vite: ac deterrime: homines: vltima queq3 opera: et laboriosa condemnantur operari: et tamen necessaria sunt ciuitati huiusmodi opera. Verbi causa: aut fornacibus lauacri ad succendẽdos ignes deseruiũt: vt tu vel commoditate: vel delitijs perfruaris: aut cuniculos purgãt: aut alia huiusmodi gerũt: vt tibi in vrbe fiat et delectabilis habitatio: et illi quidem vel agunt ex proposito: vel ex merito patiuntur. Opus tamen ipsorum proficit ad vtilitatem eorum: quibus que bona: et vtilia sunt parãtur. Ita et hec: de quibus proposuimus: deus quidem malitiam non fecit: inuentam tamen ex propositi intẽtione eorum: qui declinarũt a via recta: auferre penitus noluit: prouidens hoc: quod etiam si illi esset inutilis: qui ea vtebatur: faceret eam tamẽ vtilem ijs: aduersum quos exercebatur. Et ideo refugere quidem omnibus modis debemus: ne vnquam malitia inueniatur in nobis. In

alijs vero

alijs vero vincere eam: non perimere studen-
dum est: quia ⁊ illi: in quibus est malitia: ali-
quid necessarij operis conferunt vniuersitati.
Nihil enim ociosum: nihil inane est apud de-
um. Quia siue bono proposito hominis vtitur
ad bona: siue malo: vtitur ad necessaria. Sed
beatior eris: si magis ex virtutibus: que in te
sunt: inueniatur boni aliquid ex te vite huius
vniuersitas consequi: sicut illi: de quibus dicit
Apostolus Petrus: vt sitis sicut luminaria in
hoc mūdo: verbum vite continentes. Ad glo-
riaꝫ sunt ergo necessaria luminaria mūdo hu-
ic: ⁊ quid tam delectabile: quid tam magnifi-
cuꝫ: quam opus solis: vel lune: a quibus illu-
minatur mūdus? Opus est tamē ipsi mundo:
etiaꝫ angelis: qui sint sup bestias: ⁊ angelis q
presint exercitibus terrenis. Opus est āgelis:
qui presint animalium natiuitati: virgulto-
rum: plantationumqꝫ: ⁊ ceteris pluralibus in
crementis: ⁊ rursum angelis opus est: qui pre
sint operibus sanctis: qui eterne lucis intelle-
ctum: ⁊ occultorum dei agnitionem: ac reruꝫ
diuinarum scientiam doceant. Uide ergo ne
te ipse facias inter eos angelos inueniri: qui
bestijs presunt: si belluinam duxeris vitaꝫ: aut
inter eos: qui terrenis operibus presunt: si cor
porea ⁊ terrena dilexeris. Sed satis age quo-
modo magis adsumaris ad societatem Mi-
chaelis archangeli: qui orationes sanctorum
semper offert deo. Adsumeris autem in hunc
numerum: vel in istud officium: si insistas sem
per orationi: ⁊ vigiles in ea: ⁊ impleas quod
Apostolus ait. Sine cessatione orantes. Uel
certe vt adsumaris in societatem: ⁊ officium
Raphaelis: qui medicine preest. Si cum vide
ris aliquem vulneratū peccatis: ⁊ sagittis dia
boli confixum: adhibueris curationum sermo
nem: ac verbi dei contuleris medicinaꝫ: vt pec
cati vulnera per patiētiam sanes: ⁊ medicinaꝫ
confessionis ostēdas. Siquis vero huiusmodi
opera in hoc mundo agit: ipse se prebet: vt in
futuro seculo vas electiōis: ⁊ vtile domino ad
omne opus bonum paratum a conditore for-
metur. Si vero contraria gerat: vas ad con-
tumeliam diuine semetipsum prebuit dispen-
sationi: ⁊ propterea puto in diuinis volumini-
bus scripta esse: ⁊ bonorum gesta: ⁊ malorum:
⁊ ex sinistris: ⁊ dextris actibus scripturas diui
nas esse cōtextas: vt intellegamus quia apud
deum ociosa non sunt: nec malorum opera:
nec bonorum. Uerum nunc post excessum plu
rimum quidem: sed cause necessarium: redea-
mus ad propositum. Balaaꝫ hic (vt supius
diximus) diuinus erat: demonum scilicet mi-
nisterio: ⁊ arte magica nōnunquā futura pre-
nōscens. Rogatur a Balach rege ad maledi
cēdum populo israel: legati veniūt: diuinacu-
la in manibus ferunt: stant attonite gentes: ⁊
anxie: expectantes qd respōdeat Balaam: de
quo psuasum habebāt quod dignus diuinis
colloquijs habeꝛ. Uide nunc quomodo sapiē-
tia dei vas istud ad contumeliam preparatuꝫ
proficere fecit ad vtilitatem: non solum gētis
vnius: sed pene totius mundi: ⁊ huic: cui sole-
bant videri demones: videtur deus: prohibēs
mali operis iter. Stupescit Balaaꝫ: ⁊ miraꝛ
prohibētis auctoritatē. Non eniꝫ solebat ma
lum demonibꝰ displicere. Sed iterum remit-
tit legatos dicens: non se posse facere: nisi ver
bum: quod deus dederit in os eius. Redeunt
rursus legati: iteꝝ requirit: iterū molestus ē: ⁊
iterum cupit audire. Nō enim facile cupidus
mercedibus caret. Quid ergo audit secundo
a deo? Si vocare te (inquit) venerunt homi-
nes isti: surge ⁊ vade cum eis. In quo volun-
tati quidem cupiditatis eius cedit deus: vt cō
pleatur illud: quod scriptū est. Dimisit eos in
desyderio cordis eorum: ibūt in voluptatibus
suis: sed tamen consilium diuine dispensatio-
nis expletur. Dicitur enim ad eum. Uerbum
quodcūqꝫ dedero in ore tuo: hoc loqueris. Si
dignus fuisset Balaam: verbū suum deus nō
in ore eius: sed in corde posuisset. Nūc autem
quoniam in corde eius desyderium mercedis
erat: ⁊ cupiditas pecunie: verbum Dei non in
corde: sed in ore eius ponitur. Agebatur eniꝫ
mira: ⁊ magna dispēsatione: vt quoniam pro
phetarum verba: que intra aulaꝫ cōtinebanꝛ
israeliticam: ad gentes peruenire non poterāt
per Balaaꝫ: cui fides ab vniuersis gētibꝰ ha-
bebatur. Innotescerent etiā nationibus secre
ta de Christo mysteria: ⁊ thesauruꝫ magnum
proferret ad gentes. Non tam corde: ⁊ sensu
quam ore: ⁊ sermone portatū. Sed ne per sin-
gula immoremur: non enim tēporis est cūcta
dissolui. Ascensa asina sua Balaam: ibat per
viā: occurrit ei angelus: ille sine dubio: q ade-
rat filijs israel. Apit os asine: vt arguaꝛ p eaꝫ
Balaam: ⁊ muti pecudis vocibꝰ cōfuteꝛ is: q
diuinus videbaꝛ ⁊ sapiens. Exꝑ post hec con
ueniēs iam videꝛ aliqua etiā de allegoria con-
tingere. Balaam hic: qui interpretatur popu
lus vanus: vꝛ mihi psonā habere scribaruꝫ: ⁊
phariseoꝝ iudaici populi. Balach vo qui ex
clusio: vel deuoratio interpretaꝛ: ⁊ ipse psonaꝫ
habere itellegēdus ē vnius alicuius spirituuꝫ
mūdi huius cōtrarie potestatis: que excludere
⁊ deuorare cupiat israel. Nō eum: qui ꝑm car
nem est: sed eum: qui ꝑm spiritū. Uolēs ergo
potestas ista cōtraria deleri: ⁊ penitus extingui

spiritales israel: non alijs vtitur ministris: nisi pontificibus: et scribis: ac phariseis. Ipsos inuitat: ipsis mercedem promittit et premia. Illi vero sicut iste Balaam facit simulant se cuncta ad deum referre: et zelo dei agere. Dicunt enim. Scrutare scripturas: et vide quia propheta a Galilea non surgit. Et iterum dicunt. Nos legem habemus: et secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Per que singula: videntur quidem scribe: et pharisei zelum dei habere: sed simulatum. Asina vero: cui sedebat Balaam: quoniam scriptura dicit: homines: et iumenta saluos facies domine: ea pars credentium potest intellegi: que siue pro stultitia: siue pro innocentia: animalibus comparatur. Sic enim et Apostolus dicit. Videte autem vocationem vestram fratres: quia non multi inter vos sapientes: non multi potentes: non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus: vt confundat sapientes. Isti ergo tales: sicut euangelica: que in parabolis agebantur gesta designant: ab istis pessimis dominis scribis: ac phariseis subiecti quodammodo tenebantur et vincti: sed a domino soluuntur. Non quidem per ipsum dominum: sed per discipulos eius. Dicit enim ipse ad discipulos. Ite in vicum: qui est contra vos: et inuenietis asinam alligatam: et pullum eius: soluentes adducite. Sicut ergo in euangelio non ipse dominus: sed discipuli soluunt asinam: ita et hic non a deo ipso: sed ab angelo aperitur os asine: et sicut in euangelijs qui non vident arguunt videntes: ita et hic: qui muti erant arguunt loquentes: et hoc est: quod dominus dicebat. Pater gratias ago tibi: quoniam abscondisti hec a sapientibus: et prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Scribe autem et pharisei erant qui sedebant super asinam hanc: et tenebant eam vinctam. Ipsis ergo irascitur angelus: et nisi quondam futurorum prospectu: illos quidem peremisset: asinam autem seruasset. Que vidit: et reuerita est eum: qui venit ad vineam: et stat inter ruinas. Compressit tamen pedes sedentis super se in maceriam: et ideo forte non potest ambulare ille eius sessor antiquus: nec venire ad eum: qui dicit. Venite ad me omnes qui laboratis: et onerati estis. Asina tamen venit: adducta a discipulis: et cui tunc sedebat Balaam mercedis cupidus: nunc ei sedet Jesus. Nec mireris si eum: quem diximus scribarum: et doctorum populi formam tenere: videas prophetantem de Christo. Hoc enim legimus fecisse et Caipham: qui dixit. Expedit vobis: vt vnus homo pereat pro omni populo. Sed hoc (inquit) quia erat pontifex anni illius prophetauit. Prophetat ergo et Balaam de Christo: et ideo nemo extollatur etiam si prophetet: etiam si prescientiam mereatur. Sed redeat ad Apostoli dictum: quo ad ista respiciens ait. Siue prophetie abolebuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Et quid est ergo quod permanet? Fides (inquit) spes: et charitas: maior autem horum charitas: et sola (inquit) charitas est: que nunquam excidit. Ideo super prophetiam: super scientiam: super fidem: super ipsum etiam martyrium (vt Paulus docet) charitas habenda est: et charitas excolenda: quia et deus charitas est: et Christus filius eius charitas est: qui nobis perfectionem charitatis donare dignetur. Ipsi gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

De prophetia Balaam. Homilia. XV.

Licet nos ordo lectionum: que recitantur de illis dicere magis exigat que lector explicuit: tamen quoniam nonnulli fratrum deposcunt ea potius que de prophetia Balaam scripta sunt ad sermonem disputationis adduci: non ita ordini lectionum satisfacere equum credidi: vt desyderijs auditorum. Primo ergo omnium de ipso Balaam requiramus: cur in scripturis: nunc vituperabilis: nunc laudabilis ponitur. Nam vituperabilis est: cum prohibitus a Deo venire: ad regem: persistit vt veniat: et mercedis cupidus iterum consulit: iterum requirit a deo donec relinquatur cupiditatibus suis: et eat in voluntatibus suis. Culpabilis est: cum edificeat aras: et victimas imponit demonijs: et apparatu magico poscit diuina consulta. Culpabilis est: cum consilium pessimum dat: vt populus decipiatur per mulieres Madianitas: et cultum idolorum. Rursus laudabilis ostenditur: cum verbum dei ponitur in ore eius: cum spiritus Dei fit super eum: cum de Christo prophetat: cum iudeis et gentibus de aduentu Christi mysteria futura pronunciat: cum pro maledictionibus benedictiones populo largitur: et nomen Israel supra visibilem gloriam mysticis extollit eloquijs. Cum ergo hec tam diuersa de eo: et tam varia indicet scriptura diuina: valde mihi difficile videtur ex definito statuere eius personam. Cui non solum conueniat ista diuersitas: verum et illud aptari possit quod ipse de semetipso velut prophetans dicit. Moriatur anima mea inter animas iustorum: et fiat semen meum sicut semen iustorum. Sed et per Micheam prophetam tale de eo dominus testimonium perhibet: vbi dicit. Populus meus quid feci tibi? Responde mihi: quia reuocaui te de terra Egypti: et ex domo seruitutis liberaui te: et misi ante faciem tuam Mosen

am Mosen: Aaron: et Mariã? Populus me
us memẽto qd cogitauerit aduersum te Ba-
lach rex Moab: et quid respõdit ei Balaam
filius Beor: A funiculis vsq; in Galgal: vt
agnosceretur iustitia dñi. Ostendit ergo per
hec: quia vt iustitia domini cognosceretur pro
pter ea illa oĩa: respõdit Balaã filius Beor
ad regem Balach: que scripta referuntur in
libris. Et quis putas inuenietur talis: q possit
ex ipsis respõsis Balaam ostẽdere quod Dei
iustitia manifestetur ĩ eis? Re vera.n. si sermo
Dei positus est ĩ ore eius: et spiritus dei factus
est sup illũ: et iustitia dei ex respõsis eius agno-
scitur: et manifestatur: omnimodis que ab eo
dicũtur: nõ nisi prophetica: et diuina esse credẽ
da sunt. Quamuis difficile alicubi scriptuz le-
gamus: q; factus est spiritus Dei sup aliquez
prophetarũ: sed aut visio: quam vidit: aut ad-
sumptio verbi Dei: aut verbum Dei factum
est ad illum: vel ad illum. Et alia quedam de
prophetis legimus: factuz vero esse spiritũ dei
super aliquez prophetarum legisse me ad pre-
sens interim non recordor: nisi de Dauid ita
scriptuz memini. Et apparuit: siue inluxit spi-
ritus dei sup Dauid a die illa: et deinceps: nõ
tamẽ factus est spiritus Dei sup Dauid. De
Saul vero ita memini scriptum: et decidet spi-
ritus domini super te: et prophetabis cũ ipsis:
et cõuerteris in virũ alterum. Et iterum de eo-
dem dicitur. Et spiritus dñi discessit a Saul:
et obstupefecit eum spiritus malignus a domi-
no. Et iterum. Et factum est cuz esset spiritus
malus ad Saul: adsumpsit Dauid psalteriũ:
et psallebat ĩ manibus suis: et percutiebat: et erat
bonũ ei: et discedebat ab eo spirit9 malignus.
Hec pro eo: quod medium potest videri: hoc
quod scriptuz est. Et factus est spiritus domi-
ni super eum: propter quod et nos ꝑm ea: que
superiore tractatu senseramus: etiam nunc in
pharisseorum: et scribarum: eisq; similiuz per-
sona hunc ipsum Balaam explicare conabi-
mur. Sed age iam prophetie eius verba: que
absumpta parabola sua dixisse scribit: videa-
mus. Ex Mesopotamia (inquit) vocauit me
Balach rex Moab: ex mõtibus oriẽtis. Me
sopotamiam dicit terram: que inter flumina
Babylonie iacet: de quibus scriptũ est. Sup
flumina Babylonis illic sedimus: et fleuimus
dum recordaremur Syon. Siquis ergo inter
ista flumina fuerit Babylonis: siquis reuma-
tibus libidinis inũdatur: et luxurie estibus cir-
cũluitur: iste nõ dicitur stare: sed sedere: et ideo
qui ibi cõprehẽsi sunt dicebant. Super flumi-
na Babylonis illic sedimus: et fleuimus: duz
recordaremur Syon. Sed nec flere quidẽ an-
te possunt: nisi cũ recordati fuerint Syõ. Bo-
norum nãq; recordatio: malorũ causas lamen
tabiles facit. Nisi enim quis recordetur syon:
nisi legẽ Dei: et scripturarũ montes aspiciat:
mala sua flere non incipit. Ex istis ergo flumi-
nibus vocatur Balaaz: et ab istis oriẽtis mõti
bus inuitatur. Mõtes isti nõ sunt sancti mon
tes illi: de quibus scriptũ est. Fundamẽta eius
in mõtibus sanctis. Et iterũ. Hierusalez: que
edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius ĩ
idipsum. Mõtes in circuitu eius: et dominus
ĩ circuitu populi sui. Nõ sunt ergo tales Me-
sopotamie montes: sed illi: de quibus dicitur.
Montes tenebrosi: et iterum de quo dicitur.
Ecce ego ad te mons corrupte. Isti sunt mon-
tes: in quibus est omnis altitudo: extollens se
aduersum sciẽtiam Dei. Ab istis ergo monti
bus accersitur Balaam hic. Quales autẽ isti
sunt mõtes: talem habent et orientem. Habet
enim et ortum luminis sui ille: qui conuertit se
sicut angelum lucis. Habet illaz lucẽ: de qua
scriptum est: lux impiorum extinguetur. Et si-
cut ista lux impiorum: et illa: que conuertit se
sicut angelum lucis contraria est illi luci: que
dicebat. Ego sum lux mundi: ita et iste oriens
contrarius est illi orienti: de quo scriptuz est in
Hieremia. Ecce vir oriens nomẽ eius est. Ex
illius ergo: nõ huius oriẽtis finibus veniebat
Balaam: inluminatus sine dubio ab illo Lu-
cifero: de quo dicitur. Quomodo cecidit de ce
lo Lucifer: qui mane oriebatur? Sed videa-
mus quid dicit illi Balach rex Moab: q ac-
cersiuit eum e medio fluminum de montibus
oriẽtis. Ueni (inquit) et maledic mihi Iacob:
et veni maledic mihi israel. In latinis sermoni
bus pene superflua videtur esse repetitio: qua
ait. Maledic mihi Iacob: et maledic mihi is-
rael. Sed est in grecis litteris sub nomine isra
el inmaledictio: prepositiõis adiectio: quã no-
stri vel minus decẽter dici credẽtes: vel nullaz
vim dictionis addi ex hoc posse existimantes:
omiserunt. Nos autem sermonez licet contra
consuetudinem fingimus: vt sensuz ex integro
colligamus. Potest ergo dici: veni maledic
mihi Iacob: et veni supermaledic mihi Isra-
el. Per quod ostenditur iccirco sermo repeti-
tus: vt ampliore vi: et maiore intentione male-
dictionem in israel: quam in Iacob Balach
videretur exposcere. Donec enim quis tantuz
Iacob est: hoc est in actibus soluz: et operibus
positus: inferioribus maledictionibus inpu-
gnatur. Ubi autem profecerit: et interiorẽ ho-
minem ad vidẽdum Deum: reuelato mentis
oculo exacuere: et prouocare iam ceperit: tunc
non solum maledictis ab inimico: sed et super-

maledictis: hoc est vehementioribus maledi-
ctorum iaculis impugnabitur. Sed tunc qui-
dem os Balaaz maledictione: ⁊ amaritudine
plenuz erat: ⁊ sub lingua eius labor: ⁊ dolor: ⁊
sedebat in insidijs cum diuitibus: expectabat
enim mercedes a diuite rege: vt in occultis in-
terficiat innocentes. Sed Deus: qui facit sem
per mirabilia solus: ex inimicis operatur salu-
tem. Iniecit eniz verbū in os eius: quãuis nõ-
dum cor eius capere possit verbū dei. Adhuc
enim erat in corde eius mercedis cupiditas: ꝓ
pter quod etiaz post verbū Dei: quod habuit
in ore suo dicebat ad Balach. Ueni: ⁊ do ti-
bi consilium: ⁊ docebat eum quomodo mitte-
ret scandalum in conspectu filiorum israel: vt
manducarẽt idolis immolata: ⁊ vt fornicarẽ-
tur. Propter qđ ⁊ cecidit populus: ⁊ plaga
magna facta est ĩ eo: donec Finees perempto
israelita: qui fornicabatur cuz Madianitide:
sedauit furorem domini. Et post hec (inquit)
produxit Finees exercitū ꝯtra Madianitas:
⁊ interfecerunt duodeciz millia viroꝝ: ⁊ Ba-
laam filium Beor in gladio. Sed hec ante tẽ
pus per excessum quẽdam introduximus: vt
ostẽderemus quia Balaam non in corde: sed
in ore tãtūmodo habuit verbū Dei. Interim
que proferet: que loqtur: ex ṽbo dei loquitur.
ideoqz dicit: verbuz Dei est. Ait ergo. Quid
maledicam: quem non maledicit dominus?
Aut quid supermaledicam: quem non super-
maledixit dominus? Supmaledicit: nos pre-
sumimus ꝭm greci sermonis rationem: vim
verbi ostẽdere ex pronominis augmento cupiẽ
tes. Quid ergo dicemus? Jacob quidem non
maledicit dominus: nec israel: sed alij putas
alicui maledicit? Legimus scriptum: quia di-
cit dominus ad serpentem. Maledictus tu in
omnibus bestijs terre. Et iterū ad Adã. Ma
ledicta terra in ope tuo. Sed ⁊ Caim: ⁊ nunc
maledictus tu a terra: que aperuit os suuz: vt
reciperet sanguinẽ fratris tui de manibus tuis.
Et maledictus oĩs: qui facit sculptile: aut fusi
le. Ueruz ne putes hec in veteribus tantūmo-
do litteris contineri: etiaz in euangelijs similia
inuenies. Scriptuz est enim quod dicturus sit
dominus ijs: qui a sinistris sunt. Discedite a
me maledicti in ignem eternum. Sed ⁊ cum
dicit. Ue vobis scribe: ⁊ pharisei hypocrite: ⁊
ve vobis diuitibus: ⁊ singula huiusmodi: qd
aliud: nisi maledictis eos videtur vrgere? Sz
quid dicemus quod mandatum per Aposto-
lum datur: vbi dicit: benedicite: ⁊ nolite male
dicere? Quod ergo ab hominibus non vult
fieri: hoc ipse facit: qui exẽplum vite homini-
bus ponit? Nõ ita est. Deus eniz quibus ma-
ledicit: meritum designat eius: cui maledicit:
⁊ sentẽtiam ꝓnit: vtpote que non fallat: neqz
peccati qualitas: neqz peccantis affectus. Ho
mo autem quia hec non potest scire: neqz eniz
propositum: mẽteqz alterius videre alius: aut
cognoscere potest. Jccirco etiam si iudicãtis:
vel sententiam promẽtis intuitu proferat ma-
ledictū: non potest esse iusta maledicendi cau-
sa: vbi ignoratur peccantis affectus. Maxime
cum humanum vitium tūc sciat maledicta ꝓ-
ferre: cum forte conuitijs: aut iniurijs prouo-
catur. Quod vitiū resecare Apostolus volens
ne maledictis maledicta: ⁊ conuitijs conuitia
ꝓsequemus: mãdatum necessariuz ponit: vt be
nedicamus: ⁊ nõ maledicamus: quo conuitiã-
di vitium resecetur: non quo iudicãdi veritas
que homines latet: ⁊ pronunciandi autoritas
perimatur. Et tamen quid cause sit: quod nõ
maledicat dominus Jacob: neqz israel: ab ip-
so nihilominus Balaã: imo a ṽbo: quod po-
suit deus in ore eius diligentius audiamus.
Qm̃ de verticibus (inquit) mõtiuz intuebor
eum: ⁊ a collibus intellegã eū. Quia (inquit)
in excelsis mõtibus: ⁊ altis collibus positus est
israel: hoc est in edita vita: ⁊ ardua: ad quã cõ
tuendam: ⁊ intellegẽdã non facile quis idone
us fiat: nisi ascendat ad eminentem: ⁊ excelsaz
scientiam. Jccirco (inquit) non ei maledicit
deus. Est enim vita eius alta: ⁊ ꝑcelsa: non hu
milis: ⁊ deiecta. Quod tamen non mihi vide-
tur: quia de illo israel: qui ꝭm carnem Israel
est dixerit: sed de illo: cuius super terram am-
bulantis conuersatio in celis est. Aut si etiam
ad illū populū dicta hec referenda sunt: recte
cuz distinctione dicit. Intuebor: ⁊ intellegam
vt futuruz tẽpus significet. Illud sine dubio:
quando omnis israel ad fidem Christi veniẽs
saluabitur: ⁊ a montibus: ⁊ a collibus ĩtuebi-
tur: ab ijs sine dubio: qui excelsam: ⁊ celestem
vitam cõsurgẽtes cū Christo exercuerint sup
terras. Sz ⁊ quod dixit de Jacob quidem vi-
debo: de Israel autem intellegam: etiam hoc
aptissima distinctione suscipiendum est: vt ali
ud ad actus visibiles: aliud ad inuisibilẽ fidẽ:
atqz intellegibilem sciẽtiaz conferatur: aut si
ad futurum seculum ista cõuertimus: idest ad
resurrectionis tempus. Jacob videbo: põt de
corporibus dictum intellegi. Israel autem in
tellegam: spirituz ⁊ animam significare resur
gẽtiuz. Ecce (inqt) populus solus habitabit:
⁊ in nationibus nõ reputabitur. Potest qui-
dem ⁊ ꝭm litteram stare. Solus enim popu-
lus Jacob non est permistus ceteris homini-
bus: nec inter ceteras gentes reputatus est.
Habuit enim certa queqz priuilegia in obser
uationibus

uationibus:ꝛ in legitimis suis:ex quibus seque-
stratus a ceteris gētibus haberetur. Sicut.n.
tribus Leui non est permista inter ceteras tri-
bus:nec adnumeratur inter eas. Hoc pacto ꝛ
omnis israel nec miscet̄ ceteris gētibus:nec re
putatur inter eas. Nec quidem in illo populo
fuerint ſm formam futurorum bonorum. Ve-
rus autem Jacob:ꝛ spiritalis israel: vere solus
habitabit in gētibus. Si enim accessimus ad
Syon mōtem:ꝛ ciuitatē dei viuētis Hierusa-
lem celestem:ꝛ venimus ad spiritalē iudeam:
que ē portio dei:ꝛ in terris positi ibi habemus
conuersationē:vere non reputamur inter cete
ras gētes:nec reliquarum nationum fines cum
nostris finibus admiscentur: etiam si restitua-
tur Sodoma in antiquū:ꝛ Egyptus in statum
suum redeat:ꝛ siquid aliud tale in prophetis
scriptum est:verūtamen illi Jacob:ꝛ spiritali
israel:cum ad ecclesiam primitiuorum ascen-
derint:nullus exequabitur:nullus admiscebi-
tur: etiam si iste gentes ſm dicta prophetica
fuerint restitute. Nisi enim insertus fuerit ra-
mus oleastri:ꝛ socius factus erit radici pingue
dinis oliue:quomodo potest sociari: ꝛ coniun-
gi ad Jacob:vel israel:cum sine ista radice nec
Jacob quisquam possit appellari: nec israel?
Neqꝫ ergo ex Jacob:vel israel: siquis peccat
Jacob dici:vel israel potest. Neqꝫ ex gētibus
siquis ingressus fuerit ecclesiam domini:inter
gentes vltra reputabitur. Quis inuestigabit
semen Jacob?ꝛ quis dinumerabit plebē isra-
el? Simile est hoc illi:quod scriptum est: quia
eduxit deus Abraham foras:ꝛ ait ei. Respice
ad celum:ꝛ dinumera stellas si potes dinume
rare eas:ꝛ ait. Ita erit semen tuum. Et credi-
dit Abraham deo:ꝛ reputatum est illi ad iusti
tiam. Et Abraham quidē:ꝛ alius quilibet ho
minum:aut etiam angelorum: fortassis autē ꝛ
superiorū virtutū:non poterat numerare stel-
las:nec semen Abraham: de quo scriptum est.
Sic erit semen tuum. Deus autē: de quo scri
ptum est:qui numerat multitudinem stellarum:
ꝛ omnibus eis nomina vocat:ꝛ qui dixit: ego
stellis omnibus mandaui:potest inuestigare se
men Jacob:ꝛ dinumerare plebem israel. Ipse
enim scit solus qui vere sit Jacob: ꝛ qui vere
sit israel. Non enim ad eum: qui in manifesto
iudeus est:respicit:neqꝫ ad eam: que manife-
ste in carne est:circūcisio. Sed videt illum:qui
in oculto iudeus est:ꝛ qui circūcisus est corde:
non carne. Ipse ergo est solus:qui dinumera-
re potest:ꝛ inuestigare: ꝛ ipse ſm ineffabilem:
ꝛ incomprehensibilem sapientiam suam ad il-
lam celestem formam:quam ipse solus scire po
test:posuit etiā istos numeros:quos habemus
in manibus:in quibus precipit: vt ſm cogna-
tiones suas:ꝛ ſm domos familiarum suarum:
ex nomine omnes masculi per capita numeren
tur a viginti annis:ꝛ supra omnis qui egredi-
tur in virtute israel:ꝛ colligitur eorum quidā
sacratus numerus:de quo iam superius (pro-
ut donauit dominus) diximus. Sed iste nu-
merus tunc demū sacratus est: ꝛ placitus deo
cum ipso precipiente numeratur. Si autem cō-
tra preceptum domini voluerit aliquis nume-
rare:licet ille Dauid sit:licet magnus prophe
ta:contra legem agit:ꝛ arguitur per prophe-
tam:ꝛ patitur illa: que in secundo libro Re-
gnorum legimus scripta. Solus ergo ipse:qui
numerat multitudinē stellarū:ꝛ qui oīa mēsu-
ra:ꝛ numero:ꝛ pondere produxit: inuestigat
semē Jacob:ꝛ dinumerat plebem israel. Post
hec quasi de semetipso quedam prophetare vi
detur:cum dicit. Moriatur aīa mea inter aīas
iustorum:ꝛ fiat semen meum sicut semen iusto
rum. Sed hoc quantum ad personam spectat
illius Balaam:ꝛ illius israel:nec factū est: nec
fieri potuit: non enim inter ipsos: sed ab ipsis
mortuus est. Magis enim (vt diximus) ipsorum
persone conueniet:qui licet in presenti seculo va-
nus populus habeatur:quia sine gratia est spiri-
tus sancti. In fine tamen seculi:cum plenitudo
gentium introierit:ꝛ omnis ista prophetia que
de israel dicitur: in spiritali israele fuerit im-
pleta:tunc anima eius morietur cū aīabus iu-
storum. Suscipiet enim in se fidem Christi: ita
vt ꝛ ipsi dicant. Qui in Christo baptizati su-
mus:in morte ipsius baptizati sumus. Conse-
pulti enim sumus illi per baptismum in morte.
Et iterum. Si enim cōmorimur: ꝛ cōregnabi
mus. Et sic vere cōplebitur intellegi Balaā:
vt moriatur anima eius inter animas iustorū.
Quod autem dicit:vt fiat semen meū: sicut se
men iustorum:possit quidē ꝛ de illo Balaam
intellegi:ſm hoc:quod magi illi: qui de orien
te venientes primi adorare venerunt Jesum de
semine eius esse videātur: siue per successionem
generis:siue per discipline traditionem:euidē
ter enim constat illos agnouisse stellam:quam
predixerat Balaam orturā in israel:ꝛ sic ve-
nisse:ꝛ adorasse regem: qui natus est in israel.
Conueniet tamen ꝛ populo illi ſm ea: que su-
pra diximus. Non enim tam ipsi:quam semen eo-
rum efficietur sicut semen iustorum. Eorum
scilicet:qui credētes in Christo iustificati sunt.
Unde manifestum est: quia sicut Apostolus
dicit:neqꝫ circuncisio aliquid est: neqꝫ prepu-
tium:sed fides:que per charitatem operatur.
Et ideo nemo aut circūcisionis antiquitate se
iactet:aut in preputii nouitate glorietur. Sed

vt Apostolus dicit. Probet vnusquisqz opus suum: et tunc in semetipso tantum gloriam habebit. Sic deniqz pphecta dicit. Ecce homo: et opus eius: et merces in conspectu domini esse dicitur: vt reddat vnicuiqz sm opera sua. In Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia. XVI.

PRiore tractatu inquantuz possibile fuit primas partes prophetie Balaam explicare tentauimus. Secundum nunc prophetie initium sumpsimus: vt si dominus aspirare dignetur: etiam de hac pro viribus: que occurrere potuerint: in medium proferamus. Inconueniens enim mihi visum est: quamuis hec difficilia videantur: interrumpere tractatum eorum: quo minus de singulis que cōprehendere possumus: explicemus. Igitur Balach rex: veluti attonitus: et perculsus ex ijs: que contra spem dici videbat a Balaam: benedictionem enim pro maledictionibus audiebat: vltra non ferens interrupit verba eius: et ait. Quid fecisti mihi? Ad maledicēdos inimicos meos vocaui te: et ecce benedixisti benedictiōe. Non tulit rex amarus benedictionum: dulcedinem: sed maledicta querit: maledicta deposcit. Est enim ex cognatione illius: ad queʒ dixit dominus. Maledictus tu ab omnibus bestijs terre. Sed qd ad hec respondit ei ille: cui verbū deus in ore posuerat? Nōne quecunqz (inquit) iniecerit deus in os meū: hec obseruabo loqui? Ad hec Balach putans: qz perterritus esset Balaam populi israelitici multitudine: et iccirco non fuisset ausus proferre maledicta: mutationem sibi loci credidit profuturam: et ait ad eum. Veni adhuc mecū in locuz alium: de quo non videas eum: sed partem aliquam eius videas: omnes autem non videas: et maledic mihi eum inde. Demens: qui israeliticam gratiam loci obiectione crederet posse celari: et qui nesciret: quia non potest abscondi ciuitas supra montem posita. Et adsumpsit (inquit) eum in speluncaʒ agri in verticē mōtis Fesi: et construxit ibi septem aras: et imposuit vitulū: et arietem super aram: et dixit Balaam ad Balach. Adsiste ad sacrificium tuū. Ego vero pergā percunctari deuʒ: et occurrit deus ipsi Balaam: et iniecit verbū in os eius. Et dixit sine dubio deus. Conuertere ad Balach: et hec loqueris. At ille: hoc est Balach stabat iuxta holocaustomata sua: et oēs principes Moab cū illo. Et dixit ei Balach. Quid locutus est dominus. Res quidē pphanis sacrificijs gerebatur: et diuiatio magica arte requirebat. Volēs tamē deus ibi abūdare gratiaʒ: vbi supabundauit peccatū: adesse dignatur: nec refugit ab ijs: que non sm Israeliticā disciplinam: sed sm gentilium gerebantur errorem. Adest autem non sacrificijs: sed in occursum venienti: et ibi dat verbum suum: atqz ibi mysteria futura prenunciat: vbi maxime fides: et admiratio gentilium pendet: vt qui nostris nolunt credere pphetis: credant diuinis: et vatibus suis. Et adsumēs (inquit) parabolam suaʒ dixit. Per parabolā ergo dicit Balaam. Surge Balach: et audi: aurib⁹ pcipe testis fili Sephor. Nō sicut homo deus frustratur: neqz sicut filius hominis terref. Ipse cuʒ dixerit non faciet? loquef: et non permanebit? Ecce ad benedicēdum adsumptus sum: benedicam: et non auertam eam. Non erit labor in Iacob: neqz videbif dolor i Israel: dominus deus suus cuʒ ipso: preclara principuʒ cū ipso sunt. Deus: qui eduxit eum ex Egypto: sicut gloria vnicornis eius. Non enim erit augura tio in Iacob: neqz diuinatio in israel. In tēpore dicetur Iacob: et israel: quid pficiet deus? Ecce populus sicut catulus leonis exsurget: et sicut leo exultabit: non dormiet: donec comedat predam: et sanguinē vulneratorum bibat. Hec est continentia secunde prophetie in verbis Balaā. Videamus ergo primo hoc ipsuʒ quod ait: exsurge Balach: et audi. Si.n. in superioribus non dixisset: quia staret iuxta holocaustum suum: non videref magnopere requirēduʒ cur dixerit: exsurge Balach. Nūc aūt cum hortetur exsurgere eum: quem super dixerat stare: non est ociose pretereundus sermo ppheticus. Quod ergo ait in supioribus: qz staret ad holocaustū suū: designat eum nō recte stare. Stabat enī in idolatria positus: et stabat quasi inimicus dei: quod magis esset non stare: sed cadere. Quasi ergo qui de illo statu cadere debuerit: imo et qui ceciderit: ita nūc intellectu ppheticо exsurgere euʒ iubet. Quippe qui per hoc: quod staret in idolatria visus fuerat: cecidisset. Exsurgat ergo qui talis est: exsurgat aio: exsurgat fide: et efficiatur testis: sigdem cōuertetur testis fidei. Si vero permanet infidelis: vt sit testis condemnationis sue. Sed qd est: quod ei adnūciat: videamus. Nō sicut hō (inquit) deus frustraf: neqz sicut fili⁹ hominis terref ipse. Non (inquit) habeas talē opinionē de deo: vt putes eū esse sicut hominez: qui in ijs: que loquif: frustari possit. Homines enim multis occasionibus: et vitijs impediunf: ne vex sit qđ locūtur. Aut irati enim locuntur: et ira cessante frustra locuti sunt: aūt

metus: aut cupiditatis: aut iactãtie gratia: aliisq3 horum similibus: ꝛ vtiq3 frustra erit: ꝛ vanum omne quicquid vitio dominante locuti sunt. Deus autem: in quo nulla est passio: nulla fragilitas: omne quod dixerit: pro causarũ meritis dicit: ꝛ ideo nunquã frustrari potest: quia quod ratione profertur: carere nõ potest ratione. Non est ergo deus sicut homo: q̃ frustra loquatur: neq3 sicut filius hominis terret. Uel (vt in alijs exẽplaribus legimus) neq3 sicut filius hominis terret. In hoĩbus interdũ sententiã mutat terror: Deus autẽ q2 supra oĩa est: a quo terreri potest: vt sententia mutet? Si vero ſm hoc accipiamus quod in alijs exẽplaribus diximus: lectum hoc est neq3 sicut filius hominis terret: illud videbitur dici quod homines quidẽ interdũ pro iactantia terrores faciunt: ꝛ minas: etiam ijs nõnunquam: quibus nocere non possunt. Deus autẽ non terret ita homines quasi qui punire non possit: sed ꝛ si terret: ratione terret. Terret enim vt corripiat hominem in auditionis tribulatione: vt verbo cõminationis deterritus emendet se: qui male agit: nec perueniat ad eum ipsa vindicta male gestorum suorum. Non ergo ita Deus terret vt homo: homo enim (vt diximus) pro iactãtia: Deus vero pro emẽdatione terret. Post hec ait ipse: cum dixerit: non faciet? loquetur: ꝛ non permanebit? sic legendus est locus: quasi interrogantis affectu dicat ipse. Hoc est deus quod dicit nonne ꝛ faciet? ꝛ que locutus fuerit nõne permanebit in eis? Cum vtiq3 homines non faciant que dicunt: ꝛ vitio humane fragilitatis in ijs non permaneant que locuntur: mutabilis enim est homo: Deus vero immutabilis. Sed potest aliquis occurrere: ꝛ dicere. Quomodo ergo non permansit Deus in ijs: q̃ locutus est de Niniue: vt postriduo subuerteretur. Neq3 i ijs que locutus est Dauid: vbi tribus diebus promissa fuerat mors: vt vastaret populum: ꝛ intra vnum diem: ꝛ vsq3 ad horam prandij cessauit? Et videbitur fortassis: quia hec: que per interrogationem dicuntur: non penitus pro definito accipienda sint: sed talis quedam figura verbi sit: que mediũ aliquid videatur ostendere: non tamen definite: ꝛ inreuocabilis sententie declarat affectum: quo tẽperatius aliquid dictum videatur in eo quod scriptum est: ipse cum dixerit nonne faciet: quã si scriptũ esset: ipse cum dixerit omnimodis faciet. Sed recenseamus ꝛ ipsa scripture loca: que vel in Jona: vel in Regnorum libris posita sunt: ne forte ꝛ ibi (vt moris est) scripture diuine secreti aliquid habeat. Scriptum est ergo in Jona. Et factum est verbum domini ad Jonam filiũ amati dicẽs. Surge ꝛ vade in Niniue ciuitatẽ magnam: ꝛ predica in ea: quia ascẽdit clamor malitie eius ad me: ꝛ posteaquam preceptum est ceto: ꝛ eiecit Jonam in terram. Iterũ scriptũ est. Et factum est verbũ domini ad Jonã secũdo dicẽs. Surge: ꝛ vade in Niniue ciuitatem magnã: ꝛ predica in ea ſm predicationem: quam ego locutus sum ad te: ꝛ Jonas quidem predicauit: ꝛ dixit. Adhuc tres dies: vel (vt Hebrei habere se scriptum dicunt) Adhuc quadraginta dies: ꝛ Niniue destruetur. Uiri autem Niniuite crediderũt in deo: ꝛ predicauerunt ieiunium: ꝛ induerunt se cilicijs: a minore vsq3 ad maiorem ipsorum. Et post pauca. Et vidit deus (inquit) opera eorum: quia conuersi sunt a vijs suis malis: ꝛ penituit. Uel (vt in alijs exẽplaribus legimus) deprecatus est Deus sup malitiam: quã locutus est facere eis: ꝛ non fecit. Obserua igit̃ in ijs: que adsumpsimus de propheta: quod nõ inuenitur ĩ sermonibus dei: quibus ad prophetã locutus est: dictum: quia adhuc tres dies: ꝛ Niniue destruet̃. Sed Jonas cũ ingrederet̃ (inquit) ciuitatẽ: quasi iter dierum triũ: ipse dixit: quia adhuc tres dies: ꝛ Niniue subuertet̃: vt sermo iste: q̃ scriptus est: ꝛ non est factus: a Jona potius: q̃ a deo ꝓlatus esse videatur. Sed ꝛ de secũdo libro Regnorũ proferamus que scripta sunt: vbi cum Dauid populũ numerasset: factũ est (inquit) verbum domini ad Gad prophetã videtẽ dicẽs. Uade: ꝛ loquere ad Dauid. Hec dicit dominus. Tria ego leuabo super te: elige tibi ex ijs vnum: quo faciam tibi. Et introiuit Gad ad Dauid: ꝛ denunciauit ei dicẽs. Aut veniet tibi tribus annis fames sup terrã tuã: aut tribus mensibus: vt fugias ante inimicos tuos: q̃ te ꝑsecuntur: aut triduo mors fiat ĩ terra tua. Nunc ergo scito: vide quid respondeam ei: q̃ me misit. Et dixit Dauid ad Gad. Angustie mihi vndiq3 valde. Sed incidã in manus domini magis: q2 multe miserationes eius sunt: ꝛ in manus hominum non incidam. Et dedit dominus in israel mortẽ a mane vsq3 ad horam prãdij: ꝛ mortui sunt de populo a Dan: vsq3 Bersabee septuaginta millia virorũ. Et extendit angelus dei manum suam in Hierusalem: vt corrũperet eã: ꝛ deprecatus est dñs super malitiam: ꝛ ait ad angelũ: qui exterminabat populum. Satis est: remitte manũ tuã. Obserua ergo quomodo nec in ijs tribus cõminationibus deus inuenitur de morte dixisse trium dierũ. In verbis eni3 Gad positũ est: non in mandatis domini: ꝛ non semp ea: que ꝑ prophetã dicũtur: quasi a deo dici suscipiãt

tur. Deniqꝫ ⁊ per Moysen quidem multa lo-
cutus est deus. Aliquāta tamē ⁊ Moyses pro-
pria autoritate mādauit: qđ dominus in euā-
gelijs euidentissima distinctione secernit cum
dicit de repudio mulieris interrogatus: quia
ad duriciam cordis vestri scripsit vobis hec
Moyses: ab initio autem non fuit sic. Qui enim
fecit hominem: masculū ⁊ feminam fecit eos:
⁊ benedixit eos: ⁊ dixit. Propter hoc relin-
quet homo patrem suum: ⁊ matrem suam: ⁊
adherebit vxori sue: ⁊ ambo erunt in carne
vna. Et addit. Quod ergo deus coniunxit: ho-
mo non separet. Vides ergo ⁊ hic deū quidem
non precepisse: nec fieri voluisse diuortium.
Mosen vero propter duriciam cordis iudeorū
scripsisse dandum esse repudium. Ostendit hec
⁊ Paulus i litteris suis cū dicit de quibusdā.
Dominus dicit: ⁊ non ego: ⁊ de alijs. Hec au-
tem ego dico: nō dñs. Et iterum in alijs. Pre-
ceptum domini non habeo: consilium aūt do.
Et iterum. Que loquor: non loquor ꝯm De-
um. Unde similiter etiam in ceteris prophe-
tis aliqua quidē dominus locutus est: ⁊ non ꝓ
phete: alia vero prophete: ⁊ nō dominus: ⁊ sic
videbitur obiectio intentata dissolui: cum non
tam sua: quā prophete verba dominus reuo-
cat: ac mutat i melius: sed magis arbitror ab
solutionē priorē totius scripture sensibus con-
uenire: ⁊ illis precipue dictis: quibus patiens:
⁊ multe misericordie: ⁊ penitens super mali-
tias dicitur Deus. Uel ijs maxime: que gene
raliter ab Hieremia pronunciantur: in quibus
euidenter ostenditur pro multis miserationi-
bus: ⁊ incōprehēsibili bonitate sua deus dice-
re: ⁊ nō facere: loqui: ⁊ non permanere. Ait er
go per Hieremiam Deus. Infinē loquar: hoc
est ex definito loquar super gētē: ⁊ sup regnū:
vt auferam eos: ⁊ dispdā. Et si cōuertat gens
illa a malitijs suis: penitebo de omnibus ma-
lis: que cogitaui facere eis: ⁊ in finem loquar
super gētem: ⁊ regnum: vt reedificem eos: ⁊ re-
plantem: ⁊ si fecerint mala in conspectu meo:
vt non audiant vocem meam: penitebit me de
omnibus bonis: que locutus fueram vt face-
rem eis. Quomodo ergo possumus ijs: que
absolute per Hieremiā dicta sunt: preferre il-
la: que suspense per Balaam dicūtur. Nisi qꝛ
neglegētibus: ⁊ contemptoribus illa cōfirmā-
da: hec vero a perfectioribus secretius aduer-
tēda sunt? Sed post hec Balaā. Ecce (ingt)
ad benedicēdum adsumptus sum: benedicam:
⁊ non aduertam eam. Ad benedicēdum Ba-
laam adsumptus est: non a Balach: sꝫ a deo:
qui iniecit verbum in os eius: quo populum be
nediceret: ⁊ hanc benedictionem non auertit

Nec enim potest: etiam si velit: verbū dei hu-
mana lingua cōuertere. Post hec nō erit (in-
quit) labor in Iacob: neqꝫ videbitur dolor in
Israel. Aperte in istis sermonibus future vi-
te denūciat statū. Quis enim est: qui hanc vitā
sine labore: ⁊ dolore transcurrat? Nec si Pe-
trus aliquis: aut Paulus sit: quomō nō in la
bore: ⁊ dolore est? cum ter virgis ceditur: semel
lapidatur: ter naufragium facit: in profundo
maris die: ac nocte est: aliaqꝫ innumera ꝑpetit:
que de laboribus suis: ac doloribꝰ scribit. Sꝫ
ibi istud cōplebit: vbi dictum est. Aufugiet do-
lor: ⁊ tristitia: ⁊ gemitus. Quod tamen nō ad
omnes: sed ad eos tātum: qui meritis Iacob:
⁊ Israel fuerint: refert: vt fuit ille pauper La-
zarus: qui presentem quidem vitam in labore:
ac dolore trāsegit. Ibi autem dicit ad diuitem.
Memēto fili: qꝛ tu recepisti bona in vita tua:
⁊ Lazarus similiter mala. Nunc autem hic re
quiescit: tu vero cruciaris. Ille ergo est israel:
⁊ Iacob: in quem non venit labor: ⁊ dolor. Di-
ues autem ille erat quidem: ⁊ ipse ꝯm carnem
Israel. Dicitur enim ei: quia fratres sui hñt
leges: ⁊ prophetas: audiant illos. Sed qꝛ non
erat ꝯm spiritum Israel: ideo venit super illū
labor: ⁊ dolor. Dominus deus suus cum ipso:
preclara principum cum ipso sunt. Nunquam
enim Israel suum deserit deus. Quorum au
tem principum preclara cum ipso Israel sint:
videamus. Preclara principum potestas est:
principatus: ⁊ regnum. Uerum quoniam sunt
⁊ aliqui principes: qui de principatu suo: vel
pellēdi: vel iam forte depulsi sunt: ⁊ in locum:
ac principatum eorum introducēdi ij: qui vere
Israelite sunt: ꝑclara illa omnia: que habue-
runt in celis: illi principes: qui nō seruauerūt
principatuum suū: sꝫ dereliquerūt eterna do
micilia. Israel iste: ⁊ Iacob: qui colluctatus ē
⁊ vicit: accipiet: ⁊ sic cum ipso erunt ꝑclara ꝓn
cipum. Deus qui eduxit eum ex Egypto sicut
gloria vnicornis eius. Eductus est ille quidem
Israel de Egypto ista terrena: hic autem spi-
ritalis Israel de Egypto seculi: ⁊ de potesta-
te tenebrarum: ⁊ est gloria eius tanꝙ vnicor-
nis. Unicornis quidem fertur esse animal eo
habitu formatū: quo nominis ipsius designat
indicium. Quod animal frequēter in scriptu-
ris diuinis positū legimus. Sed ꝑcipue apud
Job dei ipsius vocibus potētia eius: ⁊ virtus
exponitur. In quibus: vt in ꝙplurimis Chri
stus itelligitur designari: ⁊ in scripturis diui-
nis cornu pro regno positum sepe reperimus.
Sicut ⁊ ꝓpheta dicit. Quattuor aūt cornua:
quattuor regna sunt. Sub noīe itaqꝫ vnicor-
nis: in Christo hoc videtur ostēdi: quia omne

quod est

quod est: vnum eius cornu est: hoc est vnum regnum eius. Omnia enim pater subiecit sub pedibus eius: vsquequo et nouissimus inimicus destruatur mors: et tanquam vnicornis vnum omnium regnum teneat Christus. Quia sicut scriptum est: Regni eius nō erit finis. Erit ergo (inquit) ei: hoc est israeli: illi spiritali: gloria: sicut est gloria vnicornis. Sic enim et ipse in euāgelio dominus dicit. Pater: da illis vt sicut ego et tu vnum sumus: ita et isti in nobis vnū sint. Et ideo similis gloria dabitur israeli: sicut est gloria vnicornis: maxime cum trāsformabit corpus humilitatis nostre conforme corpori glorie sue. Non erit auguratio in Jacob: neq3 diuinatio in israel. In tempore dicetur ad Jacob: et israel quid pficiet deus? Igitur quoniā visum est iam nobis diligētius de singulis qbusq3 discutere: nō videbitur absurdum si etiā quid sit auguratio: vel diuinatio: quoniam quidem placuit scripture cōmemorare de ijs: ne quis forte ignoranter in hec incidat: requiramus. Videtur ergo mihi futurorum prescientia quantum ad ipsam rem spectat: medium quidam esse: idest neq3 proprie bonū: neq3 proprie malū. Quādoquidem potest interdum etiam a parte diaboli ad hominum notitiam futurorum venire prescientia: sine dubio autē cum tēpus: et opportunitas poscit: et voluntas Dei fuerit: datur etiam a deo per prophetas hominibus prescientia: et ideo diximus: q2 neq3 proprie bonum dici potest: quod aliquando a malo venit: neq3 proprie malū: quod aliquando a Deo descēdit. Et quamuis de hoc abūdanter etiam ex scripturis diuinis exēpla subpeditent: sufficere tamen credimus si vtamur eo: quod in Regnorum libris scriptum legimus: vbi arca dei ab Allophylis capta est: et deducta in Azotū: et ibi introduxerūt (inqt) eam in domū Dagon: et inuentus est Dagon cecidisse pronus in terrā ante arcam testamenti domini. Et grauata est manus domini sup Azotos: et dissipauit eos: et percussit eos in natibus. Post hec (inquit) ingressa est arca in Accaron: et miserūt Accaronitēses: et cōgregauerunt omnes satrapas Allophylorum: et congregauerunt sacerdotes: et diuinos suos dicētes. Quid faciemus arce dūi? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Responderunt sacerdotes et diuini. Si remittitis arcam domini dei israel: nolite eam dimittere inanem: sed dātes dabitis ei pro delicto: et tunc sanabimini: et innotescet vobis. Sin autem: nō discedet manus eius a vobis. Et post pauca. Et nūc (inquit) facite carrū nouū: duas vaccas fetas adsumite: quibus iugum non est impositum: et iungite vaccas ad carrum: et fetus earum retro abducite ad domum: et adsumite arcam domini: et imponite eam super carrum: et vasa aurea que obtulistis ei pro delicto simul ponite super carr: et omnia sancta eius: et dimittite eam: et vadat: et videte siquidem vadit per viam suam: et ad fines suos ascendit in Bethsamis: ipsa nobis fecit mala hec magna. Si autem non vadit illuc: sciemus q2 manus eius non contigit nos: sed fortuitu hec nobis acciderūt. Obserua ergo in ijs quomodo sacerdotes: et diuini causam malorum: que acciderant Allophylis: vtrum ex manu dei: et p arce iniuria venerit: an fortuitu acciderit propositis cōtemplantur indicijs dicētes. Si per viam suam ad fines suos ascēdit in Bethsamis: ipsa nobis fecit hec mala. Deniq3 in sequentibus refertur: et cū imposuissent arcā domini super carrum: direxerūt boues in via cōtra viam: que ducit Bethsamis: et non declinauerunt ad dexteram: aut sinistram. Quis ergo in ijs si diligēter inspiciēs prescientiam hanc que de boum directione predicta est: vel fortuitam dicat: vel aliqua arte compositam: et non operatione quadam demonum ministratam: qui pertimuerint arce dūi virtutem? Qua nō solum affligebātur: et puniebātur Allophyli: verum et cultus ipse demonum destruebatur: vtpote simulachris eorum: tēplisq3 ad ingressum arce dūi corruētibus? Est ergo talis quedam in ministerio prescientie operatio demonū que artibus quibusdam ab ijs: qui se demonibus mancipauerint: colligitur: et nunc p eas: quas sortes nominant: nunc per ea: que auguria appellabant: nunc etiam ex contemplatione fibrarum: que extispicia vocant: alijsq3 horum similibus prestigijs comprehēdi videtur: et intellegi. Que artes in tātum ad decipiēdum genus hominum profecerunt: vt etiam iustissimi Ezechie filius Manasse hoc errore deceptus: edificauerit (vt scriptura dicit) altare omni exercitui celi in vtraq3 domo domini. Hunc autem esse arbitror exercitum celi: quem Paulus spiritales nequitias in celestibus positas scripsit. Nisi ergo multum in ijs artibus et deceptionis esset: et erroris: non puto tanti viri filium in lege domini educatum: in illas impietates potuisse corruere: que in quarto Regnorum libro de eo scripte referuntur. Ait enim. Et sortiebatur: et augurabatur: et fecit tucllen: et trāsducebat filios suos in igni: et prescius abundare fecit: vt faceret malignum in conspectu domini: et exacerbaret eum. Talia ergo erant: que peccabat: de quibus dici possit: q2 in omni virtute signis: et prodigijs men-

dacibus fierent:ita vt deciperentur etiam electi. Deceptus est enim per eum ⁊ populus: vt faceret malignum in conspectu domini:super gentes illas:quas exterminauerat Deus a facie filiorū israel. Sed ⁊ in secūdo libro Paralipomenon similia nihilominus de Manasse scribūtur. Et fecit (inquit) lucos: ⁊ adorauit omnem militiam celi: ⁊ seruiuit eis: ⁊ construxit altaria in domo Dei. Ubi dixit dominus. In Hierusalem erit nomē meum in eternū: ⁊ ibi instruxit altaria omni magnificentie celi in ambabus domibus domini. Et ipse transducebat filios suos in igni in gehēnan: ⁊ sortiebatur: ⁊ maleficia faciebat: ⁊ augurabatur: ⁊ fecit ventriloquos: ⁊ incantatores: ⁊ multiplicauit: vt faceret malignum in conspectu domini: vt exacerbaret eum. Hec ergo omnia: idest siue auguratio: siue extispicium: siue quelibet immolatio: siue etiam sortitio: aut quicunque motus auium: vel pecudum: ⁊ inspectio quecunq3 fibrarum: vt aliquid de futuris videantur ostēdere: in operatione demonum fieri non dubito: dirigētium: vel auium: vel pecudum: vel fibrarum motus: aut sortium ꝑm ea signa: que docuerunt idem demones obseruare ab ijs: quibus artis huius scientiam tradiderūt: a quibus omnibus: is qui homo Dei est: ⁊ in portione Dei numeratur: penitus esse debet alienus: nec aliquid in ijs habere cōmune que occulte machinis demones operantur: ne forte rursus per hec demonibus societur: atq3 eorum spiritu: ⁊ virtute repleatur: ⁊ ad eorum cultum denuo reparetur. Hec enim omnia religio nostra diuina: ⁊ celestis abiurat. In Leuitico quidem aperta lege designans: ⁊ dicēs non diuinabitis: neq3 augurabimini. Et post pauca. Non sequemini (inquit) vētriloquos nec adiungemini ad incantatores: vt contaminemini in eis: ego dominus Deus vester: ⁊ iterum in Deuteronomio. Si autē tu (inquit) introieris in terram quam: dominus Deus tuus dabit tibi: non discas facere ꝑm adhominationes gentium illarum: non inueniatur in te: qui lustret filium suum in igni: neq3 diuinans diuinatione: neq3 sortiēs sortibus: neq3 maleficus: neq3 incantator: neq3 vētriloquus: neq3 portētorum inspector: neq3 interrogans mortuos. Est enim abbominatio domino: oīs qui facit hec. Propter istas enim abbominationes dominus deus tuus euertit gētes istas a cōspectu tuo. In quibus omnibus videtur ostēdere: q2 omnis: qui in ijs versatur: nihil aliud faciat: nisi mortuos interroget. Mortui sunt enim: q2 non sunt vite participes. Deus autem: viuorum deus est: ⁊ non mortuorum.

His autem omnibus legibus additur etiā3 illud: vt qui vult esse ꝑfectus: a nullo alio discat nisi ab eo: qui ꝑ dei virtutē fuerit electus propheta: vt ministret populo. Ait ergo. Perfectus esto in conspectu domini Dei tui: gentes enim iste: quarum tu hereditatē cepisti isti audiunt sortilegos: ⁊ diuinos: tibi autem nō ita dedit dominus Deus tuus. Prophetam enī3 de medio tui ex fratribus tuis suscitabit tibi dn̄s deus tuus: ipsu3 audietis per omnia: que cūq3 q̄ petijsti a domiō deo tuo in Oreb ī die ecclesie: cum dixissetis. Non apponemus audire vocē dn̄i dei nostri: ⁊ istum igne3 magnū non videbimus vltra: ne moriamur. Nō vult Deus auditores nos fieri: ⁊ discipulos demonum: neq3 vult: vt siquid volumus discere discamus a demonibus. Melius est enim ignorare: quā a demonibꝰ discere. Et melius est a propheta discere: quam a diuinis inquirere. Diuinatio enim non (vt quidā putant) diuinitus datur: sed magis (vt mihi videtur) ꝑ antiphrasim: idest ex contrario nomē accepit: quasi que per homines demonibus repletos fiat: sed gentilium ritus: diuinū credidit omne: quod ꝑ qualēcūq3 spiritū profertur. Nos tamen nihil ab ijs discere deus iubet: ne efficiamur consortes ipsorū: ⁊ incurramus in ea: que Esaias dicit. Et humiliabuntur in terra verba tua: ⁊ sermones tui in terra demergētur: ⁊ erit vox tua sicut loquētis de terra: ⁊ ad solu3 vox tua infirmabitur. Propter hoc ⁊ dn̄s noster Jesus nō dignatur a dominus accipere testimonium: sed ait. Obmutesce: ⁊ exi ab ea. Quem etiam apostolus suus Paulus imitatus: dolēs conuertit se: ⁊ ait spiritui Pythonis. Precipio tibi iu nomine Jesu Christi: discede ab ea. In quo requiras fortasse: quid dolens Paulus increpat spūm Pythonis? Nūquid aliqd blasphemū dixerat? Mulier enim (iquit) habēs spiritū Pythonis sequebatur Paulū: ⁊ eos: q cum eo erant: ⁊ clamabat dicens. Isti homines serui sunt sūmi dei: qui annunciāt viā salutis: ⁊ hoc faciebat ꝑ dies multos. Unde ostēditur non pro blasphemia doluisse Paulū: sed pro eo: quod indignu3 iudicaret sermoni suo ab spiritu Pythonis testimonium dari. Quod si Paulus testimoniu3 sibi eum dare non patitur: sed dolet sup hoc: quāto magis dolere debemus si quando decipi videmus animas ab ijs: q velut diuino alicui spiritui Pythonis: aut vētriloquo: aut diuino: aut auguri: vel alijs qbuslibet huiusmodi demonibus credūt. Propter hoc ergo nō erit (inquit) auguratio in Jacob: neq3 diuinatio ī Israel. Sed qd ijs additur? In tēpore (inquit)

(inquit) dicetur Jacob:&israeli:quod perficit deus. Quid est in tépore dicetur? cum oportet:& cũ expedit:hoc est in tpe. Si ergo expedit prenoscere nos futura: dicétur a deo p prophetam dei:p spiritũ sanctũ. Si vero nõ dicũtur: neqꝫ denũciant: scito qꝛ nõ nobis expedit ventura pnoscere. Quod si idcirco nõ dicũtur nobis:qꝛ nobis ea scire nõ expedit: q diuersis artibus:& demonũ inuocationibus gestiunt futura prenoscere:nihil aliud faciũt: nisi ea cupiũt discere:que sibi scire nõ expedit. Jacob autem in ijs dici intellegédus est omnis: cui luctamé est aduersus principatus:& potestates:& aduersus huius mũdi rectores. Et israelé intellege omnem:qui per fidei puritaté:& mũditiam métis videt deum. Sed potest aliquis dicere: si a solo deo debemus discere de futuris:& neqꝫ diuinum:neqꝫ augurẽ:neqꝫ aliud quodcũqꝫ horum recipere:ne iste quidẽ ipse Balaã recipiẽdus est a nobis. Unus enim ex ijs est: quos recipi prohibet diuina senttẽtia. Sed aduerte diligentius:& meméto quid in superioribus legimus:vbi dicitur de eo. Quia iniecit dominus verbũ suum in os eius. Non ergo hec nunc a Balaam:sed a verbo dei:quod in ore eius est positũ:discimus. Nisi enim verba Dei essent: nõ ea vtiqꝫ reuelasset famulo suo Mosi. Que procul positus cũ ab eo regi Balach dicerentur:certũ est qd nisi a deo sibi reuelata: Moyses scire non potuit. Adhuc aũt ad destruẽdaꝫ penitus diuinationem:vel augurationẽ: atqꝫ alia huiusmodi:etiam hoc competenter addemus:quod omnes isti:auiũ:vel animalium ministerio vtũtur:sed talium que & immũda scribuntur in lege:& humano generi deprehẽdun tur:semper insidiãtia:ex quo vtiqꝫ oportuna: & digna ministerio demonũ iudicata sunt. Nã Pythonibus dracones:alijqꝫ serpẽtes ministrare perhibẽtur Auguribus:& ijs: qui ex incidẽtibꝰ diuinãdi captare putãt auspicia: aut lupi ferunt oĩa:aut vulpes: aut accipitres: aut corui:aut aqle:aut alia huiusmodi: que in lege Moses (vt diximus) ijs credo de causis notauit imunda. Post hec. Ecce (inqt) populus sicut catulus leonis exsurget:& sicut leo exultabit. In ijs mihi videt confidẽtiam populi describere credẽtis in Christo:& libertatẽ quã hꝫ in fide:& exultationẽ:quam gerit in spe. Cõparatur enim catulo leonis:cum tẽdit ad perfectionem letus:& velox:leoni vero confertur: cum iam obtinet que perfecta sunt. Sicut enĩ leo:& catulus leonis nullũ animal: nullam bestiam timent:sed sunt eis cuncta subiecta: ita & perfecto christiano:qui tollit crucem suam & sequitur Christum:qui potest dicere: mihi.n. mundus crucifixus est:& ego mũdo: cũcta calcantur:cũcta subiecta sunt. Despicit enĩ & cõtemnit oĩa:que in hoc mundo sunt:& imitatur eum:qui leo de tribu iuda dicit:& catulus leonis dicitur:quia sicut lux est mũdi:& discipulis suis dedit:vt & ipsi eẽnt lux huius mũdi: ita & cũ ipse sit leo:& catulus leonis:credẽtibus in se nomẽ leonis:& catuli leonis ascripsit. Vide autem quam euidẽter nõ de illo:qui tũc erat populo:sed de hoc qui futurus erat:ista dicũtur. Ait enim. Ecce populus sicut catulus leonis exurget:& sicut leo exultabit. Exsurrecturũ dicit populũ vtiqꝫ:qui futurus erat. Nam si de eo diceret:quẽ videbat:dixisset sine dubio: ecce populus sicut catulus leonis exsurrexit. Sꝫ certũ est:qꝛ de illo populo dicat de quo & i psalmis scriptum est. Et annunciabũt celi iustitiaꝫ eius:populo qui nascet:queꝫ fecit dñs. Est ergo populus hic catulus leonis: dũ adhuc tãqꝫ nup geniti infantes:rõnabile & sine dolo lac cupiũt. Leo aũt exultãs:cũ vir pfectus q̃ paruuli erãt:deposuit. Nõ dormiet donec comedat pdaꝫ:& sanguinẽ vulneratoꝝ bibat. In ijs verbis qs ita erit historice narrationis ptẽtiosus adsertor:imo q sic abrutus inuenitur:qui non horrescẽs sonũ littere:ad allegorie dulcedineꝫ ipsa necessitate confugiat? Quomodo enĩ iste populus tam laudabilis:tam magnificus: de quo tãta preconia sermo dei enumerat:in hoc veniet:vt sanguinem vulneratoꝝ bibat: cum tam validis preceptis cibus sanguinis interdicatur a deo:vt etiam nos:qui ex gẽtibus vocati sumus:necessario iubeamur abstinere: sicut ab ijs:que idolis immolantur:ita & a sanguiñe. Dicant ergo nobis:quis est iste populus: qui in vsu habet sanguinẽ bibere? Hec erant que & in euangelio audiẽtes ij:q ex iudeis dñm sequebant:scãdalizati sunt:& dixerũt. Quis põt manducare carnẽ:& sanguinẽ bibere? Sed populus christianus:populus fidelis audit hec:& amplectit:& sequitur eum:qui dicit. Nisi mãducaueritis carnẽ meã:& biberitis sanguinem meũ:nõ habebitis vitã in vobis ipsis: qꝛ caro mea vere cibus est:& sanguis meus vere potus est. Et vtiqꝫ q hec dicebat:vulneratus ẽ p oĩbus:ipse enĩ vulneratus est p peccatis nr̃is: sicut Esaias dicit. Bibere aũt dicimus sanguinẽ Christi:nõ solũ sacramẽtoꝝ ritu:sꝫ & cũ sermones eius recipimus:in qbus vita psistit: sic & ipse dicit. Uerba que locutus sum spũs & vita ẽ. Est ergo ipse vulneratus:cuius nos sanguinẽ bibimus.i.doctrine eius verba suscipimus. Sꝫ & illi nihilominꝰ vulnerati sunt:q no.

bis verbum eius predicarunt: et ipsorum enim: idest apostolorum: eius verba cum legimus: et vitam ex eis consequimur: vulneratorum sanguinem bibimus. Non ergo (inquit) dormiet: donec comedat predam. Iste enim populus: qui catulo leonis: vel leoni comparatur: non quiescet nec dormiet donec rapiat predã: idest donec rapiat regnum celorum: quia a diebus Joannis regnum celorum vim patitur: et vim facientes diripiunt illud. Ut autem euidentius cognoscas hec de nostro populo: qui in sacramẽtis Christi confederatus est: scribi: audi quomodo et in alijs Moses similia pronunciat dicẽs. Butyrum boum: et lac ouium: cum adipe agnorum: et arietum filiorum: taurorum: et hircorum: cum adipe reniũ: frumenti: et sanguinem vue bibent vinum: et hic ergo sanguis: qui nominatur vue: illius vue est que nascitur ex illa vite: de qua Saluator dicit. Ego sum vitis vera: discipuli vero palmites. Pater autem agricola est: qui purgat eos: vt fructum plurimum afferant. Tu ergo es verus populus israel: qui scis sanguinem bibere: et nosti carnem verbi Dei comedere: et sanguinem bibere: et vue sanguinem illius que est ex vera vite: et illis palmitib⁹: quos pater purgat haurire. Quorum palmitum fructus: vulneratorum sanguis merito dicitur: quem ex verbis eorum: et doctrina bibimus: si tamen simus vt catuli leonis exsurgentes: et vt leo exultantes: Hec interim de secunda visione Balaam dicta sufficiant. Oremus autem dominum: vt nobis etiã ad cetera: que ab eo prophetata sunt: intellegenda lucidiores quosque: et veritati proximos sensus apire dignetur: vt in spiritu sancto consyderantes: que p spiritũ scripta sunt: et spiritalibus spiritalia cõparantes: digne deo: et sancto spiritui: qui hec ispirauit que scripta sunt: explicemus in Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eiusdẽ tertia ꝓphetia. Homi. XVII.

Tertiam nunc prophetiam ex ijs: que sermo dei per Balaam protulit: habemus in manibus: vt etiam de ipsa (prout dominus dederit) aliqua disseramus. Etenim infelix iste Balach putans quod Balaã diuino ad maledicendum loci oportunitas magis defuerit quam voluntas: vtilius esse ratus si mutaret locum. Ueni (inquit) et educam te in locũ alium (si placet deo) et maledices eum inde: et adsumpsit Balach ipsum Balaam in vertice montis Fogor: qui tendit in desertum. Eos quidem: quos deus vocat: imponit eos in verticem montis Syna. Hic autem Balach: q Deo cõtrarius est: imponit Balaam in verticem mõtis Fogor. Fogor autem interpretatur delectatio. In verticem autem delectationis: et libidinis ĩponit homines iste Balach. Amator enim est voluptatis magis quã dei: et ideirco imponit eos in sumitatem: et verticem voluptatis: vt excludat eos a deo. Excludens enim: et deuoratio interpretatur Balach. Ideo denique et in eremũ tẽdit Fogor: idest ad ea: q̃ cremia sunt: et deserta Deo negocia: et dixit Balaam ad Balach. Construe mihi hic septem aras: et fac mihi hic septem vitulos: et septẽ arietes: et fecit Balach sicut dixit ei Balaam: et obtulit vitulum: et arietem super aram. Aperta quidem Apostoli sentẽtia est dicẽtis. Que enim sacrificant gẽtes: demonijs: et nõ deo sacrificãt. Sed et propheta similiter dicit. Sacrificauerunt demonijs: et non deo. Tamen quoniam et lex dei de sacrificijs precipit: et ritũ sacrificãdi tradit filijs israel. Requiratur fortassis cur hec cum demonijs dicata videantur: etiam deo iubeãtur offerri: Et erit quidem simplex et cita respõsio: vt quẽadmodum in alijs ostendimus quod libellũ repudij dari non dei volũtatis fuit: qui quod cõiunxerat: noluit separari: sed Moses hec proprie ad duritiam cordis iudeorum scripsit: ita etiam et de hoc videri posse: quia deus (sicut per alium prophetam dicit) non manducat carnes taurorum: nec sanguinem hircorum potat. Et item (vt alibi scriptũ est.) Quia non mandaui tibi de sacrificijs: vel victimis: in die qua eduxit te de terra egypti. Sed Moses hec ad ad duritiam cordis eorũ pro cõsuetudine pessima: qua imbuti fuerant in egypto mandauerit eis: vt qui abstinere se non possint ab immolãdo: deo saltem et non demonijs immolarent. Uidendum tamen est ne forte sit et aliqua sacrificãdi deo occultior: ac secretior ratio. Ne forte inquam sacrificia: que deo offeruntur: ad destructionem fiant eorũ sacrificiorum: que demonibus ĩmolantur: vt q per illa vulnerant͛ aie: per ista sanẽtur sicut et ĩs cõfirmãt: qui medicine peritiam gerũt. Serpẽtum nãque venena depelli medicamẽtis nihilominus ꝯfectis ex serpẽtibus perihẽt. Ita ergo et sacrificiorũ demonicorũ virus per sacrificia deo oblata depellitur: sicut et mors Jesu mortem peccati credẽtibus non sinit dñari: et quidem donec tẽpus patiebat͛: sacrificia sacrificijs opponebãt͛. Ubi ꝯuenit ꝑfecta hostia: et agnus ĩmaculatus: qui totius mundi tolleret peccatum: sacrificia

tum:sacrificia illa:que singillatim offeruntur
deo:iam superflua visa sunt:cũ vna hostia ols
demonum cultura depulsa sit.Merū Balaã
iste:siue ẜm cordis sui propositum quod non
emendauerat:siue ẜm illam figuram qua dixi
mus eum tenere personam doctorum:ac pha-
riseorum plebis incredule:instaurat adhuc ho
stias:⁊ preparari sacrificia iubet.In his enim
omnem spem gerunt ij:quorum cor nõ recipit
fidem Christi.Sz quid seqtur? Et vidẽs (in-
quit) Balaam qz bonum est in cõspectu do-
mini benedicere israel:nõ abijt ex more in oc-
cursum auspicijs:sed conuertit faciem suaz in
desertũ:⁊ eleuans Balaam oculos suos itueñs
israel castra ꝯstituisse per tribus.Et factus est
sup eũ spiritus dei:⁊ adsumpta parabola sua
ait.Regratur fortasse vnde vidit Balaaz:qz
bonũ est in ꝯspectu dñi benedicere israel:⁊ pu-
tabit̃ ex sacrificijs intellexisse que imolauerat.
Ubi enim vidit nullũ adesse demonum: nullã
contrariaz potestatẽ victimis suis adsistere au
dentem exclusos esse omnis malitie ministros:
quibus vti ad maledicendũ solebat: potuit ex
his intellexisse quia bonũ esset in conspectu do
mini benedicere israel.Ego tamen magis illõ
intellego quod populus ille:qui nũc vanus ẽ:
⁊ illi doctores:qui Christo non credẽtes in va
nitate populũ detinẽt:aliquando visuri sunt:
idest in nouissimis diebus:cum plenitudo gen
tiuz introierit:⁊ omnis israel venire ceperit ad
fidem Christi:illi inquam qui nunc oculos ha
bentes non vident:tunc videbunt.Eleuabunt
enim oculos suos ad altiores ⁊ spiritales sen-
sus:⁊ videbunt:⁊ intellegent:quia bonum est
in conspectu domini benedicere spiritalem is-
rael.Uidebit enim eum dispositũ per tribus:
⁊ per domos:⁊ per familias:⁊ vnumquemqz in
suo ordine resurrectionis gloriam adepturuz.
Et adsumpta parabola sua: intelleget que
in parabolis scripta sunt:que nunc propter ve
lamen quod positum est super cor eorum:neqz
vident:neqz intellegunt. Deniqz nõ abijt (i-
quit) ex more in occursum auspicijs.Nõ eniz
more sibi solito:stultis ⁊ inanibus sensibus ra-
pietur in animalibus mutis:⁊ pecudibus: dei
consyderans voluntatez:sicut ij:qui ex istis ta
libus auspicia colligunt.Sed agnoscet etiam
ipse:quia neqz de bobus cura est deo:similiter
neqz de ouibus:neqz de auibus:alijsqz anima
libus.Sed siqua de his scripta sunt:ꝑpter ho
mines intelleget scripta.Sz videamus iã que
sint que in tertia prophetia proloquatur Ba
laã:dixit (ingt) Balaã filius Beor.Hõ ve-
re vidẽs:dixit audiẽs ṽba fortis:q visum dei

vidit in somnis:reuelati oculi eius.Mirũ ꝑfe-
cto est quomodo tante laudis dignus habeat̃
Balaaz.Qui accepta parabola sua:ac de se-
metipso pronũciat.Quomodo enim homo ve
re videns Balaam fit qui diuinationi: ⁊ au-
gurijs operam dederit.Qui ẽt magicee studue
rit (sicut supra ostẽdimus.) Ualde mirum ẽ:
nisi forte pro eo:quod supradictum est:qz spi-
ritus dei factus fuerit in ipso:⁊ qz verbuz dei
positum sit in ore eius:hec de eo putẽtur tam
magna cõscripta eẽ ꝑconia.Nec Moses eni:
nec alius qs prophetarum facile inuenieẽ tan-
tis laudibus eleuatus.Unde magis mihi vi-
dentur hec illi populo conuenire eo tempore:
quo iam conuersus ad dominum deposuit ve-
lamen:quod erat super cor suũ.Dominus spi
ritus ẽ:idcirco deniqz dicẽ:reuelati oculi eius:
quasi qui nunc vsqz clausi fuerint: ⁊ nunc per
spiritum dei:qui super eum factus est: ablato
velamine reuelentur.Nunc ergo est quando
vere videt:⁊ vere audit verba fortis:⁊ visum
dei videt in somnis:idest ea:q̃ in somnis Da-
nieli prophete tẽpora designata sunt: videbit
impleta:⁊ visiones illas:que in somnis ad illũ
delate sunt:videbit:hoc est intelleget:⁊ agno-
scet oculis reuelatis.Efficietur enĩ similis ijs:
qui dicebant.Nos autem omnes reuelata fa-
cie gloriaz domini speculamur eadẽ imagina
tione transformati a gloria in gloriam: tãꝙ a
domini spiritu.Uelim tamẽ requirere qui sunt
isti oculi eius qui reuelati dicuntur. Ne forte
ipsi sint:qui in alijs scripture locis (vt in qbus-
dam exẽplaribus legimus) oculi terre appel-
lantur.Et illt:quem Paulus sensum carnis
dicit:cum ait de quodaz frustra inflatus a sen
su carnis sue.De istis credo oculis etiam ser-
pẽs dixerit ad Euam.Quia sciebat dominus
qd in quacũqz die manducaueritis ex eo:ape-
riẽtur oculi vestri.Et paulopost.Et manduca
uerunt (inquit) ⁊ aperti sunt oculi eoruz.Ni-
si enim essent differentie oculorum: ⁊ alij es-
sent:qui per preuaricationem aperiunẽ: ⁊ alij:
quibus videbant Adam:⁊ Eua antequaz isti
aperirentur:nunquam vtriqz scriptura nondũ
apertis oculis eorum:illis qui ex preuaricatio
ne patefacti sunt:diceret. Et vidit mulier qz
bonum est lignum ad manducandum:⁊ gra-
tum oculis ad videnduz:⁊ speciosuz est ad cõ-
syderandum:⁊ accipiens de ligno manduca-
uit: ⁊ dedit viro suo secum. Et manducaue-
runt: ⁊ aperti sunt oculi amborum. Quo-
modo enim si nondum aperti fuerãt oculi am-
borum vidit mulier: quia bonum esset lignũ
ad manducandum: ⁊ gratum esset oculis ad

videndum:quibusq3 etiam oculis ⁊ speciosus dicitur fuisse ad consyderandū. Sed ego audiens vocē dñi mei Jesu Christi: ⁊ virtutē bonitatis eius intellegens ita aduerto illud: qđ dicit. In iudiciū ego veni in hūc mūdū: vt nō vidētes videant:⁊ vidētes ceci fiant. Quod in peccatoribus nō vident illi oculi: qui meliores sunt:sed ij:qui sensus carnis appellātur: ⁊ qui ꝯsilio serpētis aperti sunt. Opus ergo magnificum. Saluatoris nostri domini est:vt ij: q nō vident:melioribus oculis:que bona sunt:s3 illis:qui ꝯsilio serpētis patefacti sunt: ⁊ que mala sunt intuentur:ceci fiāt. Et qui ceci fuerint illis oculis:quos persuasio serpētis aperuit:videant bona dñi his oculis:quos Jesus saluator noster venit aperire. Nisi enim prius malorum visus claudatur:bonoru3 non patebit intuitus. Sic ergo ēt illud boni dei dictu3 accipio:quod dixit:quis fecit vidēdum: ⁊ cecum? Videntem quide3 sm Christum: cecum vero sm consilium serpentis. Hec aute3 commonuimus:vt euidentius elucesceret qui sunt oculi: qui claudātur: ⁊ qui sunt oculi qui reuelētur: simul vt ⁊ illud ex ijs intellegatur quod in propheta scriptum est. Videntes videbitis: ⁊ non videbitis:vt sciamus quibus oculis vident: ⁊ quibus videntes non vident. Apparet ergo ⁊ hunc Balaam pro eo: quod reuelati fuerant oculi eius dicere de semetipso:hō vere vidēs:⁊ dicere dixit audiens verba fortis. Eodem eni3 ordine quo alij oculi clauduntur: ⁊ alij aperiuntur:etiam aures alie claudēde: ⁊ alie aperiende intelleguntur. Verum si quis hec etiam sm historiam velit dicta suscipere: potest dicere:quia in eo:quod vidit Balaam: quod bonum est in conspectu domini benedicere israel:ostenduntur reuelati oculi eius: ⁊ factus esset homo vere videns. Vera eni3 vidit que futura erant de israel: vel Jacob. Audisse quoq3 eum verba fortis dicit in eo cu3 venit ad eū deus:⁊ dixit ei in somnis. Verbu3 quod dedero in ore tuo:hoc obserua: vt loquaris: ⁊ hoc erit visum dei:quod vidit in somnis:⁊ per hec reuelatos esse oculos eius asserit: quia potuit videre que vidit. Hec quidem de ijs:que in pfatione sua Balaam in semetipsum visus est prophetare. Nunc iam videamus que sunt:q̄ in consequentibus dicit. Qua3 bone (inquit) domus tue Jacob:tabernacula tua israel. Et nemora vmbrantia:vt paradisi super flumina: ⁊ sicut tabernacula:que fixit dominus:sicut cedri iuxta aquas. Bonas quas dicit domus iacob:non puto quod domicilia eorum conlaudet terrena:neq3 enim tale aliquid fuisse apud eos:preter gētes ceteras memoratur. Sed videamus ne forte:quonia3 populus per tribus erat diuisus:⁊ vnaqueque tribus per plebes:⁊ iterū plebes per cognationes:⁊ cognationes p domos familiarum. Et rursum domus familiarum per numerum nominū ⁊ per capita numerabantur:hoc est: omnis qui erat a viginti ānis ⁊ supra: masculus qui procedere poterat ad bellū. Has domus Balaa3 in spiritu contuens magnificet:⁊ extollat:sed non in hijs:solius littere contuenda sententia est. Quoniam quidem que loquitur Balaam:adsumpta parabola sua loquitur. In parabolis ergo ⁊ nos quod dicitur audiamus. Si enim consyderes diuisiones illas:⁊ ordines populoru3: qui in resurrectione habebuntur in populo veri israel: quādo vnusquisq3 resurget in suo ordine:si potes intueri tribus illas:⁊ plebes: ⁊ cognatiōes in quibus non tam carnis: ⁊ sanguinis est cognatio:q̄ mētis:⁊ animi:tunc intelleges qua3 bone sunt domus Jacob:⁊ quam bona tabernacula israel. Quid si ⁊ differentias domoru3: ⁊ tabernaculorum requiras:⁊ Jacob: atq3 israel diuersitatem:etiam de hoc talis quedam habenda distinctio est:domus res est:fundata ac stabilis:⁊ certis terminis scepta. Tabernacula vero sunt habitacula quedam eorum:qui semper in via sunt:⁊ semper ambulant: nec itineris sui terminu3 repererunt. Igitur Jacob habendus est: in eorum personis: qui in actibus:⁊ opere perfecti sunt. Israel vero illi intellegendi sunt:qui studium erga sapientiam ac scientiam gerunt. Quia ergo operum: gestorumq3 exercitia certo fine clauduntur: neque enim sine fine est operum perfectio: vbi adimpleuerit quis omnia que facere debuit:⁊ ad finem perfectionis operum venerit: perfectio ipsa operum: bona domus eius esse dicetur. Eorum vero qui sapientie: ⁊ scientie operam dant:quoniam finis nullus est: quis enim terminus Dei sapientie erit? vbi quanto amplius quis accesserit:tanto profundiora inueniet. Et quanto magis scrutatus fuerit: tanto ea neffabiliora:⁊ incomprehensibiliora deprehēdet. Incomprehensibilis enim: ⁊ inestimabilis est Dei sapientia: idcirco eorum: qui iter sapientie Dei incedunt: non domos laudat: non enim peruenerunt ad finem: sed tabernacula miratur:in quibus semper ambulant: ⁊ semper proficiunt: ⁊ quanto magis proficiunt: tanto eis proficiendi via augetur: ⁊ in immensum tenditur: ⁊ ideo istos ipsos profectus eorum per spiritum contuens: tabernacula ea nominat israel. Et vere siquis scientie cepit aliquos

pit aliquos profectus: ⁊ experimēti aliquid in talibus sumpsit: scit profecto quod vbi ad aliquam ventum fuerit theoriam: ⁊ agnitionem mysteriorum spiritalium: ibi anima quasi in quodam tabernaculo demoratur. Cum vero ex hijs: que reperit alia rursus rimatur: ⁊ ad alios proficit intellectus: inde quasi eleuato tabernaculo tendit ad supiora: ⁊ ibi collocat animi sedem: sensuuz stabilitate confixam. Et inde iterum ex ipsis alios inuenit spiritales sensus: quos priorum fine dubio sensuum consequētia patefecerit: ⁊ ita semper se ad priora extendens: tabernaculis quibusdam videtur incedere. Nunquam est enim quādo anima sciētie igniculo succensa ociari possit: ⁊ quiescere: sed semper a bonis ad meliora: ⁊ iterum ad superiora a melioribus ꝓuocatur. Hoc ergo sapientie dei iter grate satis: ⁊ cum multo decore descripsit dicens. Ut nemora obumbrantia ⁊ vt paradisi super flumina: ⁊ sicut tabernacula: que fixit dominus: sicut cedri iuxta aquas. Qui enim incedunt hac via: per nemora obūbrantia incedunt. Nemora enim sunt eis obūbrantia: omnis iustorum cetus: ⁊ sanctorū prophetarum chorus. Sub vmbra enim sensuuz: quod apud illos scriptos inueniunt: refrigerātur anime ipsorum: ⁊ in doctrinis eoruz quasi incedentes per opaca nemorum delectantur: ⁊ sicut paradisi superflumina inueniuntur. Isti enim paradisi superflumina similes: ⁊ cognati sunt illi paradiso: in quo lignuz vite est. Flumina vero possumus vel scripturas euangelicas: atqz apostolicas accipere: vel etiaz angelorum: vel celestium virtutum erga huiusmodi animas adiutoria: rigantur enim ab illis: ⁊ inundantur: atqz ad omnem scientiam: ⁊ agnitionem rerum celestium nutriuntur. Quamuis ⁊ Saluator noster fluuius sit: qui letificat ciuitatem dei: ⁊ spiritus sanctus non solum ipse fluuius sit: sed ⁊ ijs: quibus datus fuerit flumina de ventre eorum procedant: ⁊ deus pater dicat: me dereliquerunt fonteȝ aque viue: ex quo scilicet fonte flumina ista procedunt. His igitur inundata fluminibus tabernacula israel: fiunt tabernacula sicut sunt illa: que fixit dominus. Sed intentuȝ fortassis mouere poterit auditorem: quod duas quasdam species tabernaculorum presens sermo commemorat. Ait enim. Quam bone domus tue Jacob: tabernacula tua israel. Et nemora vmbrantia: ⁊ vt paradisi superflumina. Et rursuȝ tabernacula tabernaculis cōparat: ⁊ dicit. Et sicut tabernacula: que fixit dñs. Potest ergo ⁊ alia post illas: quas supra protulimus: recipi expositio: vt dicamus domus Jacob esse legē: ⁊ tabernacula israel: prophetas. Nō eni ipsuȝ Jacob: sed domus eius laudat. Nec ipsuȝ israel: sed tabernacula eius. Et tunc ea laudat: cū reuelati sunt oculi eius. Quādiu enim velamen positū est sup lectionē legis: ⁊ prophetaꝝ: nō videntur bona tabernacula: nec laudabiles domus. Ubi autem ablatuȝ fuerit velamen: ⁊ ⁊ intellegi ceperit lex: quia spiritalis est: ⁊ prophete: tunc bone: ⁊ admirabiles domus Jacob: ⁊ tunc admiranda erunt tabernacula israel: cum amota littera: que occidit: viuificanteȝ ex eis percipere spiritum ceperis. Potest adhuc ⁊ alio modo intellegi: vt populi credentis: ⁊ perfecti huius: qui ad Christum ex gentibus cōgregatus est: corpora simul laudari videātur ⁊ anime: ⁊ Jacob quidē domus de corporibus dicatur: sicut ⁊ in libello quodam legitur: qꝛ Jacob domus sit israel: hoc est corpus eius Jacob dicatur: ⁊ anima israel. Similiter ergo ⁊ perfectorū quorūqz corpora laudabiles domus esse dicātur. Jacob est eniȝ corpus laudabile: cum cōtinentia: ⁊ castitate nōnunꝗ autem etiā cū martyrio decuratur. Tabernacula vero ad animas pfectas referri possunt: quibus ⁊ nomē a vidēdo deum conuenit israelis. Ista autem tabernacula sunt (inquit) sicut nemora vmbrātia: ⁊ sicut paradisi supflumina: ⁊ sicut tabernacula que fixit deus. Alia ergo tabernacula ostēdit esse que fixit dominus: qbus sint similia tabernacula israel. Extra hūc mūdum me progredi cōuenit: vt videam que sint tabernacula que fixit dominus. Illa nimirum sunt: que ostendit Mosi cum tabernaculū construeret in deserto dicens ad eum. Uide (inquit) vt facias omnia ꝫm typum: qui ostēsus est tibi in monte. Ad imitationem ergo istoruȝ tabernaculoruȝ que fixit dominus: israel iubetur facere tabernacula: ⁊ vnusquisqz nostrum expedire: ⁊ fabricare tabernaculuȝ suū. Unde mihi videt̄ nō fortuitu contigisse: vt Petrus quidem: ⁊ Andreas: ⁊ filij zebedei: arte piscatores inuenirentur. Paulus vero arte faber tabernaculorū. Et qꝛ illi vocati ab arte capiendorum piscū: mutantur: ⁊ fiūt piscatores hominum dicente dño. Uenite post me: ⁊ faciaȝ vos piscatores hominū: non dubiū qn ⁊ Paulus: qꝛ ⁊ ipse per dñm nostrū Jesum Christuȝ vocatus apostolus est: simili artis sue transformatione mutatus sit: vt sicut illi ex piscatoribus piscium: piscatores hominum facti sunt: ita ⁊ iste a faciendis tabernaculis terrenis: ad celestia tabernacula construenda tralatus sit. Construit enim celestia tabernacula docens

vnumquemq3 viam salutis:⁊ beatarum in celestibus mansionū iter ostendens. Facit tabernacula Paulus:⁊ cum ab Hierusalem in circuitu vsq3 ad Illyricū replet euangeliū: dei ecclesias construendo:⁊ hoc modo facit ⁊ ipse tabernacula ad similitudinem tabernaculorum celestium: que ostendit deus in monte3 Moysi. S3 ⁊ vnusquisq3 nostru3: siquis tamē exiuit de Egypto:⁊ habitat in deserto: in tabernaculo debet habitare:⁊ diem festum in tabernaculis agere. Sicut enim cōmemoratio fit egressionis ex Egypto per pascha:⁊ azima: ita ⁊ cōmorationis in deserto fit memoria per tabernacula. In tabernaculis enim habitauerunt patres nostri in deserto. Unde autem fieri oportet ista tabernacula: nisi ex verbis legis ⁊ prophetarum: ex sermonibus psalmorum: ⁊ omnium que continētur in lege? Cū.n. ex ijs: que scripta sunt proficit anima:⁊ semp quide3 ea: que retro sunt: obliuiscēs ad ea: que in añ sūt: se extendit:⁊ de loco inferiore progrediens crescit: ac proficit ad superiora: ex augmento virtutū:⁊ ex ipsa immutatione profectuum: in tabernaculis merito dicetur habitare. Uide autem si non sunt tabernacula: que fixit Deus: etiam illa: que Saluator commemorat in euāgelio dicēs. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cu3 defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Fixa autem dicuntur a deo: quasi que non circūferantur omni vento doctrine. Sunt autem ⁊ adhuc tabernacula ista:⁊ sicut cedri iuxta aquas. Cedros hic non illas dicit: in quibus culpabilis notaē elatio: sed cedros dei: que suscipiunt vitis illius: que ex Egypto tralata est: palmites:⁊ in quibus requiescit fructus ille: cuius vmbra operuit montes. Si intellexisti quantam requie3 habeat iter sapientie: quantum gratie: quantūq3 dulcedinis: noli dissimulare: noli neglegere: s3 adgredere hoc iter: nec eremi solitudinem ꝑhorrescas. Habitanti enim tibi in huiusmodi tabernaculis: occurret manna celeste:⁊ angelorum panem manducabis. Incipe tantum: nec te perterreat (vt diximus) solitudo deserti. Cito in consortium tuum etiam angeli venient: quos sub specie cedrorum arbitror indicatos. Sed nunc videamus quid etiā de Christo prophetet. Ipse est enim: de quo dicit. Exibit homo de semine eius:⁊ dominabitur gentibus multis:⁊ exaltabitur Gog regnū eius: ⁊ crescet regnum eius. Deus deduxit eum ex Egypto sicut gloria vnicornis. Christus ergo est: qui exijt de semine israel secundum carnē: qui quomodo gentibus dominetur: expositione non indiget: maxime qui legat dictum ei a patre. Pete a me:⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam:⁊ possessionem tuam terminos terre. Quid est autem quod ait: exaltabitur Gog regnum eius? Gog super tecta interpretatur. Et in loco isto non pro gentis alicuius nomine (vt putatur) positum est: sed vt in aliis nonnullis ipse sermo Hebreus non interpretatus relictus est:⁊ ob hoc quasi de gente aliqua dictum videtur. Est ergo sermonis cōsequentia talis. Et exaltabitur super tecta regnum eius:⁊ crescet regnum eius. Exaltari autem super tecta de perfectione credentium dicitur. Crescere autem ad multitudines refertur. In ijs ergo qui perfecti sunt super tecta exaltatur regnum Christi: idest super eos etiam: qui in supernis sunt:⁊ in superioribus habitant. Sunt enim fortassis aliqui etiam in celestibus: a quibus plus proficiant ⁊ altius exaltentur ij: qui in regno Christi sunt. Et ideo etiam credo ipse Saluator dicebat. Qui in tecto est: non descendat tollere aliquid de domo: monens vt ij: qui ad excelsam perfectionem venerunt: non iterum ad mundi huius: qui nunc domus appellatur: humilia ⁊ abiecta descendat. Sed ⁊ illud: quod ait: quod audistis in aures: predicate super tecta: ad hoc nihilominus respicit.

Sic ergo exaltatur super Gog regnum eius: ⁊ crescit regnum eius. Crescit enim dum multiplicantur ecclesie:⁊ fidelium numerus augetur:⁊ in tantum crescit regnum Christi: vsquequo ponat pater omnes inimicos eius sub pedibus eius. Sed ⁊ nouissimum inimicum destruat mortem. Post hec scriptum est adhuc de Christo. Quia Deus deduxit eum ex Egypto: quod in eo completum videtur: vbi post mortem Herodis reuocatur de Egypto:⁊ designat euangelium dicens. Ex Egypto vocaui filium meum. Qui sermo quibusdam ex hoc loco adsumptus videtur:⁊ euangelijs insertus: alijs autem de Osee propheta. Potest autem ⁊ secundum allegoriam intellegi. Quia posteaquam venit ad Egyptum mundi huius: eduxit eum pater:⁊ adsumpsit ad semetipsum: vt viā faceret ijs: qui de Egypto mundi huius ascensuri erant ad deum:⁊ gloria vnicornis eius. Omnia enim demonu3 regna deijciens Christus: vnū suū regnu3: tāꝙ veri vnicornis fundauit in gloria. Cornu.n. pro regno sepe docuimus nominari. Edet (inquit: de eodē adhuc dicēs) gētes inimicorum suorum:⁊ crassitudines eorum emedullabit. Gentes ait: quas inimici sui possidebant: ipse

edet:

edet: destructa virtute inimici. Et crassitudines eorum medullabit: cuꝫ omnē de eis sensuꝫ crassum: ⁊ carnalem extenuat: ⁊ conuertit ad intellegētiam spiritalē. Quod autē crassitudo culpabiliter in scripturis habeatur: idicio erit illud: quod scriptum est. Incrassatū est cor populi huius. Et alibi. Satiatus est: ⁊ icrassatus est: ⁊ recalcitrauit dilectus. Edet ergo gētes: ⁊ cibū habebit eos: qui credunt in eum: sicut ⁊ ipse dicit in euāgelio. Meus cibus est: vt faciā voluntateꝫ eius: qui me misit. Cuius vtiqꝫ voluntas hec erat: vt gētes cōuerterent̄ ad fideꝫ. Quod si (vt superius docuimus) crassitudo culpabilis habet̄: ꝯtrario subtilitas laudabilis habēda est: qꝛ ⁊ spiritus sapiētie: qui intellegibilis: ⁊ sanctus: ⁊ multiplex dicit̄: similiter ⁊ subtilis esse perhibetur: ⁊ iaculis suis sagittabit inimicū. Jacula eius: verba eius sunt: quibus vel diabolū vicit: vel oēs inimicos: ⁊ contradicentes sibi etiaꝫ nūc superat: ⁊ cōfringit. Omnis enim qui peccat: inimicus eius est dū peccat. Si autē audiat verba dei: ⁊ agnoscens peccata sua cōfigatur ex eis: ⁊ compungatur: atqꝫ ad penitētiam conuertatur: veritatis sermone terebratus: etiā ipse dicetur iaculis eius esse confixus. Sed post hec etiam de ipsa passionis dispēsatione cōmemorat: ⁊ dicit. Recūbens requieuit vt leo: ⁊ vt catulus leonis: quis excitabit eum? Requieuit vt leo: cuꝫ in cruce: positus: principatus: ⁊ potestates exuit: ⁊ triūphauit eas in ligno crucis. At catulus autem leonis: cū resurgit a somno mortis. Quod aūt leoni simul ⁊ catulo leonis comparatur: potest adhuc ⁊ propter hoc intellegi: vt in ijs: qui pfecti sunt: leo. In ijs vero: qui insipientes sunt ⁊ rudes: catulus leonis nominetur. Quod vero ait quis suscitabit eum? Jdcirco qꝛ nunc a patre dicitur suscitatus: nūc etiā ipse templū corporis sui post triduum suscitare se dicit: ⁊ merito in hoc quasi percunctantis designatur affectus. Qui benedicūt tibi benedicti sunt: ⁊ qui maledicūt tibi: maledicti sunt. Certum est qꝺ benedicentes Christo benedicti sunt: ⁊ in communione paterne bñdictionis adsumpti. Qui autem maledicunt: maledicti sunt. Si eniꝫ ad populum istum respicias: qui maledicit Christo etiam lachrymabiliter inuenitur esse maledictus. Quid enim aliud euenire posset ijs qui maledicunt sapientie: qui maledicunt veritati: qui maledicunt vite: nisi vt ab ijs omnibus bonis extorres: ⁊ exules iaceant? Hec eniꝫ omnia Christus est. Et qui maledicit Christo tāquam ijs omnibus bonis maledicens: perpetua maledictione damnatus est. Ego tamē puto quod non ille solum maledicat Christo: qui sermonem aduersum eum malediciꝫ profert: sed ⁊ ille: qui sub nomine christiani male agit: ⁊ turpiter cōuersatur: ⁊ inhonestis verbis: vel actibus suis facit nomen eius blasphemari inter gentes: sicut e contrario non ille: qui sermonibus solis dominum benedicit: ipse benedicere putandus est: sed qui actibus: ⁊ vita ⁊ moribus suis facit ab omnibus nomen domini benedici: ⁊ in istis magis complebitur quod tertia prophetia Balaam designat: qꝛ benedicentes Christo benedicuntur: ⁊ maledicentes ei maledicti erūt. Propter quod omnimodis caueamus: ne ꝑpter actus nostros Christi nomen blasphemetur: sed magis id agamus vt benedictionibus eius participes esse mereamur. Ipsi gloria: ⁊ benedictio in secula seculorum. Amen.

¶Homilia.XVIII.

Quartam nunc prophetiaꝫ ex ijs: q̄ Balaam in verbo dei locutus est: in manibus adsumimus: volentes etiam de ipsa: que deus dederit aperire. Cui tamen prophetie similia: vt in superioribus in prefatione p̄misssa sunt. Ait eniꝫ. Et iratus est Balach aduersum Balaam ⁊ plausuꝫ dedit manibus suis. Et dixit Balach ad Balaam. Maledicere inimicum meum vocaui te: ⁊ ecce benedicēs benedixisti tertio? Nunc ergo fuge in locuꝫ tuū: dixi: honorabo te: ⁊ nūc fraudauit te dominus honore. Ostendit in ijs: quia ⁊ Balach intellexerit non iam demonū ministerio decipi Balaam: sed dei virtute ad meliora trāsferri: ⁊ iō dicit: dominus fraudauit te honore. Sꝫ hec: que plana sunt transcurrentes: ad sequētia veniamus. Et dixit Balaam ad Balach. Nōne ⁊ nūtijs tuis: quos misisti ad me locutus suꝫ dicens: si mihi dederit Balach plenaꝫ domū suam argento: ⁊ auro: non potero transgredi verbum domini: facere illud bonum: aut malum apud meipsum? Quecunque mihi dixerit Deus hec dicam: ⁊ nunc ecce redeo in locum meum. Sciens Balaam: quod non sibi p ministros solitos responsa deferentur: sed ab eo: qui haberet omnium potestatem: recte videtur protestatus non se posse verbum domini transgredi: ⁊ facere vllum pusillum: aut magnum apud semetipsum. Non enim ille loquebatur ei: qui posset sacrificijs: ⁊ muneribus permutari: sed ille erat: apud queꝫ nō est transmutatio: nec commutationis vmbra. Et ideo non potest sacerdos mercede mu-

tari: vbi deus muneribus nō mouet. Discessu rus tamen Balaam incipit iterum pphetare: & dicit. Veni ɔsilium do tibi quid faciat popu lus hic populo tuo i nouissimis diebus. Et ad sumpta parabola sua ait. Sz priusquaz ad explanationem eorum: que prophetata sunt: veniamus: veliz requirere quis iste sensus sit: vel quis ordo verboꝝ: qđ ait. Veni & consiliū do tibi: & ɔsilij qdem nihil dare videt: sed ait qd facturus sit populus hic populo tuo i nouissimis diebus. Cū vtiqz ɔuenientius dictum videret si diceret: veni pphetο tibi: qd facturus sit populus hic populo in nouissimis diebus: & eēt vtiqz cōsequentia: vt videretur Balaaz pphetare de ijs: que populus israel facturus esset populo Balach: vel ceteris gentibus: & quod in virtute faciet ita vt non relinquat ex vrbibus Moab vllū: qui saluus fiat. Sz & pphetia nihilominus: quā de Christo cōfīgit in ɔsequētibus: & dicit. Orief stella ex Jacob: & exsurget homo ex israel: & vastabit principes Moab: cō uenienter posita videret si scriptū esset: veni: & propheto tibi. Nunc aūt qd dicemus ad hoc: quod scriptū est: veni ɔsilium tibi do quid faciet populus hic populo tuo. Requiramus ergo quomodo intellegi debeat quod scriptū ē: consiliū tibi do. De quo sepe apud memetipsum requirens: nullum potui exitum inuenire sententie: si hoc quod ait consilium tibi do: cō muni & vsitato more dictuz putemus. Sed illud magis vidi esse conueniens quod ait consiliuz tibi do: vt ita dixisse intellegatur: consiliū diuinū quod in nouissimis diebus implendum est: mihi nūc reuelatum: aperio tibi: & manifesto: vt scias qd populus hic faciet populo tuo. Et hoc modo stare mihi visum est posse quod ait: consiliū tibi do quid facturus est populus hic populo tuo: hoc est consilium dei enūcio tibi: & manifesto. Requirēti sane mihi sicubi forte in scripturis diuinis sub hoc sermone simile aliquod dictum posset occurrere: visum est etiam & illud similiter aduertēdū: quod Apostolus ait. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis ei consiliarius fuit: Hic eniz quis: non pro nullo: sed pro raro: vel eximio habet. Quomodo enim non cognouit sensuz dei vnigenitus suus: qui dicit: nemo nouit patreʒ: nisi filius: & cui voluerit filius reuelare: Quid est ergo aliud scire patrem: nisi scire: & consilium eius: & sensum: Sed & spiritus sanctus q scrutatur etiā alta dei. Quid ni sensum eius agnoscat: Agnoscit ergo & filius: & spiritus sanctus sensum domini: & ij: quibus voluerit filius reuelare. Quod si agnoscit filius sensum dei: est ergo & consiliarius eius. Sed consiliarius non ita accipiendus est: quasi ignorāti ei qd agat: consilium det filius: aut spiritus sanctus: sed quod ɔsilij: & volūtati eius particeps: & sciēs sit filius: & spiritus sanctus. Simili ergo modo & Balaam: q2 cōsilij: quod ei reuelauerat deus participem faciebat & gnarū Balach ait. Veni consiliuz tibi do: tāquā qui vere videns sit: & vere audierit verba dei: sicut in cōsequētib9 dicit. Dixit Balaā filius Beor. Homo vere videns: & audiens sermones dei: sciēs scientiaʒ excelsi: & visionē dei videns in somnis: reuelati oculi eius. De ijs oībus iam supius diximus: quia & in pfatione tertie prophetie eadem scripta sunt. Hoc sane solum in psenti videt additum quod ait. Sciēs sciētiam excelsi. Hoc enī in superioribus non est dictum de Balaam: qđ quidem nec facile de quoquam omnium sanctorum prophetaꝝ scriptum esse dephendi. Unde & valde miror quomodo hoc de Balaā scriptum est: cui nec hoc concessum est dicere: quod prophetis eē in vsu solet: hec dicit dominus: sʒ ait dixit Balaam: dixit homo vere vidēs. Sic deinde & quomodo dignum erit tantuʒ istud intellegi de Balaam: vt sciat sciētiā excelsi. Qui etiā Balach regē docuerit quomodo scandalum mitteret coram filijs israel: vt manducarent immolata: & fornicarentur: Vix enim de sanctis prophetis: aut apostolis inueniet aliquis dictum: quia sciant sciētiā excelsi. Quāuis Paulus dixerit audisse se vba nenarrabilia: que non licet homini loqui: tamē non est professus habere se sciētiam excelsi. Propter quod diligētius intēdamus si forte dignum aliquid nobis deus super hoc sermone reuelare dignabit. In libro: qui apud nos quidē inter Salomonis volumina haberi solet: & Ecclesiasticus dici: apud grecos vero sapiētia Jesu filij Sirach appellatur: scriptum est. Omnis sapientia a deo est. Quod fortasse possumus ita itellegere: quasi a deo sit & illa sapientia mūdi huius: que destruenda dicitur. Et principū mundi huius: & siqua alia est: per quā falsa sciētia cōmendatur: nisi in ipso libello in consequētibus diceretur. Non est eniz sapiētia: malitie disciplina. Per quod vtiqz docet: quia omnis disciplina: que falsi aliquid adferit etiam si vehemēs videatur: & verisimilis: & que subuerti difficile possit: tamen nequaquam huiusmodi scientia ad sapiētie titulum debeat applicari. Quid ergo est quod ait oīs sapiētia a deo est: Illud mihi sensisse videtur: q2 omnis peritia: que vel erga artem aliquam vsui humano necessaria habetur: vel cuiuslibz

rei scientia:

rei scientia: sapientia dicatur a domino data.
Deniq; apud Job scriptū est. Quis dedit mu
lieribus texēdi sapiētiam: ⁊ varietatis discipli
nā? Sz ⁊ in Exodo. Locutus est (inquit) do
minus ad Mosen dicēs. Ecce vocaui nomina
tim Beselehel filiū Vri: fili Or: ex tribu Ju-
da: ⁊ repleui eū spiritu diuino: sapiētie: ⁊ intel
lectus: ⁊ discipline: vt in omni opere itellegat:
⁊ sit architectus ad opandum argētum: ⁊ au-
rum: ⁊ es: ⁊ lapides repletiōis: ⁊ omnia oϸa fa
brilia: ⁊ in ligno: vt opetur ṗm omnia oϸa: ad
que ego dedi eū. Sed ⁊ Eliab filium Achisa-
mach ex tribu Dan: ⁊ dedi in cor omni prudē
ti intellectū: vt faciant omnia: que constitui ti-
bi. Considera ergo ex ijs omnibus quomodo
a domino est sapientia fabrilis: siue in auro: si-
ue in argento: siue in alia quacunq; materia:
vel etiā textrini sapientia: ⁊ vide quia iure di-
ci de ijs oībus pōt quod horū sciētia ab excel
so sit. Quod si fabrilis scientia ab excelso eē de
clarat: quomodo nō ⁊ geometrica: ex qua vti-
que hec sciētia: quā scriptura architectonicā
nominat: deriuatur? Deniq; ⁊ i Zacharia fu-
niculus geometricus dicitur: in quo dimetit
angulus Hierusalem: ⁊ ideo non puto absur-
dum videri si etiam hec sciētia dicatur excelsi.
Quid autē dicemus de musica: cuius omnem
peritiam ita attigerat sapiētissimus David:
ac totius melodie: ⁊ rhithmorū collegerat di
sciplinas: vt ex ijs omnibus iueniret sonos: q-
bus posset etiam perturbatum regē: vexatūq;
ab spiritu maligno psallēdo mitigare? Vnde
non puto aliquē recti sensus: quod in horū ol-
um scientia neget: quia omnis sapientia a do-
mino est. Jam vero de medicine sciētia nec du
bitari puto. Si enim est vlla sciētia a deo: que
magis ab eo erit? quā sciētia sanitatis: in qua
etiam herbarum vires: ⁊ succorū qualitates:
ac differētie dinoscuntur? Igitur ex ijs omni-
bus colligitur quod etiam huius Balaā sci-
entia pro qua accersitus est ex Mesopotamie
montibus ab oriēte: vt malediceret Jacob: ha
beat quidē initia: ⁊ originē ab excelso: ⁊ ide sit
ei agnitio qua didicerit vel naturas animaliū:
vel motus auium: vel differentias vocum. Sz
ea que ad sciētiam bonorum acceperit: contu-
lisse se ad vsum malorum: quod mihi simile vi
detur: quasi si is: qui medicinā didicerit: ⁊ her
barum vires: ac temperamēta cognouerit me
dendi: sine dubio gratia a deo hominibus da-
ta: conuertere velit ꝑpositum: ⁊ omnia ad sci-
entiam: que ad salutem corporum prestita est:
vtatur ad malū: ⁊ pro medico venenarius fi-
at: pro remedijs morbos: pro sanitatibus infe-
rat mortes. Vt autem amplius intellegamus
adhuc totius sciētie sapiētiam a deo originem
trahere: ab hominibus autē mali ꝑpositi: vel
etiam a demonibus corruptelas quasdam sa-
pientie dei ammiscētibus declinari ad malū:
relegamus ea: que in Daniele scripta sunt: de
ipso Daniele: ⁊ tribus amicis eius: quos Na-
buchodonosor rex tribus annis erudiēdos tra
didit: volens eos in sua idē patria: ⁊ Babylo-
niorū sapiētia sciētissimos fieri. Ibi ergo scri
ptū est: qr dedit eis dominus sciētiam: ⁊ intel-
lectū: ⁊ prudentiam in omni arte grāmatica: ⁊
Danieli dedit intellectū in omni v̄bo: ⁊ visio-
ne: ⁊ somnijs: ⁊ erant apud regē: ⁊ in omni ver
bo: ⁊ prudētia: ⁊ disciplina in quibuscūq; que-
siuit ab eis rex: inuenit eos decuplo amplius:
quā erant sophiste: ⁊ philosophi: qui erant in
omni regno eius. Et hec quidē in exēplaribus
septuaginta interpretū habētur. In Hebreo
rum vero codicibus aliquid etiā vehemētius
reperi: quibus quāuis nō vtamur: tamē agno
scēdi gratia dicemus etiam ibi que legimus.
Dedit (inqt) deus intellectum: ⁊ prudētiam
in omni grāmatica sapientia: ⁊ Daniel intelle
xit in omni visione: ⁊ somnijs. Et post pauca.
Et steterunt (inquit) in conspectu regis: ⁊ in
omni verbo sapientie: ⁊ discipline: in quo que-
siuit ab eis rex: inuenit in eis decuplo super oēs
incantatores: ⁊ magos: qui erant in omni re-
gno eius. Ex ijs ergo omnibus potest intellegi
quomodo ⁊ Balaā dixerit de semetipso: qui
scit sciētiam excelsi: scilicet vt intellegatur qō
origo totius scientie ab ipso acceperit exordiū.
Vitio autē humane malitie ab spirantibus:
⁊ subripientibus etiam demonibus in perniciē
versa sint: que pro vtilitate concessa sunt. Hec
de eo: quod dixit sciens scientiam excelsi a no-
bis: pro viribus discussa sint. Post hec ait: vi-
sionē dei vidēs in somnis: reuelati oculi eius.
De ijs sufficiēter in tertia visione dissertū est:
⁊ eadem repetere ociosū est. Videamus ergo
quid est: quod in consequentibus dicit: ostēdā
ei: ⁊ non modo Beatificabo: ⁊ non appropin-
quat. In alijs quidem exemplaribus legimus
videbo eum: sed non modo. Quod si recipia-
tur: facilius intellegi putabitur: vt Christū:
de quo in consequentibus dicit. Orietur stel-
la ex Jacob: ⁊ exsurget homo de israel: viden-
dum dicat esse: sed non modo. Hoc est: nō eo
tempore quo ista loquebatur. In nouissimis
enim diebus: vbi venit plenitudo tēporis: mi-
sit deus filium suum. Sed si secūdū hoc: quod
nos habemus in exemplaribus: legendum sit:
hoc est ostendam illi: ⁊ non modo: beatifico: ⁊

non appropinquat: non ad hunc Balaā: per
que in hec dicūtur: sȝ ad illos: quoꝝ psonā ha
beri in hoc diximus: referř. Illi enim doctores
legis: ⁊ scribe ostēdēt Christū in lege ⁊ pphe
tis prophetatū: sȝ non modo: hoc est nō eo tem
pore: quo venit: sȝ cum plenitudo gētiū introie
rit: ⁊ cum oīs israel saluari incipiet. Tunc eum
ostēdēt: ⁊ tūc beatificabūt: quē modo blasphe
mant. Sȝ hoc tēpus: in quo hec futura sunt:
nō appropinquat: lōge enim est: ⁊ in ipso secu
li fine sperādum: ⁊ ideo ait: ostendam illi: ⁊ non
modo. Illi: hoc est populo: qui tūc saluabitur.
Post hec orieř (inqt) stella ex Jacob: ⁊ exsur
get hō ex israel. De iis ⁊ in superioribus dixi
mus: q̄ euidēter de stella: que magis in oriēte
apparuit: prophetař. Qua duce venerūt ad iu
deā: requirētes eū: qui natus est rex israel: ⁊ rep
tum oblatis muneribus adorauerunt. Sed mo
uet me: quod de ipsa stella posteaq̄ dictum est
in euangelio: quia precesserit magos vsqȝ in
Bethleē: ⁊ veniēs stetit supra: vbi puer erat:
vltra non sit dictum: q̄ vel discesserit inde: vel
euanuerit: vel assumpta sit: aut aliquid omni
no de hoc narratio euāgelica designauerit: sȝ
hoc tantum dixerit: q̄ venit: ⁊ stetit supra: vbi
erat puer. Ne forte ergo sicut tempore baptis
mi: cum baptizatus Jesus: ascēdit de Jorda
ne: apti sunt ei celi: ⁊ vidit Joānes spiritum dei
descēdētem quasi colūbam: ⁊ manētē sup eū:
⁊ audiuit vocem dicētem de celo. Hic est filius
meus dilectus: in quo bene cōplacui: ita ⁊ stel
la hec: que venit supra vbi erat puer: ⁊ stetit: in
Christo similiter permāsit: sicut ⁊ spiritus san
ctus in specie columbe venisse dicitur: ⁊ man
sisse in eo: ⁊ sicut venisse spiritum dei super eū:
⁊ mansisse in eo: ita accipimus quod nūq̄ ab eo
recesserit spiritus dei: ita ⁊ stella: q̄ venit: ⁊ ste
tit super eum: accipiendum puto quod sic stete
rit super eum: vt nūquam inde mota sit. Et iō
deitatis eius indicium illam stellam fuisse opi
nor. Unde ⁊ ordo prophetie hec eadem conse
quenter ostendit: cum de deitate quidem eius
dicit: orietur stella ex Jacob. De humana ve
ro natura: ⁊ exsurget homo ex israel: vt i vtro
qȝ ⁊ ꝫm deitatem: ⁊ ꝫm humanitatē Christus
prophetatus euidenter appareat. Et vastabit
principes Moab. Moab quidem gens est: cu
ius principes non alios esse: quam spiritales ne
quitias: ⁊ principatus illos: aduersum quos no
bis luctamen est: intellegimus. Hos ergo iste
homo ex israel vastauit: cum exuit ꝑncipatus:
⁊ potestates: affigens illos cruci sue. Neqȝ enī
poterat saluare Moabitas: ⁊ ad dei agnitio
nem perducere: nisi ꝑncipes illos: qui in eis do
minationem impietatis tenuerāt: deuastasset.
Et predabitur oēs filios Seth. Seth filius est
Adam: de quo Eua dixit cum natus esset: su
scitauit enim mihi deus semen aliud ꝓ Abel:
quem occidit Cain. Iste est ergo Seth: ex quo
omne humanum in hoc mundo duciř genus.
Nam de Cain qui nati fuerant diluuio perie
runt. Filii ergo sunt Seth oēs homines: qui in
hoc mūdo sunt. Et cum dicitur: depredabitur
oēs filios Seth: predam sic accipe: sicut in su
perioribus interpretati sumus: vbi scriptū est:
edet gētes inimicorum suoꝝ: ⁊ vbi catulo leo
nis: ⁊ leoni comparatur. Et hic ergo in predam
accipit oēs filios Seth. Uictis aduersariis de
hominibus eos: qui sub ipsorum dominatiōe te
nebantur. Christus: quasi predam victorie sue
ducit: ⁊ spolia salutis reportat: sicut ⁊ in aliis
de eo scriptum est. Quia ascēdēs in altum: ca
ptiuam duxit captiuitatē. Captiuitatem scili
cet illam humani generis: quam diabolus ad
perditionem ceperat: iste rursus captiuam du
xit: ⁊ a morte reuocauit ad vitam. Utinam er
go ⁊ me captiuum habeat semp Christus Je
sus: ⁊ me ducat in predam suam: ⁊ ego tenear
eius vinculis alligatus: vt ⁊ ego dici merear vi
ctus Jesu Christi: sicut Paulus de semetipso
gloriař. Et erit Edom hereditas eius. Esau
inimicus eius. Edom idem est: qui Esau. Hic
ꝫm historiam quidem inimicus est israel: sed in
aduentu (inquit) Christi etiam ipse hereditas
eius erit: hoc est recipietur ad fidem: nec exclu
detur ab hereditate Christi. Si vero spiritali
ter aduertamus Edom: caro intellegitur: que
aduersatur spiritui: ⁊ est inimica. In aduentu
autem Christi cum subiecta fuerit caro spiri
tui per resurrectionis spem: etiam ipsa ad he
reditatem veniet. Non enim sola anima: sed ⁊
caro: que aliquādo fuerit inimica per obedien
tiam spiritus: psors future hereditatis existet.
Et israel fecit in virtute: hoc est qđ dicit: quia
tūc Edom: vel Esau: hoc est carnis natura in
hereditatis societatē vocabitur: cū israel aīa
videlicet: facta fuerit in virtutem: ⁊ decēter fue
rit repleta virtutibus. Si enim anima non ve
niat ad virtutes: sȝ in ignauia pseueret: nec ca
ro ad hereditatem veniet: sed ad iudicium il
lius: qui pōt aīam: ⁊ corpus pdere in gehēnam
⁊ exsurget ex Jacob: ⁊ perdet liberatum de ci
uitate. Ille (inqt) qui exsurgit vt stella ex Ja
cob perdet liberatum de ciuitate: non in hoc so
lum: sed in omni pene pphetico stilo que dicū
tur: inuoluto satis: ⁊ obscuro sermone dicun
tur. Non enim placuit sancto spiritui: qui de
iis scribi voluit: vt palam hec ⁊ pedibus (vt ita
dicam)

128

dicam) imperito p occulcāda ponerētur. Sed ita puidit: vt cū publice haberi videantur: sermonū tamē obscuritate recōdita in arcanis: & in secretis obtecta seruent. Et nūc ergo quod ait pdet liberatum de ciuitate: nisi ad ɔsuetudinē propheticam respicias: de qua dī: oīs ꝓphetia non pōt propria absolutiōe ɔstare: valde difficilis videbit intellectus. Videamus tñ si forte hoc modo poterit explanari. Ciuitatē hic mūdū intellegamus: sicut & in euangelijs dī de luxurioso filio: q dilapidauit substātiam patris. Quia accessit (inqt) ad quēdam pmarius ciuitatis: in regiōe illa. A quo receptus: in agrū mittit porcos pascere. Et hec ergo ciuitas: cuius ille primarius erat: mūdus hic intellegitur. Igit de hac ciuitate liberatū: hoc est: quē liberat Christus de hoc mūdo: perdit eū. Dicit enim. Quia q pdet aīam suā pp me: saluam faciet eam. Salutari ergo pditione pdit Jesus eū: quē de huius mūdi ciuitate liberauerit. Et nos itaqz si ad salutē venire volumus: & de hoc mūdo liberari: pdere debemus aīas nostras pditione vtili: & necessaria. Perdit enī aīam ꝫm Christū: qui desyderia eius refrenat: q cupiditates eius resecat: qui luxuriam eius: resolutionemqz castigat: & in nullo prorsus facit voluntatē suam: sꝫ volūtatē dei: & p hec perire dicit aīa. Perijt nāqz vita eius prior: & incipit nouam vitā: que in Christo est: ducere. Simile autē huic dicto etiā illud ē. Si cōmorimur: & conuiuemus. Et illud. Si autē mortui estis ab elemētis huius mūdi: quomodo velut viuētes i hoc mūdo decernitis? Necessario ergo etiam in ijs declaratur: qꝛ perdit aīam suam in hoc mūdo: qui cum Christo moritur: & qui hic eā perdiderit: inueniet eam ibi sine dubio: vbi dicit Apostolus. Quia vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Cui gloria in eterna secula seculorum. Amen.

De visiōe qnta Balaā. Homilia. XIX.

Quinta hec nobis: eademqz vltima Balaam visio discutitur: de qua similiter: vt in ceteris dominum deprecemur: quo in fine non deserat: vt possimus huius quoqz visionis sensum haud pcul a veritate captare. Est ergo initium eius in ijs verbis. Et cum videret (inquit) Balaam Amalech: adsumens parabolam suam dixit. Initium gentiū Amalech: & semen eorum peribit. Necessarium mihi videtur requirere in scripturis diuinis quibus in locis: vel quo in tempore nomen Amalech scriptū sit: quoue ex genere gens ista descenderit. Facilius enim quod queritur agnoscetur: si ex pluribus locis: que de eadē rescripta sunt: proferantur. Igit in Genesis lectione: vbi quinqz reges conuenerunt: vt expugnarent quatuor reges qui regnabant in Sodomis: post aliquāta ita refertur. Et regressi (inquit) venerunt ad fontē iudicij: hic est cades: & interfecerūt oēs pncipes Amalech & Amorreos: qui habitabant in Sarathen. In his pmo locis Amalech memini nominatū. Sꝫ requiratur fortassis vtrum due gētes eiusdē nominis habeantur: quoniam quidē & in catalogo filiorū Esau: & ducū: qui ex eius genere descēderant: refertur Amalech. Ita.n. scriptū est. Iste sunt autē generationes Esau patris Edom: in monte Seir: & hec nomina filiorum Esau. Eliphas filius Ada vxoris Esau. Et Raguel filius Basemmath vxoris Esau. Fuerūt aūt filij Eliphas Themar. Suphar: Gothon. Cenes. Tānas aūt fuit ɔcubina Eliphas filij Esau: & hec pepit Amalech ipsi Eliphas: & isti sunt filij Ada vxoris Esau: & post pauca: & ij sunt (inqt) duces ex filijs Esau. Filij Eliphas: qui fuit pmogenitus Esau. Dux Theman: dux Chomor: dux Sophar: dux Cenes: dux Chore: dux Gothon: dux Amalech. Hic igitur Amalech: filius fuit Eliphas primogeniti Esau: natus ex ɔcubia noīe Thāna. Sed redeamus ad primam de Amalech commemorationem: vbi ij qui reuersi sunt: & venerūt ad fontē iudicij: q vocatur Cades: interficiūt oēs principes Amalech. Cades enī interpretat sanctificatio: vel sanctū. Amalech \xo interpretat ablingēs populū: vel declinās populū. Igit ij: qui reuertunt ad sanctū: & ɔuertūt se ad sanctificationē: interficiūt: & perimūt Amalech illū scilicet qui ablingit populū: vel declinat populū. Quis autē alius est: qui declinat populū a deo: nisi virtus cōtraria: & neqtie spiritales? Hor ergo pncipes q sunt? Illi sine dubio pncipatus: aduersū quos sanctis ē colluctatio. Aduersū pncipatus enim & potestates: & mundi huius rectores sunt ei agones. Quos tñ superare nō poterunt: nisi ɔuertantur ad sanctimoniā. In ipsa tñ sanctimonia: que est cades: fons est iudicij. Omnis.n. qui se ad sanctimoniam cōuertit: habet semp ante oculos suos fontem iudicij. Prospicit enī iudicij diem: & purificato corde tam malorum penas quā piorum beatitudines contuetur: & hec faciens omnes Amalechitarum principes psternit: & deijcit. Siquis autem non se conuerterit ad cades: idest ad sanctimoniam: fontemqz iudicij: neqz futurum iudicij cogitat diem: isti

subiecti sunt principibus Amalech. Nūc eniꝫ
populū ablingit ⁊ consumit: ⁊ talem populum
declinat a deo. Hec ad illum primū referātur
Amalech. Nūc auteꝫ videamus ⁊ istū Ama-
lech filium Eliphas primogeniti Esau: quem
peperit ei Thānas ꝯcubina sua: cuius pater ē
Eliphas: qui interpretatur deus me dispersit.
Mater autē Thamnas: que ⁊ ipsa ꝑmo qdem
est degener: deinde interpretaꝛ defectio cōmo-
ta: ⁊ necessario vtiqꝫ qui ab his talibus gigni-
tur: hostis est israel ablingēs: vel declinās po-
pulum. Primus.n.ipse Hebreos egressos ex
Egypto bello aggressus ē in Raphidin. Tūc
cum Moses ait ad Jesum. Elige tibi viros: ⁊
exi: ⁊ cōflige cuꝫ Amalech crastino: ⁊ ecce ego
sto in vertice collis: ⁊ virga dei in manu mea
erit: ⁊ fecit Jesus sicut dixit ei Moses: ⁊ confli
xit cum Amalech. Moses autem: ⁊ Aaron: ⁊
Ur: ascēderunt in verticem collis: ⁊ factum ē:
vt cum leuaret manus Moses: inualesceret is-
rael. Cum aūt deponeret manus suas: inuale-
scebat Amalech. Et post pauca iteruꝫ scriptū
est: qꝛ fugauerit Jesus Amalech: ⁊ populum
eius gladio deiecerit: tūc enim dominus dixit
ad Mosen. Conscribe hec ad memoriam in li
bro: ⁊ da in auribus Jesu. Quia delēs delebo
memoriam Amalech de sub celo. Et edifica-
uit Moses altare: ⁊ nominauit nomē eius: do
minus refugiuꝫ meū: ⁊ ait. Quia in manu oc-
culta dn̄s expugnat Amalech: a generatione
in generationem. Intellege ex hoc euidentius
quid debeat intellegi Amalech: quē manu oc
culta: idest inuisibili: expugnare dicitur deus
a generatione in generationem. Sꝫ ⁊ in Deu
teronomio ita scriptum est. Memento quan-
ta tibi fecerit Amalech in via cum exisses de
Egypto quomodo obstitit tibi in via: ⁊ excidit
caudam tuam: omnes qui laborabant post te.
Tu autē esuriebas: ⁊ laborabas: ⁊ non timui-
sti deū. Obserua ergo ⁊ in ijs quomodo Ama
lech obstitit israel in via: sed tamen non potu-
it caput eius abscidere: nisi caudā tātum: idest
eos potuit obtinere: qui retro positi erant: qui
vltimi sequebantur: nec ea: que retro erant:
obliuiscētes: extēdebāt se ad ea: que in añ sūt.
Et ideo puto qꝛ dominus ꝑcipiebat in euan-
gelijs dicēs. Nemo mittēs manum suam sup
aratruꝫ: ⁊ retro respiciēs: aptus est regno dei:
⁊ merito. Si enim retro quis inuentus fuerit
in cauda: abscidet eum Amalech. Sꝫ ⁊ aliam
adhuc de Amalech historiā ꝓferamus: vt ex
pluribus scripture locis clarius qđ querimus
aduertatur. In primo Regnorū libro ait Sa-
muel ad Saul. Misit me dn̄s vngere te regeꝫ
sup populū suum israel: ⁊ nūc audi vocē ꝟbo-
rum domini. Hec dicit dn̄s virtutum. Reco-
gitaui omnia: que fecit Amalech aduersuꝫ is-
rael: quomodo percussit eū in via cum ascēde-
ret ex Egypto. Nūc ergo vade: ⁊ ꝑcute Ama
lech: ⁊ anathematiza omnia quecūqꝫ habet: ⁊
nō parcas: sed interfice omnes: a viro vsqꝫ ad
mulierem: ⁊ paruulos: ⁊ lactentes: ⁊ tauros: ⁊
greges ouium: ⁊ camelos: ⁊ asinos: ⁊ precepit
Saul populo: ⁊ inspexit eos in Galaad ducen
ta millia peditū: ⁊ tria millia virorꝫ ex Juda:
⁊ venit Saul ad ciuitatem Amalech: ⁊ insidi-
as posuit in valle: ⁊ ait Saul ad Cineuꝫ. Ua-
de tu: ⁊ discede de medio Amalech: ne forte ⁊
tu deijciaris cum ipso. Tu enim fecisti miseri-
cordiam cū oībus filijs israel: cuꝫ ascenderent
de terra Egypti: ⁊ discessit Cineus de medio
Amalech: ⁊ ꝑcussit Saul Amalech ab Euila
vsqꝫ Sur: que est ꝯtra faciem Egypti: ⁊ cepit
Agag regem Amalech viuū: ⁊ oēm populuꝫ
eius anathematizauit in ore gladij: ⁊ pepercit
Saul: ⁊ populus regi Agag: ⁊ seruauit omne
quod bonuꝫ erat ex ouibus: ⁊ bobus. Sꝫ ⁊ que
secunda erant ex omnibus pecoribus bonis: ⁊
noluerūt ea exterminare: sed omne qđ fuit con
tēptibile ⁊ despectū: hoc anathematizauerūt.
Et factus est sermo domini ad Samuelem di
cēs. Penitet me: qꝛ vnxerim Saul in regem.
Et hic ergo obserua quomodo deus per pro-
phetam regi Saul ꝑcipit: vt expugnet Ama-
lech: ⁊ non parcat cuiquā ex eis: ⁊ quoniaꝫ pe-
percit regi Amalech Agag offensam incurrit
inexpiabileꝫ: ita vt eousqꝫ ꝓmoueret deum: vt
cōtra quam recipit illa natura diceret: penitet
me quod vnxi Saul in regē. Non ergo expe-
dit nobis parcere illi: qui declinat populū: vel
ablingit: ⁊ deuorat: illi scilicet inuisibili Ama-
lech: qui volētibus ascēdere de Egypto: ⁊ de
mundi huius euadere tenebris: atqꝫ ad terraꝫ
repromissionis ascendere: resistit in via: ⁊ impu
gnat nos: ⁊ si inuenerit nos lassos: ac defectos:
⁊ retro respiciētes: atqꝫ ī vltimis: ⁊ ī cauda po-
sitos: abscindit nos ⁊ perimit. Et iō tēdēdum
semꝑ in ante est: ⁊ ad priora festinādum: imo ⁊
in verticē montis ascēdendum: ⁊ semper leuā-
de sunt in oratiōibus ad celū manus: vt ita de-
mum vincatur Amalech: ⁊ cadat. Scis autem
scire quoniam non trāsitur ad terram sanctā:
neqꝫ peruenitur ad regnū: nisi prius vincatur
Amalech. Dauid cum multa bella gessisset:
⁊ contra Allophylos fuissent ei acerrimi: fre-
quentesqꝫ conflictus: non tamen scribitur ob-
tinuisse regnū: nisi ꝑus edomuisset Amalech.
Ait enim scriptura: ⁊ regressus est Dauid po

steaquam

fteaquam cecidit Amalech: et suscepit regnum Saul: cum tamen ipse Amalech describatur multas prius strages fecisse in populo israel: et vrbes eorum incendisse quamplurimas. Vere enim ante aduentum veri David: illius qui natus est ex semine David secundum carnem: multas strages spiritales Amalechite: que sunt contrarie virtutes fecerunt in populo israel. Sed et ipsius David captiuarunt (inquit) duas vxores. Judeorum puto primum: et secundum gentilem populum dici: et iudeos enim et gentiles omnes constat sub peccato fuisse conclusos: sed non in his rerum exitus mansit. Adueniens enim David audi quid faciat. Et inuenit (inquit) David dispersos Amalechitas manducantes: et bibentes: et exultantes pro preda: quam abstulerant. Et cecidit (inquit) eos a prima nocte vsque vesperam in crastinum. Et post hanc cedem Amalechitarum: regressus suscepit regnum. Nunc ergo Amalech videns Balaam filius Beor: homo vere videns: et audiens verba dei: qui scit scientiam excelsi: et visiones dei videt: accepta parabola sua (sicut et in prioribus visionibus scriptum est) ait. Initium gentium Amalech: et semen eorum peribit. Quod ait initium gentium Amalech: certum est: quia nullo pacto ad illum: qui tunc erat in carne. Amalech referri possit. Neque enim primus erat antiquitatis origine: sed ad inuisibilem Amalech melius refertur: quia declinando populos a deo: et faciendo gentiles ex dei cultoribus. Amalech nominatur. Et ideo recte initium gentium dicitur: quasi talis quedam virtus contraria: que prima initium dederit: vt homines gentiles fierent: mutando gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: et volucrum: et pecudum: et serpentium: et seruiendo creature: potius quam creatori. Sicut enim in populo dei scriptum est initium Christus: sic e contrario in populo qui declinat a deo: et gentilis efficitur: initium est Amalech: et semen eorum peribit. Semen eorum est persuasio: et doctrina: qua docuerunt homines declinare a deo. Istud ergo semen malum: et doctrina pessima: non ipsi in quibus seminatum est: peribunt. Ipsi enim cum conuersi ingemuerint: salui erunt. Et vide si non talis expositio etiam illis conuenienter obsistet: qui deum legis velut duritie: et crudelitatis accusant: qui non solum gentem Amalech: sed et semen eius pronunciet periturum: cum gens quidem ad spiritales nequitias referatur. Semen vero eius doctrina superstitionum gentilium: et cultus idolorum atque omnis secta: que a deo populum declinare suadet: exponatur. Commemorat autem prophetia post Amalech Cineum dicens. Et videns Cineum: adsumens parabolam suam dixit. Valida habitatio tua. Et si posueris in petra nidum tuum: et si fuerit tibi Beor nidus astutie. Assyrii captiuum te ducent. Videtur mihi quod Cineum non valde culpabiliter nominet. Ipse est enim cui et in superioribus dicebat Saul. Discede de medio Amalech: et non percutiam te. Quia tu fecisti misericordiam in israel: cum ascenderet de Egypto. De hoc ergo et nunc dicitur: quia valida sit habitatio eius: si ponat nidum suum in petra. Petra Christus est. Si ergo ponat nidum suum in petra: valida est habitatio eius: si tamen non fiat ei Beor nidus astutie. Beor: pater est Balaam: qui potest accipi in persona hereticorum: vt hoc dici videatur: quod saluus possit esse Cineus: si ponat in petra nidum suum: hoc est si in Christo collocet spem suam: et non eum hereticorum circundet: et circumferi bat astutia. Nam si hoc fuerit: nihil ei proderit quod in petra: qui est Christus: collocatus videtur. Ab Assyriis enim captiuus ducetur: malignis scilicet virtutibus: que eos captiuos ducunt: et in potestatem accipiunt: quos hereticus error inuoluerit. Videtur sane secundum hanc expositionem: quam de cineo edidimus: et coniunctio interturbare sensum. Sed sciendum est quod vernaculum est hebree lingue: et coniunctione frequenter vti. Ita vt interdum abundet: et in non necessariis: vt in nostra apparet lingua: videatur inserta: quod vtique cum venia accipiendum est. Habet enim vnaqueque lingua aliquid proprietatis: quod apud alias linguas vitiosum videatur. Et hic ergo: et: coniunctio quasi abundans habenda est: et superflua. Caueat ergo Cineus: qui interpretatur possidens: caueat inquam etiam si possideat: et promercatur istam gratiam: vt in ecclesia Christi sit: ne forte astutia Beor circumueniat eum: et declinet ad dogmata praua: et peruersa: et ob hoc tradatur Assyriis. Qui enim blasphemant in ecclesia positi: traduntur Sathane: sicut Phygelus: et Hermogenes: de quibus Paulus dicit. Quos tradidi (inquit) Sathane: vt discant non blasphemare. Propterea ergo Assyriis traditur: qui declinauerit in hereticam blasphemiam. Quia Assyrii interpretantur dirigentes: et ob hoc traduntur eis qui traduntur: non vt pereant: neque vt penitus intereant: sed vt dirigantur: et corrigantur. Et sicut ipse Paulus dicit: et discant non blasphemare. Post hec vero Balaam: prophetie sue sermonem in iis concludit dicens. Et adsumpta parabola sua dixit. O quis viuet: cum fecerit hec Deus? Et exibit de manu Cithiorum: et affliget Assur: et affliget Hebreos: et ipsi pariter peribunt. Quod per singula per parabolam loqui dicit

Balaam:legenti incutit pudorem:ne quid in
iis:que dicuntur:non quasi in parabola:sʒ ƀm
litteram dictū putet. Ait ergo. O quis viuet
cum fecerit hec deus? Hic vitam non hanc cō-
munem:sed illam nominat:que ƀm deum est.
Et hoc est:quod dicit. Quia cum hec omnia
fient:cum orietur astrum ex Jacob: ⁊ surrexe-
rit homo ex israel:⁊ deleuerit Amalech: ⁊ se-
mē eius perdiderit:hoc est cū aduenerit Chri-
stus:⁊ idolorum cultum destruxerit:atqʒ oīuʒ
demonum subiecerit potestatem:qs erit ille tā
beatus:tam felix:qui hec videat? hoc est q̄ sen
tiat:⁊ intellegat:⁊ credat quod hec ita fecerit
deus? Et exibunt de manibus Cithiorū:⁊ af-
fligent Assyrios. Cithij interpretantur plaga
finis. Hi ergo qui conuertuntur ad deum:⁊ a
Christo eruditi plagam:que in fine seculi im-
pijs veniet:effugiunt:ipsi affligent Assyrios:
hoc est hi:quibus ī agone pietatis positi sunt:
cōteret Sathanan deus sub pedibus. Ipsi af-
fligent Assyrios:⁊ demonum scilicet gentem.
Calcabūt nāqʒ super serpentes:⁊ scorpiones:
⁊ super omnem virtutē inimici:⁊ affligēt eos:
⁊ affligent Hebreos:⁊ ipsi pariter peribunt.
Hebrei:transeuntes interpretātur. Iste ergo
ipse populus etiam Hebreus dicitur:qꝛ trāsit
de egypto ad terram repromissionis: de tene-
bris ad lucem:de morte ad vitaʒ. Sed qm̄ (vt
diximus) hec non sine agone:nec sine magno
certamine poterit obtinere:quasi in agone po-
situs nunc affligit:nunc affligitur: ⁊ nunc cedit
aduersariuʒ:nunc ipse ab aduersario verbera-
tur. Affligent ergo etiam ipsi Assyrij Hebre-
os:hoc est populuʒ domini:sicut affliguntur ab
eis. Sed ipsi:idest Assyrij:cum hec fecerint: ⁊
cum vires suas omnes erga hebreos affligen-
dos effuderint:statim etiā ipsi peribūt. Quod
ergo ait:⁊ affligent hebreos:⁊ ipsi pariter pe-
ribunt:non ita accipiendum est: quasi pariter
cum hebreis peribunt ⁊ Assyrij;sed pariter.i.
statim vt hec fecerint:⁊ hebreos afflixerint: et
ipsi peribunt. Pariter ergo grecus sermo p
statim ponit. Hic ergo erit finis omnium:vt ⁊
Assur:cui tradebantur hi:qui delinquebāt ex
populo dei:vel in interitum carnis:vt spiritus
saluus fieret:vel vt discerēt nō blasphemare:
peribit etiam ipse ab eo:qui potestatem habet
perdere in gehēnam. Dicetur enim eis a iusto
iudice. Ite in ignē eternum:quē parauit deus
diabolo:⁊ angelis eius. Ibi ergo pibit Assur:
⁊ quidem perijt aliquando ⁊ vna ouis ex cētuʒ
ouibus. Sed hanc ouem pastor bonus relictis
nonaginta nouem in montibus descēdens ad
vallem hanc nostram:vallem lacrymarum:
⁊ requirens inuenit:atqʒ impositans humeris
suis reportauit:⁊ illi numero:qui in superiori-
bus saluus manebat:adiunxit. Hec etiam de
vltima Balaam prophetia a nobis pro viri-
bus dicta sint:que pro locoruʒ difficultate: ex-
planandi magis:quam perorandi stilo placu-
it explicari. Quid enim interest dūmodo om-
nia ad edificationeʒ dicantur:⁊ omnia ad glo-
riaʒ dei fiant? Qui est benedictus in secula se-
culorum. Amen.

¶ De eo qui fornicatus est in Medianitide:⁊
quod consecratus est populus Beelphegor.
Homilia. XX.

Lectio hodie recitata est:primam quideʒ
historiam continens de fornicatione viri
israelite:⁊ mulieris Madianitidis. Secūdam
vero de visitatiōe populi:in qua numerari ite-
rum iubet ex precepto domini. In irritum sci-
licet deuocato priore numero: ꝓpter peccata:
que cōmiserant ij:qui prius fuerant sub nume
ri definitione censiti. Cassatur ergo:⁊ in irritū
deducitur ex peccatis numerus:qui scriptus
est:⁊ tantum valent delicta:vt nec hoc prosit
quod in numero quis habitus sit apud deū cū
declinauerit. Sed (vt scriptura refert) etiam
artus eorum:qui recesserunt a deo ceciderunt
in deserto. Due ergo sunt historie:que recita-
te sunt:sed nos de prima interim:que fornica-
tionem populi describit:siquid orantibus vo-
bis dominus gratie dignabitur prestare:dice-
mus. Si vero ipse ꝯcesserit:aliquid etiā de se-
cūda cōtingere audebimus. Et applicuit (in-
quit) israel ad Sattin:⁊ pollutus est populus:
⁊ fornicatus est in filias Moab:⁊ initiauerunt
eos ad sacrificia idolorū suorum:⁊ manduca-
uit populus de sacrificijs eorū:⁊ adorauerunt
idola eorum:⁊ consecratus est Beelphegor:⁊
iratus est furore dominus cōtra israel. In his
ostenditur illud:quod sepe memorauimus: qꝛ
Balaaʒ posteaquā dei virtute constrictus nō
est permissus maledicere israel. Volens tamen
placere regi Balach:ait ad eum sicut scriptū
est. Veni consiliuʒ do tibi. Et quid consilij de-
derit:ibi non appuit. In posterioribus tamen
ipsius libri Numerorum scriptum refertur.
Sed plenius in reuelatione Johannis:vbi ita
continetur. Habes (inquit) ibi doctrinā Ba
laaʒ:qui docuit Balach:vt mitteret scādalū
in conspectu filioꝝ israel:vt māducarēt idolis
immolata:⁊ fornicarētur. Ex hoc ergo appa-
ret quod nequitia vsus sit Balaaʒ: ⁊ consiliū
dederit regi:talia quedam dicens ad eū. Po

pulus

pulus hic non proprijs viribus:sed deuȝ colē-
do vincit:⁊ pudicitiam conseruando. Si vis
eum vincere:primo eorum pudicitiaȝ deijce:⁊
sponte vincētur. Sȝ aduersum hec nō virtute
militum:sed mulierum decore pugnandū est:
nec armorum vigore:sed mollitie feminarum.
Procul hinc ꝑcul amoue armatoꝝ manum:
⁊ electam congrega spēm puellarum: ludētes
pedibus cāt:manibusqȝ plaudētes:forma vin
cit armatos:ferruȝ pulchritudo captiuat:vin-
cētur specie qui non vincuntur prelio. Uerum
vbi senserint eos mulieres Moabite:vel Ma
dianite manus dedisse libidini:⁊ peccato incli-
nasse ceruices:non prius semetipsas cupienti-
bus prebeant:quam de sacrificijs idolorū ad-
quieuerint: degustare:vt cogente libidine:con
silijs obtēperēt feminaꝝ:⁊ consecrentur prius
Beelphegor:qđ est idolū turpitudinis. Hec
fuerunt consilia Balaā:quibus acceptis: rex
Balach parat cōtinuo exercitū:non armis vi
rilibus:sȝ femineo nitore cōpositum:nō furore
bellico:sed libidinis flamma succēsum. Nullā
refrenat pudor:nullam prohibet verecundia.
Amor patrie:⁊ vitiū gētis:conspirant pariter
in lasciuiā:⁊ ad decipiēduȝ proba existit impro
bitas. Pro nefas:vix prohibet libido legū mi
nis:vix gladij terrore reprimitur. Quid scele-
ris nō perpetret:vbi facinore suo placiturā se
mulier regi credidit:⁊ salutē patrie q̄situram?
Captiuātur ergo israelite:non ferro:sed luxu.
Nec virtute:sed libidine:⁊ fornicantur in mu
lieres Madianitas:⁊ ira dei insurgit sup eos.
Sunt quidem in ijs ⁊ mystica q̄dam:atqȝ in-
terioris intellegētie secreta. Sȝ nos primo ipse
historie textus edificet: vt discamus ex hoc:
quoniam aduersus nos militat fornicatio:ad-
uersus nos iaculantur tela luxurie. Sed si no-
bis non desint arma:quibus nos armari iubet
Apostolus: huiusmodi iacula nos terebrare
non poterūt:si sit nobis lorica iustitie:si habea
mus galeam salutis:⁊ gladium spiritus:⁊ su-
per oīa scutū fidei:⁊ calciati simus pedes in p̄-
paratione euāgelij pacis. Ista sunt arma:que
nos defendūt in huiusmodi bellis. Si aūt ta-
lia arma proijcimus:statiȝ locū diabolico vul-
neri damus:⁊ captiuos nos ducit oīs demonū
chorus:atqȝ ob hoc ira dei isurget super nos:
⁊ non soluȝ in p̄senti seculo puniemur:verum
etiam in futuro. Quod ergo facit nos vincere
in ijs prelijs:que aduersum nos diabolus com
mouet:pudicitia est:⁊ iustitia:⁊ prudētia:⁊ pie
tas:ceterequȝ virtutes. Que auteȝ faciunt nos
vici:luxuria est:⁊ libido:auaritia:⁊ impietas:
omnisqȝ malitia. Hec ergo sunt:que nos hi-
storie textus edocuit. Uerum quoniam Joan-
nes in reuelatione sua:ea que in lege ſm histo-
riaȝ scripta sunt:adducit ad mysteria diuina:
⁊ sacramenta quedam in ijs edocet contineri.
Necessarium videtur etiā ſm id quod ille sen-
sit:nos quoqȝ ab illo datam expositionis regu
lam sequi:⁊ primo memorare ea:que ad ange
lum ecclesie cuiusdam scribens dicit. Habes
ibi quosdam:qui tenent doctrinam Balaaȝ:
qui docuit Balach mittere scandalum in cō-
spectu filiorum israel:vt manducarent immo-
lata idolis:⁊ fornicarentur. Ergo temporibus
Joannis apostoli erant quidam in ecclesia il-
la:ad quam scribebat:docentes doctrinā Ba
laam. Putas ne ita accipienduȝ est:quod fue
rint in illis diebus qui dicerent se docere ea:
que Balaaȝ docuit:⁊ qui profiterent se dog-
matum:⁊ traditionuȝ illius esse doctores? An
illud potius debemus aduertere quod siquis
faciat opus:quod fecit Balaam is doctrinaȝ
Balaam docere videatur? Sicut ⁊ de doctri
na Hiezabel in eadeȝ reuelatiōe memoratur:
non quo aliquis ex disciplinis Hiezabel doce-
at:que illa tradiderit: sed quod siquis (verbi
causa) aut prophetas dei persequatur vt illa
fecit:aut ad idola aliquos decipiat: vel falsis
circūscriptionibus pimat innocētes: iste Hie-
zabel dicetur tenere doctrinam. Sic ergo ⁊ si-
quis malis consilijs scandalum generet popu-
lo dei:⁊ offensionem diuinam:atqȝ iracūdiam
celestem prouocet plebi:vel idoloruȝ sacrificijs
cōmunicando:vel stupris:aut libidini seruien-
do:hic doctrinā Balaam tenere dicēdus est.
Est ergo execrabilis corporis etiaȝ fornicatio.
Quid enim ita execrabile:quam templuȝ dei
violare:ac tollere mēbra Christi:⁊ facere mē-
bra meretricis? Multo tamē magis execrabi-
lis est generalis illa fornicatio:i qua omne ge-
nus peccati pariter cōtinetur. Generalis autē
fornicatio dicitur cum anima: que in consor-
tium verbi dei ascita est: ⁊ matrimonio eius
quodammodo sociata:ab vllo: alieno scilicet
⁊ aduersario illius viri:qui eam sibi despōdit
in fide corrumpitur:⁊ violatur. Est ergo spon
sus ⁊ vir anime munde:⁊ pudice:verbum dei:
qui est Christus dominus: sicut ⁊ Apostolus
dicit. Uolo autem omnes vos vni viro virgi-
nem castam exhibere Christo. Timeo autem
ne forte sicut serpēs seduxit Euaȝ astutia sua:
sic corrūpātur sensus vestri a simplicitate: que
est in Christo Jesu. Donec igit anima adhe-
ret sponso suo:⁊ audit verbum eius: ⁊ ipsum
complectitur:sine dubio ab ipso semen suscipit
verbi:⁊ sicut ille dixit. De timore tuo domi-

ne in vtero cõcepi:ita ⁊ hec dicit de verbo tuo dñe in ventre concepi:⁊ parturiui:⁊ spiritum salutis tue feci sup terras. Si ergo sic de Christo cõcipit anima:fecit filios:pro qbus dicatur ad eam:qr salua erit per filiorum procreationẽ si permãserit in fide:⁊ charitate:⁊ sanctitate:cũ sobrietate:etiã si prius sicut Eua seducta fuisse anima videat. Est itaqз vere beata soboles: vbi ocubitus factus fuerit anime cuз vbo dei: ⁊ vbi complexus adinuicẽ dederint. Inde nascitur generosa pgenies:inde pudicitia orief: inde iustitia:inde patiẽtia: inde mansuetudo: ⁊ charitas:atqз oĩum virtutuз proles venerãda succedet. Quod si infelix anima diuini vbi dereliquerit sancta cõnubia:⁊ in adulterinos se complexus diaboli:aliorũqз demonum inlecebris decepta tradiderit: generabit sine dubio ẽt inde filios:sз illos:de quibus scriptũ ẽ. Filij autẽ adulterorum inpfecti erũt:⁊ ex iniquo concubitu semẽ exterminabitur. Omnia ergo peccata filij sunt adulterij:⁊ filij fornicationis. Unde ⁊ ostẽditur quod p singula queqз que gerimus:parit anima nostra: ⁊ generat filios:sensus scilicet ⁊ opa que gerit: ⁊ siqdem ꝑm legẽ est:quod gerit:⁊ ꝑm verbuз dei: spiritum parit salutis:⁊ propterea saluabitur per filiorum generationeз:⁊ isti sunt filij: de qbus propheta dicit. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mẽse tue. Si vo quod agit contra legẽ est:⁊ peccatum est:sine dubio ex cõceptione contrarij spiritus malignam soboleз gignit. Parit enĩ filios peccati:⁊ iste sunt maledicte generationes:in qbus a nonnullis sanctoruз maledicitur etiã dies:in quo nati sunt. Nũquam est ergo quando non pariat anima. Anima semper parit:semp generat filios. Sз illa quideз benedicta generatio est:que de verbo dei concepta generatur:⁊ ista est filioruз generatio:per quam salua fiet. Si autem (vt diximus) ex contrario spiritu concipiat: certum est quia pariat filios ire:aptos ad interitum: ⁊ forte ad vtrasqз istas generatiões anime respicit illud:quod dictum est. Cum enim nonduз nati fuissent:aut aliquid egissent boni:vel mali:vt propositum dei:quod ꝑm electionem factuз est:maneat:non ex operibus:sed ex vocãte dictum est:quia maior seruiat minori: sicut scriptum est Jacob dilexi. Esau auteз odio habui. Iste enim tales generationes anime etiaз prius quam faciant boni aliquid:siquidem ex sancto spiritu generate sunt:iam diliguntur. Si vero ex spiritu maligno: etiam priusquaз opere impleant aliquid mali:hoc ipso tamen quod huiusmodi voluntatem peperit anima.

Digne in ea odio habetur male volũtatis execranda oceptio. Propterea fortassis in huius sacramẽti figura:ẽt Chanaan puer anteq̃ nasceref maledicitur. Cham nãqз peccauerat prius:⁊ pphetans Noe cũ vnicuiqз filiorum suoruз optima queqз signaret. Ubi ad Cham vẽtum est:maledictus (inquit) Chanaan puer. Cham peccauit:⁊ Chanaan pgenies eius maledicif:⁊ maledicta est:⁊ iõ acrius nobis intendẽdũ est: ⁊ prospiciendũ ne forte generet aliqd aĩa:qđ maledicto dignuз sit:vt ẽt si nõdũ opere impleuerit:in ipsa tñ voluntate:⁊ proposito eius: erit huiusmodi maledicta progenies. Quod ⁊ si forte aliquãdo euenerit (qs enĩ inuenief facile q ab huiusmodi generatiõe: idest peccãdi volũtate habeaf immunis?) Si ergo acciderit tale aliqd:quid remedij def:ex diuinis voluminibus requiramus. Inuenimus ergo in psalmis de hoc scriptuз. Filia Babylonis misera:beatus q retribuit tibi retributionem: quã retribuisti nobis. Beatus q tenebit:⁊ allidet paruulos suos ad petrã. Etiã si nõdũ aliquid opis gessit Babylonius in nobis iste cõceptus:dũ adhuc paruulus est non misercaris eius:nec parcas ei:sз statiз interfice. Odibilis eniз est:perime:occide elidẽs ad petram:petra autẽ est Christus. Quis ergo tãtus:ac talis ẽ: vt non expectet omnino vsqзquo crescat in eo Babylonie soboles. Nec augeãtur in eo opa confusionis:sз in primis statim initijs:vbi nasci ceperint:⁊ ex volũtatis motibus coalescere: atqз (vt ita dicam) vbi caput cepint de vulua anime proferre pnitiosa desyderia maligni spiritus inspiratiõe ocepta:adripiat statim ⁊ elidat ad petraз:idest adducat ad Christũ:vt in ospectu tremẽdi iudicij eius posita exsolescãt: ⁊ pereãt. Hec dicta sunt nobis de generali fornicatione:que species habet plurimas: quarũ vna est hec:que in consuetudine ob corporale stuprum fornicatio nominatur. Ego vero legens Apostolum:cum venissem ad eum locũ: in quo dicit. Qui se iũgit domino:vnus spiritus est:⁊ qui se iungit meretrici vnum corpus est:querebam si est aliquid aliud medium:preter hoc:vt aut domino quis iungatur:aut meretrici:⁊ pro viribus meis discutiens: profundum satis:⁊ recõditum in ijs verbis intuebar Apostoli sensum:q ita definierit:quod omnis anima aut domino coniũcta sit:aut meretrici: ⁊ intellexi quod dominum quidem dixerit virtutes:que Christus est:idest verbuз:sapiẽtiã: veritatem:iustitiaз:ceteraqз huiusmodi. Meretricem vero omnes e contrario malitie species. Hoc etiam apud Salomonẽ dici intellego in eo:

go in eo qđ ait de meretrice:q per fenestras ꝓ
spicit in plateas:⁊ siquē viderit insipiētiū adu
lescentuloꝝ:⁊ inopē sensuū trāseuntē iuxta an
gulos domus sue:⁊ loquētē in tenebris vesper
tinis:cū silētiuȝ fuerit nocturnū: vel caligo no
ctis:mulier aūt occurrit ei habēs speciē mere
tricis:que facit iuuenū euolare corda. Hec er
go q̄ dicit meretrix:ipsa est malitia:⁊ qui se iū
xerit huic meretrici:vnū corpus malitie effici
tur. Sicut ergo qui se iūgit Christo dño: iun
git se sapiētie:iungit se iustitie:iūgit se pietati:
⁊ veritati:⁊ cū iis oībus vnus efficitur spūs:ita
⁊ qui se iūgit huic meretrici:iūgit se inpudici
tie:inpietati:iniqtati:mēdacio: ⁊ simul oībus
peccatorū malis:cū quibus vnū corpus efficit.
Uerūtū applicuit israel in Sattin. Interpre
tatione Hebraicoꝝ nominū Sattin inuenim⁹
in lingua nostra respōsionē: vel refutationem
dici. Applicuit ergo israel ad responsionē vel
refutationē. Nō bene applicuit. Uide deniqȝ
qd incurrerit in hac positus māsione. Fornica
tus est cū mulieribus Madianitarū: ⁊ refuta
tus est a deo. Quia nō solum fornicatus:sed ⁊
idolis gētiū cōsecratus est. Et comedit ex iis:
que fuerant idolis imolata:q̄ vtiqȝ execrabilia
sunt apud deū. Qui.n.cōsensus tēplo dei cum
idolis? Uerū ego ēt de iis:que Apostolus pau
lus ad Chorinthios scribit dicēs. Siqs aūt vi
derit sciētiam habētē in idolio recūbere: nōne
cōsciētia eius cū sit infirma edificabit ad man
ducandum imolata:valde miratus suȝ. Uide
tur.n.nō tā rem ipsaȝ graueȝ ꝓnūciare:ꝙ illi⁹
offensam: q hec vidēs simili ꝓuocat exēplo: cū
nō simili sciētia muniat:ita vt ostēdat eū q ha
bens sciētiā recūbit in idolio:nō tā sui:ꝙ alte
rius dāni effici reū. Sed vide ne forte non hoc
solū fiebat apud Corinthios: vt in idolio recū
berent:⁊ imolata idolis māducarēt. Sed for
te quoniā studiosi litterarū grecaruȝ homines
erāt ⁊ amatores philosophie desyderio adhuc
studiorū veterū tenebātur:⁊ philosophorū do
gmata:quasi idolis imolata edebāt. Que tū le
dere fortasse non poterant eos: qui plenā scien
tiam veritatis acceperāt. Hi aūt:qui in Chri
sto minus eruditionis habebāt si imitarentur
eos legentes talia:⁊ illis adhuc studiis operaȝ
dātes:vulnerari poterant:⁊ diuersoꝝ dogma
tum variis erroribus iplicari. Sic ergo fiebat
vt lederetur alius:vnde is: qui habebat plenā
sciētiam veritatis ledi non poterat. Sed quo
niam charitas non querit quod sibi vtile est:sȝ
quod multis:obseruari oportet talem verbi ca
pere cibum:qui non solum nos edificet ⁊ dele
ctet:sed ⁊ qui vidētes non offendat:aut ledat.
Est ergo non solum in cibis idolis imolatū: sȝ
⁊ in verbis. Ego puto:q sicut oīs sermo:q pie
tatem ⁊ iustitiā:⁊ veritatē docet: deo consecra
tus est:⁊ deo immolatus:ita ⁊ omnis sermo:q
ad impudicitiam:vel iniustitiā:vel impietateȝ
respicit:idolis immolatus est: ⁊ qui eū recipit:
quasi idolis immolata māducet. Māducauit
ergo populus de sacrificiis eoꝝ: ⁊ adorauerūt
idola eorū. Non solum manducauerunt:sed ⁊
adorauerunt. Uide ordinem mali: seruos dñi
prima concupiscentia:inde ventris ingluuies:
postrema eos captiuauit impietas. Impieta
tis autem merces exsoluitur fornicatio: si rele
gas que scripta sunt de Salomone:inuenies eū
⁊ quidē cū esset sapientissimus multis mulieri
bus inclinasse latera sua:cū lex dei dicat. Non
multiplicabis tibi mulieres: ne forte fornicari
te faciāt a deo tuo. Ille ergo cū esset sapiētissi
mus:⁊ ingētis apud deū meriti:tū q se tradi
dit multis mulieribus deceptus est. Ego puto
ꝙ multe mulieres:multa dogmata: ⁊ multaꝝ
gentiū diuerse philosophie nominentur. Que
cū singula agnoscere:⁊ perscrutari vtpote vir
sciētissimus ⁊ sapientissimus voluisset:semetip
sum intra legis diuine regulā tenere nō potuit
decepit eū Moabitica philosophia: ⁊ persua
sit:vt idolo Moabitico immolaret. Similiter
⁊ Amanitarum:sed ⁊ reliquarū gētiū: quarū
mulieres dicitur recipisse:⁊ edificasse tēpla:vel
imolasse idolis earum. Grande est ergo: ⁊ ve
re opus dei:taȝ multis dogmatibus quasi mu
lieribus misceri:nec tamen a veritatis regula
declinare:sed ꝯstanter dicere. Sexaginta sunt
regine:⁊ octoginta concubine:⁊ adulescentule
quarum non est numerus. Una tamen est co
lumba mea:perfecta mea: vna est matris sue:
vna est genitricis sue. Sed isti adorauerūt ido
la: ⁊ consecrati sunt Beelphegor. Beelphe
gor idoli nomen est: quod apud Madianitas
precipue a mulieribus colebatur. In huius er
go idoli mysteriis cōsecratus est israel. Inter
pretationem nominis ipsius cū requireremus
attentius inter hebrea nomina:hoc tantuȝ in
uenimus scriptum:q Beelphegor species sit
turpitudinis. Noluit tamē declarare que: vel
qualis species: vel cuius esset turpitudis hone
stati credo consulens qui interpretatus est: vti
ne auditum pollueret audientium. Igitur cū
multe sint turpitudinum species: vna quedaȝ
ex pluribus turpitudinis species Beelphegor
appellat. Unde sciēdū est ꝙ oīs qui aliqd tur
pe cōmittit:⁊ in aliquā speciē turpitudinis de
clinat. Beelphegor Madianitaruȝ demonio
cōsecratur. Sed ⁊ per singula peccata:que cō

mittimus:maxime si iam non subreptione ali-
qua:sʒ studio:affectuqʒ peccamus:illi sine du-
bio demoni:cui peccatuʒ illud: qđ cōmisimus
inoperari cure est:cōsecramur.Et fortasse con
tinget nobis tot demonibus esse consecratos:
quot peccata ꝯmittimus:ꝛ in singulis qbusqʒ
delictis velut mysteria illius:aut illius idoli su
scipimus.Et fortasse ꝓpter hoc dicebat Apo
stolus.Jam eniʒ mysteriū iniqtatis operatur.
Circuīeūt ergo spūs maligni:ꝛ querūt quomo
do vnūquēqʒ decipiant : ꝛ per ilecebrā peccati
mysterijs cōsecrent:ꝛ neqʒ sentiētem: neqʒ in-
tellegentem (verbi causa) p fornicationis pec
catuʒ introducūt ad demoniū Madianitaꝝ:
ꝛ cōsecrāt Beelphegor:cōsecrāt turpitudini.
Similiter ꝛ p alia peccata (vt diximus) alijs
demonibus homines cōsecrantur.Sed tu ob-
serua diligētius qđ scriptū est:ꝛ sta i vijs:ꝛ in-
terroga que sint vie dñi eterne:ꝛ que sit via bo
na:ꝛ incede in ea:ꝛ non accedas ad ianuas do-
mus malitie.Sed si senseris malignū spirituʒ
loqui i corde tuo:vt te ducat ad aliquod opus
peccati:intellege qꝛ te ducere vult: vt cōsecret
te alicui demoni.Ducere te vult : vt suscipias
mysteria diabolica: mysteria iniqtatis : ꝛ hoc
esse puto qđ scribit Apostolus. Cum aūt gen-
tes essetis:idolorum forma euntes prout duce
bamini:a quo:vel a quibus ducebamini? A
spiritibus nēpe malignis ducebamini ad ope-
ra peccatorū.Hec audiens vigilās quisqʒ au-
ditor dicet fortasse.Quid ergo faciemus:si cir
cūeunt spūs maligni vnūquēqʒ nostrum: ꝛ du
cunt:ac ptrahūt ad peccatū? Nemo aūt alius
est:q ad iustitiā trahat:q mutet ꝛ ducat ad pu
dicitiā:ad pietatē:quō nō videbit̃ ad perēdū
qdē lata via patere:ad salutē vero nusq̄ vllus
aditus dari? Jmmo vero aduerte diligētius si
potes:ꝛ apto cordis oculo:iteriora mecū cōsy
dera mysteria:ꝛ videbis quāto maior i secretis
salutis nr̄e cura gerat̃:q̄ facultas ad decipien
duʒ p̃beat̃. Adest vnicuiqʒ nostrū: ēt minimis
q sunt in ecclia dei:angelus bonus:angelꝰ dñi
q regat:q moneat:q gubernet:q ꝓ actibus no
stris corrigēdis:ꝛ miserationibus exposcēdis:
quotidievideat faciē pr̄is:q i celis est:sicut dñs
designat i euāgelijs.Jn quo ēt stupēdi myste-
rij admiratione ꝓmoueor:q̄ i tātū deo cura dē
nobis sit:vt ēt angelos suos mortalis hoīs mi
nistros:ꝛ pedagogos faciat.Qui si durior fue
rit:ꝛ pedagogi monita spreuerit:atqʒ in lasci-
uiaʒ ꝓnus:ac ꝓteruiā:salutaria eius verba cō
tēpserit:illis magis obtēperās : q luxuriā sua-
dent:ꝛ ad lasciuiā ꝓuocāt:qd fiat illi aīe ꝓph e
te vocibus disce.Derelinquet̃ (inqt) filia Sy

on sicut tabernaculū i via:ꝛ sicut casa custodia
ria in cucumerario:ꝛ sicut ciuitas q̄ expugna-
ta est.Et iterū. Auferet̃ maceria eius: ꝛ erit in
cōculcationē:ꝛ diripiēt eā oēs:q trāseūt viā: ꝛ
singularis ferus depascet eā. Hec patiet̃ si nō
adqescat monitis angeli: q sibi appositus ē ad
salutē. Sui nāqʒ arbitrij est aīa:ꝛ i quā voluе-
rit partē:est ei liberuʒ declinare:ꝛ ideo iustum
dei iudiciū est:qꝛ spōte sua siue bonis:siue pes-
simis monitoribus paret. Uis tibi adhuc am-
plius aliqd ex scripturis diuīs ostēdā quomo-
do maior cura salutis erga:hoīes deo est: quā
diabolo pditionis? Nūqd nō sufficiebat ange
lorū diligētia aduersus isidias demonū: ꝛ ad-
uersum eos:q ad peccādū hoīes trahunt? Jp-
se vnigenitus:ipse inq̄ filius dei adest:ipse de-
fendit:ipse custodit:ipse nos ad se trahit. Au-
di quō ipse dicit.Et ecce ego vobiscū suʒ oībꝰ
diebus vsqʒ ad consumationē seculi. Sed nec
sufficit eū esse nobiscū:sed quodāmodo viʒ no-
bis facit:vt nos ptrahat ad salutē. Ait eniʒ in
alio loco.Cū aūt exaltatꝰ fuero:oīa ad me tra
hā.Uides quō nō solū iuitat volētes:sed ꝛ cū-
ctantes trahit.Uis autē audire quō trahat ēt
cūctātes? Nō ꝯcessit illi:q volebat ire: ꝛ sepeli
re patrē suū:nec spaciuʒ tpis dedit:sed ait illi.
Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autē
sequere me.Et alibi dicit. Nemo mittēs ma-
nuʒ suā sup aratrū:ꝛ retro respiciēs: aptus est
regno dei.Quod si amplius adhuc vis de hoc
cognoscere sacro:ostēdā tibi de scripturis q̄ ēt
ipse dñs pater dispēsationē salutis nostre non
neglegit:sed ꝛ ipse nos ad salutē nō solum vo-
cat:sed ꝛ ptrahit.Sic.n. dñs dicit i euāgelio.
Nemo venit ad me: nisi queʒ pr̄ meus celestis
adtraxerit.Sʒ ꝛ paterfamilias: q mittit suos
suos iuitare amicos ad nuptias filij sui:postea
quā excusauerūt illi:q priores fuerāt iuitati:di
cit seruis.Exite ad vias:ꝛ angiportus:ꝛ quos
cūqʒ iueneritis cogite itroire.Sic ergo nō solū
inuitamur a Deo:sed ꝛ trahimur:ꝛ cogimur
ad salutē.Sʒ nec sanctus qdē spūs in huiusce
modi dispēsatiōibus deest:ꝛ ipse.n.dicit. Se-
gregate mihi Paulū:ꝛ Barnabā in ministe
riū:ad qđ adsumpsi eos.Et iteꝝ ꝓhibet Pau
lū ire in Asiā:ꝛ rursuʒ cogit eū ire i Hieroso-
lymā: p̃dicēs ei:qꝛ vincula:ꝛ carceres eū ibi ma
neāt.Quod si angeli dñi circūdāt i circuitu ti-
mētium eū:vt eripiāt eos si deus pr̄:si filius:si
spūs sanctus:nō solū hortant̃:ꝛ ꝓuocāt:sed ꝛ
ptrahūt:quō nō multo maior cura pro nobis
gerit̃ ad salutē:quā ab aduersarijs ꝓcuret̃ ad
mortē.Hec autē dicta sint pro eo quod ꝯsecra
tus est populus Beelphegor.Et iratus est (i-
quit) furore

132

quit) furore dñs ↄ̄ israel: ⁊ dixit dñs ad Mo-
sen. Adsume ꝓncipes populi: ⁊ ostēta illos do-
mino ↄ̄tra Solē: ⁊ auertet̃ ira furoris dñi ab
israel. Nescio si de ijs disserētes: non offenda-
mus aliquos: sꝫ ⁊ si offendamus: obedire ma-
gis ⁊ deseruire opꝫ verbo dñi: ꝙ̄ gratie hoiuꝫ.
Peccauit israel: ⁊ dixit dñs ad Mosen: vt ad
sumat oēs ꝓncipes: ⁊ ostētet eos dño ↄ̄tra So
lēꝫ. Populus peccat: ⁊ ꝓncipes ostētant̃ cōtra
Solē. Idē ad examinandū ꝓducunt̃: vt argu-
ant̃ a luce. Vides que sit ↄditio ꝓncipuꝫ popu-
li: nō solū pro suis ꝓprijs arguunt̃ delictis: sꝫ ⁊
pro populi peccatis cogunt̃ reddere rōnem: ne
ipsoꝝ sit culpa ꝙ populus deliq̄t: ne forte non
docuerint: ne forte nō monuerint: neqꝫ sollici-
ti fuerint arguere eos: q̄ initiū culpe dederint:
vti ne cōtagio dispergeret̃ in plures. Hec eniꝫ
oīa facere ꝓncipibus iminet: ⁊ doctoribus. Si
enī illis hec nō agētibus: nec sollicitudineꝫ ge-
rētibus circa plebem peccauerit populus: ipsi
ostētant̃: ⁊ ipsi ad iudiciū ꝓducunt̃. Arguit. n.
eos Moses: idest lex dei: velut neglegentes: ⁊
desides: ⁊ in ipsos ↄuertet̃ iracūdia dei: ⁊ cessa
bit a populo. Hec si cogitarēt hoīes: nūꝙ̄ cu-
perēt: neqꝫ ambirēt ad populi ꝓncipatū. Suf-
ficit eniꝫ mihi pro meis ꝓprijs argui delictis.
Sufficit mihi pro memetipso: ⁊ peccatis meis
reddere rōnē. Quid mihi necesse est ēt pro po
puli peccatis ostētari? Et ostētari ↄ̄tra Soleꝫ:
ante quē nihil potest abscōdi: nihil obscurari?
Post hec refert̃: q̄ꝛ cum vidisset Finees filius
Eleazar filij Aarō sacerdotis israelitē quēdā
introisse ad mulierēꝫ Madianiten: rapto siro-
maste in manu sua ingressus sit prostibulum: ⁊
vtrūqꝫ per ipsa pudēda trāsfoderit. Et ꝓ hoc
(inq̄t) dixit dñs ad Mosen. Finees filius Ele
azar filij Aaron sacerdotis sedauit iracūdiam
meā. Hec edificauerint priorē populum. Tibi
autē: q̄ a Christo redēptus es: ⁊ cui de māibus
gladius corporalis ablatus ē: ⁊ datus ē gladi-
us spūs: arripe hūc gladiū: ⁊ si vides israeliti-
cū sensuꝫ cū Madianiticis scortātē meretrici-
bus: idest cū diabolicis se cūctationibus volu-
tātē: nolo parcas: nolo dissimules: sꝫ statiꝫ pcu
te: statim pīme. Ipsaꝫ quoqꝫ vuluā: idest secre
ta nature discutiēs: ⁊ penetrās illū ipsuꝫ peccā
di fomitē deseca: ne vltra ↄcipiat: ne vltra ge-
neret: ⁊ maledicta peccatoꝝ soboles israelitica
castra contaminet. Hoc. n. si facias: ↄtiuuo se-
dabis iracūdiā dñi: ꝑuenisti eniꝫ iudicij diē: q̄
dies ire dī: ⁊ furoris: ⁊ exterminato a te fomite
peccati: q̄ nūc vulua Madianitis mulieris ap-
pellat̃: securus venies ad iudicij diem. Et ideo
surgentes oremus: vt inueniamus paratū sem-
per istū gladiū spūs: per quē exterminēt̃ur ⁊ fe
mina ipsa: ⁊ ↄceptacula peccatorum: ac propi-
tius fiat nobis deus: per verū Finees ipsuꝫ do
minū nostrum Jesuꝫ Christuꝫ. Cui est gloria
⁊ imperium in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De eo quod scd̄o populus numeratus est.
Homilia. XXI.

Numeri sunt ⁊ i ijs: quos legimus: ⁊ hore
q̄deꝫ lectione tpē exclusi sumus: ne aliq̄d
etiā de secūda dinumeratiōe diceremus: sꝫ cō-
ueniēs est: omissa: vel exclusa nūc reddere. Igi
tur ꝑ ꝓceptū dñi ꝓmo numeratus ē populus:
sed q̄m̄ illi: qui ꝓmo fuerāt adsciti ceciderūt ꝓ-
pter ꝑseuerātiā delictoꝝ: secūdus nunc popu-
lus: q̄ in lapsoꝝ locū rediuiua generatiōe suc-
cessit: vocat̃ ad nūerum: ⁊ qd̄ de illis prioribus
dictū nō fuerat: de ijs dicit̃. Postea. n. ꝙ̄ ꝑ tri
bus: ⁊ plebes: domosqꝫ: ac familias collectus
est nūerus: dicit dñs ad Mosen. Iis distribue
tur terra i sortē: ex numero noīum. Pluribus
plura dabunt̃ i sortē: ⁊ exiguis exiguam dabis
hereditatē. Si de prioribus dictū fuissꝫ: q̄ꝛ ijs
distribuet̃ terra i sortem: falsuꝫ vtiqꝫ fuisset: q̄ꝛ
ceciderūt illi in deserto ꝑꝑ delicta sua: qd̄ ergo
primis nō est dictū: postremis dicit̃: q̄bus ⁊ cū-
cta que promittūtur impleta sunt. Hec auteꝫ
nolo putes solius historie textu concludi: my-
steria sunt que per legis imaginē conscribunt̃.
Reprobat̃. n. prior populus: q̄ ē in circūcisiōe:
⁊ introducit̃ secūdus: q̄ cōgregat̃ ex gētibus ⁊
ipse ē: q̄ hereditatē ↄsequit̃ paternā. Et a quo
cōsequit̃? nō ab Mose: sed ab Jesu. Nā Mo
ses ēt si dat aliq̄bus hereditatem: nō dat intra
Jordanē: nec trāsit oīno Jordanem: sed extra
Jordanē dat terrā nō fluētē lac: ⁊ mel: sed pe-
coribus aptā: ⁊ muta aīalia: atqꝫ iratiōabiles
pecudes melius ꝙ̄ rōnabiles hoīes nutriētem.
Jesus xp̄o meus secūdo populo terrā: quā dat:
terra ē lacte: ⁊ melle fluēs: imo fauus mellis est
pre oī terra. Et Moses hereditatē nō dat i cle
ro: nec sorte distribuit: nec pōt ꝑ plebes: ⁊ do-
mos: ac familias: ⁊ noīa: ⁊ merita singulorum
diuina sorte pēsare. Hoc solus facit Jesus: cui
omne iudicium pater tradidit: ipse scit quomo
do populuꝫ suū nō solū per tribus: ⁊ familias:
⁊ domos: veruꝫ ⁊ per noīa vnūquēqꝫ digna: ⁊
competēti māsionē dispenset. Sunt tm̄ aliq̄ in
istis: qui conditione sortis supereminent: ⁊ oī-
no nec adducuntur ad sortem: omnes leuite:
idest omnes qui intente: ⁊ indesinenter perma
nent in ministerio dei: ⁊ peruigiles in seruitio
eius excubias gerunt: sortem inter ceteros nō

accipiūt: sed nec omnino in terra est sors eorū: sed ipse dn̄s sors eis: et hereditas esse memoratur. Per hos illi mihi videntur indicari: q nullis corporee nature obstaculis hebetati: sʒ olum visibiliū gloriam supgressi: in sola sibi sapiētia dei: et v̄bo eius viuēdi vsuʒ: exercitiūqʒ posuerunt: qui corporeū nihil regrunt: nihil ratiōis alienū. Cōcupierunt. n. sapiētiā: cōcupierūt secretorum dei agnitioneʒ: et vbi est cor eorum: ibi erit et thesaurus eorum. Isti ergo hereditatem nō habent in terris: sed supgrediūtur summa celi fastigia: et ibi semp in dn̄o: semper in verbo eius: semp in sapiētia: et in voluptate sciētie eius delitiabunt. Hic eis cibus: hoc erit poculum: iste diuitie: hoc erit regnū. Tales ergo erunt: et in ijs erūt illi: qbus hereditas ipse dominus erit. Qui autē inferiores sunt: nec in istum pfectuū verticem peruenerūt: hereditatem terre accipient: licet sublimioris alicuius: et potentioris: terra enim viuētium repromittitur: que vtiqʒ idcirco terra viuentium dicitur: quod nesciat mortem. Ait ergo ex numero hominum pluribus plura dabuntur in sorte: et exiguis exiguā dabis hereditatem: vnicuiqʒ sicut recensitus est: dabitur hereditas eius. Historia: hoc ē qđ docet: vt si qua tribus numerosior habetur in populis: maiora terre spacia sortiatur. Si qua autem minore hominum numero censet: breuiore possessione contempta sit. Sed quoniam terre huius diuisionem: hereditatemqʒ terrenam: speciem dicimus tenere: et imaginem futurorum bonorum: ac formam celestis illius: que a fidelibus: et sanctis speratur hereditatis ostendere: requiro in illa hereditate: que speranda est: qui sint plures: et qui sint pauci: et inuenio ibi beatiores paucos haberi: quam plures. Nam qui per viam latam: et spaciosam: q̄ ducit ad perditioneʒ: egerint iter: multi dicūtur. Qui vero per artam et angustam viā perrexerint: que ducit ad vitam: pauci appellantur. Et iterū in alijs dicitur. Quā pauci sunt: qui saluantur. Et iterum in alijs. Ubi multiplicatur iniquitas: refrigescet charitas multorum: non paucoruʒ. Sed et in arca: que a Noe constructa est: vbi mensure celitus dantur: in inferioribus trecentorum cubitorum ponit lōgitudo: et quinquaginta latitudo. Ubi vero textus eius ad altiora consurgit: in angustū cogitur: et paucorum cubitorum conclusione colligitur: ita vt sumitas eius in vnius cubiti spacium consumetur: proptereaqʒ in inferioribus quidem: vbi lata: et spaciosa habebantur loca: vel bestie: vel pecudes erant collocate: in superioribus vero aues. In summis auteʒ que angustiora: et altiora erāt: ibi homo rationabilis collocatur: ipse vero vertex in vnuʒ cubitū colligitur: omnia enim ad monadē rediguntur. Que tamen trinitatis sacramentum in numero trecētorum cubitorum designat: et huic sacramēto proximus ponitur homo: vtpote rationabilis: et dei capax. Sed vnde: que sit differentia inter paucos: et multos: colligamus indicia? Pone omnem humani generis numeruʒ: ex vniuersis gentibus elige fideles: sine dubio pauciores erunt: quam sunt vniuersi. Tūc deinde ex fideliū numero: elige meliores. Certum est quod multo inferior numerus remanebit. Et iteruʒ ex ipsis: quos elegeris: elige rursum perfectiores: pauciores profecto reperies. Et quanto amplius eligendo processeris: tanto magis exiguos et pauciore inuenies: vsquequo vltimo venias ad vnum aliquem: qui confidenter dicat: quia amplius: quā omnes illi laboraui. Horum ergo qui digni fuerint sacerdotes esse: etiaʒ ministri dei: ex integro ipse dominus hereditas erit. Et quis ita beatus ē: vt vel inter paucos exiguuʒ terre accipiat: vel inter electos sacerdotes: et ministros solum deuʒ capere hereditatis sorte mereatur. Licet etiaʒ ipsi propter iumēta sua accipiāt aliquid terre: sed illius terre: que vrbibus contigua est: et adheret ciuitatibus. Potest tamen adhuc et alio modo itelligi sermo iste: qui dicit: vt pluribus multiplicetur hereditas. Unus eniʒ iustus fm hoc quod acceptum est deo: pro pluribus habetur. Deniqʒ et scriptū est. Per vnū sapiēteʒ inhabitabit ciuitas. Tribus aūt iniquorum desolabunt: et vnus iustus p toto mūdo reputatur. Iniq aūt: etiā si multi sint: exigui: et pro nihilo ducunt apud deuʒ. Est ergo et multitudo laudabilis: sicut videmus ēt ad Abrahā dictū: cū adduxit eū deus foras: et dixit ad euʒ. Respice ad celū si potes dinumerare stellas: ita erit semen tuum. In quo et hoc intuere quomodo iustus intus est: et in interioribus semp cōsistit: qr intus in abscondito orat patrē: et ois gloria filie regis: idest aie regalis: intrinsecus est: sʒ tñ deus eduxit eū foras: cū res postulat: et rerum visibilium ratio deposcit. Pōt ergo et hoc modo multis istis: qui sunt sicut stelle celi in multitudine: multiplicari hereditas: et exiguis illis: videlicet qui etiam si numero multi sunt: vite tamen sue in dignitate: et vtilitate exigui habentur. Exigua hereditas poni: per sorteʒ (inquit) erit hereditatis distributio: hoc quidem precipitur. Sed cum venio ad scripturas: video ipsum Mosen: cui ista mandantur forte non vti in diuisioue hereditatis Ruben: et

Gad: et

Gad: ⁊ dimidie tribus Manasse. Sꝫ ⁊ Jesus naue: extra sortem dat hereditatē. Tribui Juda: ⁊ Caleb extra sorteꝫ dat: ⁊ tribui Effrem: ⁊ dimidie tribui Manasse: in ceteris: sors mittitur. Et prima sors Beniamin ꝑcedit: ⁊ inde iam tribuum reliquaruꝫ. Unde puto quod ⁊ in illa regni celorum beata hereditate erunt aliqui: qui non veniant ad sortem: neqꝫ cuꝫ ceteris: quāuis sint sancti: numerabunť. Sꝫ erit egregia quedam: ⁊ eximia eorum hereditas: sicut fuit Caleb ex tribu Juda: ⁊ Jesu ipsius filij Naue. Sicut eniꝫ (ubi causa) cū post prelijs victoribus ꝓuincie partiuntur spolia egregij quiqꝫ ⁊ eximij bellatores non cum ceteris militibus in diuisione spoliorum ducuntur ad sortem: sed optima queqꝫ: ⁊ precipua eis virtutum merito decernuntur: ceteri vero vtuntur sorte solo iure victorie: ita mihi videtur ⁊ dñs meus Jesus Christus facturus: quosdam eni quos scit abundantius: quaꝫ ceteros laborasse: ⁊ quorum gesta magnifica: sublimesqꝫ virtutes ipse cognoscit: illis ꝑcipuos quosqꝫ ⁊ eximios: atqꝫ (vt ita audeam dicere) similes sibi honores decernit ⁊ glorias. An non tibi videtur simile aliquid sue beatitudinis carissimis suis conferre discipulis: cum dicat. Pater volo: vt vbi ego sum: ⁊ isti sint mecum. Et cum iterum dicit: qꝛ sedebitis ⁊ vos super duodecim thronos iudicantes duodeciꝫ tribus israel? Et iteruꝫ. Sicut tu in me pater: ⁊ ego in te: ita ⁊ isti in nobis vnum sint? Hec omnia non sorte decernuntur: sed dilectiōis prerogatiua donantur ab eo: qui corda: ⁊ mentes hominuꝫ videt solus: qui nos quoqꝫ etiam si non inter eximios: ⁊ electos: atqꝫ illos: qui supra sortem sunt: in sorteꝫ tamē sanctoꝝ digneť adducere. Cui ē gloria ⁊ imperiuꝫ in secula seculoꝝ. Amē.

De filiab' Salphaat: ⁊ de successore Moyse. Homilia. XXII.

Quinque filie fuerunt: quarum etiaꝫ nomina in scriptura comprehensa sunt de Salphaat quodam israelita progenite: q mortuus est in deserto: nulla viri sobole derelicta. Iste ergo filie Salphaath interpellant Mosen: ⁊ sortem paterne hereditatis exposcunt dicentes. Ne deleatur nomen patris earum de medio plebis sue: quia non est ei vir filius natus. Refert pro hoc Moses consultationeꝫ ad deum. Omnipotentis auteꝫ dei clementia nō spernit: nec despicit consultationeꝫ: que offertur a puellis. Et non solum responsa dare dignatur: sed in tantuꝫ probat: ⁊ amplectiť verba earuꝫ: vt ex ipsis eterna hominibus iura cōstituat: ⁊ seculis omnibus obseruāda. Ait eniꝫ loquens Dominus ad Mosen. Recte locute sunt filie Salphaat. Dabis eis possessioneꝫ in medio fratrum patris sui: ⁊ dabis sortem patris ipsarum ipsis: ⁊ filijs Israel loqueris dicens. Homo si mortuus fuerit: ⁊ filius nō fuerit ei: dabitis hereditatem eius filie eius. Qđ si non fuerint ei filie: dabitis hereditatem fratri eius. Quod si non fuerint ei fratres: dabitis hereditatem fratri patris eius. Quod si nō fuerint ei fratres patris eius: dabitis hereditatem domestico: qui fuerit propinquior illi ex tribu sua: ⁊ capiet hereditatem eius: ⁊ erit hoc filijs israel iustificatio iudicij: sicut constituit dominus Moysi. Hec ꝺm historiam quid vigoris habeant: omnibus palam est: qui sciunt leges istas non solum apud filios israel custodiri: sed apud omnes homines qui tamen legibus viuunt. Unde apparet ꝙ libertas filiarum Salphaat non solum ipsis hereditatem contulerit: sed ⁊ perpetua viuendi iura seculo dederit. Uides quanta sit etiaꝫ historie ipsius vtilitas in lege Dei. Quis potest leges istas aliquando dissoluere: quibus vniuersus vtitur mundus? Sed tamen nos queramus quomodo etiam spiritaliter edificemur. Potest eniꝫ fieri: vt neque filie mihi sint ꝺm carnem: neque aliquid ruris: cuius capi possit hereditas. Quid ergo? Nihil apud eum: qui huiusmodi est lex ista operabitur: ⁊ erit alicui ociosum: quod diuina voce sancitum est? Requiramus ergo etiam apud spiritalem legeꝫ que sint iste filie quinque: quarum etiam si pater mortuus fuerit pro aliquo peccato: ipse tamen hereditatem ex verbo Dei capiāt. In superioribus: cum de spiritalibus filijs tractaremus: virtutes animi: ⁊ sensus mentis filios dici docuimus. Consequens sine dubio: ⁊ conueniēs videtur: etiam filias opera: que corporis ministerio explētur accipere: ideo denique ⁊ quinque eis numerus adscribitur. Quinque enim corporei sensus sunt: quibus omne opus expletur in corpore. Iste ergo quinque filie: idest operum perfectio: etiam si patre orbentur: ⁊ remaneant orphane: non tamen eijciuntur ab hereditate: neque excluduntur a regno: sed in medio plebis dei portionem hereditatis accipiunt. Interim videamus quis est iste pater earum: qui mortuus esse dicitur. Salphaat (inquit.) Salphaat autem interpretatur vmbra in ore eius. Pater operū intellectus est. Sepe ergo accidit: ⁊ non pauci inter fratres nostros sunt: in quibus intellectus altior: ⁊ profundior

nullus: sed est in eis sensus emortuus (sicut de quodam scriptum est) Et emortuũ est cor eius in ipso. Iste ergo etiam si ad intellegentiã spiritalem nihil sapit: sed est emortuus: tamen si genuerit filia: idest opera ministerij: opera obsequiorum: opera mandatorum dei: hereditatem terre cum plebe dñi cõsequetur. Nõ poterit quidẽ inter eos numerari: quorũ portio dominus est: quorũ hereditas deus est. Nõ poterit ministrorũ: et sacerdotum numero suscipi: in plebeio tamen ordine hereditatem terre repromissionis accipiet. Multi eni sunt vocati: pauci autem electi. Ostenditur tamen et causa ex ipsius nominis interpretatione: quia iste Salphaat non potuerit filios generare: sed filias. Interpretatur enim (vt diximus) vmbra in ore eius. Vides ergo quoniam siquis vmbrã legis habet in ore: et non ipsam imaginem rerum: hic quia nihil spiritale: nihil profundi, intellectus sentire potest: sed sola vmbra legis in ore eius est: sensus viuos: et spiritales nõ potest generare. Generare tamẽ potest opa: et actus: q̃ sunt simplicioris vite ministeria: et ideo ostendit in ijs clemẽtia dei: quod innocẽtiores quiq; ẽt si sensu deficiant: habeant tamen opera bona: non excludantur ab hereditate sanctorũ. Recte ergo locute sunt filie Salphaat. Post hec ponitur lex dei de successione: vt primo filius: filia secundo in loco succedat. Tertio frater. Quarto patris frater. Quintus vero gradus certum aliquẽ nõ designat: sed qsq; ille ppinquior ex omni familia fuerit: vt ipse succedat. In ijs tã integer: et pfectus est historie sensus: vt nihil requirere videaẽ extrinsecus. Tñ siqs bñ in spiritalibus legibus eruditus ẽ: et plenio re scientie lumine radiatus: ille põt intellegere diuersos istos successionũ gradus: et quomodo primus sit consequende celestis hereditatis gradus: doctrine: et scientie merito: qui est masculus filius. Scdõs: operum prerogatiua: que filia est. Tertius: cũ passionis alicuius: et imitationis: propter quod et frater noiat. Sunt eniã nõnulli: qui spõte qdẽ sua: et proprio intellectu nihil agunt: positi tñ inter fratres: ex imitatõe ceterorũ eadem videtur agere que et illi agunt: qui intellectu proprio mouẽtur. Daẽ etiã istis tertius hereditatis sub titulo fratrũ nominis gradus. Quartus vero: quẽ fratrẽ patris nominat: põt fortassis intellegi ille ordo hoiuã: q audita a patribus: et veterũ narratiõe suscepta conanẽ implere: et non tam pprijs sensibus moti: nec presentis doctrine cõmonitionibus excitati: q̃ veterũ vel traditione: vel consuetudine sola instituti: boni tñ aliquid gerũt. Vltimus vero gradus scribitur ille: qui quolibet pacto ijs primus fuerit: qñsi si diceret: siue occasione: siue veritate doctrine: siqd aliqd boni fecerit: nõ peribit boni opis merces: sã largiẽte domino locũ hereditatis accipiet. Hec qdẽ a nobis audacter fortassis psumpta: et in mediũ platã videanẽ: non tamẽ erit absurdũ si spiritalibus spiritalia pponẽtes: secretioris eos intellegentie emulatores: cupidosque reddamus. Post hec historia referẽ: et narratione mirabilis: et intellectu magnifica. Poniẽ enim quomodo deus dixerit ad Moysen: vt ascẽderet: et inde cũ pspexisset: et intuitus fuisset oẽm terram repromissiõis: ibi defungereẽ. Sã ille: qui populi curaã magis quam sui gereret: orat ad deũ: vt prouideat hoiem: q regat populũ israel: ne fiat (inqt) synagoga hec: sicut oues: quibus nõ est pastor. Vide ergo primo oluim quomodo qui perfectus: et beatus est: non in valle: nec in aliqua terre planitie: aut i colle aliquo: sed in monte: idest in alto: et in arduo defungiẽtur loco. Vite namq; eius consumatio: et perfectio habebatur in excelso. Sed et oculis suis contueri iubetur omnem terram repromissionis: et diligenter ex eminenti statione cuncta pspicere. Oportebat enim summam perfectionis consecuturo: nihil incognitum remanere: sed cunctorum que videntur: et audiuntur habere noticiam. Ob hoc credo: vt omniuã: que in carne positus: corporali cepit aspectu: in spiritu effectus: et nuda mente ad auditoria: et discipulatum sapientie properans: velociter eorum rationes adsequatur: et causas. Nam qd videbitur vtilitatis: vt decessuro de seculo: et finem vite huius protinus accepturo ostenderẽtur terra: et loca: quorum nec laborem perpessus est: nec gratiam suscepturus? Perterret me sane sermo qui sequitur: et ad dicendũ reddit timidum: ac trepidum: quod de magno illo Moyse famulo: et amico dei: cui facie ad faciem locutus est Deus: per quem signa: et virtutes mirifice perpetrate sunt: tam grauia: tam periculosa referuntur. Quid enim ei dicit deus? Et apponeris (inquit) ad populuã tuũ et tu: sicut appositus est Aaron frater tuus in monte Or. Et quasi causaã mortis exponit dicens. Propter quod transgressi estis verbuã meum in deserto Syn: cum restitit synagoga ne me sanctificaret. Non me sanctificastis in aqua coram eis. Ergo ne in culpa est etiam Moyses? Etiam ipse trãsgressionis crimẽ incurrit: etiam ipse factus est sub peccato. Idcirco credo cum confidentia dicebat Apostolus: qr regnauit mors ab Adaã vsq; ad Moysen.

Acceſſit enim vſq3 ad Moſen: ⁊ nec ipſi pep-cit: ⁊ ideo opinor dicebat: q2 peccatum introijt in hũc mũdũ: ⁊ per peccatum mors: in quo oẽs peccauerũt. Et iterũ. Cõcluſit deus omnes ſub peccato: vt omnibus miſereat. Sʒ gratias domino Jeſu Chriſto: qui nos liberauit de corpore mortis huius: vt vbi abũdauit peccatũ: ſup abũdaret gratia. Nam Moſes qũo aliquẽ liberare potuiſſet a peccatis: cuʒ ẽt ſibi dicatur: q2 tráſgreſſi eſtis verbũ meũ in deſerto Syn: ⁊ non me ſanctificaſtis in aqua coram filijs iſrael: vt manifeſtũ ſit oĩbus quod ille debeat ſolus requiri: qui ſolus peccatũ non fecit: nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Sʒ interim videamus Moſis magnificẽtiam. Receſſurus de ſeculo orat deũ: vt ꝓuideat ducem populo: quid agis Moſes? Nũquid filij tibi nõ ſunt Gerſon: ⁊ Eleazar? Aut ſi aliqd de ipſis dubitas: non ſunt filij f̃ris: magni: ⁊ egregij viri? Quomodo non oras deum pro ipſis: vt eos cõſtituat populo duces. Sʒ diſcant eccleſiarum principes ſucceſſores ſibi non eos: qui conſanguinitate generis iuncti ſunt: nec qui carnis ꝓpinquitate ſociantur: teſtamẽto ſignare. Neq3 hereditarium tradere eccleſie principatum: ſed referre ad iudicium dei. Et non eligere illũ: quẽ humanus cõmendat affectus: ſed Dei iudicio totum de ſucceſſoris electione ꝑmittere. Nũquid non poterat Moſes eligere principẽ populo: ⁊ vero iudicio eligere: ⁊ recta: iuſtaq3 ſentẽtia: ad quẽ dixerat deus. Elige preſbyteros populo: quos tu ipſe ſcis preſbyteros eſſe: ⁊ elegit tales: in quibus continuo dei ſpiritus requieſceret: ⁊ prophetarent omnes. Quis ergo ita potuit eligere principẽ populi: vt Moyſes poterat? Sed hoc non facit: non eligit: nõ audet. Cur non audet? Ne poſteris preſumptiõis relinquat exemplum. Sed auſculta quid dicit. Prouideat (inquit) dñs deus ſpirituũ: ⁊ oĩs carnis: hominem ſuper ſynagogam hanc: qui egrediatur ante facieʒ eorum: ⁊ qui ingrediatur: ⁊ qui ꝑducat eos: ⁊ qui reducat. Si ergo tantus ille: ac talis Moſes non permittit iudicio ſuo de eligendo principe populi: de conſtituendo ſucceſſore: quis erit qui audeat: vel ex plebe: que ſepe clamoribus ad gratiaʒ: aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet: vel ex ipſis etiaʒ ſacerdotibus qs erit qui ſe idoneum ad hoc iudicet: niſi ſicui oranti: ⁊ petenti a domino reuelet. Sicut ⁊ deus dicit ad Moſen. Adſume ad temetipſum Jeſuʒ filiũ Naue hominem: qui habet ſpiritum dei in ſemetipſo: ⁊ impones manus tuas ſuper eum: ⁊ ſtatues euʒ coram Eleazaro ſacerdote: ⁊ precepta dato ei in cõſpectu totius ſynagoge: ⁊ precipe de ipſo coram eis: ⁊ dabis claritatem tuam ſuper illũ: vt audiant illum filij Iſrael. Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeſte deſcriptã: vt pene expoſitione non egeat. Nulla hic populi acclamatio: nulla conſanguinitatis ratio: nulla propinquitatis habita contemplatio eſt. Propinquis: agrorum: ⁊ prediorũ relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur: quem deus elegerit. Homini ſcilicet tali: qui habet (ſicut ſcriptum audiſtis) in ſemetipſo ſpiritum dei: ⁊ precepta dei in ꝯſpectu eius ſunt: ⁊ qui Moyſi valde notus: ⁊ familiaris ſit: id eſt in quo ſit claritas legis: ⁊ ſcientia: vt poſſint eum audire filij iſrael. Veruʒ quoniã myſterijs cuncta referta ſunt: non poſſumus que p̃cioſiora ſunt omittere: etiã ſi hec: que ſ̃m litteram mandantur: neceſſaria videantur ⁊ vtilia. Conſyderemus ergo q̃ ſit Moſis mors: finis ſine dubio legis. Sʒ legis illius que ſ̃m litteram dicitur. Quis autem eius finis eſt? Sacrificiorum ſcilicet interruptio: ⁊ ceterorũ: que ſimili obſeruantia mandantur in lege. Hec ergo: vbi finem accipiunt. Jeſus ſuſcipit principatum. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Et ſicut de prioribus dictum eſt: quia omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube: ⁊ in mari: ita ⁊ de Jeſu dicatur: quia omnes in Jeſu baptizati ſunt in ſpiritu ſancto: ⁊ aqua. Jeſus namq3 eſt: qui tranſit aquas Jordanis: ⁊ in ipſis quodãmodo iaʒ tum populum baptizat: ⁊ ipſe eſt: qui terrã hereditatis: terram ſanctam partitur vniuerſis: non priori populo: ſed ſecundo. Prior eniʒ populus propter preuaricationem ſuaʒ cecidit in deſerto. De Jeſu autem temporibus dicitur: quia terra quieuit a bellis: quod Moyſi tẽpore dici non potuit. Sed de Jeſu hoc dicit meo domino: non illo Naue. Atque vtinam mea terra ceſſet a bellis: ⁊ ceſſare poſſet ſi ego Jeſu principi meo fideliter militarem. Si enim paream meo domino Jeſu: nunquam caro mea inſurget aduerſus ſpiritum meum: nec impugnabitur terra mea ab aduerſarijs gentibus: diuerſis ſcilicet concupiſcentijs ſtimulata. Oremus ergo: vt Jeſus regnet ſup nos: ⁊ ceſſet terra noſtra a bellis: ceſſet ab impugnationibus carnalium deſyderiorum: ⁊ cuʒ iſta ceſſauerint: tunc vnuſquiſq3 requieſcet ſub vite ſua: ⁊ ſub ficu ſua: ⁊ ſub oliua ſua. Sub velamento enim patris: ⁊ filij: ⁊ ſpiritus ſancti requieſcet anima: que paceʒ in ſe recuperauerit: carnis: ac ſpiritus. Ipſi eterno deo gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est. Munera mea data mea: ⁊ de diuersitate festiuitatum.

Homilia. XXIII.

SI obseruatio sacrificiorū: ⁊ instituta legalia: que in typo data sunt populo israel vsq₃ ad presens tēpus stare potuissent: exclusissent sine dubio euāgelij fidem: per quam ex aduentu domini nostri Jesu Christi gētes conuertūtur ad deu₃. Erant enim in illis: que tunc obseruabantur magnifica quedam: ⁊ totius reuerētie plena religio: que ex ipso etiam primo aspectu obstupefaceret intuētes. Quis enim vidēs illud: quod appellabatur sanctuarium siue sacrarium: ⁊ intuens altare: adstantes etiam sacerdotes sacrificia consumantes: omnemq₃ ordinem quo cuncta illa gerebātur aspiciens: non putaret plenissimu₃ huc esse ritum: quo deus creator omniū ab humano genere coli deberet? Sed gratias aduētui Christi: qui aīas nostras auellēs ab hoc intuitu: ad consyderationem celestium: ⁊ contemplationē rerum spiritualium contulit: ⁊ destruxit qdem illa: que magna videbantur in terris: cultūq₃ dei a visibilibus ad inuisibilia transtulit: ⁊ a tēporalibus ad eterna. Sed re vera ipse dominus Jesus Christus ⁊ aures reqrit que hec audiant: ⁊ oculos qui hec videant. Unde ⁊ nos nūc legem datā per Moysen habentes in manibus: ⁊ volētes eam ostēdere legem esse spiritalē: aures a nobis: ⁊ oculos tales requirimus qui non ad illa: que sunt destructa respiciant: sed qui ibi hec requirāt: vbi Christus est in dextera dei sedens: ⁊ que sursum sunt sapiāt: nō non que sunt super terras. Sufficiāt ergo ista prefationis loco pro ijs: que dicenda sunt a nobis esse premissa. Nunc autem ad ea iam: que scripta sunt: veniamus. Et locutus est (inqt) dominus ad Moysen dicens. Precipe filijs israel: ⁊ dices ad eos. Munera mea: data mea hostias meas: in odorem suauitatis. Obseruate: vt offeratis mihi in diebus festis meis: ⁊ dices ad eos. Hec sunt hostie mee: quas offeratis dn̄o. Nemo suu₃ aliquid offert deo: sed quod offert: domini est: ⁊ non tam sua quis offert: ꝙ ipsi que sua sunt: reddit. Propterea ergo volens dominus sacrificiorum: ⁊ munerum offerendoru₃ sibi ab hominibus leges scribere: primo omnium ipsorum: que offerenda erāt: aperit rationem: ⁊ dicit. Munera mea: data mea sacrificia mea in odore₃ suauitatis obseruate: vt offeratis mihi in diebus festis meis. Hec (inquit) munera: de quibus vobis preceptu- rus sum: vt offeratis mihi in diebus festis meis: data mea sunt: hoc est a me vobis dantur. A me enim cuncta que habet humanu₃ percipit genus. Nequis ergo in offerendis muneribus beneficij se aliquid cōferre crederet deo: ⁊ per hoc impius in eo ipso: quo deum colere videbatur existeret. Quid enim tam impium nisi si putet homo velut indigenti aliquid se prestare deo? Necessario (vt diximus) ꝓmus edocet hominem quo sciat se quicqd obtulit deo: reddere id ei potius quam offerre. Sed ⁊ illud videamus quomodo ait: que offeratis mihi in diebus festis meis. Habet ergo deus dies festos suos? Habet. Est eni₃ ei magna festiuitas humana salus. Ego puto quod per singulos quosq₃ credentium: per singulos qui cōuertūtur ad deum: q proficiunt in fide: festiuitas oritur domini. Quomodo putas letificeat eum: cū is qui fuerat impudicus: fit castus. Et qui fuerat iniustus: iustitiam colit: ⁊ qui fuerat impius: efficitur pius. Iste omnes singuloru₃ quorumq₃ cōuersiones: festiuitates generant deo. Nec dubium autē quin ⁊ dominus noster Jesus Christus: qui pro salute nostra etiam sanguinem suum fudit: agat festiuitatē maximā: cum operepretium videtur esse quod se humiliauit: ⁊ formam serui suscipiens factus est obediens vsq₃ ad mortem. Agit festa pariter ⁊ spiritus sanctus: vbi plura sibi videt in ijs: qui cōuertuntur ad deum: templa preparata. Nam de angelis quid dicam: ad quorū festiuitatem letantium dicitur accedere omnes: qui cōuertuntur ad dominū? Aut nō est illis magna festiuitas: cum letantur in celo super vno peccatore penitentiam agēte magis: quā₃ supra nonaginta nouem iustis: qui non indigēt penitētia? Agunt ergo etiā angeli diē festū: letantes super ijs: que refugiētes cōsortia demonū per exercitia virtutū: angelicis se festinant sociare ꝯsortijs. Mirū fortasse sit: qđ dicere volo: causas (vt videtur) festiuitatis: ⁊ letitie: nos deo: ⁊ angelis damus. Nos occasionē letitie ⁊ exultationis in terris positi celo prebemus: du₃ super terras ambulantes: conuersationem habemus in celis. Et per hoc sine dubio die₃ festu₃ celestibus virtutibꝰ generamus. Sed sicut boni actus nostri: ⁊ virtutū profectus: letitia₃: festiuitatemq₃ deo: ⁊ angelis gignūt: ita vereor ne mala cōuersatio nostra non solu₃ terris: sed ⁊ celo lamētationes induat: ⁊ luctus: ⁊ fortassis etiam ipsi Deo luctum incutiant humana peccata. Aut non lugentis est illa vox cum dicitur: penitet me: quia feci hominem super terra₃? Sed ⁊ illa domini ⁊ Saluatoris nostri in

euangelio: vbi dicit. Hierusalē Hierusalem:
que lapidas ꝓphetas: ⁊ occidis eos missos ad
te. Quoties volui cōgregare filios tuos: quē-
admodū gallina ꝯgregat pullos suos sub alis
suis: ⁊ noluisti. Et ne putes: qꝛ de antiquis tā-
tūmodo dictum est quod lapidauerint prophe-
tas: ⁊ ego hodie si ꝓphete vba non audiam: si
monita eius spernam: lapido prophetā. ⁊ q̄tū
in me est: occido: cuius scilicet verba nō audio:
tāquā mortui: sed ⁊ illa humanum genus la-
mētātis dei vox est qua dicitur per prophetā.
Heu me: quoniam factus sum sicut qui cōgre
gat stipulas in messe: ⁊ sicut racemus in vinde
mia: qꝛ non est spica: neq3 botrus: ad edēda p-
mogenita. Heu mihi anima: quoniam periit
reuerens a terra: ⁊ qui corrigat in hominibus
non est: dn̄i sunt iste voces: genus humanū lu-
gentis. Ipse enim venit ad colligēdas messes:
⁊ inuenit stipulā pro messe: ⁊ venit ad colligen-
dam vindemiā: sed inuenit racemos paucos p
vindemia. Apostolos scilicet: quos nisi domi-
nus Sabaoth reliquisset nobis semen: ⁊ gra-
num frumenti nisi cecidisset in terram: vt fru-
ctum plurimū faceret: sicut Sodoma facti es
semus: ⁊ sic Gomorra similes fuissemus. An-
gelis quoq3 dei (sicut supra diximus) fit gau-
dium in celo super vno peccatore penitētiā agē-
te. Certū est quod vbi pro bonis gaudia agū-
tur: ibi pro contrariis lamentetur: si ergo gau
dēt pro cōuerso: necesse est vt lugeāt pro peccā-
te. Propterea ergo qd̄ grande peccatū pecca-
uit Hierusalem hm̄ quod scriptum est in lamē
tatione. In commotione facta est. Et perierūt
omnes festiuitates eius: ⁊ dies solemnes eius:
quoniam in loco sancto: ⁊ in die festiuitatis do
minū meum Iesum Christum occiderūt: ⁊ pro
pterea dicit ad eos. Neomenias vestras: ⁊ sab
bata: ⁊ dies festos vestros: odit aīa mea. Hic
quidem: vbi de muneribus mandatur: vbi ad-
huc nulla peccata sunt: dies festos meos dicit.
Ubi autem peccatum est: nō meos: sed vestros
dies dicit dominus. Hec autem omnia: in q̄-
bus vel lugere: vel gaudere: vel odisse: vel leta
ri dicitur deus: tropico: ⁊ humano more acci-
pienda sunt ab scriptura dici. Aliena porro est
diuina natura ab omni passionis: ⁊ permuta-
tionis affectu: in illo semper beatitudinis apice
immobilis: ⁊ inconcussa perdurās. Quia ergo
festorum leges habemus in manibus: ⁊ inde
nunc sermo est. Requiramus diligentius q̄ sit
ordo festiuitatū: vt ex ipsis ordinibus: ⁊ sacrifi
ciorum ritu: colligere possimus qualiter vnus-
quisque ex suis actibus: ⁊ conuersationibus
sanctis. Deo festiuitatem possit parare.

¶ Prima ergo est festiuitas dei: que appellat
indesinens: de iis enim mādatur: que indesinē
ter: ⁊ sine vlla prorsus interruptiōe matutinis
⁊ vespertinis sacrificiis offerantur. Mandans
igitur festiuitatum ritus: non primo statim ve
nit ad festiuitatem pasche: neq3 ad azimorum:
neq3 ad scenophegie: aliasq3: dequibus preci-
pitur. Sed hanc primam posuit: in qua sacrifi
ciū indesinens mandat offerri. Quo sc3 agno
scat qsq3: ille vult esse pfectus ⁊ sanctus: qꝛ nō
aliquādo quidē agēda est deo: aliquando vo
non agēda festiuitas: sed semper ⁊ indesinēter
iustus agere debet diem festum. Sacrificiū nā-
q3: quod indesinēter: ⁊ in matutinis: ⁊ in vesp-
tinis mandatur offerri: hoc indicat: vt in lege:
ac prophetis: que matutinum tēpus ostēdūt: ⁊
in euangelica doctrina: idest in vespertinum: q̄
vespera mundi. Saluatoris ostendit aduentū:
indesinēti intentione persistat. Has ergo festi-
uitates dn̄s dicit ⁊ obseruabitis dies festos me-
os. Dies ergo festus est domini: si ⁊ sacrificium
indesinens offeramus: si sine intermissione ore-
mus: ita vt ascendat oratio nostra sicut incēsum
in conspectu eius mane: ⁊ eleuatio manuū no-
strarum fiat ei sacrificium vespertinū. Est igit
prima solēnitas sacrificii indesinētis: que a cul
toribus euangelii eo modo: quo supra exposui
mus debet expleri. Sed quoniam (sicut ꝓphe
ticus sermo perdocuit) dies festi peccatorꝝ cō-
uertuntur in luctum: ⁊ cantica eorum in plan-
ctum: certum est: quia qui peccat: ⁊ agit diem
peccati: agere non potest diem festum. Et ideo
illis diebus: quibus peccat: offerre non potest
indesinens sacrificium deo. Sed ille offerre po
test: qui indesinēter custodit iustitiam: ⁊ cōser-
uat semetipsum a peccato. Qua die autem in-
terruperit: ⁊ peccauerit: certum est ꝙ in illa die
non offert sacrificiū indesinēs deo. Uereor ali-
quid dicere ꝙ ex sermonibus apostolicis intel-
legi datur: ne forte videar aliquos contristare.
Nam si oratio iusti sicut incēsum offertur in cō-
spectu domini: ⁊ eleuatio manuum eius sacri-
ficium est vespertinum: dicit autem Apostolus
iis: qui in cōiugiis sunt. Nolite fraudari inui-
cem: nisi forte ex cōsensu ad tempus: vt vacetis
orationi: ⁊ iterum in idipsum sitis. Certum est: qꝛ
impeditur sacrificiū indesinēs iis: qui coniuga
libus necessitatibus seruiunt. Unde videt mi-
hi ꝙ illius est solius offerre sacrificium indesi-
nens: qui indesinenter ⁊ perpetue se deuouerit
castitati. Sz sunt ⁊ alii dies festi iis: q forte nō
possunt idesinēter imolare sacrificia castitatis.
¶ Secūda ergo festiuitas post indesinentis sa
crificii festiuitatem ponitur sabbati: ⁊ oportet

sanctorum quęq3: ⁊ iustum agere etiā sabbati
festiuitatem. Que est autem festiuitas sabbati
nisi illa: de qua Apostolus dicit: relinquet ergo
sabbatismus: hoc ē sabbati obseruatio populo
dei? Relinquētes ergo iudaicas sabbati obser
uatiōes: qualis debeat esse christiano sabbati
obseruatio videamus. Die sabbati nihil ex oī
bus mūdi actibus op3 opari. Si ergo desinas
ab oibus secularibus opibus: ⁊ nihil mūdanū
geras: sed spiritalibus opibus vaces: ad ecclīā
cōuenias: lectiōibus diuinis: ⁊ tractatibus au
rē pbeas: ⁊ de celestibus cogites: de futura spe
sollicitudinē geras: venturum iudiciū pre ocu
lis habeas: nō respicias ad pñtia: ⁊ visibilia:
sed ad inuisibilia: ⁊ futura: hec est obseruatio
sabbati christiani. Sed hec ⁊ iudei obseruare
deberent: deniq3 ēt apud ipsos si faber: si stru
ctor: ⁊ siqs huiusmodi opificum fuerit: ociat in
die sabbati. Lector autē legis diuine: vel do
ctor: non desinit ab opere suo: ⁊ tamē sabbatū
non contaminat: sic enim ⁊ dominus meus di
cit ad eos. Aut non legistis: quia ⁊ sacerdotes
in tēplo sabbatū violant: ⁊ sine crimine sunt.
Qui ergo cessat ab operibus seculi: ⁊ spiritali
bus vacat: iste est: qui sacrificiu3 sabbati: ⁊ diē
festum agit sabbatoru3: neq3 onera portat in
uia. Onus enim est omne peccatum: quemad
modū dicit ⁊ pphēta. Sicut onus graue gra
uate sunt super me: neq3 ignem accendit: illu3
scilicet ignem: de quo dicitur. Ite in lumine
ignis vestri: ⁊ in flamma: quam accendistis: in
sabbato vnusquisq3 sedet in loco suo: ⁊ non p
cedit ex eo. Quis ergo est locus spiritalis ani
me? Iustitia est locus eius: ⁊ veritas: sapiētia:
sanctificatio: ⁊ omnia que Christus est: locus
anime est. Ex quo loco eam non oportet exire:
vt vera sabbata custodiat: ⁊ diem festum in sa
crificijs exigat sabbatoꝝ: sicut ⁊ dñs dicebat.
Qui in me manet: ⁊ ego in illo. Quod aūt di
ximus vera sabbata: si altius repetamus que
sint vera sabbata: vltra hūc mūdū est veri sab
bati obseruatio. Quod enim scriptū est in Ge
nesi: quia requieuit Deus in die sabbati ab ope
ribus suis: non videmus vel tunc factum eē in
die septima: vel etiam nunc fieri. Semper eni3
videmus deum operari: ⁊ nullum sabbatū est:
in quo deus non operet: in quo non producat
solem suum super bonos: ⁊ malos: ⁊ pluat sup
iustos: ⁊ iniustos: in quo non producat in mon
tibus fenum: ⁊ herbam seruituti hominū. In
quo non percutiat: ⁊ sanet: deducat in infernū
⁊ reducat. In quo nō occidat: ⁊ viuere faciat.
Unde ⁊ dominus in euangelijs cum iudei per
scriberent sibi de operatione: ⁊ curatione sab
bati: respōdit eis. Pater meus vsq3 mō ope
ratur: ⁊ ego operor. Ostēdens per hec in nullo
seculi huius sabbato requiescere deu3 a dispē
sationibus mundi: ⁊ a puisionibus generis hu
mani. Nam creaturam quidē fecit ex initio: ⁊
substātias protulit: quanta sibi sciebat: vtpote
rerum conditor ad perfectione3 mūdi posse suf
ficere: sed vsq3 ad consumationē seculi ab ea
prouisione: ⁊ dispēsatione nō cessat. Erit ergo
veru3 sabbatū: in quo requiescet deus ab om
nibus operibus eius: seculum futurum: tunc
eu3 aufugiet dolor: ⁊ tristitia: ⁊ gemitus: ⁊ erit
omnia: ⁊ in oibus deus. In quo sabbato cōce
dat etiam nobis deus diem festu3 agere: secu3
⁊ cum sanctis angelis suis festa celebrare: offe
rentes sacrificium laudis: ⁊ reddētes altissimo
vota nostra: que hic distinxerunt labia nostra.
Tunc fortassis ⁊ sacrificium indesinēs: de quo
supra exposuimus: melius offeret. Tūc eni me
lius indesinēter poterit aīa adsistere Deo: ⁊ of
ferre sacrificiū laudis p pōtificē magnū: q ē sa
cerdos i eternū ẜm ordinem Melchisedech.
Tertia festiuitas ponit neomenie dies: in qua
offertur ⁊ hostia. Neomenia aute3 dicitur no
ua luna. Est ergo ⁊ ista festiuitas cum Luna i
nouatur. Noua autem dicitur: cum Soli pro
xima fuerit effecta: ⁊ valde ei coniuncta: ita vt
sub claritate eius lateat. Sed mirum fortasse
videatur: immo superfluum. Lex diuina manda
re. Quid enim religioni conducit Lune noue:
idest cum coniungitur Soli: ⁊ adheret ei: ob
seruare festiuitatem? Hec si ẜm litteram con
syderētur: non tam religiosa: qua3 superstitio
sa videbunt. Sed sciebat apostolus Paulus:
qr non de ijs loquitur lex: neq3 illum ritum: q
a iudeis obseruari videtur: spiritus sanctus p
cepit: ⁊ ideo ad eos: qui fidem dei susceperunt
dicebat. Nemo ergo vos iudicet in cibo: aut
potu: aut pte diei festi: aut neomenie: aut sab
bato: que sunt vmbra futuroru3. Si ergo vm
bra futurorum est sabbatum: de quo pro viri
bus supra explicuimus: ⁊ neomenia vmbra fu
turorum est. Certum quia ⁊ cetere festiuitates
similiter vmbre sunt futurorum: sed nunc vi
deamus de neomenia. Diximus quod neome
nie festiuitas appellatur: cum Luna innoua
ri ceperit: ⁊ Soli proxima fuerit: penitusq3 cō
iūcta. Sol iustitie Christus est: huic si Luna:
idest ecclesia sua: que lumine ipsius replet: iun
cta fuerit: ⁊ penitus ei adheserit: ita vt secun
dum verbum Apostoli: qui se iungit domi
no: vnus cum eo spiritus fiat: tunc festiuitate3
neomenie agit: tunc enim noua efficitur cum
abiecerit veterem hominem: ⁊ induta fuerit
nouum:

nouum: qui secundum Deum creatus est: atque ita merito innouationis solemnitatem: que est neomenie festiuitas geret. Tunc deniqz est quando: neqz videri: neqz comprehendi humanis aspectibus potest. Anima enim cum tota se sociauerit domino: et splendori lucis eius tota concesserit: nihilqz omnino terrenum cogitat: nihil mundanum requirit: nec hominibus placere studet: sed totam se sapientie: totam lumini: totam calori sancti spiritus mancipauerit: subtilis: et spiritalis effecta: quomodo cerni ab hominibus: aut ab humanis potest conspectibus apprehendi? Animalis namqz homo intellegere: et discernere non potest spiritalem: et ideo dignissime diem festum aget: et hostiam neomenie domino: vtpote per ipsum innouata iugulabit.

Quarto in loco ponitur inter festiuitates dei: pasche solemnitas: in qua festiuitate agnus occiditur. Sed vide tu agnum verum: agnum dei: agnum qui tollit peccatum mundi: et dicito: quia pascha nostrum immolatus est Christus. Judei carnali sensu comedant carnes agni: nos autem comedamus carnem verbi dei. Ipse enim dixit. Nisi comederitis carnes meas: non habebitis vitam in vobis ipsis. Hoc: quod modo loquimur: carnes sunt verbi dei: si tamen non quasi infirmis holera: aut quasi pueris lactis alimoniam proferamus. Si perfecta loquimur: si robusta: si fortia: carnes vobis verbi Dei apponimus comedendas. Ubi enim mysticus sermo: vbi dogmaticus: et trinitatis fide repletus profertur ac solidus: vbi futuri seculi amoto velamine littere: legis spiritalis sacramenta panduntur: vbi spes anime auulsa de terris iactatur in celos: et in illis collocatur: que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt. Hec omnia carnes sunt verbi dei: quibus qui potest perfecto intellectu vesci: et corde purificato: ille vere festiuitatis pasche immolat sacrificium: et diem festum agit cum deo: et angelis eius.

Post hanc: immo continuata huic festiuitas sequitur azimorum: quam merito celebrabis si extermines omne fermentum malitie: et nequitie ab anima tua: et azima synceritatis: veritatisqz custodias. Neqz enim putandum est omnipotentem deum leges hominibus pro fermento scribere: et propterea iubere exterminari animam de populo suo. Siqua forte paruum aliquid fermenti huius ex farina conspersi in domo sua habuisse deprehenditur: eamqz curam magnopere fuisse diuine maiestati: qua fermenti huius causa in tantum se dicat offendi: vt animam: quam ipse ad imaginem: et similitudinem suam fecit: exterminari pro hoc iubeat: et euerti: non mihi videtur hec diuinis legibus digna esse intellegentia: sed illud magis est: quod horrescit: et merito horrescit deus: si malitie: si ire: si nequitie spiritu infermentetur anima: et intumescat ad flagitia. Hec non vult esse in anima deus: et tale fermentum nisi abiecerimus de domo anime nostre: merito exterminabimur. Sed ne contemnas etiam si paruam videris intra te fermentari malitiam: quia modicum fermenti totam massam corrumpit: et ideo neqz de paruo peccato neglegas: quoniam ex vno peccato generatur et aliud. Sicut enim ex iustitia generatur iustitia: et ex castitate castitas. Siquis enim primo tenuiter castus esse ceperit: accepto castitatis fermento quotidie castior efficitur: ita et qui semel intra se: licet paruum malitie reposuerit fermentum: quotidie semetipso nequior efficitur: ac deterior. Et ideo si vis agere azimorum festiuitatem cum deo: ne parum quidem malitie fermentum intra te residere patiaris.

Post hanc sequitur sexta festiuitas: que dicitur nouorum: idest cum primitie de nouis fructibus offeruntur. Ubi enim seminatus fuerit ager: et diligenter excultus: atqz ad maturitatem peruenerit seges: tunc fructuum perfectione festiuitas domini geritur. Si ergo et tu vis nouorum diem festum agere cum domino: vide quomodo semines: aut vbi semines: vt possis tales metere fructus: ex quibus letari facias deum: et agere diem festum. Quod aliter implere non poteris: nisi audias Apostolum dicentem. Qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Si sic semines: et sic metas: vere diem festum ages nouorum. Propterea deniqz et propheta ammonet dicens. Innouate vobis noualia: et nolite seminare super spinas.

Qui ergo cor suum: et interiorem hominem renouat de die in diem: iste sibi innouat noualia: et non seminat super spinas: sed super terram bonam: que reddat ei fructum tricesimum: aut sexagesimum: aut centesimum. Iste ergo est: qui in spiritu seminat: et colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus primus omnium est gaudium: et merito diem festum nouorum fructuum agit: qui gaudium metit. Precipue si simul metat: et pacem: et patientiam: et bonitatem: et mansuetudinem: aliosqz horum similes fructus si colligat dignissime nouorum fructuum festiuitatem domino aget.

Tunc deinde sequitur: festiuitas septimorum. Sicut enim inter dies: septimus quiqz dies obseruatur sabbatum: et est festiuitas: ita et inter menses: septimus quiqz mensis sabbatum est mensium. Agitur ergo in eo festiuitas: que dicitur sabbata sabbatorum: et fit in die prima mensis tubarum memoria. Sed quis est: qui festiuitatem gerat memorie tubarum: nisi qui potest scri-

pturas propheticas: et euãgelicas: atq3 apostolicas: que veluti celestis q̃dã psonat tuba mandare memorie: et intra thesaurũ cordis sui recõdere. Qui ergo hec facit: et in lege dei meditatur die: ac nocte: iste festiuitatẽ gerit memorie tubaru3. Sed et si quis pōt gratias illas sancti spũs promereri: qbus inspirati sunt prophete: et psallẽs dicere. Canite initium mẽsis tuba: in die insignis solẽnitatis eius: et qui scit in psalmis iubilare ei. digne agit solẽnitatẽ tubaru3.

Est adhuc et alia festiuitas: cũ affligunt aĩas suas: et humiliãt se deo festa celebrãtes. O mira festiuitas: dies festus vocatur afflictio aĩe. Hic enim (inquit) dies est propitiationis decima die mẽsis septimi. Uide ergo si vis die3 festum agere: si vis vt letetur deus super te: affli ge aĩam tuam: et humilia eam. Non ei permittas explere desyderia sua: nec cõcedas ei lasciuijs euagari: sed inquãtum fieri potest: afflige et humilia ea3. Deniq3 pasche festiuitas: et azimorum: panẽ afflictionis habere dicitur. Nec pōt quis agere diem festũ: nisi afflictionis panem mãducauerint: et mãducauerit pascha cũ amaritudine. Mãducabitis eni3 (inquit) azima cum amaritudine: siue penis: audis ergo quid essent festiuitates Dei: non recipiũt dulcedinem corporalẽ. Nihil remissum: nihil voluptuosum: aut luxuriosu3 volũt: sed afflictionem aĩe: et amaritudinem: humilitatẽq3 deposcunt. Quia qui se humiliat: ipse exaltabitur apud deum: hoc ergo deposcit: et propitiatiõis dies. Cum enim afflicta fuerit anima: et humiliata in cõspectu dñi: tunc ei repropitiatur deus. Et tunc ad eam venit ille: quem proposuit Deus propitiatorem per fidẽ in sanguine suo Christus Jesus dñs et redemptor eius. Ja3 vero vltimus dies festus dei quis sit quo deus letatur i homine: videamus. Scenophegia (inquit.) Letatur ergo sup te: cũ te viderit i hoc mundo in tabernaculis habitãtem. Cũ te viderit nō habere fixum: et fundatũ animũ: ac propositum super terras: nec desyderãtẽ que terrena sunt: nec vmbra3 vite huius quasi possessionem propriam: et perpetuã deputãtẽ: sed velut in transitu positũ: et ad veram illã patriam vnde egressus es: paradisi festinantẽ: ac dicentem. Incola ego sum: et peregrinus: sicut omnes patres mei. In tabernaculis enim habitauerunt et patres: et Abraham in casulis. i. in tabernaculis habitauit cũ Isaac: et Jacob coheredibus repromissionis eiusdẽ. Cu3 ergo incola fueris: et peregrinus in terris: et nō est mens tua fixa: et radicata in desyderijs terrenorum: sed paratus es: vt cito trãseas: et paratus es extendere te semper ad interiora vsq3quo peruenies ad terrã fluentem lac et mel: et hereditate3 capias futurorum. Si te inquam positu3 in ijs videat deus: letatur in te: et die3 festũ aget sup te. Hec quidẽ in presenti: in futuro vero si vis cõsyderare quomodo agantur dies festi: erige paululu3 si potes sensus tuos a terra: et obliuiscere paulisper hec que hñtur in facie. Describe vero tibi quomodo celũ et terra transeant: et trãsit omnis hic habitus mũdi. Celũ vero nouum: et terra noua fundetur. Amoue de cõspectibus tuis etiam Solis huius lucem: et da illi mundo: qui vẽturus est Solis septuplũ lumẽ. Immo potius fm scripture autoritatem ipsu3 ei da dñm lucem. Pone adstãtes angelos glorie: pone virtutes: potestates: sedes: dominationes: atq3 omne nomẽ clarissimaru3: celestiũq3 virtutu3. Non solũ quod in presenti seculo nominatur: sed quod etiam in futuro. Inter hos oẽs cõsydera: et cõijce quomodo agi possint dies festi domini: que ibi festiuitas: que gaudia: que letitie magnitudo. Nam de ijs: que supra diximus spiritalibus festiuitatibus etia3 si magne sint: et vere: precipue cum spiritaliter gerũtur in anima: magna tamen ex parte sunt: nõ ex integro. Sicut enim dixit Apostolus: quia ex parte scimus: et ex parte prophetamus: ita cõsequẽs est: vt ex parte diem festu3 geramus. Ut autem scias hec ita esse: redeamus ad ipsius Pauli sermonem: quem de diebus festis: et neomenijs posuit: et vide quomodo obseruanter dixit. Nemo ergo ait: vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in parte diei festi. Attende ergo diligẽtius quomodo non dixit in die festo: sed in parte diei festi. Ex parte enim et non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus. Interpellamur. n. etiã si nolumus ab onere carnis: pulsamur a cõcupiscentijs eius: curisq3: et sollicitudinibus terrebramur. Corpus eni corruptibile (vt ait ille sapiẽtissimus) aggrauat aĩam: et deprimit sensum multa cogitantem. Ex parte ergo in hoc mundo sancti agunt diem festum: quia et ex parte sciunt: et ex parte prophetant. Cu3 autẽ venerint que perfecta sunt: destruentur ista: que ex parte sunt. Sicut enim perfecte scientie cedit ista: que ex parte est: et perfecte prophetie cedit ista: que ex parte est: ita et perfecte festiuitati cedit ista que ex parte est festiuitas. Neque enim quod perfectum est mundus iste capere potest: vbi (vt diximus) necessitas corporis nunc cibum: nũc potum: nunc somnum suggerit: nunc etiã quãtamcunq3 necessario vite presentis sollicitudinem mouet: que omnia interrumpunt sine dubio

ne dubio cōtinuationem festiuitatis dei.¶Cum
autē venerit illud:quod dictum est de ijs: q re
stituūtur in sancta:si tamē ⁊ nos ex ijs esse me-
reamur qui restituēdi sunt:qui neq3 esuriunt:
neq3 sitiēt:neq3 dormitabūt: neq3 laborabūt:
sed erūt peruigiles sicut angelo℞ vita peruigil
dicit:cū in illum ordinē restitui merebunt:tūc
erit vera:⁊ incorrupta festiuitas: cuius festiui-
tatis princeps ⁊ sponsus:⁊ dn̄s erit ipse Jesus
Christus saluator noster.¶Cui est gloria : ⁊ im-
perium in secula seculorum.Amen.

¶De sacrificijs:que p vnāquāq3 festiuitatē
iubentur offerri:⁊ de votis: q̄ vouentur Deo.
Homilia.XXIIII.

OMnes:qui imbuendi sunt eminentiori
bus disciplinis tam diu molestum du-
cunt rudimentorum laborem donec quis sit ⁊
discipline illius:ad quam introducuntur finis
⁊ fructus ignorāt.¶Cum vero imbutos per or-
dinem perfectio cōsecuta fuerit discipline: tūc
delectabit rudimentoru3 pertulisse molestias.
Sunt ergo ⁊ in sanctis : ac diuinis rebus pri-
ma quedam rudimenta:quibus inducūtur ij:
qui ad perfectionem beatitudinis tendūt.Qd̄
euidenter famulus dei in cantico Exodi desi-
gnat dicens.Induc:⁊ planta eos in monte he
reditatis tue in preparata habitatione tua: q̄
preparasti domine.Paulus quoq3 apostolus
sciens esse quedam prima imbuendi initia: tūc
deinde per tempus etiam ad perfectionem ve-
niri:scribens quibusdam dicebat. Et enim cū
deberetis iam magistri esse propter tēpus:rur
sum indigetis: vt doceamini que sint elemēta
exordij sermonum dei:⁊ facti estis: quibus la-
cte opus sit:non cibo forti.Omnis eni3 qui la-
cte alitur:expers est sermōis iustitie:paruulus
enim est.Perfectorum vero cibus solidus est:
qui pro possibilitate sumendi exercitatos ha-
bent sensus ad discretione3 boni: vel mali. Et
iterum in alijs:litteram legis: omnēq3 huius-
modi scripturam elementa mūdi esse cōmemo
rat.Et nunc ergo ea:que pertinuerūt ad illos
qui primis ibuebantur elementis: molesta no-
bis primo videntur auditu. Volenti eni3 vni-
cuiq3 auditorum discere de ijs: que ad salute3
pertinent:cum de sacrificijs arietum: ⁊ hirco-
rum:vitulorumq3 recitatur: nihil sibi vtilita-
tis conferre huiusmodi litteras iudicant quan
tum ad ipsum expectat auditu3. Si vero quis
inueniatur qui possit velamen:qd̄ est impositū
in lectione veteris testamēti remouere: atq3 in
de perquirere que sint vera sacrificia:que puri
ficent populum in diebus festis : tunc videbit
quā mira:⁊ magnifica sunt:que p hec indican
tur:que superflua ignorātibus: ac superstitio-
sa ducūtur.Sed hec quidē Paulus ⁊ siqui ei
similes sunt plenius ab ipsa sapientia: ⁊ verbo
Dei:perfectiusq3 cognouerint. Nos aūt quā
tum ex ipsorū litteris colligere possumus:in q-
bus nobis velut per vmbrā: ⁊ imaginē indicia
quedā dederunt:ad edificationē cōmunem di
scutere summatim de sacrificioru3 ritu aliqua
tentabimus:in pasche festiuitate agnus scribi
tur esse:qui purificat populum . In alijs vitu
lus:in alijs hircus:aut aries:vel capra: vel vi-
tula:sicut ex ijs: que recitata sunt: didicistis.
Unus ergo ex ijs animalibus:que ad purificā
dum populū sumūtur:est agnus.Qui agnus.
ipse esse dicitur dominus ⁊ Saluator noster.
Sic enim intellexit Joānes qui est maior om-
nium prophetarū:⁊ signauit de ipso dicēs:Ec
ce agnus dei: ecce qui tollit peccatum mundi.
Quod si agnus:qui ad purificandum populū
datus est ad personam domini : ⁊ Saluatoris
nostri refertur:cōsequens videtur quod etiam
cetera animalia:que eisdē purificatiuis vsibus
deputata sunt:referri debeant similiter ad ali
quas personas:que p meritū sanguinis Chri-
sti purificationis aliquid humano generi cōfe-
rant.Vide ergo ne forte sicut dominus ⁊ Sal
uator noster quasi agnus ad occisionē ductus:
⁊ in sacrificium altaris oblatus: peccatoru3 re
missionem vniuerso prestitit mundo:ita fortas-
sis: ⁊ ceterorum sanctorum : ac iustorum san-
guis:qui effusus est a sanguine Abel iusti: vs-
q3 ad sanguinē Zacharie prophete : qui inter-
fectus est inter edem:⁊ altare. Alterius quidē
sanguis sicut vitule:alterius sicut hirci:aut ca
pre:aut alicuius horum fusus est ad expiandū
pro parte aliqua populum.Siue hec ad iusto-
rum:prophetarūq3 personas: qui in hoc mun
do iugulati sunt:vel eorum:qui dicunt.Quo-
niam propter te morti afficimur tota die:existi
mati sumus sicut oues occisionis referenda vi
deantur.Siue etiam ad superiores virtutes q
bus procuratio humani generis data est:quis
facile audeat affirmare?Neque enim hec ani-
malia per speciem: sed per figuram referri ad
illam:vel illam putanda sunt.Nam ⁊ ipse do
minus Jesus Christus : non ideo agnus dici-
tur quasi qui mutatus sit : ⁊ conuersus sit in
speciem agni.Dicitur tamen agnus: quia vo
luntas : ⁊ bonitas eius qua deum repropitia-
uit hominibus : ⁊ peccatorum indulgentiam
dedit:talis extitit humano generi quasi agni
hostia immaculata:⁊ innocēs:qua placari ho-

minibus diuina creduntur. Sic ergo fortassis et siquis est angelorum: celestiumque virtutum: aut siquis iustorum hominum: vel etiam sanctorum prophetarum: atque apostolorum: qui enixius interueniat pro peccatis hominum: hic pro repropitiatione diuina: velut aries: aut vitulus: aut hircus: oblatus esse sacrificium ob purificationem populo impetrandam accipi potest. Aut non videtur vt aries: aut hircus holocaustum se obtulisse Paulus pro populo israel: cum dicebat: optabam autem ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis: qui sunt cognati mei secundum carnem. Vis autem scire: quod se hostiam Paulus offerat iugulandum? Audi. n. in aliis dicentem. Jam enim ego imolor: et tempus resolutionis: vel (vt in grecis codicibus legimus) reuersionis mee instat. Sic ergo figuraliter potest videri: quod alius pro festiuitate nouorum: alius pro festiuitate sabbati: alius pro festiuitate tabernaculorum: quasi hircus: aut vitulus: aut aries offeratur ad reconciliandum hominibus deum. Donec. n. sunt peccata: necesse est requiri et hostias pro peccatis. Nam pone (verbi gratia) non fuisse peccatum. Si non fuisset peccatum: non necesse fuerat filium dei agnum fieri: nec opus fuerat eum in carne positum iugulari: sed mansisset hoc: quod in principio erat deus verbum. Uerum quoniam introiit peccatum in hunc mundum: peccati autem necessitas propitiationem requirit: et propitiatio non fit: nisi per hostiam: necessarium fuit prouideri hostiam pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuerse: et varie qualitates fuerunt: diuersorum animalium mandantur hostie: proculdubio que conuenirent varietatibus peccatorum. Sic ergo efficitur alius sanctorum: siue angelorum (vt diximus) siue hominum vitulus qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis. Alius autem aries in alia festiuitate: quorum intercessione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificari potuerint homines a peccatis: et esse puriores: minuuntur et hostie. Si enim pro peccatis sunt hostie: et pro multitudine peccatorum multiplicate sunt: sine dubio et pro exiguitate minuuntur. Huius autem rei in presentibus locis scripture habemus indicia: idest in vltima festiuitate. Scenophegie: cum per octo dies hostie iubentur offerri: et prima quidem die quasi adhuc in abundantia peccatorum: quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda autem die in minutis vtpote peccatis minuuntur et hostie: et tredecim vituli offeruntur. Tertia die duodecim: et post hec vndecim: et ita quasi deficiente per dies multitudine peccatorum: minuitur consequenter etiam numerus hostiarum. Sic etiam per dispensationem totius mundi ratio est purificationis: et intellectuum. Indiget enim purificatione non solum que in terra sunt: sed que in celis. Imminet namque et celi perditio: sic enim dicit propheta. Celi peribunt: et omnes vt vestimentum veterescent: et sicut amictum inuolues eos: et mutabuntur. Intuere igitur totius mundi: idest celestium: ac terrestrium: et infernorum purificationem. Uide quantis indigeant ista omnia hostiis: quantos requirant vitulos: quantos arietes: quantos hircos. Sed in iis omnibus vnus est agnus: qui totius mundi potuit auferre peccatum: et ideo cessauerunt cetere hostie. Quia talis hec fuit hostia: vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Ceteri enim precibus peccata: hic solus potestate dimisit. Dicebat enim. Fili remissa sunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuitur mundus primo per diuersas hostias remissionem querere peccatorum: donec veniat ad hostiam perfectam: ad hostiam consumatam: agnum anniculum: perfectum: qui tollat peccata totius mundi. Per quem festiuitates agat spiritales: non ad satietatem carnis: sed ad profectum spiritus sacrificiis spiritalibus purificatione mentis oblatis. Decet enim deo imolari victimam cordis: et hostiam contribulati spiritus: non carnis: et sanguinis iugulari. Quia et si agnouimus Christum aliquando secundum carnem: sed nunc iam non nouimus: et ideo in spiritu diem festum agamus: et spiritalia sacrificia iugulemus. Hec pro viribus nostris de diuersitate sacrificiorum discussa sint: quorum ad liqdum intellegentiam scit ille: cui nuda: et reuelata sunt omnia: nec est vlla creatura in conspectu eius inuisibilis. Post hec votorum lex ponitur: et nouo principio vtitur in hac legislatione Moses. Ait enim. Homo homo quicunque vouerit votum domino. Que est ista repetendi nominis causa? Quasi non sufficeret dixisse. Homo qui vouerit votum domino. Quid est ergo quod ait: homo homo? et quid sibi velit ingeminata hominis appellatio? Non mihi silentio pretereundum videtur. Apostolus docet alium esse interiorem hominem: et alium exteriorem: et illum esse: qui renouatur de die in diem secundum imaginem eius: qui creauit eum. Hunc vero esse visibilem: qui corrumpitur. Cum ergo venitur ad istum iam profectum vt lex dei suscipiatur: et vota domino offerantur. Uota autem domino offerre nemo potest: nisi qui habet aliquid in semetipso: et in substantia sua quod offerat Deo. Non sufficit iste exterior homo legem Dei suscipere: nec vota solus offerre: non enim potest aliquid dignum deo habere. Sed ille interior est homo: qui magis habet in se

quod offerat

quod offerat Deo. In illo nāq3 est habitacu- lu3 virtutum: in illo omnis intellectus sciētie: in illo est diuine imaginis inouatio. Qui cum speciem suam: qua ex initio a deo factus est: re cuperauerit: ꝛ virtutum redintegratione pul- chritudinem priorem forme recepit: tunc iam potest vota offerre deo: ꝛ tūc iam non homo so lum: sed homo hō dicet. Na3 qui interiorē ho minem non excolit: qui illius curā non gerit: q virtutibus eū non instruit: moribus non ador- nat: diuinis institutionibus nō exercet: sapien- tiam dei nō querit: sciētie scripturarum operā non impēdit: hic non pōt hō homo dici: s3 ho- mo tantū: ꝛ homo animalis. Quia ille iterior: cui verius: ꝛ nobilius homo nomē est: sopitus in eo est: carnalibus vitijs: ꝛ mundi huius cu- ris: ac sollicitudinibus obrutus: ita vt i eo nec nominis eius haberi possit appellatio. Nā sa- tis agendum est vnicuiq3 nostrum: vt si forte videt in se interiorem hoīem peccatorum sordi bus: ꝛ vitiorum ruderibus oppressum iacere ci tius ab eo auferat omnes immunditias: citius eruat eū ab omni inquinamento carnis: ꝛ san- guinis: conuertatur aliquando ad penitentiā: reuocet ad se memoriā dei: reuocet spem salu- tis. Nō enim hec extrinsecus aliunde queren- da sunt: sed intra nos est salutis occasio. Sicut ꝛ dominus dixit. Ecce enim regnum dei intra vos est. Intra nos nāq3 est conuersionis facul- tas. Cum enim conuersus ingemueris: saluus eris: ꝛ tūc poteris digne altissimo reddere vo- ta tua: ꝛ homo hō appellari. Uotum autē est: cum aliquid de nostris offerimus deo. Uult er go a nobis prius aliqd accipere deus: ꝛ ita no- bis aliquid ipse largiri: vt dona sua ꝛ munera merētibus: ꝛ non immeritis largiri videatur. Quid autē est quod vult accipe a nobis deus? Audi scripture sententiam. Et nunc israel qd dominus deus tuus poscit a te: nisi vt timeas dnm deum tuum: ꝛ ambules in omnibus vijs eius: ꝛ diligas eum ex toto corde tuo: ꝛ ex tota aīa tua: ꝛ ex totis viribus tuis? Hec sunt ergo que deus poscit a nobis. Que si non prius of- feramus: ab ipso accipiemus nihil. Legimus ꝛ in alio loco. Date gloria3 deo: ꝛ date magni ficētiam deo. Si dederitis gloriam: recipietis gloriam. Sic enim dicit ipse deus. Glorifican tes me: glorificabo. Ego vero dico. Quod etsi offeramus ei iustitiam nostra3: accipiemus ab ipso iustitiam dei. Et si offeramus ei nostram: idest corporis castitatem: accipiemus ab ipso ipsius castitatem. Et si offeramus ei sensu3 no stru3: accipimus ab ipso sensu3 ipsius. Sicut ꝛ Apostolus dicebat. Nos aūt dnī Christi sen- sum habemus. Cum autem nos obtulerimus deo que in nobis sunt: ꝛ ille contulerit in nos q̄ sua sunt: tunc vere iā nō homo solum: sed ho- mo homo dicetur. Uterq3 enim homo voca- buli sui perfectione decenter ornatus est. Ista sunt ergo vota: que debet exsoluere is: qui ho- mo homo appellatur. Scio diuersa vota i scri pturis referri. Anna quidem vouit deo fructū ventris sui: ꝛ Samuelem cōsecrauit in tēplo. Alius: quodcūq3 sibi post victoriam redeunti occurrisset vouit deo: ꝛ occurrēte filia: vota la- chrymāda persoluit. Alij vitulos: aut arietes: aut domos: aut alia huiusmodi rōne carētia: vota offerūt Deo. Ille xo: qui appellat Na- 3areus: semetipsu3 deuouit deo. Hoc est enim votū Nazarei: qd est sup omne votu3. Na3 fi- lium offerre: vel filiā: aut pecus: aut predium: hoc totū extra nos est. Semetipsum deo offer- re: ꝛ nō alieno labore: sed proprio placere: hoc est pfectius: ꝛ eminētius oībus votis: quod qui facit: imitator est Christi. Ille eni dedit homi- ni terram: mare: ꝛ oīa que in eis sunt: ad obse- quium dedit ꝛ celū. Solē quoq3: ꝛ Lunam: ac stellas hoīum ministerio concessit. Pluuias: vētos: ꝛ omne qcqd in mūdo est: hoībus largi- tus est. S3 post hec oīa: semetipsu3 dedit. Sic enim dilexit deus mūdu3: vt filiū suum vnige nitum daret pro mūdi huius vita. Quid ergo magnū faciet homo si semetipsu3 offerat deo: cui ipse se prior obtulit deus? Si ergo tollas crucē tuā: ꝛ sequaris Christū: si dicas viuo au tem iam non ego: viuit vero in me Christus: si desyderet ꝛ sitiat anima nostra redire: ꝛ eē cu3 Christo: sicut ꝛ Apostolus dicebat: ꝛ presentis seculi non delectetur inlecebris: ꝛ si omnem le- gem: que de Nazareis data est: spiritaliter im pleat: tunc semetipsum: idest animā suam ob- tulit deo. Qui in castitate viuit: corpus suū vo uit deo ꝫm eum: qui dixit. Uirgo autem cogi- tat quomodo sit sancta corpore: ꝛ spiritu. Nā ꝛ hoc ipsum: quod dixit sancta: ad hoc respi- cit. Sancti enim dicuntur illi: qui se vouerunt deo. Unde ꝛ aries (verbi causa) si vouet deo: sanctus appellatur: quem tonderi ad commu nes vsus nō licet. S3 ꝛ vitulus si deuotus fue- rit deo: sanctus nihilominus appellatur: nec li cet eum iūgi in opus cōmune. Ex iis ergo colli gamus quid est hoīem seipsu3 vouere deo? Si te voueris deo: imitandus tibi est vitulus: quē non licet humanis operibus deseruire. Nihil facere: quod ad homines: ꝛ ad presentem per- tineat vitam. Sed quicquid ad animam perti net: ꝛ ad diuini cultus obseruātiā: hoc ꝛ agen- dum ꝛ cogitandum tibi est. Sed interim pre-

sens lectio continet diuersitates quasdam votorum: etenim si vir fuerit qui vouit: liber esse dicitur in votis suis: nulliq; subiectus. Mulier autē si voueat: siquidem in domo patris sui sit votum eius: in patris pendet arbitrio: ⁊ siquidem ille recusauerit: liberabitur. Si vero non recusauerit: ⁊ ipse ⁊ filia tenentur obnoxij. Quod si posteaquam non recusauerit pater: non reddiderit votum filia: peccatum ipsi manet. Similiter autem ⁊ erga maritum decernitur: vt si in domo mariti vxor aliquid vouerit ⁊ audiens maritus non recusauerit: reus sit voti pariter cum vxore. Si vero recusauerit: tam vxor sit libera: quam maritus. Si vero tacuerit: vterq; (vt diximus) reus habeatur. Hec sunt qui dē que scripta sunt: sed orādus est nobis deus: vt intellectum dare dignetur se dignum: quo hec (vt decet) de Dei verbis intellegere possimus: ⁊ aduertere. Omnes qui sub lege dei viuimus: ⁊ in ecclesia eius habemur: aliqd sub patribus: aliqd sub viris agimus. Et siqdē puula est aīa: ⁊ initia hȝ in eruditionibus diuinis: hec sub patre agere credenda est. Si vero iam adultior facta est: ita vt viri potens sit ad concupiendum semen verbi dei: ⁊ doctrine spiritalis capere secreta: hec sub viro posita dicitur. Sic enim ⁊ Paulus dicebat de Corinthijs. Volo autem omnes vos vni viro virgines castam exhibere Christo. Qui vero perfectiores sunt: ⁊ eminentiores horū: de illis non dicit qd sub viro sint: sed audi quomodo de semetipso: suiq; similibus pronunciet Paulus. Donec occurramus (inquit) omnes in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis Christi. Huic ergo anime: que in virum perfectū occurrit: nemo dominat in votis: sed habet potestatem suorum: libertatemq; votorum. Si autem feminei adhuc generis fuerit aīa: cui vel vir: vel pater dominetur in votis: non semper in ipsa est culpa: sed interdum redit ad viros: vel parentes. Illud quoq; dicendum est: quod perfectioribus ipse adest deus: sicut scriptum est de populo israel. Dominus ipse deducebat eos. Postea vero quam deliquerunt: ⁊ inferiores semetipsis facti sunt: angelo traduntur. Unde ⁊ Moses dicebat. Nisi tuipse veneris nobiscū: nō me educas hinc. Sed ⁊ de iusto dicit deus: cū ipso sum in tribulatione: ⁊ alio dicit. Non timeas descēdere in Egyptum: quoniam tecū ero. Iustis ergo ⁊ electis ipse adest dn̄s. Inferioribus vero adsunt angeli fm ea: que supius diximus. Sed nos contendere debemus: vt occurramus in virum perfectum: in mensurā etatis plenitudinis Christi: vt vtamur libertate votorum: ⁊ ita adherere domino festinemus: vt cum ipso vnus spiritus simus: ⁊ ipse in nobis maneat: ⁊ nos in ipso: ⁊ nihil in nobis femineum: nihil paruule etatis habeatur: ne necesse sit nobis sub tutoribus: ⁊ pcuratoribus derelinqui a patre. Sed festinemus audire illam a domino: ⁊ Saluatore nostro vocē: qua ait ipse: pater diligit vos. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

De vltione: que in Madianitis facta est. Homilia. XXV.

In superioribus fornicati sunt filij israel cū mulieribus Madianitarum: ⁊ hoc fuit scandalū filijs israel: in quo offenderūt deum: ⁊ ad iracūdiam pvocauerunt sanctum israel. Nunc autē posteaꝙ pertulit israel: que pertulit. Locutus est (inqt) dn̄s ad Moysen dicēs. Ulciscere vltionē filiorum israel de Madianitis: ⁊ ad vltimū apponeris ad populum tuum. Igitur scādala: que acciderāt israelitis: quoniam tergiuersatione Madianitarum acciderant. Ipsi enim subornauerunt mulieres: que eos deciperēt: vt peccarēt coram dn̄o. Illi qdē pro peccato suo pertulerunt vindictam: mediocrius tamē ⁊ partius. Hi vero: qui eis fuerunt causa peccandi: multo vehemētiori subiacent vltioni. Unde edocemur: quia lōge sit grauius alijs causam prebere peccati: quam ipsum vnūquēq; peccare. Sicut ⁊ dn̄s designat cum dicit. Quia melius fuerat homini illi non nasci: aut molam asinariā alligari circa collū eius ⁊ precipitari in pfundum maris: quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. Simulq; aduertēdum est: quoniā quidem nomē scandali a nō nullis incompetēter presumitur. Illud igitur scādalum dicitur: vbi recto itinere ambulanti deceptio aliqua instruit ad peccādū: ⁊ subijcitur causa peccati: sicut ⁊ Madianite: ambulātibus in lege Domini israelitis: ⁊ custodientibus castitatem: subornarūt mulieres: que eos deciperent ad peccandum. Causam ergo prebere peccati: hoc est scandalizare. Uerūtamen datur vindicta: sed multo grauior in eos: qui scandalizauerūt: ⁊ qui causam peccati prebuerūt: ꝙ in eos: qui peccauerunt. Simul aūt ⁊ illud obserua: quod ijs subiecit. Nouissime autem (inquit) ⁊ tu apponeris ad populū tuum. Si quādo nobis cū Samaritis sermo est: quoniam quidem resurrectionem mortuorum negant: nec recipiunt futuri seculi fidē: perurgeamus eos ex ijs verbis: qbus dominus dicit ad Mosen. Quia apponaf ad populū suum. Nemo enim

mo enim apponit̄ ad eos: qui non sunt. Unde constat eē aliquē populū: cui Moses post vite huius exitū dicitur applicādus. Quia ergo ꝓphetis nō credūt Samarite: ex q̄bus posset resurrectionis mortuoꝝ latius fides approbari: ex ijs saltē Mosei libris: quos recipiūt: ⁊ quorum auctoritatem fatētur: conuincendi sunt ⁊ curandi: si tamen opꝫ Babyloniā curari. Est ergo locus hic resurrectionē mortuorum euidēter ostēdens. Designat eniꝫ esse populū: cui post obitum suum Moses adiūgēdus sit: ⁊ ad quos pro suis meritis trāsferēdus. Post hec locutus est Moses ad populum dicēs. Armate ex vobis viros: ⁊ belligerate aduersum Madian: reddere vindictā in Madian a domino: mille ex tribu: ⁊ mille ex tribu: ex oībus tribubus israel mittite ad belligerādum. Attendite lectioni. Nō solū .n. ad auditū sermonū: sed ad reꝝ ꝯsiderationē intendendus est animus. Recordare preterita: audi p̄sentia: que sequūtur: aduerte. Cōfer priora posterioribus: ⁊ diuinaꝝ virtutū magnificētiā cōtēplare. Filij israel dudū sexcenta millia fuerant armatoꝝ: q̄ processerāt aduersum Madian: ⁊ hi omnes victi sunt: quoniam peccatuꝫ erat in ipsis. Nūc vero victores Madianite: qui sexcenta millia fugauerant: vincuntur a duodecim millibus: vt scias: q꜠ non in multitudine: nec in numero militum vincit israel: sed iustitia: ⁊ pietas est in eis: que vincit. Propterea deniqꝫ ⁊ in benedictionibus eoꝝ dicitur. Quia si seruauerint legem domini: vnus ex ipsis ꝑsequatur mille: ⁊ duo vertant deceꝫ millia. Uides ergo: q꜠ multo plus valet vnus sanctus orādo: quā peccatores innumeri preliādo. Oratio sancti penetrat celum. Quomodo non ⁊ hostem vincat in terris? Et ideo omnimodis studēdum est querere ꝑmo: ⁊ custodire iustitiā Dei. Quā si obtinueris: ⁊ seruaueris: oēs tibi hostes ipsa subijciet. Si fueris idutus (sicut Apostolus dicit) loricam iustitie: ⁊ accinctus veritateꝫ. si galeā salutis acceperis: ⁊ gladium spiritus: ⁊ an̄ oīa scutum fidei: in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere. Talibus enī instructus armis: vniuersa diabolica castra: oēmqꝫ eius fugabis exercitum: ⁊ cuꝫ fiducia cantabis. Si cōsistant aduersum me castra: non timebit cor meum: si insurgat in me preliū: in hoc ego sperabo. Cōgrediūtur ergo duodecim millia aduersum Madianitas: ⁊ interficiunt (inq̄t) oē masculinū eoꝝ: ⁊ reges eoꝝ: ⁊ Balaam filiuꝫ Beor interfecerūt gladio cū reliquis vulneratis eoꝝ. Quod in superioribus q̄rebamus quomodo de scripturis probari possit Balaaꝫ cōsilio subornatas esse mulieres Madianitarū: que deciperent filios israel ad fornicādum: p̄sens hic scripture locus euidēter ostēdit: dicēs eū peremptuꝫ esse gladio velut auctorē scādali: quod immissum est filijs israel. Dicitur aūt de eo: ⁊ in sequentibus adhuc euidentius hoc modo. Et ait ad eos Moses. Cur viuam reseruastis omnem feminaꝫ? Ipse eniꝫ sunt: que filios israel ꝛm verbuꝫ Balaam apostatas fecerūt. Interficiūtur aūt ⁊ reges Madianitarū: atqꝫ illi: qui prius a mulieribus victi sunt: nūc expiatione habita: ⁊ gesta penitētia: etiam reges vincunt. Ex hoc intellegamus quātuꝫ valeat ꝯuersio ad deū: quātum prosit emendatio peccatoꝝ. Omne masculinuꝫ: oēs reges Madianitaꝝ vincūtur: ⁊ perimuntur ab ijs: q̄ per correptionem dn̄i: ⁊ per gestorum penitentiam correpti sunt: ⁊ emendati. Quinqꝫ ergo reges Madianitarum referūtur ab israeliticis militibus superati. Sꝫ ⁊ nomina eoꝝ cure fuit scripture diuine memorari. Euuin (inquit) ⁊ Rocon: ⁊ Sur: ⁊ Ur: ⁊ Roboc. Isti sūt: q̄ regnāt apud Madianitas: quos supare: ⁊ penitus debent extinguere omnes q̄ militant deo. Euuin nāqꝫ beluinus: vel ferinus interpretat̄. Et quomodo poteris placare ei: qui te probauit: si nō absciderīs a te: ⁊ penitus perimere beluinos: ⁊ feros mores? Quomodo poteris ad mansuetorum beatitudinem peruenire: nisi prius interficias Euuin. ⁊ morti tradas potius iracūdie feritatē? Ego puto ꝙ nola hec scriptura diuina non pro historia narrauerit: sꝫ pro causis: ⁊ rebus aptauerit. Nā putas fuerit aliq̄s ita stultus: q̄ filio suo nomē beluinus imponeret? Sꝫ hoc arbitror magis ꝙ īstitutioni aīarū ꝓspexerit sermo diuinus: volēs nobis ostēdere ꝙ aduersuꝫ huiusmodi vitia militare debeamus: ⁊ de habitaculis ea carnis nostre ꝯpellere. Istos reges fugare de regno corporis nr̄i: qđ Apostolus euidētius designat dicēs. Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore. Uis autē videre qm̄ nō solū apud sanctos nola pro rebus aptant̄: sed ēt apud gentiles: ⁊ barbaros? de sanctis quidē notum est cur Abram Abraham vocitatus sit: ⁊ Sarai Sara: ⁊ Jacob israel. Doceamus aūt quod mos iste habeatur etiā apud barbaros. Nōne vnus ex filijs israel a parentibus suis Joseph nomē acceperat? Cuꝫ autem transijt in Egyptum: ⁊ stetit ante Pharaonem: cōmutauit nomē eius: ⁊ de Joseph cognominauit eū Psomthōphanec: qđ lingua sua Pharao de secretoꝝ: vel somnioꝝ reuelatione composuit. Et non solum Joseph huic apud Pharaonē ex re nomē aptatur: sꝫ

⁊ Daniel in Babylonia Baltassar nominatur. Et Ananias: atq3 Azarias: ⁊ Misael. Sidrach. Misac. Abdenago vocitantur. Vides ergo q2 tam israeliticoꝝ: ꝙ ēt barbaroꝝ hoīu3 noīa nō fortuitu: sed pro rebus: ⁊ causis aptātur in lege. Igitꝰ Madianitarū rege3 Moses appellauit: put ipse cēsuit appellandū. Beluina (inqt) feritas est: que regnat in Madianitis: ⁊ non ipsa solum: sed ⁊ alius est apud ipsos rex noīe Rocom: qđ est in nostra lingua inanitas. Regnat ergo ⁊ inanitas in Madianitaꝝ gēte. Est enim re vera multa inanitas: ⁊ vanitas in hoc mūdo: imo ⁊ vanitas vanitatum: ⁊ oīa vanitas: quā dei miles supare debet ⁊ vincere. Vincit autē inanitatē qui nihil inaniter: nihil supfluū: ⁊ qđ ad rem nō pertinet gerit: q meminit p̄cepti illius dominici quo ait. Oꝛ ēt de verbo ocioso reddent hoīes rōne3 in die iudicij. In hac aūt vita: homines totū pene ocio sum: ⁊ totum inane est: qđ loquūtur: qđ agūt. Inanis enim dicitur oīs actus: ⁊ omnis sermo in quo nō est intrinsecus aliquid pro deo: vel p mandato dei. Est ⁊ alius rex Madian. Er: ⁊ hic iterpretatur irritatio. Vides quales sunt: qui regnant apud Madianitas: qbus hominibus aduersari opoꝛtet: imo quos perimi conuenit ab ijs: qui deu3 sequunꝰ: ⁊ interfici. Nō enim ta3 regum: quā vitioꝝ noīa: que regnāt in hominibus referūtur in lege: ⁊ nō tā gentiū bella: quam ꝯcupiscentiarū carnaliu3: que militant aduersus aīam describūtur. Deniq3 hi qui in vitijs regnāt: quinq3 reges esse dicunꝰ. Vt euidētissime doceamur: q2 omne vitiū: qđ regnat in corpore: ex qnq3 sensibus pēdet. Isti ergo qnq3 sensus perimēdi sunt de regno Madianitaꝝ: vt vltra vitia nō regnēt super eos: s3 iustitia: ne ad scādalum videant que vidēt: sed ad edificationem. Apud Madianitas enī sensus isti ad scādalizandū regnabant: vt scandalizarent: ⁊ deciperent. Et ideo precepit dn̄s: vt si te scandalizauerit oculus tuus: erues eū. Si manus: aut pes: abscidas eū. Vides ergo: q2 ⁊ ipse iubet abscindi: ⁊ perimi reges scādalizantiu3: Melius est (inqt) te luscu3 introire in regnum dei: ⁊ mancum: aut claudū: quam cū ijs mitti in gehēnam. In quibus nō vtiq3 effodiendū precipit oculū corporis nostri: nec manū: aut pedem abscidendum: sed sensum carnalia sentiēte3: ⁊ ꝯcupiscentijs corporalibus lasciuientem mādat abscindi: vt oculi nostri recta videāt: ⁊ aures nostre recta audiāt: ⁊ gustus noster v̄bū dei gustet: manusq3 nostre palpent: ⁊ ꝯtingāt de v̄bo dei. Et hoc est: in quo peremptis regibus Madianitarum: ⁊ scandali affectibus amputatis: regnat in nobis iustitia ipse dn̄s noster Jesus Christus: qui factus est nobis iustitia a Deo: ⁊ pax: ⁊ redemptio. Igitꝰ ex precepto domini a filijs israel aduersum Madianitas bella confecta sunt: spolia ex ipsis copiosa referuntur: auri: atq3 argēti: ceteroꝝq3 mobiliū pōdus imensum. Iumētoꝝ: captiuoꝝq3 numerus plurimus. Verū qm̄ cūcta hec apud israelitas immūda ducūtur: purificatio singulis quibusq3 cōpetens adhibeꝰ: ⁊ ea quidem: que ex metallis constant: ignis purificat. Que v̄o fragilioꝛa sunt: ⁊ ignem non ferunt: aqua purificari iubentur. Fiunt ergo ex oībus spolijs equales due partes: vt vna sit eoꝝ: qui ad bellum processerāt: ⁊ alia eorum: qui in castris resederant. Iubenꝰ ēt ex ijs offerre in dona dei. Illi quidē: qui processerant ad bellum: vnum caput ex qngētis. Illi v̄o: qui in castris manserant: vnum ex qnquaginta: atq3 omniū simul in vnum collectus numerus referꝰ. Hec est historie continētia. Sed videamus quid in ijs sensus idicet spiritalis. In populo dei sunt quidam (sicut Apostolus dicit) qui militant deo. Illi sine dubio: qui se nō obligāt negocijs secularibus: ⁊ isti sunt: qui ꝓcedūt ad bellum: ⁊ pugnāt aduersus gentes inimicas: ⁊ aduersum spiritales neqtias pro reliquo populo: ⁊ p ijs: qui infirmiores sunt: siue per etatē: siue per sexū: siue per ꝓpositū. Pugnāt aūt isti orationibus: ⁊ ieiunijs: iustitia: ⁊ pietate: māsuetudine: ⁊ castitate: cūctisq3 continentie virtutibus: tāꝙ armis bellicis cōmuniti. Et cum regressi fuerint ad castra victores: fruuntur laboribus eoꝝ: etiā ibelles: ⁊ ij: qui ad pugnā: vel nō vocātur: vel exire nō possunt. Sciēdū tn̄ est ꝙ oīa que sumunꝰ ex istis gētibus imūda sunt. Et oē fortasse qcqd ex hoc seculo adsumiꝰ: vel prelio capiꝰ: immundum est: ⁊ purificatione indiget: ⁊ quedā ex ipsis per ignē transitura sunt: alijs aute3 sufficiet aque purificatio. Adsumuntur aute3 ex prelio etiam hoīes: ⁊ iumenta: cum captiuātur omnes intellectus ad obaudiendum Christo. Ex ijs eni3 ipsis: quos cepertimus: offerimus deo. Nisi eni3 pugnauerimus in verbo dei: nō poterimus captiuare itellectū coꝝ: qui diuersa a Christo sentiūt: ⁊ perducere eos ad obedientiam Christi. Pauci sunt tamē q pugnare possint: ⁊ prelia ista conficere: de sexcentis millibus: ⁊ amplius armatorum: qui videbanꝰ militare deo: sola duodecim millia eliguntur: ceteri relinquūtur in castris. Intuere nunc mihi populu3 dei: qui est in ecclesia quāti sunt ex ijs: qui possint pro veritate pugnare: qui possint resistere ijs: qui cōtradicunt: qui

140

sciant verbi bella tractare. Beati sunt isti: q pro omni populo pugnare possunt: ⁊ defendere dei plebem: ⁊ copiosa de hostibus spolia reportare. Tamē ⁊ reliqua pars populi: que videt imbellis: si cum quiete resideat in castris: si in silētio agat: ⁊ non recedat a Mose sed pmaneat in lege dei: partē spoliorum etiā ipsa percipiet. Fiet eni3 equa portio: nō per numeꝝ qdem: sed q̄tu3 datur omni populo reliquo: tātum ⁊ illis duodecim millibus: qbus vincentibus capta sunt spolia. Quis hec audiēs nō inuitetur ad militiam dei? Quis nō animet pugnare pro ecclesia: ⁊ resistere aduersum veritatis inimicos: eos scilicet q vel dogmata ecclesie obpugnare: vel voluptati ⁊ luxurie operam dare hoīes docent? Qui ergo hos expugnat: ⁊ vel in se: vel in proximis suis vitia pimit: hic accipiet spolia multa: quinquagies multiplicata: quā ceteri. Jntātum nāq3 numeri quantitas videtur augeri: cū sexcētis millibus duodeci3 millia cōferuntur. Offerre tn̄ pars vtraq3 iubet deo. Et illi qdē: qui vicerūt: vnum ex quingētis. Qui aūt domi resederunt: vnu3 ex quinquaginta. Quingētoꝝ aūt ⁊ quinquaginta numeꝝ sanctum eē scriptura testatur. Vn̄ ⁊ Saluator dicebat i euāgelijs. Domini cuidā feneratori erant duo debitores: vnus ex ipsis debebat denarios quingētos: ⁊ alius quinquaginta. Nō hn̄tibus illis vnde redderēt: donauit vtrisq3. Sed ⁊ septe3 septimane monada: idest vno addito: qnquagesime dieꝫ faciūt: que pētecostes festiuitas appellat. Similiter ⁊ septuagita septimane: addita vnius decadis pfectione: quingētoꝝ numerū reddūt. Sed quanto plures sunt septuaginta septimane: quā septe3: tāto p̄stātior: ⁊ pfectior numerus qngētorum: quā quinquaginta. Jnde deniq3 ⁊ in parabola euāgelij: quā supra proposuimus. Saluator noster pronūciat q̄ plus diligat ille: cui qngenti: quos debebat denarij donati sunt: q̄ ille: cui qnquaginta. Deniq3 in p̄senti lectiōe Eleazar sacerdos nō scribitur ad oēm populū locutus: sed ad eos tātū: qui de prelio redeūt. Ait enim. Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis: q reuertebant de prelio. Uides ergo quomodo ad viros virtutis loqtur sermo dei? Uiri.n. virtutis sunt: qui ad bellū procedunt. Si qs xp̄o pugnare non vult: nec militare: si qs nō vult habere certamē studioꝝ diuinoꝝ ⁊ abstinētie: hic nō vult implere illud: qđ Apostolus dixit. Qui aūt in agone cōtendit: ab oībus ꝯtinens est. Qui ergo nō ꝯtēdit in agone: ⁊ ab oīb: us nō est ꝯtinēs: neq3 exerceri vult in xp̄o dei ⁊ in lege dn̄i meditari die: ac nocte. Hic ēt si vir dicatur: vir tamen virtutis nō potest appellari. At vero hic: de quo nūc sermo est scripture diuine: qui spolia de hostibus refert: vir virtutis appellat. Hoc est enim laudis eius insigne: qđ scriptura dicit. Quia locutus ē Eleazar sacerdos ad viros virtutis: qui reuertebātur e prelio. Quis nostrū ita paratus est: vt pcedat ad bellu3: ⁊ contra aduersarios dimicet: vt ⁊ ipse vir possit appellari virtutis? Sicut aute3 vita ꝯtinens: ⁊ abstinentie labor: atq3 agonum certamina: faciūt vnūquēq3 virum virtutis appellari: ita e contrario remissa vita: ac neglegens: ⁊ ignaua: facit virum ignauie appellari. Si ergo vis vir appellari virtutis: indue te Christum dn̄m: qui est dei virtus: ⁊ dei sapientia: ⁊ in omnibus adiunge te domino: ita vt vnus cum eo spiritus fias: ⁊ tūc vir virtutis efficieris. Tēpus igit belli nobis est i hoc mūdo: pugna aduersus Madianitas est: siue aduersum vitia carnis nostre: siue aduersu3 contrarias potestates. Spectat nos angelorum chorus: ⁊ virtutū celestium pia erga nos pēdet expectatio: quando: vel quomodo de hoc prelio reuertamur. Quid vnusquisq3 nostru3 manubiarum reportet: ⁊ intuentur curiosius: ac sollicitius perscrutantur quis nostrum auri huic amplius ferat: quis etia3 argenti illud pōdus exhibeat: quisue lapides deferat p̄ciosos. Requirunt etiam si quis es deferat: aut ferrū: aut plumbu3: sed ⁊ vas ligneū si forte aliquis: aut fictile: aut aliud huiusmodi magne domus vsibus necessariū. Jn magna enim domo non sunt tantūmodo vasa aurea: ⁊ argentea: sed ⁊ lignea: ⁊ fictilia. Requiritur ergo diligēter cū abierimus illuc quid vnusquisq3 nostrū deferat: ⁊ s̄m ea: que detulerit: s̄m quod labor eius pro ꝯtemplatione exuuiaꝝ probat: etiā mānsionis ei meritu3 deputabit. Probant tamē oīa hec: que per ignem: per ignem: que per aquā: per aquā. Uniuscuiusq3 enim opus quale sit: ignis probabit: propterea ergo ait. Hec est iustificatio legis: quam cōstituit dn̄s Moysi: preter aurum: ⁊ argentum: ⁊ eramentu3: ⁊ ferrū: ⁊ plumbum: ⁊ stagnum: ⁊ omnis res: que transit per ignem: traducite per ignem: ⁊ mundabitur. Sed ⁊ in aqua purificatiōis purificabūtur. Omnia quecūq3 non transeunt per ignē: transibunt per aquam: ⁊ lauabitis vestimenta vestra die septima: ⁊ mundi eritis: ⁊ post hec introibitis in castra. Uides quomodo purificatione indiget oīs: qui exierit de prelio vite huius. Quod si aliquid est: vt aliqd audeā dicere s̄m scripture diuine auctoritatem: omnis qui exierit de hac vita non pōt esse mūdus. Cōsy-

derā enim diligēter qd indicet historie textus. Exierūt isti pugnare pro filijs israel: interfecerūt Madianitas. Interficiētes aūt eos quātū ad historie ordinē spectat: et litteram legis: placuerūt deo: volūtatē nāqz dei impleuerunt: tū hoc ipso quod interfecerūt aduersarios: imundi dicūtur effecti: et propterea dī ad eos. Et lauabitis vestimenta vestra die septima: et mūdi eritis: et post hec introibitis i castra. Ergo hi: qui pugnant: pro eo ipso quod contigerūt hostes imundos: et quod ingressu sunt cōtra eos: et habuerint cuz eis certamen: polluti sunt. Et ego ergo etiam si vincere potuero diabolum: etiam si cogitationes imundas: et malas: quas cordi meo suggerit: vel repellere veniētes: vel ingressas necare intra me: ne ad effectum perueniāt quiuero: et si calcare potuero caput draconis: hoc ipso tamen pollui me: et inquinare necesse est: quo euz: qui pollutus: et inquinatus est contigi: et ero quidem beatus: quod eum superare potui. Immundus tamen sum: et pollutus qui pollutum contigi: et ob hoc purificatione egeo. Idcirco nimiruz et scriptura dicit. Quia nemo mūdus a sorde. Omnes ergo purificatiōe indigemus: immo purificationibus. Multe eniz et diuerse nos manent purificationes. Sed mystica hec sunt: et ineffabilia. Quis enim nobis enarrare poterit que sint purificationes: que parentur Paulo: vel Petro: vel alijs horum similibus: qui tantum pugnauerunt. Tot gentes barbaras deleuerunt: tot hostes prostrauerunt: tāta spolia: tot triumphos ceperūt: qui cruentis manibus de cede hostiuz redeunt: quorum pes tinctus est in sanguine: et manus suas lauerunt in sanguine peccatoruz. Interfecerūt quippe in matutinis omnes peccatores terre et imaginem eorum exterminauerunt de ciuitate domini. Vicerunt quippe et peremerunt diuersas demonum gentes. Nisi eni vicissent eas: non potuissent capere ex eis captiuos: omnem hunc credentium numerum: et producere eos ad obedientiam Christi: et subdere eos iugo eius suaui: et imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus ē: qui succedat eis in ijs prelijs: et interficiat omnes Madianitas et iustificetur ex sanguine eorum? Sanguinem eorum demonū fundere dicitur: q eripit eos: quibus illi dominantur. Lauabit aūt hoc sanguine: et purificabit in regno Dei: vt purificatus: et mundus effectus: possit ingredi sanctaz ciuitatem dei. Aperiente sibi ostiū Christo Iesu domino nostro. Immo qui est ostium ciuitatis ipsius dei. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De summa numeri filiorum israel. Homilia. XXVI.

Differentias eē profectuū: et meritoruz in populo fideliū. Siquis diligētius intendat lectioni: multis in locis diuinis in voluminibus deprehēdet. Nō minus aūt hec et ex presenti lectiōe colligimus de eo: qd scriptuz est: et accesserūt ad Moysen oēs: q cōstituti erāt principes per tribus in exercitu tribuni: et cēturiones: et dixerūt ad Moysen. Nos pueri tui collegimus summā viroꝝ bellatorum nostroꝝ: et nō dissensit ex nobis qsquā: et obtulimus munus dño: vnusquisqz vir qdcūqz inuenit vas aureum: torquez: aut viriolam: aut anulum: aut dextralē: aut catenulam: ad propitiāduz pro nobis corā dño. Loquitur ergo ad Moysen electi principes: qui cōstituti sunt super exercitū: et pro bene gestis rebus munera offerūt deo dicētes. Nos pueri tui: sumus qui accepimus summaz bellatorum filiorū israel. Dicūt aūt summam bellatoꝝ: illoꝝ duodecim millia viroꝝ: qui electi sunt ex oibus tribubus israel: vt confligerent aduersus Madianitas. Sūt ergo in populo dei bellatores multi: sunt et imbelles plurimi: et rursus inter bellatores sunt qdam: qui appellātur summa bellatoꝝ: eminētiores sine dubio ab ijs: q bellatores dicunt: sicut et eminētiores sunt ab imbellibus bellatores. Et rursus sunt aliqui celsiores ab ijs: qui summa bellatorum dicti sunt. Ii scilicet: q cōstituti sunt sup eos principes: et plati singulis qbusqz millibus electoꝝ. Est ergo multa diuersitas in eo ordine: qui bellatores appellant. Sz et inter ipsos imbelles est nihilominus aliqua differētia. Nec ipsi.n. equant: et vno ordine oēs appellant imbelles. Quidā.n. ita imbelles sunt: vt nunq possint fieri bellatores: vt est senilis etas: et ois femineus sexus: sed et cōditio seruilis. Puerilis vero etas ita imbellis est: vt spem gerat aliquando fieri bellatrix: scilicet cū occurrit in virum pfectum: in mēsurā etatis: tunc non solū bellatores fieri ex pueris: sz et in summam bellatorum venire se sperāt: et eē electi: et in duodecim millibus numerari: vel etiā pferri: et esse principes electorum. Considera nunc presentis seculi statum: et vide omnia bellis repleta: omnēqz humanā vitā inuisibilibus prelijs: et impugnationibus demonum perurgeri. In populo vero dei esse quosdam ita robustos fide: armatosqz virtutibus: vt aduersuz huiusmodi hostes quotidie bella cōficiāt: et semp in procinctu positos nō soluz semetipsos: sed ceteros: qui vel per sexuz: vel per etatez: vel per seruitutis conditionem pugnare

nem pugnare nō possunt: ab hostiū tueant̄ insi
dijs: verbo doctrine eos: exēploq3 vite: ⁊ cōmo
nitionū sedulitate munientes: si tñ nō desit eis
fides. Siue.n. bellatores: siue imbelles: impos-
sibile est saluari sine fide. Inter ipsos tñ bella-
tores eos dūtaxat: qui militant deo: cōsydera
alios ita esse paratos: ⁊ expeditos: vt nullis se
implicēt oīno negotijs secularibus: vt placere
possint ei: cui se probauerūt: s3 in lege dei medi
tari die: ac nocte. Isti ergo: q̄ huiusmodi sunt
sūma bellatorū appellātur. Deniq3 non est di
ctum de cōmuni numero bellatoru3: q2 nemo
in eis dissensit: sed de ijs dictū est: q̄ sūma bel
latorum noīati sunt. In istis enī: q̄ tales sunt:
nulla dissensio: nulla discordia. Ipsi eni3 sunt
isti: de q̄bus dictū est. Erat autē credētiu3 cor
⁊ aīa vna: nec q̄sq̄ eorū aliq̄d propriū dicebat:
sed erāt illis oīa cōia. Isti sunt ergo sūma bel
latoru3: in q̄bus nemo dissensit. Isti sunt q̄ au
ri plurimū pugnādo ceperūt: ⁊ omne aurū: at-
q3 oē ornamētū siue capitis: siue brachiorū: si-
ue ēt digitorū: idest q̄cq̄d in intellectibus: q̄cq̄d
in opibus habēt: deo offerunt. Sciūt.n. q2 mu
nera eius: data eius sunt: ⁊ ideo nō dissentit in
eis nec vnus. Nec eni3 possent munera offerre
deo: positi ī dissensione. Istos puto esse ṡm euā
geliū: qui preceptū illud diligenter obseruant
q̄d mādat dñs ⁊ Saluator. Si aūt offeres mu
nus tuum ad altare: ⁊ rememoratus fueris: q2
frater tuus h3 aliquid aduersu3 te: relinq3 ibi
munus tuū ad altare: ⁊ vade prius recōciliari
fratri tuo: ⁊ tūc veniēs offeres mun⁹ tuū. Quo
scilicet leuet manus suas ad deū sine ira: ⁊ dis-
sensione. Isti sunt ergo q̄ dicūt: collegimus sū
ma3 virorū bellatorū nostrorū: ⁊ nō dissensit ex
nobis q̄sq̄: ⁊ obtulimus munus dño. Discēda
igit̄ nobis magnopere est ꝯsonātia discipline:
q2 tanq̄ ī musicis: si armonia chordarū fuerit
cōsonāter aptata: sonū suauē modulati carmi
nis reddit. Si vero sit aliqua in fidibus disso-
nātia: ingratissimus sonus reddit̄: ⁊ carminis
dulcedo corrūpit̄: ita ⁊ ij: q̄ deo militant: si dis
sensiones: ⁊ discordias iter se habeāt: ingrata
erūt oīa: ⁊ nihil acceptū deo videbit̄: ēt si mlta
bella cōficiāt: ēt si spolia multa deferāt: ⁊ mul-
ta munera offerāt deo. Dicet̄.n. ad eos: depōe
munus tuū ad altare: ⁊ vade prius recōciliari
fratri tuo: vt possis ⁊ tu inter eos: q̄ sūma sunt
virorū bellatorū numerari: ⁊ dicere: q2 non dis
sensit ex nobis q̄sq̄. Ego ēt amplius aliq̄d di-
co. Nisi talis fueris: vt ī nullo dissentias a mā
datis Dei nec in aliquo discrepes ab euāgeli-
cis p̄ceptis: nō poteris supare inimicu3. In eo
enim ipso iā victus es: in quo dissentis: ⁊ p̄ hoc
ipsū suparis a diabolo: ī quo discordas a deo.
Si aūt vis vincere inimicū: ⁊ esse sūma bellato
rum: adhere deo: ⁊ cōcorda cū ipso: sicut ille: q̄
dicebat. Quis nos separabit a charitate dei?
Tribulatio: an angustia: an fames: an nudi-
tas: an periculū: an gladius? Et iterū. Neque
vita: neq3 mors: neq3 instātia: neq3 futura: ne
q3 altitudo: neq3 profundū: neq3 creatura alia
poterit nos separe a charitate dei: q̄ est ī Chri
sto Iesu dño nr̄o. Iste talis ī nullo oīno dissen-
tit: iste talis pōt vincere Madianitas: ⁊ iterfi-
cere oēs peccatores terre: ⁊ p̄dere oēm imagi-
ne3 eorū de ciuitate dñi. Et ego ergo debeo de
meipso: ⁊ ō terra carnis mee p̄dere peccatores:
⁊ interficere fornicationē: imūditiā: passione3:
cōcupiscētiā malā ⁊ auaritiā. Isti.n. sunt pec-
catores terre mee: quos tūc deinū exterminare
potero: ⁊ interficere si nō dissentiā a mandatis
dñi. Et tūc vere dignus ero: q̄ offera3 deo mu
nera. Oē vas aureū: torquē (inq̄t) aut viriolā
aut anulū: aut dextrale: aut cathenulā. Torq̄s
ornamētū sapiētia est. In p̄uerbijs.n. de sapiē
tia dī. Quod qui adq̄sierit eā: torquē auream
ponat circa suū locū. Viriola ⁊ anulus: orna-
mēta sunt manuū: in q̄bus operū signant̄ indi-
cia. Simil'r ⁊ dextrale. Cathenule vero: v̄bi:
⁊ doctrine cōnexiōes declarāt. Ad propitiādū
(inq̄t) deū pro nobis. Si dicamus p̄p aurum
deū propitiū fieri hoibus: vide quā absurdu3:
imo quā impiū iudicetur. Hoc enim ēt in viro
bono notabile ducit̄: si accepto auro ab inferio
ribus placet̄. Quāto ergo magis hec de Deo
sentire nō conuenit. Vñ puto expositionis hu-
ius ecclesiastice magis cōstare rōnem: que per
auri spēs indicari docet animi virtutes: ⁊ bo-
norum operū gesta que sola offerri Deo ab ho
minibus dignū est: ⁊ pro quibus solis propitiū
fieri Deum hominibus decet. Et accepit (in-
quit) Moyses: ⁊ Eleazar sacerdos aurum ab
omnibus tribunis: ⁊ centurionibus: ⁊ itulit il-
lud in tabernaculum testimonij: memoriale fi-
lijs israel coram domino. Vides quia que di-
cuntur: non ad conspectum visibilē: sed ad mē
tis memoriam referūtur. Beatus enim est il-
le: qui recordatur se boni aliq̄d opis egisse co-
ram domino: ⁊ obtulisse munera bene placita
deo: animi v̄tutes: ⁊ ornamēta pietatis. Post
hec sequitur historia de hereditate Ruben: ⁊
Gad: ⁊ dimidie tribus Manasse: de qua pro-
ponētes aliqua disserere: volumus prius audi-
torū diligētiā cōmonere: ⁊ aīos eorū ad contē-
plationē spiritalis intellegentie suscitare. Oīa
que dicuntur non solū ex ipso: qui dicitur ser-
mone pēsanda sunt: sed ⁊ p̄sona dicentis ma-

di de Egypto figurã duobus modis accipi: ⁊ a prioribus nostris: ⁊ a nobis sepe iam dictum est. Nã ⁊ cum qs de errorũz tenebris ad agnitionis lumẽ adducit: ⁊ de terrena ↄuersatione ad spiritalia instituta conuertitur: de Egypto videt exisse: ⁊ venisse ad solitudinẽ. Ad illum. videlz vite statuz: in quo p silẽtium: ⁊ quietem exerceat diuinis legibus: ⁊ eloquijs celestibus imbuatur: per q̃ institutus: ⁊ directus: cũ Jordanẽ transierit: properet vsq3 ad terram repromissiõis: idest per gratiã baptismi vsq3 ad euãgelica instituta perueniat. Sz ⁊ illam figuram eẽ diximus exeũdi de Egypto: cuz relinqt anima mundi huius tenebras: ac nature corporee cecitatẽ: ⁊ trãsfert ad aliud seculũ: quod vel sinus Abrahe: vt in Lazaro: vel paradisus: vt in latrone: qui de cruce credidit: idicatur. Vel etiã si qua nouit deus eẽ alia loca: vel alias mãsiones: per que trãsiẽs aĩa deo credẽs: ⁊ perueniens vsq3 ad flumẽ illud: quod letificat ciuitatez dei: intra ipsum sortẽ promisse patribus hereditatis accipiat. Igit cuz duplici (vt memorauimus) mõ egressus designet ex Egypto: ⁊ transitus ad desertum: atq3 inde ingressus ad sancte terre hereditatez. Videamus nũc qd sibi velit Ruben: ⁊ Gad: ⁊ dimidie tribus Manasse: hereditas: que p Mosen tradit: ⁊ extra Jordanẽ decernit. In duodecim tribubus filiorum israel. Occultis qbusdaz: ⁊ mysticis rationibus totius humani generis figurã cõplectitur: vel oĩum certe holuz: qui ad agnitionẽ dei venerunt. Horum ergo pars aliqua extra Jordanem hereditatem consegtur per Mosen. Pars vo trans Jordanẽ: ⁊ hereditatem suscipit in terrã repromissionis p Jesum: ⁊ illi quidẽ: quibus extra Jordanẽ hereditas decernit: primitiui sunt: licet minus nobiles: licz nõ inculpati: primitiui tamen sunt. Ruben tñ est primogenitus Jacob: licz cõtaminauerit thorũ patris: pmogenitus tamẽ est. Sed ⁊ Gad: licz ex ancilla: tamen ⁊ ipse primogenitus est. Manasse quoq3: cuius dimidia tribus extra Jordanẽ cõsegtur: ⁊ ipse licet de Egyptia natus: primogenitus tamẽ est. Oẽs ergo isti primogeniti sunt: ⁊ iõ priorem populũ designãt: qui nõ p Jesum dñm nostrũ: sz per Mosen extra Jordanẽ sortẽ hereditatis accipiũt. Cõsydera autẽ diligẽtius ẽt causam qua priores: ⁊ extra Jordanẽ: ⁊ sequestrati a ceteris ↄsequũtur hereditatem. Jumenta (ingunt) ⁊ pecora multa sunt nobis. Hec ergo cã est: q2 prior populus ad hereditatez illius terre: que lacte fluit: que melle abundat: que fauus mellis est pre omni terra: nõ potuit puenire: nec vbum carnem factũ potuit agnoscere: q2 multa iumẽta habebãt: ⁊ multa pecora. Aĩalis enim hõ non potuit percipe que sunt spiritus dei: nec spiritaliter diiudicare. Quia hõ in honore cuz eẽt: non intellexit: sed cõparatus est iumẽtis insipientibus: ⁊ similis factus est ijs: pro quibus hereditatẽ suam extra Jordanis fluẽta pcepit: ⁊ a terra se sancta fecit alienum. Ille ergo populus accepit hereditatẽ p Moysen: accepit terraz duoꝝ regũ tantũmõ. Non.n.amplius potuit Moses interficere: nisi duos reges: quoꝝ terrã diuideret populis multa aĩalia: multaq3 pecora hñtibus. Illis vero: q Jordanẽ trãseũt Jesus diuidit terrã: q̃uis habeãt etiã ipsi animalia: habeant pecora: nõ tamẽ tãta: que eos excludãt ne Jordanẽ trãseãt. Sed cum ipsis ⁊ mulieribus: ⁊ cũ infantibus suis ↄtẽdũt trãsire Jordanẽ: ⁊ ad patrum pueniũt pmissa. Illi autẽ pp pecora ⁊ iumẽta: ⁊ mulieres suas: ⁊ infantes non potuerũt transire Jordanẽ: nec ad fidem Christi: que est terra repromissionis intrare. Increpat tamẽ Moses: ⁊ dicit ad filios Ruben: ⁊ ad filios Gad. Fratres vestri pgẽt ad plium: ⁊ vos sedebitis hic? Et quare puertitis corda filioꝝ israel: vt non trãseant in terram: quam dominus dat eis? Et cũ increpuisset eos huiusmodi verbis: accesserũt (ingt) ad eum filij Ruben: ⁊ filij Gad: ⁊ dicebãt. Ouilia ouibus fabricabimus hic: ⁊ pecoribus: ⁊ ciuitates: impedimẽtis nostris: ⁊ nos armati prima turma icedemus añ filios israel: vsquequo perducamus eos in suũ locũ. Et hec pmittẽtes mitigauerunt Moysen: ita vt ipse eos cõmendaret Jesu: ⁊ Eleazaro. Ita eniz scriptũ est: ⁊ adhibuit illos Moses ad Eleazaruz sacerdotem: ⁊ Jesuz filiũ Naue: ⁊ pncipes familiaruz tribuũ Israel. Et ait ad eos Moyses. Si trãsierint filij Ruben: ⁊ filij Gad vobiscũ Jordanez oĩs armatus ad pliũ corã dño: ⁊ obtinueris terrã in ↄspectu vestro: dabitis eis terram Galaad in possessionẽ. Terre nomẽ in scripturis diuinis positũ diuersis significationibus inuenimus: ⁊ pmo quidẽ terra hec: in qua habitamus nõ ex initio terra vocitata est: sz arida. Et post hec que prius dicta fuerat arida: terra nomen accepit: sicut ⁊ celum istud visibile: non ab initio celũ dictuz est: sed prius firmamẽtũ: post etiam celi vocabulo nuncupatum est. In principio tamen creature celum ⁊ terram fecisse dicitur deus: ⁊ postea aridam: ⁊ postea firmamentum. Vis autem scire: quia aliud sit in scripturis arida: aliud terra? Audi Aggeũ prophetam dicẽtem. Adhuc semel ⁊ ego mouebo celum: ⁊ terram: ⁊ mare: ⁊ aridam. Vi-

des quomodo propheta aliud ponit terram: ⁊ aliud aridam. Sed ⁊ in multis scripture locis inuenimus terraȝ laudabilem nominari. Aridam vero non facile legimus laudabilē poni. Nam ⁊ Adam in hūc locum quasi culpabilis post peccatum detruditur: qui arida nominatus est. Antea enim non fuit in arida: sȝ in terra. Paradisus namqȝ non est in arida: sed in terra. Sȝ ⁊ mansuetis quod repromittit dominus in euangelio: nō est arida: sed terra. Beati enim (inquit) mansueti: quoniam ipsi hereditabunt terram. Et iterum in euāgelio: semē quod dat fructum cētesimum: sexagesimuȝ: ⁊ tricesimum: terra dicitur eē: non arida. Et puto quia profectus quidē sit ab arida ad terraȝ veniendi: sicut ⁊ profectus quidam fuit: vt hec arida terra vocaretur. Omnes enim nos: donec infructuosi sumus: ⁊ nullū iustitie fructū: nullum pudicitie: nullum pietatis afferimus: arida sumus. Si autē nosmetipsos ceperimus excolere: ⁊ ad virtutum frugē desides animos suscitare: terra efficimur ex arida: que vbi dei suscepto semine leta fruge multiplicet. Est ergo q̄dam etiam in regno dei terra: que māsuetis repromittitur: ⁊ terra: que viuētium noīaꝛ: ⁊ terra in excelsis posita. De qua ad iustuȝ dicit propheta. Et exaltabit te: vt hereditetes terram. Istius ergo terre hereditateȝ posteaquā de mūdi huius egypto exierit deo credens anima cōsequitur. Et alibi quidē hi: qui sub lege vixerunt: alibi autē qui per Jesu Christi fideȝ ⁊ gratiam dispēsati sunt. Verūtamē ij: qui videntur primi: ⁊ per Mosen dispēsati; nō prius consequentur hereditatem sibi decretam: quā Moseo duce meruerunt: nisi ⁊ ipsi trāseant cū ijs: quos Jesus dispēsat: ⁊ pugnēt cum eis cōtra inimicos: ⁊ collocent eos in sedibus suis: ⁊ ita ipsi cōsequētur hereditatē: quā Moseo duce meruerūt. Sȝ hec nisi ex scripturis diuinis approbētur fabule videbūtur. Paulus ergo horum producaꝛ in mediū idoneus testis: q in epistola ad Hebreos: vbi describit omnes illos patres: ⁊ patriarchas: ac prophetas: qui p fidem placuerunt deo: post enumerationeȝ cūctorum: in vltima conclusione sic dicit de eis. Et ij oēs testimonio fidei accepto non perceperunt repromissiones deo pro nobis melius aliquid prouidēte: vti ne sine nobis cōsumarenꝛ. Quasi diceret: iste nouem ⁊ semis tribus de illis duabus ⁊ semis tribubus: q: ꝓpterea nō ceperunt promissiones terre illius que eis extra Jordanē per Mosen decreta est: deo ꝓ nobis aliquid melius prouidēte: vti ne sine nobis cōsumarenꝛ. Propterea ergo transeūt nobiscuȝ armati ad prelium: ⁊ iuuant nos ad belligerādum: ad expugnādos inimicos. Sed illi trāseunt qui armati sunt: qui viri fortes sunt: ⁊ potētes. Ceteri vero: ignaua manus: ⁊ imbellis: remanent extra Jordanē. Siqui autē in ipsis viri fortes sunt: relictis animalibus: ⁊ pecoribus: ⁊ oībus impedimētis: pugnant aduersuȝ hosteȝ nobiscum: vsquequo vincantur inimici nostri: vsquequo hereditatem terre bone: terre mellis: lactisqȝ capiamus. Quis enim dubitat quod sancti quiqȝ patrum: ⁊ orationibus nos iuuent: ⁊ gestorum suorū confirmēt: atqȝ hortētur exēplis. Sed ⁊ voluminibus suis per ea: que nobis ad memoriam scripta reliquerūt docētes nos: ⁊ instruētes quomodo aduersuȝ inimicas potestates dimicandum sit: ⁊ quomodo agonum toleranda certamina. Pugnāt ergo pro nobis: ⁊ ipsi incedunt primi ante nos armati. Ipsos enim nos habētes ad exēplum: ⁊ videntes eorum per spiritum fortia facta: armamur ad preliuȝ spiritale: ⁊ aduersus spiritalia nequitie in celestibus dimicamus. Sic deniqȝ qui sub Jesu duce militant: triginta ⁊ eo amplius reges perimunt: ⁊ terras eorum sorte hereditatis accipiunt. Depulsis namqȝ spiritalibus nequitijs de celestibus hereditateȝ regni celestis a Jesu domino nostro percipiunt. Potest ⁊ tertius adhuc expositiōis videri modus: vt in filijs israel: idest in populo ecclesie intellegantur quidam esse spiritales: ⁊ intra Jordanem percipere hereditatem terre fluentis lac ⁊ mel. Sapientie scilicet ⁊ scientie capientes dulcedinem: quoruȝ terra flumine dei quod repletum est aquis diuine intellegentie circūdatur ⁊ rigatur. Alij aūt sunt carnales: qui iumētis ⁊ pecudibus .i. crassis: ⁊ stolidis sensibus abundantes: sicut erāt illi: de quibus dicebat Apostolus: ita insensati estis: vt cum spiritu ceperitis: nūc carne perficiamini. Et o insensati Galathe quis vos fascinauit veritati nō obedire? Sed ⁊ vnusquisqȝ nostrum nisi se armauerit: ⁊ abiectis brutis: ⁊ beluinis sensibus ad spiritalem intellegētiam properauerit: remanebit extra Jordaneȝ: nec poterit per sapiētie flumē incedere quod letificat ciuitatē dei: idest aīam dei capacem: non adsequetur eloquiorum dn̄i interiora: que sunt dulciora super mel ⁊ fauū: sed illam tantūmodo consequetur terram: in qua duo reges occisi sunt. Vbi dicatur ei. Nihil aliud iudicaui meipsum scire inter vos: nisi Jesum Christum: ⁊ hūc crucifixuȝ. Qui autem potuerit transire Jordanem: ⁊ ad interiora penetrare: ibi Jesum dominuȝ nostrum sequēs: interficiet triginta: ⁊ eo amplius reges.

Illos

Illos fortassis: de quibus dicitur. Quia adsti terũt reges terre: ⁊ principes congregati sunt in vnũ: aduersus dominũ: ⁊ aduersus Christũ eius. Depulsisq; ijs regibus: ⁊ ꝓstratis: agnoscet secretiora mysteria: vsquequo veniat ad illũ locum: vbi sedes dei est: ⁊ Hierusalem ciuitas dei viuẽtis. Non ista: que seruit cum filijs suis in terris: sꝫ illa celestis: que libera ẽ: ⁊ mater omnium nostrũ. Ad cuius nos hereditateꝫ perducere dignetur dux: ⁊ dominus noster Jesus Christus. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

De mansionibus filiorum israel. Homilia.XXVII.

Cum conderet deus mundum: innumeras creauit ciborum differentias pro diuersitatibus scilicet vel humani desyderij: vel nature animaliuꝫ. Unde non solum homo cuꝫ viderit animalium cibum: scit eum non pro se: sed pro animalibus creatum. Sed ⁊ ipsa animalia agnoscunt proprios cibos: ⁊ alijs q̃dem (ꝟbi causa) vtitur leo: alijs ceruus: alijs bos: alijs vero aues. Sꝫ ⁊ inter homines sunt q̃daꝫ differentie in appetẽdis cibis. Et alius quidẽ: qui bene sanus ẽ: ⁊ habitudine corporis valẽs: fortem cibum requirit: ⁊ credit: ꝯfiditq; se edere omnia velut robustissimi quiq; athletaruꝫ. Siqs vero infirmiorem se sentit: ⁊ inualidum: delectatur oleribus: ⁊ fortem cibũ pro sui infirmitate nõ recipit. Si ꝟo sit aliquis paruulus: etiam si voce indicare non possit: re tamẽ ipsa nullam aliam: quam lactis requirit alimoniã. Et ita vnusq̃sq; vel pro etate: vel pro viribus: vel pro corporis valetudine: aptũ sibi ⁊ competentẽ viribus suis expetit cibum. Si sufficiẽter rerum corporalium consyderastis exẽpluꝫ: nũc ab ijs ad intellegentiam spiritaliũ veniamus. Omnis natura rationabilis proprijs ⁊ sibi cõpetentibus nutriri indiget cibis. Cibus auteꝫ verus nature rationabilis: sermo dei ẽ. Sꝫ sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differẽtias: ita ⁊ natura rationabilis: que ratione: ⁊ verbo dei (vt diximus) pascitur: non omnis vno: atq; eodem verbo nutritur. Unde ad similitudinem corporalis exẽpli est aliquibus etiam in ꝟbo dei cibus lactis: aptior scilicet: simpliciorq; doctrina: vt de moralibus esse solet: que preberi consueuit ijs: qui initia hñt in diuinis studijs: ⁊ prima eruditionis rõnabilis elemẽta suscipiũt. His ergo cuꝫ recitatur talis aliqua diuinorum voluminũ lectio: in qua non videatur aliquid obscuꝝ: libẽter accipiũt. Uerbi causa: vt est libellus Hester: aut Judith: vel ẽt Thobie: aut mandata Sapientie. Si vero legatur ei liber Leuitici: offendit continuo animus: ⁊ quasi non suuꝫ refugit cibum. Qui enim venit vt disceret deuꝫ colere: institie: ac pietatis eius precepta suscipere: audit mandata de sacrificijs dari: ⁊ immolationuꝫ ritus doceri: quomodo non continuo auertit auditum: ⁊ tãquã non sibi aptum cibũ recusat? Sed ⁊ alius cum legũtur euangelia: vel Apostolus: aut psalmi: letus suscipit: libẽter amplectitur: ⁊ velut remedia quedam infirmitatis sue inde colligens gaudet. Huic si legatur Numerorum liber: ⁊ ista maxime loca: que nũc habemus in mãibus: nihil hec ad vtilitatem: nihil ad infirmitatis sue remediũ: aut anime salutem prodesse iudicabit: sed cõtinuo refutabit: ⁊ respuet tãꝗ graues: ⁊ onerosos cibos: ⁊ q: egre: atq; inualide non cõpetant anime: sed sicut (verbi gratia) vt iteruꝫ ex corporalibus repetamus exẽpla. Leoni si detur intellectus: non continuo culpabit abũdantiã herbaruꝫ creatam: q: ipse crudis carnibus vescitur. Nec dicet illas superfluo a Conditore ꝓductas: q: ipse earum cibum non vtitur. Nec iterum homo: q: pane: alijsq; aptis sibi vtitur alimonijs culpare debet cur fecerit deus serpẽtes: quos cibum videat prebere ceruis. Neq; ouis: aut bos culpare (verbi causa) quod alijs animalibus carnibus vesci datum est: cũ ipsis ad edẽdum gramina sola sufficiant. Ita ergo ⁊ in cibis rationabilibus diuinorum dico voluminũ: non continuo aut culpanda: aut refutãda ẽ scriptura: que difficilior aut obscurior ad intellegẽdum vꝫ: vel ea continere: quibus siue insipiens: ⁊ paruulus: siue infirmior: ⁊ minus ad intellegẽda omnia validus vti non potest: nec conferri sibi ex ijs vtilitatis aliquid existimat: aut salutis. Sꝫ consyderare debet: q: sicut serpens ⁊ ouis: ⁊ homo: ac fenum: dei creatura sunt omnia: ⁊ diuersitas ista ad laudẽ expectat: ⁊ gloriaꝫ Creatoris: quod competẽtẽ: ⁊ in tempore vnicuiq; eorum: pro q̃bus creata sunt: vel ꝑbeant: vel capiant cibum: ita ⁊ hec omnia: que verba dei sunt: ⁊ in quibus diuersus pro captu animarum cibus est: vnusquisq; prout sanuꝫ se: ⁊ validũ sentit: adsumat. Quãuis ⁊ si diligẽtius requiramus (ꝟbi causa) in euangelij lectiõe: vel apostolica doctrina: in q̃bus delectari videris: ⁊ in quibus tibi aptissimum: ⁊ suauissimuꝫ deputas cibũ: quãta sunt que te latẽt si discutias: ⁊ ꝑscruteris mandata domini. Quod si ea: que obscura videnẽ: ⁊ difficilia: refugiẽda sunt protinus: ⁊ vitãda: inue

nies etiã in illis: in quibus valde confidis: tam multa obscura: ⁊ difficilia: vt si hanc sniam teneas: sit tibi ẽt inde recedẽdum. Sunt tamen plurima in illis: que aptius: ⁊ simplicius dicta sunt: q̃uis parui sensus edificẽt auditorẽ. Hec autẽ in prefatione premisimus: vt suscitemus animos vestros: quoniam quidẽ huiusmodi lectio habetur in manibus que difficilis ad intellegẽdũ: ⁊ supflua videatur ad legẽdu₃. S₃ nõ possumus hoc dicere de sancti spiritus lr̃is: qđ aliquid in eis ociosu₃ sit: aut supfluum: etia₃ si aliquibus videtur obscura. S₃ hoc potius facere debemus: vt oculos mẽtis nostre conuertamus ad eu₃: qui hec scribi iussit: ⁊ ab ipso horum intellegẽtiam postulemus. Et siue infirmitas est in anima nostra: sanet nos ille: qui sanat oẽs langores eius. Siue parui sensus sumus: adsit nobis custodiens paruulos dominus: ⁊ enutriat nos: atq₃ in mẽsura₃ etatis adducat. Vtrũq₃ eni₃ in nobis est: vt ex infirmis ad sanitatem: ⁊ ex paruulis ad etatẽ virilem puenire possimus. In nobis ergo ẽ hec a deo poscere. Dei autẽ est petẽtibus dare: ⁊ pulsantibus aperire. S₃ satis sit ista prefatio: nũc iam ad lectionis ipsius: que recitata est: veniamus exordiũ: iuuãte domino sensum quoq₃ eoꝝ ẽt si non ad liqdum: summatim tamẽ colligere: ⁊ explicare possumus. Ait ergo. Hec sunt mansiones filiorum israel: ex quo exierunt de terra Egypti cum virtute sua in manu Moysi: ⁊ Aaron. Et scripsit Moses profectiões eoru₃: ⁊ mansiones per verbũ domini. Et cetera. Audisti q₂ scripsit hec Moses per verbum domini. Et quid voluit dñs hec scribi? Ut prodess₃ nobis aliquid scriptura hec mansionum: quas fecerũt filij israel: aut nihil prodesset. Et qs audeat dicere quod ea: que per verbum domini scribũtur: nihil vtilitatis habeant: nec salutis aliquid conferant: s₃ solam rẽ gestam narrẽt: que tunc quidẽ preterierunt: nunc aute₃ nihil ad nos ex eius relatiõe perueniat? Impia hec ⁊ aliena a catholica fide sentẽtia est: ⁊ eoru₃ tãtũmodo: qui legis: ⁊ euangeliorum negãt vnũ solum sapientem esse deum patre₃ domini nostri Jesu Christi. Quid ergo ex ijs mansionibus fidelis sentire debeat intellectus: summatim (put tẽpus patitur) ptractare tentemus. Superior disputatio: cum nobis occasionem dicẽdi de profectione filioru₃ israel ex Egypto pbuisset: dupliciter diximus videri posse spiritaliter exire vnũquẽq₃ de Egypto. Uel cum relinquẽtes gẽtilem vitam ad agnitionẽ diuine legis accedimus: vel cũ anima de corporis huius habitatione discedit. Ad vtrũq₃ ergo iste

mãsiones: quas nũc per ṽbum domini Moses describit: aspiciũt. Na₃ de illis qdẽ mãsionibus: quas anime corpore exute: imo corpore suo rursus indute habiture sunt: dñs pronunciauit in euangelio dicens. Multe mansiones sunt apud patrẽ meum. Alioquin dicerem vobis: vado ⁊ preparabo vobis mansionẽ. Sunt ergo illic multe mãsiones: in quibus post seculi huius erũnas: ⁊ egyptiam seruitute₃ fideles anime requiescant. S₃ nos pene inmemores prefationis nostre: subito auditum vestrũ ad alta: ⁊ excelsa subreximus. Immo vero redeamus ad ea: que inter nos: ⁊ in nobis gerũtur. In Egypto erant filij israel in opibus Pharaonis regis: luto: ac latere affligebanẗ: donec ingemiscẽtes clamarent ad dominu₃: ⁊ exaudiẽs gemitum eorum mitteret eis ṽbum suũ p Mosen: ⁊ educeret eos de Egypto. Et nos ergo cũ essemus in Egypto: mundi dico huius erroribus: ⁊ ignorantie tenebris: operantes opa diaboli: ⁊ in cõcupiscẽtijs: ⁊ voluptatibus carnis: miseratus est dñs afflictione₃ nostram: ⁊ misit verbum suũ vnigenitũ filiũ: qui nos de ignorãtia erroris ereptos: ad lucẽ diuine legis adduceret. S₃ primo olum intuere mysterij rõnem. Quã qui diligẽter obseruauerit in scripturis: inueniet in egressione filioꝝ israel de Egypto quadragita ⁊ duas habitas ẽe mãsiões: ⁊ rursum aduentus domini: ⁊ Saluatoris nostri in hũc mũdum per quadraginta ⁊ duas generationes adducitur. Sic eni₃ Mattheus euãgelista cõmemorat dicẽs. Ab Abraham vsq₃ ad Dauid regẽ generationes quatuordecim. Et a Dauid vsq₃ ad trãsmigrationẽ Babylonis generatiões quatuordecim. Et a transmigratione Babylonis vsq₃ ad Christũ: generationes quatuordecim. Istas ergo quadraginta ⁊ duas generationũ mãsiões: quas Christus fecit: descẽdẽs in Egyptũ mũdi huius: ipso numero quadraginta ⁊ duas mãsiones faciũt: q ascẽdũt de Egypto. Et bene obseruãter posuit Moyses dicẽs. Ascenderunt filij israel cum virtute sua. Que est virtus eoꝝ: nisi ipse Christus: qui est virtus dei? Qui ergo ascẽdit: cum ipso ascẽdit. Qui ad nos inde descẽdit: vt illuc perueniat: nõ ille nõ necessitate: s₃ dignatione descẽdit: vt veꝝ sit illud: qđ dictum est. Quia qui descẽdit: ipse est: ⁊ qui ascẽdit. Igiẗ in quadragita duabus mãsionibus puenũt filij israel vsq₃ ad pncipiu₃ capiẽde hereditatis. Principium ṽo capiẽde hereditatis fuit: vbi Ruben: ⁊ Gad: ⁊ dimidia tribus Manasse: accipiũt terrã Galaad. Cõstat itaq₃ numerus descẽsionis Christi per quadraginta ⁊ duos patres sin

tres fm carnem:velut per quadraginta duas mansiones descēdentis vsq3 ad nos:7 per totidē mansiones ascēsus filioꝝ israel vsq3 ad hereditatis promisse pncipium. Quod si intellexisti quātum sacramēti numerus iste descēsionis:ascēsionisq3 contineat:veni iam 7 incipiamus per ea:que descēdit Christus ascēdere:7 primam māsionem istam facere:quā ille nouissimam fecit:scilicet qui natus ex virgine est: 7 hec sit prima nobis māsio de Egypto exire volentibus. In qua relicto idoloꝝ cultu:7 demoniorum:non deoꝝ veneratiōe credimus Christu3 natu3 ex virgine:7 de spiritu sancto:7 verbum carnē factū venisse in hūc mundum: post hec ia3 proficere:7 ascēdere ad singulos quosq3 fidei:7 virtutu3 gradus nitamur. Quibusq3 si tādiu immoremur:donec ad pfectum veniamus:in singulis virtutum gradibus mansionē fecisse dicemur:vsquequo ad summū puenientibus nobis institutionū:pfectuumq3 fastigiū promissa cōpleatur hereditas. S3 7 anima cum de Egypto vite huius pficiscitur: vt tendat ad terram repromissionis:pergit necessario ad illas:que apud patrē ab initio preparate sunt mansiōes. Quarum credo memor ppheta dicebat. Hec memoratus sum:7 effudi super me animā mea3:quoniā ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsq3 ad domu3 dei. Iste sunt māsiones:7 ista tabernacula: de quibus in alio loco dicit. Qua3 amabilia sunt tabernacula tua deus virtutū:ↄcupiscit:7 deficit anima mea in atria dñi. Si vero ad secundam:de qua superius memorauimus expositionē redeamus:7 anime in hac vita posite per hec doceri intellegamus profectus:que cōuersa de gentili vita:non ta3 Mosen:quā legem dei:nec Aaron:s3 sacerdotē illum:qui pmanet in eternum sequtur:anteq̄ ad pfectu3 veniat:in eremo habitat:vbi scilicet exerceaṫ in pceptis dñi:7 vbi fides eius per tētationes pbetur. Ubi cū vicerit vna3 tētationē:7 fides eius in ea fuerit probata:inde venit ad aliam:7 quasi de vna māsione ad altera3 transit. Et ibi cū obtinuerit que acciderint:7 fideliter tulerit:pgit ad aliam:7 ita per singula queq3 tētamenta:vite:ac fidei profectus māsiones hr̄e diciṫ. In quibus per singula virtutu3 queruṅ augmenta. Et impletur in iis illud:qđ scriptu3 ē: ibūt de virtute in virtutē:vsquequo perueniatur ad vltimum:imo ad summum gradu3 virtutum:7 transeatur flumē dei:ac promissa suscipiaṫ hereditas. Duplici igiṫ expositiōe vtētes omnem hūc:qui recitatus est ↄsyderare debemus ordinē mansionu3:vt ex vtroq3 sit anime nostre profectus:agnoscentibus ex iis:vel hec ita:que ex ↄuersione erroris legē dei sequitur:qualiter agi debeat:vel future spei:que ex resurrectiōe promittitur quāta sit expectatio. Sic enim puto quod in iis:que leguṅ: digna sancti spiritus legibus intellegētia doceatur. Nam scire in deserto illo:qui dictus sit locus ille:vbi (verbi gratia) applicuerunt. Tūc trāseuntes filij israel qd mihi vtilitatis affert:aut quid legētibus ex hoc profectus:7 lege3 Dei: die:ac nocte meditātibus cōferatur: maxime cum videamus tātam fuisse cura3 domino de istis māsionibus pscribēdis:vt descriptio earū secundo iam hoc diuinis legibus indereṫ. Cōmemorata sunt enim nomina ista:licet in nonnullis īmutata:iam tunc cum per loca singula eleuasse dicūtur filij israel de illo loco:7 applicuisse:sed 7 nūc iterum per verbum dñi describi iubētur a Mose. Dñ 7 hoc ipsum qđ secundo repetiṫ ista descriptio satis congruere mihi videṫ ad mysterium expositionis huius:quam proposuimus:iis enim repetūtur:vt duas alie ostenderēt vias. Unā qua in carne posita p legem dei in virtutibus exercetur:7 per gradus quosdā profectuū ascēdens pgit (vt diximus) de virtute in virtutē:7 ipsis profectibus:quasi mansionibus vtitur. Alia3 vo:qua post resurrectione3 ascēdit ad celestes:que sunt apud patre3 māsiones. Exierunt ergo (inqt) filij israel cum virtute sua. Erat cu3 illis virtus illa:q̄ dixerat. Tecum descēdam in Egypto: 7 quia erat cu3 illis ista virtus:ppterea dicit propheta. Et non erat in tribubus eorum infirmans. Exierūt aūt i manu Moysi:7 Aaron:ad exeundum de Egypto. Non sufficit vna manus Mosi:queritur 7 manus Aaron. Moses idicat scientiam legis. Aaron sacrificandi deo:7 imolandi peritiam. Opus est ergo:vt exeūtes de Egypto:non solum sciētia3 legis 7 fidei:s3 operum:quibus deo placetur fructus habeamus. Ideo.n.7 manus ↄmemoratur Moysi: 7 Aaron:vt opera per manus itellegas. Et.n. si exiens de Egypto:7 ↄuersus ad deum:abijciam supbiā per manus Aaron:tauꝝ Deo sacrificaui. Si petulātiam:lasciuiamq3 peremero:hircum dño iugulasse me Aaron manibus credam. Si libidinem vicero:vitulum. si stultitiam:ouem imolasse videbor. Sic ergo cu3 anime vitia purgantur:manus Aaron operaṫ in nobis:7 manus Moysi nobiscu3 est:cū ad hec ipsa intellegēda inluminamur ex lege. Et ideo vtraq3 manus necessaria est de egypto exeuntibus:vt inueniatur in eis nō solū fidei:7 scientie:sed 7 actuu3:operūq3 pfectio:7 tamē vtre-

q3 he non sunt due manus: sed vna. In manu enim Mosi: et Aaron eduxit eos dominus: et nõ in manibus Moysi: et Aaron: vnũ enim opus vtriusq3 manus est: atq3 vna perfectiõis exple tio. Et scripsit (inqt) Moses profectiones eorum: et mãsiones eorum: per v̄bum dñi. Scripsit ergo hec per v̄bu3 domini: vt legẽtes nos et vidẽtes quante nobis iminent profectiones ad iter: qđ ducit ad regnum: preparemus nos ad viã hanc: et consyderantes iter: qđ nobis iminerit: non segniter: nec remisse vite nr̃e tempus pmittamus absumi: ne forte dñi in ijs mũdi vanitatibus imoramur: et singulis qbusq3: que ad visum: vel auditũ: vel ẽt que ad tactũ: atq3 odoratũ: gustumq3 veniunt: delectamur: labant dies: tempus pretereat: et non occurramus omne spacium iminentis itineris explicare: et deficiamus in medio: atq3 accidat illud: quod de qbusdam refertur: qui peruenire non potuerunt: s3 artus eo℞ ceciderunt in deserto. Itẽ ergo agimus: et idcirco deuenimus in hũc mundu3: vt trãseamus de virtute ad virtutẽ: non vt permaneamus pro terrenis in terra: sicut et ille qui dicebat. Destruã horrea mea: et alia maiora edificabo: et dica3 anime mee. Anima: habes multa bona: reposita in annos multos: manduca: et bibe: et letare: ne forte dicat et nobis dominus sicut illi. Stulte hac nocte auferetur a te anima tua. Non dixit in hac die: sed in hac nocte. In nocte.n. perimitur et hic: sicut primogenita egyptio℞: tãq̄ qui dilexerit mũdum: et tenebras eius: et particeps fuerit rectorum mũdi huius tenebra℞ haru3. Tenebre autẽ et nox mundus iste appellaf: pro ijs: qui in ignorãtia viuunt: nec lumẽ recipiũt veritatis. Qui autem tales sunt: de Ramesse non proficiscuntur: nec trãseunt ad Socboth. Uideamus tamẽ prius quãdo proficiscũtur filij israel ex Ramesse. Mense (inqt) primo: quintadecima die mẽsis. Per p̄ceptu3 domini quartadecima die mẽsis: egerant pascha in egypto iugulãtes agnu3 pridie quam pficiscerẽtur: et initiu3 quodãmodo festiuitatis: adhuc in egypto positi gerũt. Sequẽti ergo die: qui est primus dies azimo℞: quintadecima die mẽsis primi proficiscunf de Ramesse: et veniunt in Socboth: vt ibi faciant festiuitatis azimoru3 diẽ. Quis sapiens et intelleget hec? Sensatus: et cognoscet ea? Immo qs est: qui hec vel ex pte cognoscat. Si ẽt Apostolus dicit: ex pte scimus et ex parte prophetamus. Quis itelleget quomodo ex pte dies festos agimus: vt nemo nos iudicet i parte die festi: aut neomenie: aut sabbati? Omnis nãq3 dies festus: qui in terris ab hominibus geritur: in parte: non in integro: neq3 perfecto festiuitatis titulo geritur. S3 cũ exieris de egypto ista: tunc erit tibi pfecta festiuitas. Tunc azima synceritatis: et veritatis ad perfectũ curabis. Tũc pentecostes die3 in eremo ages: et tũc forte primũ mãne cibum celestem suscipies: ac singulas quasq3 festiuitates geres: de quibus ia3 superius (vt potuimus) dictum est. Scito tamẽ quoniam post illud pascha: qđ in egypto factũ est: semel inuenimus in deserto pascha curatum: cum lex data est: et aliud (sicut obseruauimus in Numeris) et post hec: iam nusquã geri: nisi in terra repromissionis. Igitur quintadecima die mẽsis primi sequenti post pascha die: qui est p̄mus azimoru3 dies: profecti sunt filij israel de Ramesse: i manu (inquit) excelsa: in pspectu omnium Egyptiorum. Que est manus excelsa? Et alibi enim dicit. Exaltetur manus tua: vbi non est humanũ opus nec terrenum: s3 diuinũ: ibi manus excelsa nominaf. Per manus nãq3 opus intellegi sepe iam dictum est. In manu ergo excelsa in cõspectu omnium egyptio℞ profecti sunt. Et egyptij (inqt) sepeliebant mortuos suos. Uiuẽtes autem sequebantur dñm deu3 suũ. Post hec dicitur: q2 et in Dijs eo℞ fecit dominus vindicta3. Sed et in Exodo ita dicit. Et in omnibus Dijs egyptiorum faciet dominus vindicta3. Hic autẽ dicit: q2 fecit in eos dominus vindictam. Sũt qdam qui dicuntur dij siue in celo: siue in terra Apostolus ait. Sed et in psalmis dicitur. Omnes dij gentium demonia. Non ergo simulacra: sed demones: qui simulacris assident deos dicit: in quos fecit dñs vindictã. Sed velim requirere quomodo deus vindictã faciat in demones: cum vtiq3 vindicte dies: et iudicij mũdum aduenerit. S3 hãc ego puto in demones fieri vindictã: cũ is: qui ab illis deceptus fuerat: vt idola coleret: per v̄bum domini conuersus dñm colit: et ex ipso opere conuersionis: in eum vindicta: qui deceperat: datur. Similiter si is: qui a demonibus deceptus fuerat ad fornicãdum: cõuertaf ad pudicitia3: diligat castitatem: errasse se defleat: penitẽtie ipsius lachrymis vrif: et incẽditur demon. Et sic vindicta datur in deceptiõis autorem. Sil'r ẽt siquis de superbia ad humilitatẽ: de profusiõe ad parsimonia3 redeat: per hec singula demones: qui se in hec deceperant flagellat: et cruciat. Quãtis eos putatis agi tormentis: si quem videant: s̄m verbum domini: vendere oĩa sua que possidet: et dare pauperibus: et tollere crucem suam: et sequi Christũ? Sup oĩa vero eis ẽ tormẽtorum genera: et sup oẽs penas: si quem

videant

videant verbo dei operam dare: sciam diuine
legis: ꝛ mysteria scripturaꝝ intẽtis studijs ꝑ-
quirentez. In hoc coꝝ omnis flãma est: in isto
vruntur incẽdio: quoniã quidẽ ignorantie te-
nebris humanas obscurauerãt mẽtes: ꝛ ꝑ hec
obtinuerãt: vt deus quidẽ ignoraretur: ad ip-
sos vero diuini cultus studia transferrentur.
Que putas in illos vindicta datur: que infert
eis flãma penarum: cũ videt hec lumine veri-
tatis aperiri: ꝛ fraudis sue nebulas ꝑ agnitio-
nẽ legis diuine reserari? Possidet. n. cũctos: q
in ignorãtia viuunt. Et non solum illos: q ad-
huc in ignorãtia sunt: sed ingerũt se sepe ẽt ijs
qui agnouerũt Deũ: ꝛ rursus in eis opa igno-
rantie conãtur operari. Neqꝫ eni sine ipsis cõ-
sumatur omne peccatũ. Naz cũ adulteriũ qs
cõmittit: nõ est vtiqꝫ sine demone. Vel cuz ira
imoderata raptatur: vel cũ diripit aliena. Et
qui sedẽs aduersus proximũ suum detrahit: ꝛ
aduersum filium matris sue ponit scandaluz:
non est sine demone. Et ideo omnimodo agen
dum est nobis: ne forte egyptiorum primoge-
nita: vel deos coꝝ: quos dominus percussit: ꝛ
extinxit: resuscitemus in nobis si eis locũ dede
rimus operãdi in nobis ea: que odit deus. Si
autem ab ijs omnibus ɔtineamus nos eo mo-
do: quo supius diximus: dedit vindictaz in oĩ-
bus dijs egyptiorum: penasqꝫ ex nostra emen-
datione: ꝛ conuersatione demones suscipiunt.
Exeũt ergo ex Egypto filij israel: ꝛ proficiscẽ-
tes ex Ramesse veniunt in Socboth. Profe-
ctionis hic ordo: ꝛ distinctio mãsionum valde
necessaria: ꝛ obseruanda est ijs: qui sequuntur
deũ: ꝛ de virtutum profectibus cogitant. De
quo ordine memini quod iam ꝛ in alijs: cũ edi
ficationis causa aliqua loqueremur: que domi
nus dare dignatus est: ꝓsecuti sumus. Sed ꝛ
nũc paucis iteꝝ cõmonebimus. Fit ergo p̃ma
profectio ex Ramesse: ꝛ siue de hoc mũdo ani-
ma proficiscens ad futurum seculũ pergit: siue
ab erroribus vite ad viam virtutis ꝛ agnitiõis
cõuertitur: ex Ramesse proficiscitur. Ramesse
enim in nostra lingua dĩ cõmotio turbida: vel
cõmotio tinee. In quo vtiqꝫ ostẽdit quod oĩa
in hoc mũdo in cõmotionibus: ꝛ ꝑturbationi-
bus posita sunt: ꝛ in corruptela. (Hoc enim ti
nea indicat.) In qbus non opꝫ residere aiam:
sed proficisci: ꝛ venire in Socboth. Socboth
aũt interpretat tabernacula. Igit primus aie
profectus est vt auferat a cõmotione terrena:
ꝛ sciat sibi tãꝙ peregrinãti in tabernaculis ha
bitãdum: quo velut in procinctu posita aduer-
sus insidiãtes expedita occurrere possit: ꝛ libe-
ra. Inde iã vbi se sentit eẽ preparataz profici-
scit ex Socboth: ꝛ applicat in Buthan. Bu
than cõuallis appellat. Virtutum diximus in
ijs esse profectum. Virtus nõ nisi exercitijs: ꝛ
labore cõqritur: nec tantũ in prosperis: ꝙtuz
in aduersis probat. Venitur ad cõuallem. In
cõuallibus aũt ꝛ in inferioribus locis certamẽ
habetur aduersus diabolum: ꝛ ɔtrarias pote-
states. In cõualli ergo agon gerẽdus est: ꝛ in
cõualli pugnãdum est. Deniqꝫ ꝛ Abrahaz in
valle Salinaꝝ pugnauit aduersum barbaros
reges: ꝛ ibi victoriam cõsecutus est. Descẽdit
ergo viator hic noster ad eos: qui in profundis
sunt: ꝛ in imis: nõ vt ibi demoretur: sed vt ibi
victoriam cõsequatur. Profecti sunt autez ex
Buthan: ꝛ applicuerunt ad os Iroth. Iroth
vicus interpretat. Nõdum enim venit ad ciui
tatem: nec que perfecta sunt iã tenent: sed inte
rim pñio parua queqꝫ capiunt. Hic est eniz ꝓ-
fectus: vt a paruis ad magna veniat. Venit
ergo ad os: hoc est ad ingressum primuz vici:
quod est initium cõuersatiõis: ꝛ abstinẽtie me-
diocris. Periculosa est nãqꝫ in initijs grãdis:
ꝛ imoderata abstinẽtia. Iroth autem hec posi
ta est cõtra Beelsephon: ꝛ cõtra Magdaluz.
Beelsephon interpretat ascensio specule: siue
turris. A paruis ergo ascenditur ad magna: ꝛ
nõdũ in ipsa specula: sed ɔtra speculaz: idest in
conspectu specule posita est. Speculari enim i-
cipit: ꝛ prospicere spem futuram: ꝛ altitudinez
profectuum cõtemplari: ꝛ paulatim crescit: dũ
plus spe nutritur: quã laboribus fatigat: q̃ sta
tio: siue mansio: cõtra Magdalum est: nõduz
in ipso Magdalo. Magdaluz enim magnifi-
centia dicitur. Habẽs ergo in cõspectu: ꝛ ascẽ
sionem specule: ꝛ magnificẽtiã reꝝ futuraruz:
speciebus (vt diximus) ingentibus pascitur ꝛ
nutritur. In profectibus enim est: nõ in perfe-
ctiõe iã posita. Post hec ꝓficiscunt de Iroth:
ꝛ transeunt per mediũ maris rubri: ꝛ applicue
runt ad amaritudines. Diximus tẽpus profe
ctuũ: tẽpus esse periculoꝝ: quam molesta tẽta-
tio transire per mediuz mare: videre fluctus in
cumulũ crescere: audire vndarum insaniẽtiuz
voces: ꝛ strepitus. Sꝫ tñ si sequaris Moysen:
idest legẽ dei: aque tibi murus dextra: leuaqꝫ
fient: ꝛ iter inuenies per siccuz in medio mari.
Sed nos interim cũ venerimus ad trãsitũ ma
ris: etiã si videamus Pharaonez: ꝛ egyptios
insequẽtes: nihil trepidemus: nullus de ijs me
tus: nulla formido sit. Credamus tãtũ in vnũ
verum deum: ꝛ quem misit filiũ suum Iesum
Christũ. Quod ꝛ si dicatur populus deo credi
disse ꝛ famulo eius Mosi: credimus ꝛ nos ſm
hoc etiã Mosi: idest legi dei: ꝛ ꝓphetis. Con-

stans ergo esto: et paulopost videbis egyptios iacētes ad litus maris. Cum autē videris eos iacētes: tu exurge et canta in canticis dño: et cōlauda eum: qui equum: et ascēsorē demersit in rubrū mare: Applicuerūt ergo ad amaritudines. Audiēs amaritudines nō pauescas: neqȝ terrearis. Omis.n.eruditio ad presens nō videtur dulcis esse: sed amara. Postea vero fructū dulcissimū et pacatissimū exercitatis per semetipsam reddit iustitie: sicut apostolus docet. Denique et azima cum amaritudine vesci precipiūtur. Nec est possibile peruenire ad terrā repromissionis: nisi per amaritudines transeamus. Sicut enim medici amaritudines quasdā medicamentis inserūt salutis prospectu: et sanitatis lāguentiū: ita et salutis prospectu medicus animarū nostrarū amaritudines nos vite huius voluit pati in diuersis tētationibus: sciens q finis huius amaritudinis aie nostre dulcedinem salutis adgrat: sicut et ecōtrario finis dulcedinis: que est in voluptate corporea: vt diuitis illius exēpla docuerunt: amarum finē reddit in infernum penarum. Tu ergo: qui iter virtutis incedis: non refugias applicare ad amaritudines. Proficisceris enim et inde: sicut et filii israel. Profecti sunt (inqt) de amaritudine: et venerūt in Helim. Helim ē: vbi sunt duodecim fontes aquarum: et septuaginta due arbores palmarum. Uides post amaritudines: post asperitates tētationū: quante amena suscipiūt loca. Nō venisses ad palmas: nisi tētationum amaritudines ptulisses. Nec venisses ad dulcedinem fontiū: nisi prius que tristia fuerant: et aspera superasses. Nō quo iam finis sit in iis itineris: et pfectio cūctorum: sed dispēsator animarum deus in ipso itinere interserit laborib9 etiā quedam refrigeria: quibus refota anima: et reparata promptior redeat ad reliquos labores. Helim tamē interpretaē arietes. Arietes duces sunt gregū. Qui sunt ergo duces gregis Christi: nisi Apostoli: qui sunt et duodecim fontes? Nec quoniā non solum illos duodecim elegit dñs: et Saluator noster: sȝ et alios septuaginta duos: idcirco nō solū duodecim fontes: sed et septuaginta due arbores scribuntur esse palmarū: et ipsi enim Apostoli nominaē: sicut et ipse Paulus dicit: cū de resurrectiōe Saluatoris exponeret: visus (inqt) est illis vndecim. Deinde apparuit et oibus Apostolis. In quo ostēdit eē et alios apostolos: exceptis illis duodecim. Hec te ergo amenitas post amaritudinem: hec te requies post laborem: hec te gratia post tētamēta suscipiet. Profecti sunt (inqt) de Helim: et applicuerunt iuxta mare rubrum.

Obserua: qr iam non intrauit in mare rubrū. Semel tātum sufficit intrasse: modo iam applicant iuxta mare: vt videant qdem mare: et vndas eius aspiciant. Nequaq̄ tñ motus ipsius: et impetus primescant. Et pfecti sunt a rubro mari: et applicuerūt in deserto Syn. Syn rubus interpretatur: siue tētatio. Incipit ergo tibi arridere bonorum spes. Que est autē bonorum spes? De rubo apparuit dominus: et responsa dedit Mosi: et dehinc initium visitationis factum a dño ad filios est israel: sed non ociose. Syn ēt tētatio interpretaē. Solet enim in visionibus esse tentatio. Nā nonnūquam angelus iniquitatis transfigurat se in angelū lucis. Et ideo cauēdum est: et sollicite agēdū: vt scienter discernas visionum genus: sicut et Jesus Naue cū visionē videret: sciens esse in hoc tētationem: statim reqrit ab eo: qui apparuit: et dicit. Noster es: an aduersariorum? Ita ergo et proficiscens aia: vbi aduenerit: vt iam incipiat discretionē habere visionum: inde probabiē spiritalis esse: si scit oia discernere. Idcirco denique et inter dona spiritalia: vnum ex donis sancti spiritus eē memoraē discretio spirituū. Profecti vero ex deserto Syn: venerūt in Raphaca. Raphaca interpretatur sanitas. Uides ordinē profectuū: quomodo vbi iam spiritalis efficitur anima: et discretionē celestiū ceperit habere visionum: peruenit ad sanitatem: vt merito dicat. Benedic anima mea dominum: et oia interiora mea nomē sanctum eius. Quē dñm? qui sanat oēs langores tuos: qui redimit de interitu vitam tuā. Sūt enim multi lāgores anime. Auaritia langor eius est: et qdem pessimus. Superbia: ira: iactātia: formido: icōstātia: pusillanimitas: et horum similia. Quādo me dñe Jesu ab iis oibus langoribus curabis? Quādo sanabis: vt ego dicā. Benedic anima mea dñm: qui sanat oēs langores tuos. Et possim et ego māsionem facere in Raphaca: quod est sanitas? Longum est si velimus ire per singulas māsiones: et ex vnaquaqȝ siqua ex nominū contēplatione suggerūtur: aperire: strictim tamē et breuiter pcurremus: vt nō tam plenam vobis expositionem: qr minime id tempus indulget: sȝ occasiones in eis intellegentie prebeamus.

¶ Proficiscūtur: ergo ex Raphaca: et veniūt in Halus. Halus labores interpretanē. Nec mireris si sanitatē sequūtur labores. Propterea enim et adipisciē a domino anima sanitatē: vt labores delectabiliter: et nō inuita suscipiat. Diciē enim ei. Labores fructuū tuorum manducabis: beatus es: et bñ tibi erit. ¶ Post hec veniunt in Raphidin. Interpretatur aūt Raphidin

pbidin laus iudicij. Justissime laus seqr post labores:cuius tamē rei laus? iudicij (inquit.) Fit ergo laude digna aia:que recte iudicat:recte discernit:idest que spiritalr diiudicat oia:ꝛ ipsa a nemine diiudicat. ¶ Post hec peruenitur in deserto Syna. Syna ipse quidē locus est deserti:quem supra Syn memorauit. Sꝫ hic magis locus mōtis:qui in ipso deserto est: appellatur. Qui etiaꝫ ipse ex vocabulo deserti Syna nominatur. Postꝗ ergo laudabilis iudicij facta est aia:ꝛ rectū cepit habere iudiciū: tūc ei daṫ lex a deo:cū capax eē ceperit secretorū diuinoꝝ:ꝛ celestiū visionum. ¶ Inde venit ad monumēta ꝯcupiscētie. Quid est monumēta concupiscētie? Sine dubio vbi sepulte sunt: ꝛ obrute ꝯcupiscētie:vbi extincta est omnis cupiditas:nec vltra cōcupiscit caro aduersus spiritum:mortificata scꝫ morte Christi. ¶ Post hec venit in Aseroth:quod iterpretaṫ atria perfecta:vel beatitudo. Intuere diligentius ois viator:qs sit ordo profectuum:posteaꝗ sepelieris:ꝛ morti tradideris cōcupiscentias carnis: venies ad amplitudines atriorum: venies ad beatitudinē. Beata nāqꝫ est anima: que nullis iam vitijs carnis vrgetur. ¶ Inde venit in Rathanim:siue Pharam. Rathanim visio ꝯsumata interpretaṫ. Pharam vero visibile os. Quid nisi ita crescat aia:vt cū desierit molestijs carnis vrgeri visiones habeat consumatas:perfectāqꝫ rerum capiat intellegētiā: causas scilicet incarnationis verbi dei:dispēsationūqꝫ eius ratiōes plenius:altiusqꝫ cognoscēs. ¶ Hinc venit in Remonphares:quod in nostra lingua excelsa intercisio dicit: hoc est vbi magnaꝝ ꝛ celestium reꝝ a terrenis: ꝛ infimis separatio fit ꝛ discretio. Crescēte nāqꝫ intellectu anime:ꝛ notitia ei excelsoꝝ prebetur : ꝛ iudiciū datur:quo sciat a tēporalibus eterna intercidere:ꝛ a ꝑpetuis caduca separe. ¶ Post hec venitur Lebna:qđ interpretaṫ dealbatio. Scio in alijs dealbationem culpabiliter poni: vt cum dicit paries dealbatus:ꝛ monumenta dealbata. Sed hic dealbatio illa est:de qua dicit ꝓpheta. Lauabis me:ꝛ sup niuem dealbabor. Et iteruꝫ Esaias. Si fuerint peccata vestra sicut fenitium:vt niuem dealbabo:ꝛ vt lanam cādidam efficiam. Iteꝫ in psalmo. Niue dealbabūtur in Selmon:ꝛ vetusti dieꝝ capilli dicūtur esse candidi:idest albi sicut lana. Sic igr dealbatio hec ex splēdore vere lucis venire intellegēda est:ꝛ ex visionum celestiū claritate descendere. ¶ Post hec mansio fit in Ressa: qđ apud nos dici potest visibilis:siue laudabilis tentatio. Quod est hoc:qđ ꝗuis grādes habeat anima ꝑfectus:tamē tentatiōes ab ea nō auferūtur. Unde apparet:q: velut custodia quedam:ꝛ munimen:ei tentationes adhibentur. Sicut enim caro si sale non aspergaṫ : quāuis sit magna:ꝛ precipua:corrūpitur:ita ꝛ aia nisi tētationibus assiduis quodāmodo saliatur:cōtinuo resoluiṫ:ac relaxatur. Unde ꝯstat ꝓpter hoc dictū esse:quod omne sacrificiū sale salieṫ. Inde deniqꝫ est:qđ ꝛ Paulus dicebat. Et ex sublimitate reuelationum ne extollar:datus ē mihi stimulus carnis mee angelus Sathane: qui me colaphizet. Hec ergo est visibilis : vel laudabilis tētatio. ¶ Ex hac venit ad Macelath:qđ est principatus:vel virga. Ex vtroqꝫ vero potestas indicari videṫ:ꝛ quod anima eousqꝫ profecerit:vt dñetur corpori:ꝛ ipsa in illō virgam potestatis obtineat. Immo nō solum corpori:sed ꝛ vniuerso mūdo cum dicit. Mihi aūt mūdus crucifixus est:ꝛ ego mūdo. ¶ Inde venitur in mōtem Sephar:quod tubicinatio appellaṫ. Tuba signuꝫ belli est. Igitur vbi se tantis:ac talibus virtutibus anima sentit armataꝫ:necessario procedit ad bellū:quod est ei aduersus ꝓncipatus:ꝛ potestates:ꝛ aduersum mundi rectores. Uel certe tuba canit:in ṽbo dei:predicationis scilicet:ꝛ doctrine:vt det significātem vocem per tubaꝫ. Ut qui audierit: preparare se possit ad bellum. ¶ Post hec venitur sup Charadath:quod in nostra lingua sonat idoneus effectus:ꝑfecto vt ꝛ ipse dicat: q: idoneos nos fecit ministros noui testamēti. ¶ Inde mansio habeṫ apud Macelloth:qđ iterpretatur ab initio. Cōtēplatur nāqꝫ qui ad contēplationē tendit initium rerū:imo potius cūcta ad eum refert:qui erat in principio: nec ab isto initio aliquando discedit. ¶ Post hec fit māsio in Caath:quod est ꝯfirmatio:vel patiētia. Necesse est enim cuꝫ:qui vult etiā alijs prodesse:multa pati:ꝛ cūcta ferre patiēter : sicut de Paulo dictū est. Ego enim ostēdam ei quanta oporteat eū pro noie pati meo. ¶ Inde venitur Thara:qđ apud nos intellegiṫ contemplatio stuporis. Nō possumus i latina lingua vno sermone exprimere verbum grecum: quod illi ecstasin vocant:idest cuꝫ pro alicuius magne rei admiratione obstupescit aius. Hoc est ergo:qđ dicit cōtēplatio stuporis:cū i agnitione magnarum:ꝛ admirabiliū rerum mens attonita stupet. ¶ Post hec venit ad Mathecca:quod interpretaṫ mors noua. Que est noua mors? Quādo Christo cōmorimur:vt ꝛ cōniuamus ei. ¶ Inde Asenna venitur:qđ os:vel ossa significare dicitur. Uirtus per hec sine dubio:ꝛ robur patientie declaratur. ¶ Iaꝫ hinc

habetur mansio apud Mesaloth: qd significare putatur excludens. Que excludens est: sine dubio malignas suggestiões cõtrarij spiritus de cogitationibus suis. Sic eni3 et sapiêtia dei dicit. Si spiritus potestatê habentis ascéderit super te: locum tuũ ne dimittas. Tenêdus est ergo locus: et excludêdus est aduersarius: ne iueniat locu3 in corde nostro: sicut Apostolus dicit. Nolite locum dare diabolo. ¶ Post hec Banaim venitur: qd fontes significat: vel excolationes: idest vbi diuinorum verborum fontes haurit vsquequo excolet eos bibendo. Excolat autem dicit hic a colando: non a colêdo. Excolat ergo verbum dei quis: cum ne minimu3 quidem mandatum preterit: Imo cum ne iota quidem vnũ: vel vnus apex de verbo dei intellectu eius habetur ociosus. ¶ Post hec venitur in Galgat: quod interpretat têtamêtum: siue cõstipatio. Fortitudo quedã (vt video) et munimen est anime: têtamentum. Ita enim virtutibus admiscetur: vt videat absq3 ijs virtus nec decora eê: nec plena. Et ideo pficiêtib9 ad virtutem: et varie: et frequêtes mãsiones in têtationibus fiũt. Quas cũ trãsieris applicabis i Tabatha. ¶ Tabatha interpretat bona. Ad bona ergo nõ nisi post têtamêtorum experimenta venitur. ¶ Inde applicuerũt (ingt) in Ebrona: qd est trãsitus. Transeunda nãq3 sunt oia: qr etiam si ad bona venias: op3 te et ad meliora transire: vsquequo ad illud bonũ venias: i quo semp debeas permanere. ¶ Post hec puenit ad Gasiongabis: quod interpretatur consilia viri. Si qs desijt puer esse sensibus: iste peruenit ad ẽsilia viri: sicut et ille: qui dicebat. Cum autem factus sum vir: que paruuli erãt deposui. Sũt ergo magna ẽsilia viri: sicut et ille ait. Aqua alta: cõsilium in corde viri. ¶ Hinc iteru3 venitur Syn. Iterum tentatio est Syn. Diximus eni3: qr nec aliter expedit iter istud incedere. Sicut xbi gratia. Si qs aurifex vas necessarium facere volês: frequêter illud igni admoueat: frequêter malleis subdat: rasorijs sepe pstringat: vt et purgatius fiat: et ad illa3 speciem: quã prospicit artifex: atq3 ad illã pulchritudinê deducatur. ¶ Post hec applicatur ad Pharancades: qd est fructificatio sancta. Vides inde quo venitur: vides qr têtationu3 sulcos fructificatio sancta subsequtur. ¶ Inde applicatur in mõte Or: qd interpretatur montanus. Venit enim ad montem dei: vt et ipse fiat mons vber: et mons coagulatus: vel ab eo: qd semp in monte dei habitet mõtanus dicatur. ¶ Subsequtur post hec mãsio Selmona: qd interpretatur vmbra portionis. Illa3 puto vmbram dici: de qua et ppheta dicebat. Spiritus vultus nostri Christus dñs: cui diximus: i vmbra eius viuemus in gêtibus. Sed et illa similis huic vmbra est. De qua dicit. Spiritus domini obũbrabit tibi. Umbra ergo portiõis nostre: que nobis opacitatê pstat ab omni estu têtationũ. Christus dñs est: et spiritus sanctus. ¶ Hinc iã venit ad Fino: quod interpretari putamus oris parsimoniam. Qui eni3 intueri poterit mysterium de Christo: et de spiritu sancto: et si viderit: siue audierit ea: que nõ lic3 hominibus loqui: necessario habebit oris parsimoniã: sciês quibus: vel quãdo: vel quomodo de mysterijs diuinis oporteat loqui. ¶ Post hec venit Oboth: cuius nominis quis nõ inuenerimus interpretationê: tamen non dubitamus: sicut et in ceteris omnibus etiam in hoc nomine ẽsequentiam profectuum ẽseruari. ¶ Sequitur post hec mãsio: que appellatur Gai: qd interpretatur chaos. Appropiat eni3 per hos profectus ad sinus Abrahe: qui dicit ad eos: q in tormêtis sunt. Quia inter vos et nos chaos magnum confirmatum est: vt et ipse in sinibus eius sicut ille beatus Lazarus requiescat. ¶ Inde iterum venitur Dibõgad: quod significare fertur apiarium têtationũ. O mirã diuine prouidêtie cautelam. Ecce iam viator hic itineris celestis: summe perfectioni proximus fit successione virtutũ: et tamê ei tentamêta nõ desunt: sed noui generis audio têtamenta. Apiarium (ingt) tentationu3. Apis laudabile animal in scripturis positũ est: ex cuius laboribus reges: et mediocres ad sanitatem abutũtur. Quod recte de verbis prophetarum: et apostolorum: atq3 omniu3: qui sacra volumina conscripserũt: accipitur. Et istud esse apiarium: idest oẽm numerum scripturarum diuinarum dignissime intellegi puto. Est ergo ijs: qui ad perfectionê tendunt: etiam in hoc apiario: idest in verbis propheticis: et apostolicis nõnulla têtatio. Uis videre qr sit in ijs têtatio non minima? In hoc apiario scriptũ inuenio. Vide (inquit) ne aspiciens Solem: et Lunam: adorês ea: que sequestrauit dñs deus tuus gêtibus. Uides que tentatio de apiario isto procedit? Et iterum cũ dicit. Deos non maledices. Et iteru3 in nouu testamenti apiario: vbi legimus. Quid me vultis occidere hoiem: qui veritatem locutus sum vobis? Et iterum in alijs ipse dñs dicit. Propterea in parabolis loquor eis: vt videntes nõ videant: et audiêtes nõ intellegant: ne forte cõuertant: et sanem eos. S3 et cum Apostolus dicit. In quibus deus huius seculi excecauit mentes infideliu3. Et multa huiusmodi in hoc di-

uino

uino apiario tentamenta reperies. Atq; necesse est venire vnumquẽq; sanctoꝝ: vt etiam per hec: quaꝫ pfecte ⁊ pie de deo sentiat: agnoscatur. ¶ Post hec iam venit Gelmon de Blathaim: quod interpretatur contemptus ficuum: idest vbi contemnuntur: ⁊ despiciuntur penitus terrena. Nisi enim spreta fuerint: ⁊ contempta ea: que delectare vidẽtur in terris ad celestia trãsire nõ possumus. Sequitur eniꝫ post hec mansio Abarim cõtra Nabau: qꝺ est trãsitus. Nabau vero abscessio interpretatur. Ubi enim per has oẽs virtutes iter egerit anima: ⁊ ad sũmam perfectionis ascẽderit: trãsit iam de seculo: ⁊ abscedit: sicut scriptum est de Enoc. Et nõ inueniebatur: qꝛ trãstulerat eum deus. Quod ⁊ si videatur esse adhuc in seculo: qui huiusmodi est: ⁊ in carne habitare tñ non inuenietur. In quo non inuenietur? In nullo actu seculari: in nulla re carnali: nullo collogo vanitatis inuenitur. Transtulit enim eum deus ab ijs: ⁊ esse fecit in regione virtutum.

¶ Ultima mansio est ab occidente Moab: iuxta Jordanem. Omnis nanq; hic cursus propterea agitur: ⁊ propterea curritur: vt perueniatur ad flumen dei: vt proximi efficiamur fluentis sapiẽtie: ⁊ rigemur vndis sciẽtie diuine. Ut sic per omnia purificati: terraꝫ repromissionis mereamur intrare. Hec interim de israeliticis mansionibus ꝭm vnum exponendi modum in transcursu perstringere: atq; in medium proferre potuimus. Uerum ne huiusmodi expositio: que per hebreorum nominũ significantias currit: ignorantibus lingue illius proprietatẽ affectata videatur ⁊ violenter extorta. Dabimus etiam in nostra lingua similitudineꝫ: qua consequentie huius ratio patescat. In litterario ludo: vbi pueri prima elemẽta suscipiunt: abecedarij dicuntur quidam. Alij syllabarij: alij nominarij: alij iam calculatores appellantur. Et cuꝫ audierimus hec nomina ex ipsis: q̈ sint in pueris profectus agnoscimus. Similiter ⁊ in liberalibus studijs: cum aut locũ recitare: aut allocutionem: vel laudem: aliasq; ꝑ ordinem materias audierimus: ex materie nomine profectum adolescentis aduertimus. Quomodo ergo ⁊ per hec: que locorum: quasi materiaruꝫ nomina memorãtur: non credamus in diuinis eruditionibus profectus indicari posse discentium? Et sicut illis singulis quibusq; dicendi materijs immorantes quasi mansiones in eis quasdaꝫ facere videntur: ⁊ de vna ad aliam: ac de alia item ad aliam proficisci: ita etiã hic mansionum nomen ⁊ profectio ab vna ad aliam: ⁊ ab alia iterum ad aliam: cur non profectum mentis indicare credatur: ⁊ incrementa significare virtutum. Illam vero aliam expositionis partem prudẽtibus quibusq; ex ista conijciendam: ⁊ contemplandaꝫ relinquo. Sapientibus enim sufficit occasioneꝫ dedisse. Qꝛ nec expedit vt auditoruꝫ sensus penitus remaneat ociosus: ⁊ piger. Ex horuꝫ ergo collatione etiam illa metiatur: imo ⁊ aliquid perspicacius: ac diuinius contẽpletur: caute hic: nã de filio: hoc dicit Apostolus: in quo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. De reliqs vero dicit Apostolus. Unicuiq; autem nostrũ data est gratia ꝭm mensuram: ⁊ donationes Christi. Non enim ad mensuras dat deus spiritũ. Sed qꝛ dominus est spiritus: idcirco vbi vult spirat: ⁊ optamus: vt etiaꝫ vobis aspiret: quo meliora horum: atq; altiora in verbis domini sentiatis. Iter agentes per hec: que pro nostra mediocritate descripsimus: vt ⁊ in illa via supiore: ⁊ excelsiore: etiã nos vobiscuꝫ possimus incedere. Deducente nos ipso domino nostro Jesu Christo: qui est via: ⁊ veritas: ⁊ vita: vsquequo perueniamus ad patrem: cuꝫ tradiderit regnum Deo: ⁊ patri: ⁊ subiecerit ei omnem principatum: ⁊ potestatẽ. Ipsi gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ Que sit terre sancte descriptio: terminorũq; eius: ⁊ finium: quos dominus descripsit.

Homilia.XXVIII.

Ultima in libro Numeroruꝫ historia refertur: in qua dominus iubet Mosi precepta dare filijs israel: vt cum ingressi fuerint terram sanctam capere hereditatem eius: sciant quos in ea terminos finium suorum debeant obseruare: ⁊ post iam ipso domino describente dicitur. Ad Africum quideꝫ: hoc est ad occidentem: illius loci terminus obseruetur: ⁊ illius ad oriẽteꝫ: ⁊ sic per quatuor celi plagas: nomina quedam dominus ipse designat: que in iudea ista terrena populus dei debeat custodire. Dicit ergo in ijs simplicior quique auditorum: quia possunt hec necessaria videri ⁊ vtilia: etiam ꝭm litteram: pro eo vt nemo trasgrediatur terminos per preceptum domini constitutos: ⁊ fines alterius tribus alia violare non audeat. Ecquid faciemus: cum in terris istis non solum inuadendi alterius fines iudeis: sed qualitercunq; possidendi facultas nulla remãserit? profugi namq; ab ea: ⁊ extorres exulant ⁊ fines: non quos lex diuina statuit: nunc possidentes custodiunt: sed quos victoruꝫ iura mãdarunt. Quid inquam nos faciemus: qui hec in ecclesia legimus? Si ꝭm iudeorum sensum legamus: superflua nobis profecto videbũtur

& inania. Sed & ego: qui lego de sapientia scriptũ: exi post eaz sicut vestigator volo exire post eam: & quia in rebus eam corporalibus non inuenio: insequi eius vestigia cupio: & inuestigare quo eat: ac videre intellectus meos: ad que me cubilia pertrahat. Puto enim quod si diligenter eam sequi potuero: & inuestigare vias eius: dabit mihi aliquas occasiones ex scripturis: quomodo etiam de iis locis explicare debeamus: si credimus iis: que Paulus in mysterio loquitur: quod qui per legem deseruiũt vmbre: & imagini deseruiunt celestium. Et si ḟm ipsius nihilominus sententiam lex: cuius pars est hec lectio: quaz habemus in manibus vmbram habet futurorum bonorum: consequens videtur: & necessarium omnia: que quasi de rebus terrenis describuntur in lege: vmbras esse futurorum bonorum. Omnisqz hereditas terre illius: que in iudea terra sancta: & terra bona appellatur: imago sit bonorum celestium: quorum hec (vt diximus) que in terris bona memorantur: vmbram: atque imaginem teneant. Sed vt paululuz & meus sermo: & vestra intellegentia sublimetur: atqz ingressum quendam ad ea: que dicimus aduertẽda concipiat: vtamur aliqua similitudine. Nemo dubitat quod in terra iudea omnis locus: oīs mons: omnis ciuitas: & vicus: certis quibusqz vocabulis designetur: nec est vllus omnino sine nomine locus: sed propriis singula quecque appellationibus designentur. Verbi gratia. Quibus aut Chananei i suis locis: aut Phe rezei nihilominus in suis. Amorreique: aut Euei: vel etiam Hebrei nominarunt. Ita ergo ḟm sententiam Pauli: qz vmbram: & exemplar celestium dicit esse terrena: fortasse & in celestibus regionibus erunt locorum differentie non minime. Videtis quibus: vel quorum appellationibus: vocabulisqz distincte: & nomina non solum plagarum celi: sed etiam omnium stellarum: syderumqz signata. Qui eniz fecit multitudinem stellarum (vt ait propheta) omnibus eis nomina vocat. De quibus q̄dem nominibus plurima in libellis: qui appellantur. Enoch secreta continentur: & arcana. Sed quia libelli ipsi non videntur apud Hebreos in auctoritate haberi. Interim nunc ea que ibi nominantur ad exemplum vocare differamus. Sz ex iis: que habemus in manibus de quibus dubitari non potest: rerum prosequamur indaginem. Describitur ergo verbis dei in lege diuina terra iudee: & hec referri debere dicitur ad imaginem celestium. In celis autem euidenter esse Hierusalem ciuitas pronunciatur ab Apostolo & mons Syon. Consequens igitur est: vt sicut sunt etiam alie ciuitates circa Hierusalem terrenaz site: & vici: & diuerse queqz regiones: ita & illa celestis Hierusalem ḟm imaginem terrenorum habeat circa se & alias ciuitates: ac vicos: diuersasqz regiones: in quibus populus dei: & verus israel: per Iesum verum: cuius ille Iesus Naue ferebat imaginem: collocandus est quandoqz: & hereditatem sortis distributione: idest meritorũ cõtemplatione capturus. Sic ergo nunc dominus dicit in distributione terre. Verbi gratia. Terminos tribus illius eẽ istos: & alterius alios. Ne forte quoniã diuersa erunt merita eorum: qui hereditatem consecuturi sunt regni celorum: idcirco etiaz in iis tribubus obseruãter dirimi iubetur ista distinctio terminorum. Et sciamus has esse meritorum differentias obseruãdas in vnoquoqz. Verbi gratia. Qui ita negligenter vixerit vt pro fide quidem sua mereatur haberi inter filios Israel: pro negligentia vero vite: gestorumqz desidia in tribu Ruben: aut Gad: aut dimidia tribu Manasse debeat reputari: & non intra Iordanem: sed extra eum sortem hereditatis accipere. Alius vero qui se emendatione vite: & conuersatione propositi talem reddiderit: vt ḟm quas solus deus nouit rationes: aut in tribu Iuda: aut etiam in ipsa tribu Beniamin. In qua ipsa Hierusalem: & templum dei atqz altare consistit: debeat reputari: & alius in alia: atqz alius in alia. Et hoc modo hec que nũc in libro Numerorum scripta referuntur adumbratio quedam sit future sortis in celis: eorum dũtaxat q̄ per Iesum dominum: ac Saluatorem nostrũ hereditatem (vt diximus) capient regni celorum. Ibi credo diligenter obseruabuntur etiam ista que hic adumbrantur priuilegia sacerdotuz: q̄bus vicina queqz vrbibus loca: & ipsis menibus iuncta segregari mãdatur a filiis israel. Ibi credo & ciuitates iste erunt: quarum hic figura describitur: quas refugii nominat ciuitates: ad quas confugiant non omnes homicide: sed qui ignoranter homicidium commiserunt. Sunt eniz fortassis aliqua peccata: que si proposito: ac voluntate committimus: homicidas nos faciunt: & sunt alia: que si ignoranter committimus: decernitur nobis: & preparatur ex precepto Dei aliquis locus: vbi ad certum tempus habitare debeamus: si tamen mũdi inueniamur & alieni ab iis peccatis: que voluntate commissa sunt. Et ob hoc secernuntur quedam ciuitates ad refugium. Videtur quibusdam quod singulorum quoqz syderuz positio: & cetus ciuitas dici: vel haberi possit in celo: Quod ego quidem definire non audeo.

Video

Video enim omnem creaturam in spe quidez propter eum: qui subiecit: esse subiectam: expectare tamen libertatem in redemptione filiorum Dei: sine dubio & preclarius aliquid: aut sublimius operiri. Si ergo (vt diximus) vmbram habet lex futurorum bonorum: & exemplari: & vmbre deseruiunt qui in lege deseruiunt: & nunc per speculum: & in enygmate: tunc autem facie ad faciem habebitur rerum contemplatio. Credo quod & nunc conuersationē dicimur habere in celis per speculū: & in enygmate: tunc autem facie ad faciem: qui tamen conuersationem merebuntur habere in celis. Si ergo per consequentiam rerum: & promissionum fidem nos transferri de terris oportet ad celum: puto quod in ipsis celestibus locis Jesus Dominus noster non absque meritorum sorte vnumquemqz in illa: vel illa celi parte: & habitatione constituat. Sed sicut multa est differentia in terris: verbi gratia: habitare in locis fecundis: & copiosis: ac bonis omnibus abundantibus: vbi & aeris temperies: & eruditio hominum: ac liberalia instituta non desunt: & longe aliud est habitare: aut in locis infecundis: & rerum penuria squalidis: aut estu torridis: aut frigore: geluque torpentibus: vel certe vbi nulle leges: sed immanis & seua barbaries: vbi bella semper & nunquam quies. Et hec non sine occulta quadam Dei dispensatione: & iudicio eius: & iustitia vnicuique decernūtur: ita & in illis locis erit aliquid tale: vt in nullo prorsus inanis habeatur ī terris vmbra celestium. Erit ergo & ibi (vt diximus) aliqua ciuitas refugij: & erit alia in deserto sicut Bossor in hereditate Ruben ciuitas esse dicitur in deserto. Sed & illa nihilominus consequentia capienda est. Quia sicut cum dispergeret Deus filios Adam statuit fines gentium ꝯm numerum angelorum Dei: vel (vt in alijs exemplaribus legimus) ꝯm numerum filiorum Israel in initio mundi: ita dispersi sunt filij illius Adam: sicut vel illorum merita: vel ipsius Ade contemplatio postulabat: quid dicemus futurum: cum nouissimi Adam. (Qui non in animam viuentem: sed in spiritum viuificātem factus ē) ceperit filios non dispergere: sed dispensare diuina dignatio: non in initio: sed in fine mundi: & non vt illos: qui in Adam omnes mortui sunt: sed vt eos: qui in Christo omnes viuificati sunt? Sine dubio erit quedam diuisio: & distributio talis: que non solum pro meritis eorum: qui dispensantur: sed & pro nouissimi Adam: in quo omnes viuificandi dicuntur: contemplatione pensanda sit. Sed quis nostrum talis est: vt ad huiusmodi distributionem: & ad illam celestis hereditatis sortem venire mereatur? Quis ita beatus erit: cuius sors in Hierusalem veniat: vt sit ibi: vbi templum Dei est: immo vt ipse sit Dei templum? Quis ita beatus est: vt ibi dies festos agat: vbi altare diuinum perpetuis ignibus adoletur. Quis ita beatus est: qui sacrificium suum: & incensum suauitatis supra illum ignem ponat: de quo dicebat Saluator. Ignem veni mittere in terram? Quis ita beatus est: qui ibi semper agat pascha in loco: quem elegit dominus eius? Ibi pentecostes diem gerat: & festiuitatem repropitiationis: & tabernaculorum solemnitatem non iam per vmbram: sed per ipsam speciem: rerumqz veritatem. Quis nostrum dignus habebitur tam beate sortis electione: cum Deus diuidere ceperit filios nouissimi Adā: non cui dicat: eris super quinque ciuitates potestatem habens: aut cui dicat eris super decem ciuitates potestatem habens: nec qui dicat. Intra in gaudium domini tui: sed qui dicat. Sedete & vos mecum super duodecim thronos iudicantes: & vos duodecim tribus israel. De quibus dicat. Pater volo vt vbi ego sum: & ipsi sint mecum. Volo etiam eos esse reges vt ego sum rex regum. Volo & istos habere dominationem: vt & ego sum Dominus dominantium. Beati qui ad hanc peruenient beatitudinis summam. Beati qui ad ista conscendere poterunt fastigia meritorum: & benedictus Deus noster qui hec promisit diligentibus se. Ii sunt ipsi vere sacris numeris numerati apud Dominum: immo ipsi sunt: quorum capilli capitis numerati sunt: per Dominum nostrum Jesum Christum. Cui est gloria & imperiū in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis super Numeros.

¶ Prologus Sancti Hieronymi Presbyteri Ad Chromatium episcopum in tractatū Origenis super librum Jesu Naue.



N diuinis voluminibus refertur: ꝙ ad constructionē templi vnusquisque pro viribus obtulerit. Potentes quidē: ꝛ principes populi aurum argentum: lapides preciosos. Alij ligna: sed imputribilia. Quidam etiam coccum: purpuram: ꝛ byssum: ꝛ linum: alij vestibus hec quoque sacerdotum: ꝛ stole pontificis profutura. Pauperiores autem quique etiam pelles rubras offerentes: sed ꝛ pili caprarum nō respuuntur. Idcirco namque Beselebel ille repletus dicitur omni sapientia a deo: vt intellegens singula hec: quibus vsibus apta sint nihil ex offerentium deuotione repudiet. Quia ergo ꝛ tu o mi semper venerabilis pater Chromati iniungis: ꝛ precipis nobis: vt aliquid ad ad edificationem ꝛ constructionē diuini tabernaculi ex Grecorum opibus ꝛ copijs: conferamus: oratiunculas. xxvj. in Jesum Naue: quas ex tempore in ecclesia perorauit Adamantius senex ex greco latine tibi pro virium mearum paruitate disserui. At sane nostri tēporis Beselebelis iudicij sit in ijs: que offerimus: etiam si nihil inuenitur auri puri quod ad altare proficiat: nec argenti: quod ecclesie bases efficiat: aut capitela decoret. Si nullus ex ijs illis lapidibus: qui logio insertus pontificale vestimentum: ꝛ vestrum diuinorum conscium pectus exornet. At certe perspicare si vel purpure aliquis in ijs: ꝛ regij decoris: aut cocci: ꝛ mystici cruoris color interitur. Si quid puritatem byssi imitetur: ꝛ fortitudinem lini: ꝛ dignum aliquid habeat sacerdotalibus indumentis: postremo si vel rubras apud nos pelles: verecundiam frontis inuenias. Ad vltimum si vel caprarum certe reperias pilos quibus vel penuriam nostram tegamus: aut si quas incurrimus culpas penitendo purgemus. Totum ergo hoc de tuo iudicio pendeat. Si quid sane est quod placere potest: hoc sit autoris. Neque enim: que alijs labore parta sunt diripere: ꝛ nostre laudi applicare iustum putamus. Si vero vim sensuum oratio inculti sermonis exasperat: hoc vel mihi: vel (vt cum tui venia dixerim) tibi ipsi reputato: qui opus quod eruditis debet iniungi: expetis ab indoctis.

¶ Incipit tractatus Origenis in librum Jesu Naue. Homilia prima.



Onauit deus nomen: qd' est super omne nomen domino: ꝛ Saluatori nostro Jesu Christo. Est autē nomē: quod ē super omne nomē Jesus. Et qr est istud nomen sup oē nomen: idcirco in nomine Jesu omne genu flectitur celestium: terrestrium: ꝛ infernorum. Et qr est hoc nomen super omne nomē: idcirco in multis generationibus a nullo cognominatū est. Scripsit Moses librum Genesis: in quo legimus Abraham: ꝛ eos: qui ex eo generati sunt. In quibus sunt iusti ꝙplurimi: sed nullus ex ipsis Jesus meruit noiari. Neque Abel Jesus dictus est: neque ille: qui cepit inuocare nomen domini Dei. Neque ille: q placuit deo: ꝛ tralatus est: cuius mors inuenta nō est. Neque ille: qui in generatione sua solus iustus inuētus est apud deum Noe. Sed ne ipse quidem: qui repromissiones acceperat testamēti Abraham: nec ille: qui ex eo natus est Isaac. Sed nec supplantator Jacob: nec quisꝙ ex filijs eius. Moses fidelis erat in omni domo eius: ꝛ nondum tamen vocatus est Jesus. Sed Jesu nomen pmo inuenio in Exodo: ꝛ volo intueri qm primo nomē Jesu cognominatur. Venit (inquit) Amalech: ꝛ expugnabat israel: ꝛ dixit Moyses ad Jesum in Raphidim. Hec est prima appellatio nominis Jesu. Elige (inquit) tibi viros potentes ex omnibus filijs israel: ꝛ egredere: ꝛ cōflige cū Amalech crastino. Moses confitetur non posse se exercitum ducere: cōfitetur se non posse obtinere: quamuis eum de terra Egypti eduxerit. Et ideo (inquit) vocauit Jesum: ꝛ dixit. Elige tibi viros: ꝛ egredere. Vides cui cesserit bellum gerere aduersum Amalech. In hoc primo nomen diximus Jesu: vbi eum videmus ducem exercitus. Nō cui Moses iniunxerit principatum: sed cui cesserit principatum. Nō potest Moses eligere viros potentes. Tu (inquit) elige tibi viros potētes ex omnibus filijs israel. Hic ergo vbi primum disco nomen Jesu: ibi cōtinuo etiam mysterij video sacramentum. Ducit enim exercitū Jesus. Et factum est cum extolleret manus suas: inualescat israel. Cum autem deijceret manus suas inualescebat Amalech. Tunc ergo inualescit Jesus magis: ꝛ tunc vincit: quādo Moses erigit manus suas. Victus autem est populus ille

lus ille ab Amalech: quoniam iam non erige-
bat manus suas: sed erãt dimisse deorsum: illi
sunt eniʒ: q̄bus dicit̃. Si crederitis Moysi cre
deretis vtiqʒ ⁊ mihi. Et ecce me vultis occide-
re: qui legeʒ non facitis? Cessante namqʒ lege
apud illos: ⁊ operibus legis: qui dũ suã iustiti-
aʒ querunt statuere: iustitie dei non sunt subie-
cti: dimisse sunt manus Moysi. Inualuit icre
dulitas: vicit̃ populus. Sʒ ⁊ Nabat: ⁊ Abiud
⁊ Eleazar relinquũtur in castris: vt iudicẽt po
pulũ. Derelinq̃t̃ etiã Jethro: ⁊ ipse vt iudicet
populũ cũ eis. Jesus vero nõ derelinq̃t̃: sed se-
quitur Mosen ĩ mõtẽ cũ quadã adiectiõe ver-
bi mirabilis: ĩ eo q̃d dicit: qꝛ adsistebat Mosi.
Quomodo adsistebat? nõ vt secũdus: nõ vt in
ferioꝛ: sʒ vt adiutoꝛ proteg̃ẽs. Sʒ ⁊ illud quale
est: quod cum primo nominatus est: nõ est indi
catũ nomen patris eius: neqʒ in secundo: neqʒ
in tertio. Cũ vero pater eius noiat̃ Naue: tũc
ipse nõ Jesus: sʒ Ause dicit̃. Inter eos. n. q ex-
ploratũ missi sunt: nomẽ eius Ause scribitur.
Et fortassis (vt mihi videt̃) pro exploratoris
officio nõ Jesus: sʒ Ause dictus ẽ: ⁊ Naue fili-
us noiat̃. Cũ vero redit ope expleto: ⁊ p̄teritis
oĩbus solus subleuat lapsos: desperationemqʒ
populi solus erigit: tũc a Moseo Jesus noia-
tus ẽ: nec Naue filius dꝛ: sed ille: ad quẽ dixe-
rat Moses educ exercitũ: ⁊ ꝯflige cum Ama-
lech. Illud ẽt ĩtuẽtes: magnitudineʒ eius pui-
demus: q̃d cũ ĩ trãsfiguratiõẽ vultus Moysi
oĩs filioꝛuʒ israel hebetaret aspectus: nec aliq̃s
posset ĩtueri faciẽ vultus eius. Jesus nõ solum
faciẽ ꝯtuet̃: veꝝ ẽt in interioꝛibus tabernaculi
mysterioꝛũ ꝯscius ꝑseuerat. Quo igitur nobis
hec cũcta prospicitũ? Nẽpe eo ꝙ liber hic non
tã gesta nobis filij Naue indicet: q̃ꝫ Jesu mei
dñi nobis sacramẽta depingat. Ipse est. n. qui
post mortẽ Mosi suscepit ĩperiũ: ipse est: q du-
cit exercituʒ: ⁊ ꝯfligit aduersus Amalech. Et
ꝙ ibi adũbꝛabat̃ ĩ mõte mãibus extensis: affi-
git cruci sue triũphãs p̃ncipatus: ⁊ potestates
in semetipso. Defunctus ẽ igit̃ Moses: cessa-
uit eni lex. Qm̃ lex: ⁊ prophete vsqʒ ad Joãnẽ.
Vis aũt de scripturis proferam documẽta: ꝙ
lex Moses appellat̃? Audi q̃d dicit in euãge-
lio. Hñt Mosen: ⁊ prophetas: audiant illos.
Mosen vtiqʒ hic sine dubio legẽ nomĩat. De-
functus ẽ ergo Moses famulus dei: defuncta
est. n. lex: ⁊ legalia p̄cepta iã cessant. Aut si nõ
tibi auctoritatis vr̃: cũ a me ista proferunt̃: seq̃
re Apostoli auctoritatẽ dicẽtis. Qm̃ mulier vi
uente viro: alligata est legi: ⁊ adultera noiabit̃
si fuerit cũ alio viro. Si ꝟo mortuus fuerit vir
eius: soluta est a lege viri: vt iam non sit adul-
tera si fuerit cũ alio viro. Mulierẽ sine dubio
aĩam nomĩat: que sub Moysi lege tenebat̃: de
qua dicit. Viuẽte viro alligatã ẽ legi. Si autẽ
mortuus fuerit vir eius: sine dubio lex: absolu
taʒ dicit eã aĩaʒ: q̃ videbat̃ eẽ subiecta: idcirco
necesse ẽ legeʒ mori: vt q credũt Jesu: nequaq̃ꝫ
adulterij crimẽ icurrãt. Jesus igit̃ dñs ⁊ Sal
uatoꝛ meus suscepit p̃ncipatũ. Et si vr̃: ꝯfera-
mus gesta Mosi cũ p̃ncipatu Jesu. Cũ Mo-
ses educeret populũ de terra egypti: nullus or
do ĩ populis: nulla ĩ sacerdotibus obseruãtia.
Trãseũt aquã maris: aquã salsaʒ: nec q̃cq̃ꝫ in
se dulcedinis ꝯtinentẽ: ⁊ murus erat eis aqua
dextra: leuaqʒ. Hec Moseo duce gesta cogno
scimus. Cũ ꝟo dñs meus ducit exercituʒ: que
sunt q̃ iã tũc adũbꝛantur: videamus. Sacerdo
tes precedunt arca testamenti: portatur in hu
meris sacerdotum. Nusq̃ꝫ iaʒ mare: nusq̃ꝫ sal-
sus fluctus occurrit: sʒ duce dño meo Jesu ve
nio ad Jordanẽ: ⁊ venio nõ perturbatione fu-
ge: neqʒ perterritus metu: sed venio cuʒ sacer-
dotibus arcam testamẽti dñi: in qua dei lex: ⁊
diuine littere seruãtur ceruicibus suis: hume-
risqʒ portãtibus ingredioꝛ Jordanẽ nõ cũ fur
tiuo silentio: sed in tubarũ cãtibus mysticum
quiddã: diuinũqʒ canẽtibus: ad p̄dicationem
tube celestis incedã. Ibi dictum ẽ ꝙ diuisa est
aqua in duas partes: ⁊ ex aq̃s vnus murus fa-
ctus est a dextris: alius a sinistris. Hic ꝟo: qui
venit soluere mediũ parietẽ sepis: fecit vtraqʒ
vnum. Ex vna enim parte erecta est aqua: alia
vero pars defluxit ĩ mare. Deĩde hic ait. Pre
parate vobis cibos ad viam. Et hodie si audi-
as: dicit tibi Jesus: si seq̃ris me: p̄para tibi ci-
bos ad viã. Opa sunt: que nos ad futuram vi-
taʒ: velut fidele viaticũ comitant̃. Videamus
tñ q̃m nõ cõuenit neglegẽter: ⁊ quasi in transi-
tu litteras legere diuĩas: vnde eos iubet cibos
parare non habẽtes frumẽtum. Mãna eteniʒ
cibus erat eis. Sed cum iaʒ trãsierimus flumi
nis huius ripas desit mãna: ⁊ ideo si nõ vnus-
quisqʒ preparauerit sibi cibos: non poterit seq̃
Jesuʒ terrã repromissiõis intrãtẽ. Videamus
quos primũ in terrã repromissionis capiat fru
ctus. Tũc (inq̃t) mãducauerũt primũ fructuʒ
de regione palmaꝝ: ⁊ mãducauerũt p̄mo azi-
ma. Vides ergo qꝛ primũ nobis mundi huius
ĩter digressis si recte sequamur Jesum: primo
occurrit palma victorie: ⁊ abiecto fermẽto ma
litie: ⁊ neq̃tie: azima nobis synceritatis: ⁊ veri-
tatis parantur. Mittit tñ Jesus noster explo-
ratores ad Hierichõtinũ regẽ: ⁊ hospitio susci-
piũtur a meretrice. Sed illa meretrix: que ab
Jesu missos suscepit exploratores: ꝓpterea su-
scepit ne vltra sit meretrix. Sʒ ⁊ vniuscuiusqʒ
nostrũ aĩa meretrix fuit: donec in desyderijs: ⁊

cupiditatibus viueret carnis. Suscepit vo exploratores Jesu: angelos: quos misit añ faciez suá: vt prepararét viá eius. Quos tñ si ex fide sa vnaqueqz suscepit: nõ in humilibus locis: neqz in inferioribus cõlocat: sed in supioribus z excelsis. Qz nõ humilioribus z terrenis Jesum dñm suspicimus: sz ad patré profectũ: z d celestibus venieñtẽ. Sed nec lini stipulá: in qua exploratores delitiscebát: ego absqz sacramentis accipio. Linũ náqz est indumétũ sacerdotale: p qd significaŧ vel ijs: q inuitádi erát culmẽ sacerdotale delatũ: sicut Petrus apostolus dicit. Vos át gẽs sancta: regnũ sacerdotale. Vel certe qd i sacraméto legis: vbi de sacerdotib⁹ adnotaŧ: populi huius: q ẽ ex gẽtibus latebat occulta vocatio. Cõtinuo ergo inimicitias suscepit meretrix aduersus Hiericbontiũ regẽ. Quid nisi qz caro cõcupiscit aduersus spiritũ: z spũs aduersus carnẽ: Et iterũ ait. Odit vos hic mundus: qz me priorẽ vestrũ odio habuit. Est ergo rex aliqs inimicus meretricis huius: q est princeps huius mundi: q insequitur: z occupare cupit exploratores Jesu: sed nõ põt obtinere: qz p mõtes iter faciũt. Nõ incedũt p humilia: nec vallibus delectátur: sz collinos vertices: z mõtiũ excelsa sectátur: qz hec meretrix dicit. Leuaui oculos meos ad mõtes vñ veniet auxiliũ mihi. Nõ põt illuc ascẽdere mundi huius princeps: nec põt p excelsum iter ad Jesum puenire. Quinimo z si eũ tẽtás collocauerit in excelsis: dicit ei. Mitte te deorsuz: qz humilia semp diligit z caduca. Jn ijs regnat: in ijs sedẽ suá collocat: in qbus ẽt vsqz ad ifernũ descendat. Moses non dixit stet sol: nec maximis impauit clemẽtis: sicut Jesus fecit. Stet (inqt) Sol sup Gabaon: z Luna super vallẽ Elom: z propterea addidit scriptura z dicit. Qz nunq̃ sic audiuit deus hominẽ. Jesus ergo meus solẽ stare fecit: nõ tũc solũ: sed multo magis modo in aduẽtu suo. Deniqz duz nos bellũ gerimus aduersus inimicos nr̃os: z colluctamur aduersus principatus: z potestates: z rectores tenebrarũ harũ aduersus spiritalia neqtie in celestibus: sol nobis iustitie indesinenter adsistit: nec deserit vnquá: nec festinat occũbere: qz ipse dixit: Ecce ego vobiscũ suz oibus diebus. Nõ solũ aũt duplicato die nobiscũ est sed oibus diebus nobiscũ est vsqz ad consummationem seculi: donec z nos obtineamus aduersarios nr̃os. Sed z illud videamus: qd ẽ qd repmisit Jesus militibus suis. Ois (inqt) loc⁹ quẽcũqz subdideritis vestigijs pedũ vr̃orũ vester erit. Dixerat hoc illis: q tũc erát de regionib⁹ Chananeorz. Pherezeorz: Hiebuseorz: ceterarũqz gẽtiũ: quarz regiones expulsis idignis habitatorib⁹: ipsi hẽditate ceperũt. Sed nobis i ijs vbis qd repromittiŧ: videam⁹. Sũt quedá aduersariorz potestatũ gẽtes diabolice aduersuz quas nobis certaminẽ geriŧ: z agones in hac vita desudanŧ. Quátascũqz ergo ex ijs gẽtes pedibus nr̃is subdiderimus: q̃toscũqz i certamine vicerimus ipsorz regiões: ipsorz pꝛuicias: z regna. Jesu nobis dño distribuente capiemus. Fuerũt. n. illi aliqñ angeli: fuerũt i regno dei magnifici. An nõ legimus qd Esaias dicit de vno ex ipsis: qũo cecidit Lucifer: q mane oriebaŧ: Lucifer iste sine dubio sedez habebat i celis. Postea vo q̃ factus est angelus refuga: si eũ vicere potuero: z subijcere pedibus meis: si meruero vt dñs meus Jesus conterat Sathanan sub pedibus meis: ꝯsequẽter locũ Luciferi accipe merebor in celis. Sic ergo itel legimus pmitti nobis ab Jesu dño nr̃o q ois locus: quẽ subdiderimus vestigijs pedũ nr̃orz: noster erit. Si nõ putemus: qz i hác hereditatẽ per ociũ: z neglegẽtiá oscitátes: z dormitantes itrare possimus. Jra sue gẽtis angelũ hz. Hác nisi viceris in temetipso: z absciderís abs te oẽs motus iracũdie: ac furoris: locũ quẽ aliqñ habuit ille angelus: cape in hereditate non poteris: p eo q desidia tua nequaq̃ eũ de terra repromissiõis expuleris. Silr z supbie: z zeli: z auaritie: ac libidinis. Sũt aliq icẽtores angeli: z instinctores horz malorz: quorz nisi vitia in temetipso viceris: atqz ea de tua terra: q iaz per grãz baptismi sanctificata ẽ: exterminaueris: nullo mõ plenitudinẽ repromisse hereditatis accipies. Sub Moseo nõ ẽ dictum hoc qd sub Jesu dr̃: qz cessauit terra a p̃lijs. Certũ est q z terra nr̃a hec: in qua agones habemus: z certamina sustinemus solius Jesu dñi virtute cessare poterit a p̃lijs. Jntra nos eteni sũt oẽs gẽtes iste vitiorz: q aiaz iugiter: z idesinẽter oppugnát. Jntra nos sũt Chananei: itra nos sũt Pherezei: hic sunt Hiebusci. Qualr ergo nobis laborádũ ẽ: qualr vigiládũ: vel q̃to tpe pseuerádũ: vt oib⁹ istis de nobis vitiorz gẽtibus effugatis: tandẽ terra nr̃a cesset a bellis. Et id pphet a cõmonet: vt i lege dñi meditemur die ac nocte. Que vtiqz diuiorz vborz meditatio: velut tuba qdá est aíos tuos ad p̃liũ ꝯcitás: ne forte aduersario vigiláte tu dormias. Jd nec dies ad meditádũ sufficit: sz z nox adiungitur. Vos vo qd facietis: q nõ solũ nocte dormitis: sz z tota die: Aut occupatiõib⁹ seculi: aut carnis delitijs deseruitis: Et vix raro ad ecclesiaz diebus solẽnibus ꝯuenitis: Aliq aũt ex vobis etiá veniẽtes nõ veniũt: qz veniẽtes non verbo dei: sz fabulis vacát. Propter qd dicit ad vos sermo diuinus. Exurge q dormis: z exurge a

mortuis:

mortuis:vt cõtigas Christū.Exurge.n.a mor
tuis dicitˀ ijs:q in opibus pmanent mortuis:in
infidelitijs suis:ꝛ sceleribus pdurãtes:q̃ licꝫ ho
minibus nõ sint manifesta:deo tñ añt sunt co-
gnita.Sꝫ vel ex hoc penitudinē agite:ꝛ cõuer-
timini ad deū ex toto corde vestro:vacate oro-
nibus:vacate verbo dei.Quid pdest si ieiuna-
mus p peccatis:ꝛ iterꝫ peccata committimus.
Quid pdest lauisse:ꝛ in ceno denuo volutari?
Jeiunasti aliquãto tpe:tale est:quale si interiꝫ
ex Egypto discesseris.Trãsisti mare rubrum:
secutus es Mosen:pcepta scilicet ꝛ mãdata le
gis obseruans.Sed iam te a Moseo suscepit
Jesus:qui te etiam circũcidat secundo in loco
qui dicitur collis preputiorum. Circumciden-
dus igitur tibi est nõ solum idolorum cultus:
quem in initijs abiecisti:sꝫ denuo tibi etiã aua-
ritia circũcidenda est:q est idolorꝫ subtilior cul
tus.Deniqꝫ Jesus secũdo circũcisum populū
circũcidēs sic dixit.Hodie abstuli a vobis op-
probrium Egypti:donec peccamus:donec re
gnant in nobis vitia passionū:etiam si relictis
simulacris abscessisse videamur ex Egypto:
opprobrium tamen Egypti ablatum non est a
nobis.Si ergo secundam hanc circũcisionem
accepis vitiorꝫ;ꝛ abscideris a te oē vitiū ire su-
perbie:inuidie:libidinis:auaritie:iniquitatis:
ceterorumqꝫ similiuꝫ:tunc a te Egypti abster
gentur opprobria:ꝛ translatus in terraꝫ repro
missionis hereditatem regni celestis accipies:
per verum Jesum Christum dominū:ꝛ Sal
uatorem nostrum.Cui est gloria in secula secu
lorum. Amen.

¶De eo:quod scriptum est.Moses famulus
meus defunctus est. Homilia.II.

Nisi moriatur Moyses: non poterimus
aduertere quomodo regnat Jesus. Si
ergo cõsyderes Hierusalem subuersam:altare
destitutum:nusquaꝫ sacrificia:nec hostias:nec
libamina.Nusquã sacerdotes:nusquã põtifi-
ces:nusq̃ ministeria leuitaruꝫ. Cū hec omnia
vides cessare:dicito:quia Moses famulus dei
defunctus est.Si videris nemineꝫ ter in anno
venire ante cõspectum dñi:nec offerre munera
in templo:nec iugulare pascha:nec azima ede
re:nec offerre primitias:nec primogenita con-
secrare.Cū hec omnia non vides consecrari:
dicito quia Moses famulus dei defunctus ē.
Cum vero videris introire gētes ad fidem ec-
clesie:extrui altaria:non cruore pecudum re-
spergi:sed precioso Christi sanguie compara-
ri:cum videris sacerdotes:ꝛ Leuitas non san
guinem hircorū:ꝛ taurorū:sed verbuꝫ dei per
spiritus sancti gratiam ministrantes:tūc dici-
to quia Jesus post Mosen suscepit:ꝛ obtinuit
principatū.Non ille Jesus filius Naue:sꝫ Je
sus filius dei.Cuꝫ videris quia pascha nostrū
immolatus est Christus:ꝛ azima edimus syn-
ceritatis:ꝛ veritatis.Cum videris fructus ter
re bone i ecclesia tricesimos:sexagesimos:ꝛ cē-
tesimos:idest viduas:virgīes:ꝛ martyres.Cū
videris multiplicari semen israel ex ijs:qui nõ
ex sanguinibus:neqꝫ ex voluntate viri:neqꝫ ex
voluntate carnis:sed ex deo nati sunt.Et cum
videris filios dei:qui dispersi erant:congrega
ri in vnum.Cum videris sabbatizare populuꝫ
Dei:non ocium gerentem a conuersatione cõ
muni:sed ocium gerentem ab operatione pec-
cati.Cum hec omnia vides:dicito quia Mo-
ses famulus dei defunctus ē:ꝛ Jesus filius dei
obtinet principatum.Deniqꝫ ꝛ in libello quo-
dam:in quo licet in canone non habeaꝰ: myste
rij tamen huius figura describitur. Refertur
enim:quia duo Moses videbantur.Unus vi
uus in spiritu:alius mortuus in corpe.In quo
hoc est miruꝫ quod adūbrabatur:quia si ītuea
ris litteram legis inanem:ꝛ vacuaꝫ ab ijs om-
nibus:que supius memorauimus:ipse ē Mo-
ses mortuus in corpore.Si vero potes remoue
re legis velamen:ꝛ intellegere:quia lex spirita
lis est:iste est Moses:qui viuit in spiritu.Et di
xit (inquit) dominus ad Jesum filium Naue
ministrum Mosei.Moses famulus meus de-
functus est:nunc ergo exurgens transi Jorda
nem hunc:tu ꝛ omnis populus hic in terram
quam do vobis.Requires fortasse quomõ mi
nister Mosei fuerit etiam dominus noster Je-
sus filius dei.Quia cum venisset plenitudo tē-
poris:misit deus filiū suū factū ex muliere:fa-
ctū sub lege.Per hoc ergo:quod factus ē sub
lege.Mosei minister effectus est.Dicit autem
deus:vt transeat in terrã:non quã dedit Mo
ses:sed quaꝫ (inquit) ego do vobis.Uides er
go:quia Moseo mortuo deus dat terram po-
pulo per Jesum.Quã terram?Jllam sine du
bio:de qua dicit dñs.Beati mansueti:qr ipsi
hereditate possidebunt terram.Omnē (inqt)
locū quemcūqꝫ ascēderitis vestigijs peduꝫ ve-
strorum:vobis dabo eum.Que sunt loca: que
ascendimus vestigijs pedum nostrorū?Legis
littera humi posita est:ꝛ deorsuꝫ iacet. Nusq̃
ergo ascēdit:qui legis litteraꝫ sequitur. Si ve
ro potueris a littera ascēdere ad spirituꝫ:ꝛ ab
historia ad intellectum conseēdere celsiorem:
tunc vere ascēdisti locum editum:ꝛ excelsum:
quē a deo in hereditate percipies.Si eni in ijs
que scripta sunt:typos intellegas:ꝛ aduertas
formas esse celestium: ꝛ mente: ac sensu: que

sursum sunt: queras: vbi Christus est in dextera dei sedens: tunc ⁊ illum locum in hereditate percipies: dicente domino ⁊ Saluatore nostro. Quia vbi ego sum: ibi erit ⁊ minister meus. Si ergo vsq3 ad Christum sedente3 in dextera dei perueneris fide: vita: puritate: virtute: ⁊ illis vestigijs pedum tuoru3: que lauit Jesus: illum locum incesseris: dabit tibi eu deus: du3 non solu heres effeceris dei: s3 ⁊ coheres Christi. Sicut (inquit) dixi Moysi: eremum: ⁊ antilibanum hunc: vsq3 ad flumen magnum: flumen Euphraten. Eremum deus subiecit Jesu: idest deserta: de quibus dicit ppheta. Lera re eremus sitiens: ⁊ multi filij deserte: magis quam eius: que habet virum. Et iterum: non dixit libanum: sed antilibanum: quem a Deo accepit Jesus. Antilibanus aute3 dicitur quasi pro libano. Si ergo videas priorem populu illum sm carne israel: qui erat vera oliua: ipm intellege fuisse libanum verum. Sed cum videris: quia pro incredulitate sua aufertur ab eo regnum: ⁊ datur genti facieti fructu3 eius: istum populum: qui pro illo expulso introducitur in regnum: antilibanum senti: que est ecclesia dei ex gentibus ɔgregata per Jesu3 Christum dominum nostru3. Cui est gloria ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De duab⁹ ⁊ semis tribubus: idest tribu Ruben: ⁊ tribu Gad: ⁊ semi tribu Manasse.

Homilia. III.

Moses duabus: ⁊ semis tribubus terra3 partit: idest tribui Rube: ⁊ tribui Gad: ⁊ tribui Manasse dimidie. Reliquis vero tribubus: no Moses: sed Jesus diuidit terram. Pactum tamen initum est cu3 illis duabus: ⁊ semis tribubus: que trans Jordanem acceperant terram: vt relictis mulieribus: ⁊ infantibus suis in illa terra trans Jordanem: ipsi cu fratribus suis pugnent vsquequo etia3 ipsi cosequantur hereditatem. Oportuit igitur post obitum Mosei: qui pactum istud inierat Jesum promissa deposcere: ⁊ comonere eos auxilium pugnaturis fratribus ferre. Hec quide3 historia narrat: verum q2 nos forte iam couersi ad dnm sumus: qui aufert velamen ex lectione veteris testameti: ⁊ donat seruis suis: credetibus in se: vt reuelata facie gloria domini spectulates hec omnia: que figuraliter illis accidebat: pter nos scripta esse sentiamus: in quos fines seculoꝝ deuenerut. Et ideo (sicut ante ia diximus) ascedere tetemus a littera ad spiritum: a figuris ad veritatem: ⁊ consyderemus quam formam teneat iste due: ⁊ semis tribus: que per Mosen terram hereditatis accipiut. Et quam forma teneant relique noue3 ⁊ semis tribus: que per Jesum repromissione terre sancte suscipiunt: ⁊ primo oium puto quod impossibile fuerit fortuitu accidisse. Ut hi: q p Mosen accipiunt portionem: omnes primogeniti essent. Ruben namq3 pmogenitus est ex Lia: Gad primogenitus ex Gelfa: ⁊ Manasses primogenitus ex Asenne3 egyptia filia Petefre sacerdotis Eliopoleos: quam accepit Joseph. Nunquam ego mihi persuadeo: vt fortuitu acciderit primogenitos esse oes: quibus per Mosen decernebatur hereditas: sed magis hoc arbitror: quod in ijs iam tunc duoru3 adumbrabatur forma populorum. Unius quide3: q primogenitus per nature ordinem videretur: alterius: qui per fidem: ⁊ gratiam: benedictione acciperet hereditatis. Nec prius illis: qui per Mosen accipiunt hereditatem: idest qui p legem placuerunt deo requies datur: nisi adiuuent in prelijs fratres suos: mulieres tantum: ⁊ infantes accipiunt quietem per Mosen. Ceteri autem non requiescut: sed exeunt ad auxilium fratrum suorum. Uide mihi hodie laboranti in agone vite huius: ⁊ habenti certamen aduersus inimicos: idest cotrarias potestates: quomodo in auxilium veniunt illi: q ante aduentum Jesu Christi domini mei in lege iustificati sunt: Uide quomodo Esaias mihi pstat auxilium: cu3 me sermonibus sue lectionis illuminat. Uide accinctum: ⁊ expeditum venietem Hieremiam ad auxiliu nostru3: ⁊ voluminis sui iaculis hostes acerrimos: ⁊ cordis mei tenebras effugante3. Accingitur ⁊ Daniel ad auxilium nostrum: cum nos de Christi presentia: ac regno: ⁊ de Antichristi futura fraude instruit: ⁊ premonet. Adest ⁊ Ezechiel sacramenta nobis celestia in quadriformibus rotarum circulis signans: ⁊ rotam concludens in rota. Ducit ⁊ Osee bis senas prophetici agminis turmas: ⁊ procedunt oes succincti lumbos in veritate: quam predicant ad auxilium fratru3 suorum: vt eorum voluminibus instructi: diabolicas no ignoremus astutias. Isti ergo: qui viri fortes sunt: armati ⁊ precincti lubos in veritate exeunt in auxilium nostrum: ⁊ pugnant nobiscum. Infantes aut: ⁊ mulieres no exeut ad prelium nostru3. Nec mirum: infans enim dicitur: qui non loquitur. Quid me ergo adiuuare potuit ille: qui nihil locutus est: Cuius nihil inuenio quod legam: cuius sermo no instruit: mulieres vero dicit Apostolus infirmu vas esse. Unde ⁊ ɔsequeter infirmu vas ad ɔflictu non venit: ne confringatur ⁊ pereat. Sic naq3 ⁊ de Jesu domino in euagelijs dicitur. Quia

calamum quassatū non confregit. Quia ergo mulieres a viris suis domi doceri iubentur: et magis in discipulorum: quā docentium psona ponunt: ad auxilium meū nō venit: qui docere me non potest: et cuius nihil inuenio: qd imitari debeam: vel tenere. Videamus ergo qd dicūt ad Iesum isti: q venirūt ex illa terra: quā distribuit Moyses. Sicut audiuimus (aiūt) Mosen: ita audiemus et te. Nihil tā verum: quā qd oīs: q audit Mosen: audiat et Iesum dominum nostrum. De Iesu enim ille scripsit. Unde et dominus in euangelio arguēs eos: quia ex eo: qd sibi non credūt: nec Moseo credant dicit. Si crederetis Mosi: crederetis vtiqz et mihi. De me enim ille scripsit. Mihi tamē nec hoc ociosum videt: quod non tres integre tribus sunt iste: que per Mosen dispēsantur: et ille integre nouem: que per Iesum hereditatem potiunt. Sed due et semis hic: et ibi nouez et semis: et ista vna tribus diuiditur in duas partes: per quaz neqz hic tertius numerus īteger adimpletur: neqz ibi decimus perfecte et integre cōsumat. In quo arbitror illud indicari: quod et illi priores: qui per legē habebant: ptigerint qdē scientiā trinitatis: nō tamē integre: et perfecte: sz ex parte. Deerat enim illis in trinitate etiā de vnigeniti incarnatiōe cognoscere. Nā licet de aduētu eius crederent: et de reliquis eius dispēsationibus nō solum crederent: sed etiā predicarent: non tamē etiā videre: et adipisci: ea que crediderant: potuerunt: sicut et dominus discipulis suis dicit de eis. Quia multi prophete: et iusti cupierunt videre que vos videtis: et nō viderunt: et audire que vos auditis: et non audierunt. Erat enim fides eorum non integra: pro eo quod nōdum in Christo fuerat dispensatio carnis impleta. Et quod nos factum iam credimus et impletum: illi tantūmodo futurū credebant. Propterea ergo tribus ille: neqz due sunt: ne patres extra fidem: et salutem sint trinitatis: neqz tres integre: et perfecte: ne beate trinitatis in illis iam sacramentum videretur expletum. Sed cōtigerunt quidē tertiū numerum. Et sicut dixit dominus: cupierunt videre que videmus: et audire que audimus: sed minime potuerunt: quia nondū filius hominis fuerat exaltatus: nec temporum iam venerat plenitudo. Hic me etiaz amplius mouet. Ego puto quod fortasse nec in aduentu Iesu: et incarnatione eius adhuc quod perfectum est: et integrum discimus: sed nec si ad crucem ducatur iam: et cōsumetur in omnibus: nec si a mortuis resurrexerit: cuncta nobis per semetipsum: que perfecta sunt: pādet. Alio adhuc opus habemus: qui nobis aperiat: et reuelet vniuersa. Audi ipsum dominū in euangelijs dicentem. Multa adhuc habeo vobis loqui: sed non potestis illa modo audire. Veniet autem spiritus veritatis: qui a patre pcedit: et de meo accipiet: et ille vobis indicabit omnia. Vides qz non solum apud Mosen iste tertius numerus non demonstratur impletus: sed et adhuc et Iesus dicit discipulis suis. Nondum potestis audire: nisi ille paracletus veniat spiritus veritatis: qz per ipsum et in ipso adimpletur perfectio trinitatis. Nam et quod nouē et semis tribus sunt: que sub Iesu duce agunt: et non integre decē: qui numerus in omnibus consumatus dicitur et perfectus: eadez sine dubio ratio inuenitur: vt hoc: quod a domino Iesu reseruari dicitur spiritui sancto: semiplenuz videatur: ac medium. Quāuis enim per dominum: et Saluatorem penitentia predicetur: et conuersio a malis ad bona: et detur omnibus credentibus remissio peccatorum: et omnia: que ad perfectionem decade videntur tendere cōpleantur: tamē pfectio et summa cunctorum bonorum in eo consistit: si post hec omnia sancti spiritus quis gratiam mereatur accipere. Alioquin nihil in eo perfectum putabit: cui sanctus spiritus deest: per quem mysterium beate trinitatis implet. Vis vt adhuc tibi euidētius pbem: apud priores populū illū: quē Moses in duabus semis: et tribubus adūbrabat nō fuisse omnia īntegra: nec pfecta? Declarat etiā illa historia: q̄ i hoc ipso libello Iesu Naue scripta est: cū dicit: qz altare quidem verū erat in illa terra: quā Iesus dispensabat. Isti tñ: qui erant trans Iordanez: idest Ruben: et Gad: et dimidia tribus Manasse: fecerunt sibi altare: sed nō verum altare: sed quod typum haberet: et formam veri altaris: quod erat apud Iesuz. Nihil ergo mireris si non integram sciētiam trinitatis acceperant illi: qui nec integrū: nec verū altare cōstruxerāt. Ideo deniqz nec multi hostes: neqz plures reges ptrariorum virtutū ab illis dicūtur esse deiecti. Seon (inquit) tantūmodo regem Amorreorum: et Og regē Basan: et Amalechitas deiecerūt trans Iordanē. Iesus vero vbi ducit exercitū: nūc qnqz reges simul cadunt: q cōfugerāt in spelūcas: et nō solū cadūt: sed et suspēdunt in ligno: nūc vigintinouez pariter iugulantur: et imēse multitudines aduersi exercitus psternunt: et exterminant omnes: qui sanctā terram in imunditijs possident: qui terraz fluentem lac: et mel in amaritudine malitie detinent. Interea mittuntur ab Iesu exploratores i Hierico: et suscipiunt a meretrice Raab. Exploratores isti: qui mittūtur ante faciez Iesu: possunt et angeli dei putari: sicut scriptum

est. Ecce mitto angelū meum ante faciē tuam qui preparet vias tuas. Quod per alios quidē inuisibiliter: per Joannem vero visibiliter cōplebatur. De quo & hoc scriptum est. Deniq3 de Joānis baptismo dicitur a domino. Quia scribe & pharisei non crediderunt ei. Meretrices autē & publicani credētes baptizati sunt. Sic ergo etiam in hoc completur quod meretrix Jesu exploratores susceperit: p quos & de interitu totius inimice gētis refert erepta. Sz videamus quidem que est meretrix. Raab dicitur. Raab interpretatur latitudo. Que ē ergo latitudo: nisi ecclesia hec Christi: q̄ ex peccatoribus velut ex meretricatiōe collecta est? Et dicit. Angustus mihi est locus: fac mihi locū vbi habitē. Hos aūt mihi quis enutriuit? Et iterum ad quam dicitur. Dilata pedes tuos: & extende tētoria tua. Ista ergo latitudo est: q̄ suscepit exploratores Jesu. Scio me aliquādo in quadam ecclesia disputantē de duabus meretricibus: de qbus scriptum est in tertio libro Regnoꝝ: que ad iudiciū venerant Salomonis: quarum vna viuū: alia mortuū habebat infantē discussisse diligētius: & dixisse: quia illa meretrix hec esset: cui Salomon nō ille: sz hic: qui pacem venit facere eorū: que in celis sunt: & que in terris reddi viuū iussit īfantē. Illa vero alia: que mortuū habebat īfantē: vel illius eēt prioris populi synagoga: vel eorum: qui in heresim declinarunt. Est & alia meretrix: quā in Osee iubetur accipere ꝓpheta: in figura sine dubio huius: que ex gētibus ꝯgregata est. Talis ergo & hec meretrix esse dī: que exploratores suscepit Jesu. Sz hec susceptos eos ī superioribus collocat: atq3 in editis: & excelsis fidei ꝯstituit sacramētis. Nemo enim: q ab Jesu mittitur: inuenitur deorsum: & humi iacēs: sed in superioribus permanet: & non solū ipse in superioribus permanet & excelsis: sed & ista meretrix: que eos suscepit: ex meretrice efficiē iam propheta. Dicit enim. Scio quia Dominus deus vester tradidit vobis terram hanc. Vides quomodo illa: que aliquando erat meretrix & impia: & immunda: nunc iā spiritu sancto repleta est: & de preteritis quidem confiteē: de presentibus vero credit: prophetat autem & prenunciat de futuris. Sic ergo Raab: que latitudo interpretatur: dilatatur & proficit: vsq3 quo in omnem terram exeat sonus eius. Sed & Japheth similiter dilatatio īterpretaē. Qui vtiq3 & ipse formā populi huius ferebat: q saluatur ex gentibus: & Chanaan puer seruus ei subijcitur a patre & fratri suo Sem: q formaz gerit eorum: qui ex circūcisione saluantur. In quo admirāda est benignitas: & ꝓuidētia Dei qui volens peccatori Chanaan prestare remedium: & cōferre ei salutem: seruum eū fecit fratribus suis: sicut Esau factus ē: vt seruiret fratri suo Jacob. Nō vtiq3 vt periret: sed vt salutem melioribus obediēdo conquireret. Prestatur enim malis plurimū: & peccatoribus: q semetipsos recte regere nesciūt: vt nō sibimetipsis cōmittanē: sed vt serui fiāt sanctoꝝ: & sub iaceāt melioribus: vt nō suo sensu malo: sed illorum bono regantur. Videtis q̄ multa benignitas dei: quā abscōdit: & occultat ab aurib⁹ vulgi: & quā verbis asperioribus tegit: ne forte seruus malus: & ingratus cōtēptor efficiaē: cum nimiam dn̄i sui intellexerit bonitatē: sz videamus qd egit cū exploratoribus ista sapiens meretrix. Cōsiliū eis dat mysticū: & celeste: nihil hn̄s terrenum. Per mōtana (ingt) abite: nolite per valles incedere: humilia & deiecta refugite: que excelsa sunt: & sublimia predicate. Ipsa aūt signū coccineum ponit in domo sua: per quod saluari de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullum fuit signū quod acciperet: nisi coccineum: quod sanguinis formam gerebat. Sciebat etenim: quia nulli esset salus: nisi in sanguine Christi. Datur etiam hoc mandatū huic: que quōdam meretrix fuit. Omnes (inquit) qui inuēti fuerint in domo tua saluabūtur. Qui autem exierint de domo: impunes sumus nos ab hoc iuramento tuo. Sigs ergo saluari vult: veniat in hanc domum: huius que quondam meretrix fuit. Etiam si de illo populo vult aliquis saluari: ad hanc domū veniat: vt salutem cōsequi possit. Ad hanc veniat domum: in qua Christi sanguis in signo redemptionis est. Nam apud illos: qui dixerunt: sanguis eius super nos: & sup filios nostros. Christi sanguis in condēnatione est. Positus enim fuerat Jesus in ruina: & resurrectiōe multorū: & ideo cōtradicētibus signo eius: efficitur sanguis eius ad penam: credentibus ad salutem. Nemo ergo sibi ꝑsuadeat: nemo semetipsum decipiat extra hanc domū: idest extra ecclesiaz nemo saluatur. Nam siquis foras exierit: mortis sue ipse fit reus. Hic sanguis est signū: qr hic est & purificatio: que per sanguinem cōstat. Quod autem in fenestra dependet hoc signū: illud arbitror indicari: quia fenestra est: que inluminat domum: & per quam non integrū: sed tantum quantū oculis: & visui nostro sufficiat luminis: capimus. Quia ergo & incarnatio Saluatoris non nobis merum ingessit: & integrum deitatis aspectum: sed tanquam per fenestras fecit nos per incarnationem suam lumen deitatis aspicere: idcirco mihi videtur signum salutis per fenestram datū. Quo

152

signo: salutem cõsequantur omnes: qui in domo eius: que aliquando erat meretrix: fuerint inuenti: mundati in aqua: et spiritu sancto: et in sanguine dñi et Saluatoris nostri Jesu Christi. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod Jordanē transit arca testamēti domini: cum sacerdotibus: et leuitis: et populo. Ubi dicitur ad Jesum: in die hac icipio exaltare te. Ubi precipitur populo: vt lõge sit ab arca testamenti duo millia cubita.

Homilia. IIII.

Peccatori quidē omnis creatura hostis est: sicut de egyptijs scriptum est. Terra eos ĩpugnabat: fluuius inpugnabat: aer ipse inpugnabat. Justo vero etiā que inaccessibilia videtur: plana efficiũtur et procliuia. Mare rubrū iustus tāq̃ per aridā transit. Egyptius vero si transire voluerit: submergetur: nec fiet ei aqua murus dextra: leuaq̃. Justus ēt si eremum horribilē ingrediatur: et vastā: cibus ei ministratur e celis. Ita ergo et in Jordanē arca testamenti duxerat populum dei. Consistit ordo sacerdotalis: et leuiticus: et aque velut reuerentiā quādā dei mysterijs referentes: cursum suū refrenāt: et coaceruantur in cumulū: iter dei populo innoxium cõcedētes. Et ne mireris cū hec gesta tibi erga priorē populū referunt: tibi christiane: qui per baptismi sacramētū Jordanis flucta digressus es: diuinus sermo maiora multo: et celsiora pmittit: iter tibi per aera ipsum et trāsitū pollicet. Audi etenim Paulū dicētem de iustis. Rapiemur (inqt) obuiam Christo in aera: et ita semp cum domino erimus. Nihil oino est: qđ metuat iustus: oīa ei creatura famulatur. Audi deniq̃ quomodo etiā per prophetā repromittit deus dicens. Si trāseas per ignē flāma nõ aduret te: quoniā ego dominus deus tuus. Ois igit locus suscipit iustum: et omnis creatura exhibet debitū famulatum. Et ne existimes qđ hec in prioribus quidem gesta sunt. In te xo: q nũc auditor horum es: nihil tale geratur. Omnia cõplentur in te sm mysticam rationem. Etenī tu: qui nup cupis idolatrie tenebris derelictis ad audientiam diuine legis accedere: nunc primum Egyptum derelinquis cum cathecumenorum aggregatus es numero: et preceptis ecclesiasticis parere cepisti. Digressus es mare rubrum: et in deserti stationibus positus: ad audiendam dei legem: et intuendum Mosei vultum per gloriā domini reuelatū quotidie vacas. Si vero et ad mysticum baptismi veneris fontem: et cõsistēte sacerdotali: et leuitico ordine initiatus fueris venerādis illis: magnificisq̃ sacramentis: que norunt illi: quibus nosse fas est. Tunc etiam sacerdotū ministerijs Jordane digresso terras repromissionis intrabis: in qua te post Mosen suscipit Jesus: et ipse tibi efficitur noui itineris dux. Tu vero tantarum: ac talium virtutum dei memor: quod tibi mare diuisum est: et quod aqua fluminis stetit: conuersus ad ea dices. Quid tibi est mare quod fugisti: et tu iordanis: quia conuersus es retrorsum: Montes: quia exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium: Sed respondebit tibi sermo diuinus: et dicet. A facie domini commota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagnū aque: et rupem in fontes aquarum. Quanta ante gesta sunt. Mare rubrum pedibus transitum est: manna de celo datum est: fontes in eremo disrupti sunt. Lex per Mosen data est: signa et pdigia multa in eremo gesta sunt: et nusquā dicitur exaltatus esse Jesus. Ubi vero iordanis transitur: ibi dicitur ad Jesum. In hac die incipio exaltare te in conspectu populi. Neq̃ enim ante mysterium baptismi exaltat Jesus: sed exaltatio eius: et exaltatio in conspectu populi inde sumit exordium. Si enim oēs: qui baptizantur: in morte ipsius baptizantur: mors autem Jesu in crucis exaltatione completur: merito vnicuiq̃ fidelium tunc primum Jesus exaltatur: cū ad mysterium baptismi peruenerit: quia sic et scriptum est. Quod exaltauit illū deus: et donauit ei nomen: quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium: et terrestrium: et infernorum. Uerumtamen per sacerdotes deducitur populus: et iter agit ad terram repromissionis magisterio sacerdotum. Et quis hodie in sacerdotibus tantus: ac talis est: qui in illo ordine mereat ascribi: Si enim sit aliquis talis: cedent ei flumina Jordanis: et ipsa elementa verebuntur: pars aquarum fluminis retrorsum resiliet: ac post tergum frenabitur. Pars vero in mare salsum rapido lapsu diffugiet. Quod tamen nec ipsum absq̃ mysterij ratione arbitror scriptū quod pars aquarum Jordanis mergatur in mare: atq̃ in amaritudinē pfluat: pars xo in dulcedine perseueret. Si enim omnes: qui baptizantur accepte celestis gratie dulcedinem custodirent: et nullus in peccatorum amaritudinem verteretur: non vtiq̃ esset scriptū: qui acceptum dei munus indeclinabiliter tenent. Et recte vna pars est eorum: qui saluantur: qr et panis vnus est: qui de celo descendit: et dat huic mōdo vitam. Et fides vna ē: et vnum baptisma: et vnus spiritus quo oēs potant in ba-

ptismo:ꝛ vnus deus pater omniū. Interea sacerdotalis ordo est:ꝛ Leuiticus:qui iter ostendat populo Dei:q exijt de Egypto. Ipsi enim sunt q edocēt populū exire de egypto:de erroribus scilicet mūdi:ꝛ trāsire per eremū vastam: idest tētationum genera diuersa transcurrere: neqꝫ noceri a serpētibus:qui sunt morsus demonū:ꝛ malarum suggestionum venena vitare. Quod ꝛ si aliquis forte percussus fuerit in eremo a serpente:vt ostendāt ei aereum serpētem in cruce suspensum:quem qui viderit:idest: qui crediderit in eum:cuius figuram serpēs ille monstrabat:diabolica per hoc venena diffugiet:sacerdotalis:ꝛ Leuiticus ordo est:qui adsistit arce testamenti domini:in qua lex dei portatur:sine dubio ꝛ ipsi inluminant populum de mandatis dei:sicut ꝓpheta dicit. Lucerna pedibus meis verbum tuum domine:ꝛ lumē semitis meis. Hoc lumen per sacerdotes accēditur:ꝛ leuitas. Quod si alius forte quis ex hoc ordine accēsam lucernā posuerit sub modio:ꝛ nō super cādelabrū:vt luceat oībus:qui in domo sunt:videat quid sibi agendum sit:cū dño lucis reddere ceperit rationem pro ijs:qui nihil inluminationis a sacerdotibus capiētes in tenebris ambulant:ꝛ peccatorum obscuritate cecantur. Uide deniqꝫ quid dicit. Populus (inquit) vt lōge sit ab arca testamēti:duo milia cubitoꝝ. Sacerdotes ꝟo:ꝛ leuite proximi:ꝛ satis proximi:ita vt in humeris ipsorum arca domini:ꝛ legislatio diuina portetur. Beati q merentur proximi esse deo. Sed memento qđ scriptum est. Qui approximant mihi:approximant igni. Si auꝝ:vel argētum fueris:ꝛ ignē approximaueris:multo per ignem splēdidior ꝛ rutilantior effulgebis. Si vero supra fundamentum in te fidei positum cōscius tibi es sup edificasse te ligna:fenum:stipulam:cū tali edificatione si igni approximaueris: consumeris. Beati igitur qui proximi sunt:ꝛ qui ita proximi sunt:vt ignis eos illuminet:nō adurat. Saluabitur tamē ꝛ israel:sed longe positus saluabitur:ꝛ iter aget nō sua virtute:sed adminiculis:ꝛ prouidentia sacerdotum. Quando autē: Ad transitum Iordanis:notaui enim de hoc non sine causa esse signatū:vt ꝛ tempus distingueretur. Decima (inquit) mensis ꝑmi. Ista ipsa est dies:in qua ꝛ agni mysterium precipiebatur in Egypto. Decima die mensis primi terram repromissionis incedūt:quod mihi valde beatum videtur:vt eadem ipsa die:qua ergo breuiores quis subterfugerit seculi:etiā terram repromissionis ingredi mereatur:idest in hac die qua in hoc seculo viuimus. Omnis.n. vita nostra presens:in vno die designaꝛ. Et iō edocemur ꝑ istud mysteriū ne actus nostros:ꝛ opera iustitie in crastinum differamus. Sꝫ hodie:idest donec viuimus:donec in hoc mundo demoramur:omnia:que ad perfectionem pertinent:festinemus implere:ꝛ ita demum poterimus decima die mensis primi:terram repromissionis:idest beatitudinem perfectionis intrare. Sed ꝛ alia quāplurima si diligenter obserues:in hanc diem recapitulari scripturarū relatione deprehendes de libris singulis. Uti ne nunc sermo nobis plus quam volumus dilatetur:hoc sentiendum est de eo:quod sepius dies iste repetiꝛ. Quia licet generalis nobis sit vna perfectio:tamen vnāquāqꝫ spēm virtutū:quam aggredimur explicare:si eam potuerimus integre:perfecteqꝫ cōplere:est ipsius virtutis sua quoqꝫ ꝑfectio. Uerbi causa. Si is:q iracūdus est:virtutē mansuetudinis cupiat adipisci:sine dubio primo offendit ī multis:donec lōga meditatiōe vsum multi tēporis in naturā conuertat. Et cū obtinuerit qđ proposuit:adipisciꝛ quidē ꝑfectionē māsuetudinis:nō tn̄ ex hoc ēt ꝑfectionē virtutū oīum possidet. Sic ergo ꝑ singulas ꝟtutes īueniunꝛ multe ꝑfectiōes. Perfectio vero generalis illa est:que oīum in se ꝑfectionū ꝯtinet summam. Propterea ergo multa in hac die gesta recapitulanꝛ:vt multas ꝑfectiones ad vnū tēdere significēt finē:sicut ꝛ ꝓpheta dicit. Multū peregrinata est aīa mea. Et iteꝝ. Dū dicūt mihi ꝑ singulos dies:vbi ē deus tuus. Hec rememoratus sum:ꝛ effudi in me aīam meā:qꝛ ꝑtransēā in loco tabernaculī vsqꝫ ad domū dei. In voce exultatiōis:ꝛ ꝯfessiōis sonus epulātis. Post labores.n.ꝛ tētationes:quas in huius mūdi eremo pertulerimus post trāsitū rubri maris post fluēta Iordanis: si digni fuerimus terrā repromissiōis intrare: cū letitia ꝛ exultatiōe ꝑueniemus:sequētes sacerdotes dñi Christi:ꝛ Saluatoris nr̄i. Cui ē gloria:ꝛ potestas:in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De duabus ꝛ semis tribubus: que transierunt Iordanem. Et de Iesu quomodo exaltauit eum dominus in conspectu filiorum israel. Et quomodo populum circūcidit cultris petrinis secundo. Homilia. V.

De ijs qdem:qui mare rubrum trāsierūt. Apostolus dicit. Quia oēs in Moysen baptizati sunt ī nube:ꝛ ī mari. De ijs ꝟo:q iordanē trāseunt:possumus ēt nos simili mō pronūciare:qꝛ oēs ī Iesu baptizati sunt ī Iordane:ita vt ea:q̄ in Iordane gesta referunꝛ: formā teneāt sacri:qđ ꝑ baptismū celebraꝛ. Illud vero:quod scriptū est. Et festinauit populus:ꝛ transijt

153

trāsijt Jordanē. Et factū est cū ptransisset oīs populus: trāsijt ⁊ arca testamēti dñi. Non mihi ociose additū vr̄ a spiritu sancto qd̄ dixit: q2 festinauit populus trāsire. Vñ ⁊ ego arbitror: q2 nobis quoq3 veniētibus ad baptismū salutare: ⁊ suscipiētibus sacramēta verbi dei: non ociose: nec segniter res gerēda est. Sed festinādū est: ⁊ perurgēdū: vsq3quo oīa transeamus. Trāsire.n. oīa: implere est oīa: que mandātur. Festinemus ergo trāsire: idest adimplere p̄mo quod scriptū ē. Beati pauperes spiritu: vt deposita omni arrogantia: ⁊ Christi humilitate suscepta: peruenire ad repromissam beatitudinē mereamur. S3 ⁊ cū hec impleuerimus: nō nobis standū est: neq3 cessandū: sed transeūda sunt ⁊ cetera q̄ sequunt̄: vt esuriamus: ⁊ sitiamus iustitia3. Trāseūdū nobis est ⁊ qd̄ seqtur: vt i hoc mūdo lugeamus. Cito ēt reliqua trāseūda sunt: vt māsueti efficiamur: ⁊ vt pacifici maneamus: vt p hoc filij dei vocari possimus. Festinādū quoq3 nobis est: vt psecutionū pondus virtute patiētie trāseamus. Cūq3 hec singula: que ad virtutis gloriā spectāt: nō segniter: nec remisse: sed cū oī instantia: ⁊ celeritate cōquirimus: hoc mihi vr̄ esse cū festinatiōe trāsire Jordanē. Cū h°o transierimus: ⁊ obtinere potuerimus q̄ obtinere debemus: rursum nobis diligentie: ⁊ cautele cura succedit: ne forte neglegētius icedētes: improuiso aliquo lapsu effundant̄ gressus nostri. Sicut ⁊ ppheta dicit. Paulominus effusi sūt gressus mei. Nec remissior nobis sollicitudo in ꝯseruādis: qua3 in ꝯquirēdis d3 eē virtutibus. Aut nō hec tibi designari vident̄ in eo: qd̄ dicitur: q2 quadraginta millia viroꝝ accincti: vel expediti trāsierunt ad pugna3 in ꝯspectu dñi ad expugnandū Hiericho ciuitatem? Requiramus qui isti sunt: quos scriptura dicit accinctos: vel expeditos. Ego ex memetipso p̄sumere aliqd: ⁊ pronūciare nō audeo. Apostoli magis lr̄is doceamur in talibus: q sunt isti accincti. Paulo exponēte discamus. Audi ipse quid dicit. Estote ergo accincti lumbos vestros in veritate. Vides ergo q2 Paulus accinctos nouit eos: q p̄cincti sunt cingulo veritatis. Igit̄ etiā nostru3 esse cingulum veritas debet: si tamen seruauerimus militie huius ⁊ cinguli sacramentum. Si enim veritas est cingulum nostru3: quo ad Christi militiam cingimur: si quando falsum loquimur: ⁊ mendaciū de ore nostro procedit: discingimur a militia Christi: ⁊ balteo veritatis exsoluimur. Ergo si in veritate: sumus cincti. Si vero in falsitate: discincti. Sed nos imitemur potius istos quadraginta millia virorū accinctoꝝ ꝓcedētiū ad bellum in ꝯspectu domini: ⁊ semper simus in veritate succincti. S3 ne illud qdē ociose pretereo quod addidit scriptura. Quia accincti in cōspectu domini. Nō enim sufficit te apud hoīes videri seruare veritatem. Possibile nāq3 est fallere hoīes: ⁊ veracem videri: sed nō ex eo in veritate succinctus es: nisi ⁊ in conspectu dñi seruaueris veritatē: idest nō solū que voce hoīes audiunt: sed ⁊ ea: que in corde perspicit deus: vt nihil sit falsum in lingua: nihil sit in corde fucatū. Scd̄3 quod propheta dicit de talibus. Qui loquūtur pacē cum proximo suo: mala autē sunt in cordibus eoꝝ. Absq3 ijs ergo oībus eē d3 q vult: accinctus in ꝯspectu dñi procedere ad expugnādu3 Hiericho: q2 trāseuntes Jordanem fluuiū: ad pugnas: ⁊ bella transimus. Vis iteꝝ discere q̄ nos pugne post baptismum: que bella suscipiunt? Noli a me: sed ab ipso rursus disce apostolo Paulo: ipse te docet dicens. Non enim nobis est pugna aduersus carnē3: ⁊ sanguinē: sed aduersus principatus: ⁊ aduersus potestates: aduersus huius mūdi rectores tenebraru3 harū: aduersus spiritalia nequitie i celestibus. Forme sunt ⁊ figure: que scripta sunt. Ita enī dicit Apostolus. Hec enim oīa in figura ꝯtingebant illis: scripta sunt aute3 propter nos: in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Si ergo ꝓpter nos scripta sunt: age: qd cessas? Exeamus ad bellum: vt oppugnet̄ a nobis ciuitas. Prima huius mūdi malitia: ⁊ peccati superba menia destruantur. Circūspicis forte quo tibi itinere progrediendū sit: qui cāpus certaminis expetēdus. Nouum tibi fortasse videbit̄ qd̄ dicturus sum: sed tn̄ verū est: preter temetipsum extrinsecus nihil requiras. Intra te est prelium: qd̄ gesturus es. Intrinsecus est mala edificatio: q̄ subruēda est: hostis tuus de tuo corde ꝓcedit. Nō mea vox ista: sed Christi ē. Audi.n. ipsu3 dicentē. De corde.n. procedūt cogitatiōes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie. Vides quātus ⁊ qualis exercitus hostiu3 tuoꝝ aduersum te de tuo corde ꝓcedit. Isti nobis prima strage fundēdi sunt: isti prima acie ꝓsternendi. Horu3 si subruere menia: ipsosq3 ad internitionē cedere poterimus: ita vt nō relinquamus ex eis: q renūciet: vel respiret. Si iā nullus ex ijs prorsus in nostris cogitationibus rediuiuus eruperit: tunc nobis per Jesum dabitur illa requies: vt vnusquisq3 requiescat sub vinea sua: ⁊ sub ficu sua: cū iam nō sit: qui exterreat filios israel. Verūtamē traseunt Jordanem quadraginta millia viroꝝ armatoꝝ accincti in cōspectu domini ad bellu3: ⁊ tunc dicit scriptura. Quia in die illa exaltauit dñs Jesu3 in ꝯspectu totius

quod si neglexeris: etiã post Jordanis trãsitũ: & post baptismi secũdã circũcisionẽ: vetuste cõsuetudinis inustiõe suggeritur. Obseruare auguria: requirere stellarum cursus: & euẽtus ex ijs futurorũ rimari: seruare somnia: ceterisq; huiusmodi superstitionibus implicari. Jdolatrie nãq; mater est Egyptus: ex qua certũ est huiusmodi opprobria pullulare. Que si transito iam Jordane susceperis: & ijs te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria egypti trahis. Sed si quãdo te talis curiositas interpellat: & de corde tuo huiusmodi hostis erumpit: dic ei. Quia Jesum ducem sequor: in cuius potestate sunt que futura sunt. Quid mihi scire que futura sunt? Quecũq; ille vult: hec futura sunt. Ideo ergo vt in nobis vere secunda circũcisio compleatur: per quam vetera egypti opprobria deponamus: ab ijs omnibus segregati prorsus esse debemus: vt purificati corpore & corde: puras etiam manus leuemus ad deũ. Puro quoq; ore: & purgatis labijs: ac mẽte syncera: prece & actibus glorificemus deum in Christo Jesu dño nostro: cui est potestas: & imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De pascha: quod fecerũt filij israel in Galgala: & quomodo fructus terre ceperunt e regione palmarum. De principe virtutum militie domini. Ubi dicitur ad Jesuũ: solue calciamentũ de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Homilia. VI.

Qui non obedientes fuerũt mãdatis domini: incircũcisi dicuntur. Ex quo intellegitur illos appellari incircũcisos: q nõ obediunt mãdatis dñi. Sed tñ & circũcisos: & icircũcisos: q: oẽm aiam diligit deus: nõ penitus derelinquit. Misit enim Jesuũ: qui oẽs simul dignos circũcideret: & indignos: & nõ filiuũ Naue Jesum: nõ enim vera & perfecta circũcisiõe ille populũ circũcidit: sed Jesuũ Christũ dñm & Saluatorẽ nostrũ. Hic.n.est: qui vere a nobis pollutionem abstulit carnis: & abscidit: & a corde: atq; aia nostra peccatorũ inquinamenta purgauit. Deniq; audi qd dicit scriptura in ijs: qui per Naue filiũ prefigurabatur. Circũcisi aũt filij israel requeuerunt in eodem loco: sedentes in castris vsq; dum sanarẽtur: & tũc dixit dñs ad Jesuũ. Hodierna die abstuli opprobriũ egypti a vobis. Nõ enim sufficit circũcidi: sz & post circũcisionẽ sanari: idest vsquequo etiã cicatricem ipsum circũcisionis vulnus obducat. Quãdo ergo cicatrix in vulnere nostre circũcisiõis obducitur? Ego ita arbitror q circũcidi per Jesum nostrũ: hoc est vitijs carere: malas cõsuetudines: & pessima instituta deponere: fedos: & incõditos mores: & quicquid ab honestatis: & pietatis regula abhorret abscidere. Sed hoc cum initijs facimus: ipsa nouitatis quodãmodo difficultate constringimur: & quasi cum labore quodam: & dolore animi veteris cõsuetudinis culpas: nouella institutione mutamus. Et ideo est (vt dixi) quedam difficultas i initijs: vt vix egre amputare possimus prima: & secũda suscipere. Hoc ergo mihi videtur tempus esse: quo velut in dolore circuncisionis nostre dicimur residere vsquequo obducta cicatrice sanemur. Obducimur autẽ cicatrice: cum iam noua instituta absq; difficultate cõplemus: & in vsum nobis vertitur: quod prius quasi insolitũ difficile videbatur. Et tũc vere iam sanati dicimur: cũ vitijs carẽtes virtutes nouo vsu vertimus in naturã. Et ita demũ merito ad nos dicit sermo diuinus: ea que sequuntur. Hodierna die abstuli opprobrium egypti a vobis. Quia postea quam ablatuũ est opprobriũ egypti tunc dicitur. Et fecerũt filij israel pascha quartadecima die mensis. Non enim ante circũcisionẽ pascha facere poterãt. Sed neq; statim post circũcisionẽ carnes agni comedere anteq sanarẽtur. Sed posteaquam sanati sunt: dicit quia fecerunt pascha filij israel quartadecima die mensis. Uides ergo quia nemo immũdus facit pascha: nemo incircũcisus. Sz quicũq; mũdus fuerit: & circũcisus: sicut & Apostolus interpretatur dicens. Etenĩ pascha nostrũ imolatus ẽ Christus. Itaq; diẽ festũ celebremus: non in fermento veteri: neq; in fermẽto malitie: & malignitatis: sed in azimis synceritatis: & veritatis. Sed & tunc qdeз quando exijt populus de terra Egypti portauit sparsum in vestimentis suis. Cum aũt defecisset sparsum: & panes nõ haberent: pluit illis deus mãna. Cũ aũt venerũt ad terrã sanctã: & fructus pceperũt pvincie palmarũ: defecit eis mãna: tunc edere ceperunt de fructibus terre. Itaq; tres species ciborũ generaliter describũtur. Unũ qdeз quo vescimur exeũtes de terra egypti: sz hoc ad paruũ tempus sufficit. Post hoc autẽ mãna succedit. Tertiũ vero iam de terra sancta capimus fructum. In qbus differẽtijs (vt mee paruitatis itellectus adseqr) illud arbitror indicarij: qõ primus cibus ẽ: quẽ de egypto exeũtes nobiscũ portauimus: parua hec eruditio secularis: aut etiam si qs forte attigit liberaliũ lrãz cognitionẽ: que exiguum aliqd iuuare nos põt. In eremo vero positi.i. in hoc in quo nũc sumus vite statu manna vescimur: p hoc: qõ diuine legis istructionibus erudimur. Qui vero meruerint terram repromis-

sionis intrare:idest ea:que a Saluatore repro
missa sunt consequi:ille edit fructus e regione
palmarum. Vere enim fructus palme inueni-
et:qui deuicto hoste ad ꝓmissa peruenerit. Cer-
tum nāq; est:quod quātacūq; illa sunt:que in
lege Dei:vel diuinis litteris intellegere possu
mus:aut sentire:multo sublimiora:⁊ excelsio-
ra erūt illa:que cessante enygmate facie ad fa-
ciem sancti quiq; videre merebuntur: quia q̄
oculus non vidit:nec auris audiuit:nec in cor
hominis ascendit:hec preparauit deus ijs:qui
diligunt eum. Quod si ſm litteram solam in-
tellegenda sit lex:inueniūtur sine dubio filij is-
rael:cum melioribus vterētur. (Mana quip-
pe de celo capiebant) ex repromissione deterio
ra accepisse:quibus prius egyptiacis deficien-
tibus cibis melior vtiq; successerat cibus mā-
na de celo. Et quomodo tunc putabitur melio
re cibo cessante successisse deterior:nisi q2 ma-
ior:⁊ verior ratio in spiritali intellegētia:ꝙ in
textu littere deprehenditur. Sed interim po-
steaquam introduxit Jesus populū in terram
sanctam:tūc expurgatis omnibus celebrat pa
scha. Et factum est (inquit) cū esset Jesus in
Hiericho respiciens oculis vidit hominē stan
tem cōtra se:⁊ gladius euaginatus erat in ma
nu eius. Et accedēs Jesus dixit ei. Noster es:
an aduersariorū? At ille dixit. Ego sum prin-
ceps militie virtutis dñi. Respiciēs ergo ocu-
lis videt principē militie virtutis dñi:tāquam
qui prius nō respexerit:sed tunc cum principē
militie dñi visurus esset. Quē tamen cū vidis-
set Jesus:non cū velut cōmunem hoiem vidit
sed intellexit virtutē esse quādam. Nondū ta
men certus est:ex diuinis virtutibus:an ex cō
trarijs vna sit:que videt: ⁊ ideo interrogat:⁊
perquirit dicens. Noster es:an aduersariorū?
At ille ait. Ego sum princeps militie virtutis
dñi. Nūc adueni:⁊ cū hoc audisset:adorauit
Jesus:⁊ dixit. Dñe qd ꝓcipis suo tuo? Quid
est:quod nos per hoc edocet Jesus? Illud sine
dubio:qđ dicit Apostolus. Nolite omni spiri
tui credere:sed probate spiritus si ex deo sunt.
Cognouit ergo Jesus:nō solū quod ex Deo
est:sed quia deus est. Non enim adorasset: ni-
si agnouisset deum. Quis enim alius est prin-
ceps militie virtutū dñi:nisi dominus noster
Jesus Christus? Omnis nāq; celi militia:si-
ue angeli:siue archāgeli:siue virtutes:siue do
minatiões:siue ꝑncipatus:siue potestates: oīa
hec:que per ipsum facta sunt:sub ipso princi-
pe militāt:qui est principū princeps:⁊ qui lar-
gitur principibus principatū. Ipse est enim: q
dicit in euāgelio. Esto potestatē habens supra
decem ciuitates. Et alij. Esto tu potestatē hñs

supra quinq; ciuitates. Hic est:qui accepto re
gno regressus est. Sz interim videamus q̄ pre
sens lectio suggerit. In Hiericho est Jesus.
Adhuc hostes obtinent ciuitatem:nōdū victi
sunt:⁊ iam tamē dicitur ad Jesum. Solue cal
ciamētum de pedibus tuis:locus enim in quo
stas terra sancta ē. Et quomodo hiericho ter-
ra sancta est:que ab hostibus retinetur. Sz ne
forte hoc sit:quod indicat:q2 quocūq; venerit
princeps militie virtutis dñi sanctificat locū:
q2 nec ipsa Hiericho locus erat sanctus. Sed
q2 princeps militie dñi venit illuc:locus dr̄ san
ctus. Ego etiā amplius aliqd audeo ⁊ dico:q2
etiā Moses vbi stabat:per seipsum nō erat lo-
cus sanctus:sed q2 dñs stabat cum Mose: ꝑ-
sentia dñi sanctificauerat locū:⁊ ideo dicit ad
eū. Solue corrigiam calciamēti tui:locus enī
in quo stas:terra sancta est. Unde ⁊ nos si vita
⁊ meritis accedamus ad deum:⁊ digni efficia-
mur vt adsistat nobis deus:dicitur ēt ad nos
vt soluamus a pedib⁹ aīe nostre siqd in eis vin
culi mortalis annexū est. Isti sunt enim pedes:
quos lauat Jesus:quos nisi lauerit:non habe
bimus partē cū eo. Quod si ergo ab aīa nostra
⁊ sensibus oē vinculum cure mortalis absolui-
mus:cōtinuo libenter etiā nobis aderit:⁊ adsi
stit deus. Que aūt sunt in ꝯsequētibus: videa-
mus. Circūdat Hiericho:expugnari eā neces-
se est. Quō ergo expugnatur Hiericho? Gla-
dius nō educit aduersus eā:aries non dirigit:
nec tela librant. Tube solūmodo sacerdotales
adhibentur:⁊ ijs Hiericho muri subruuntur.
In figura enim mundi poni Hiericho in scri-
pturis frequenter inuenimus. Nam ⁊ in euan
gelio quod dicitur. Homo de Hierusalem in
Hiericho descendisse:⁊ in latrones incurrisse:
forma sine dubio erat illius Ade:qui de para-
diso in huius mūdi exilio trusus est. Sz ⁊ ceci:
qui erāt in Hiericho:ad quos venit Jesus vt
faceret eos videre:formā gerebāt eoꝝ:q i hoc
mūdo cecitate ignorātie ꝑmanebant:ad quos ve
nit filius dei. Hec ergo Hiericho:idest mun-
dus hic:casurus est. Consumatio etenim secu-
li iādudum sanctis voluminibus peruulgata
est. Quomodo ergo ei consumatio dabitur? q-
bus organis:vocibus (inqt) tubaꝝ. Paulus
tibi secreti huius ꝓdat arcanū. Audi ipse qd
dicit. Canet (inqt) tuba:⁊ mortui:qui i Chri
sto sunt:resurgēt incorrupti:⁊ ipse dñs in ius-
su:in voce archangeli:⁊ in tuba dei descendet
de celo. Tunc ergo dñs Jesus noster cum tu-
bis vincet Hiericho:⁊ prosternet eā:ita vt ex
ea meretrix sola saluetur:⁊ oīs domus eius.
Veniet (inqt) dñs noster Jesus:⁊ in tubarū
voce veniet:sz iam nūc oremus vt veniat:⁊ de-
struat

struat mũdũ:qui in maligno positus est: ⁊ oĩa que in mundo sunt:qꝛ omne: qđ in mundo est cõcupiscentia carnis est: ⁊ cõcupiscentia oculorum. Ista destruat: ista iam iamq₃ dissoluat. Saluet aũt hãc solã:que exploratores eius suscepit:que Apostolos eius in fide: ⁊ obediẽtia receptos:in superioribus collocauit: ⁊ adiungat: ⁊ societ meretricẽ hanc cum domo israel. Sed iam non repetamus:nec reputemus eius veterem culpa₃. Aliquando meretrix fuit: nunc aũt vni viro casta:virgo casta copulata est christo. Audi Apostolum dicentem de ea. Statui autem hoc ipsum vni viro: virginem castã exhibere Christo. Ex ipso erat ⁊ ille ipse: qui dicebat. Fuimus enim ⁊ nos aliquando insipientes:increduli:errantes:seruientes desyderijs: ⁊ voluptatibus varijs. Uis adhuc copiosus discere quomodo meretrix ia₃ non sit meretrix? Audi adhuc Paulum dicente₃. Et hec quidem fuistis: sed abluti estis in nomine domini nostri Jesu Christi: ⁊ in spiritu dei nostri. Ut enim posset euadere ne cu₃ Hierico interiret: validissimũ ab exploratoribus signum salutis accepit:spartu₃ coccineu₃. Per Christi eteni₃ sanguinẽ ecclesia hec vniuersa saluatur: i ipso Jesu Christo domino nostro. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De Hiericho quomodo capta est. Et vbi precipit Jesus filijs israel de anathemate non sumerent. Et Raab quomodo saluata est. Et de eo:qui furatus est ex anathemate linguam auream: ⁊ dextralia pura. Homilia. VII.

Hiericho tubis subruit̃ sacerdotũ. Statim enim vt tubarũ clangor increpuit: murorum deiectus est ambitus. Dixeramus iam ⁊ prius:quod Hiericho formã seculi presentis obtineat:cuius robur ⁊ munimenta sacerdotalibus tubis videmus esse destructa. Firmitas nanq₃: ⁊ munimẽta:qbus velut in uris mũdus iste nitebatur:idoloru₃ cultus erat diuinationum fallacia arte demonu₃ ministrata. Augurum: atq₃ aruspicum: magorumq₃ cũmcta:quibus omnibus velut muris validissimis ambiebatur hic mundus: insuper etiam diuersis philosophorum dogmatibus: ⁊ eminentissimis ascriptionis: ac disputationibus: velut proceris quibusda₃: ⁊ robustis turribus firmabatur. Ueniẽs vero dominus noster Jesus Christus:cuius ille prior filius Naue designabat aduentu₃:mittit sacerdotes apostolos suos portantes tubas ductiles: predicationis magnificam:celestemq₃ doctrinã. Sacerdotali tuba ꝑmus in euãgelio suo Matheus increpuit. Marcus quoq₃. Lucas: ⁊ Joannes suis singulis tubis sacerdotalibus cecinerũt. Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis. Jacobus quoq₃ ⁊ Judas. Addit nihilominus adhuc ⁊ Joãnes tuba canere ꝑ epistolas suas: ⁊ Lucas apostolorum gesta describẽs. Nouissime aũt ille veniens qui dixit:puto autem nos deus nouissimos apostolos ostendit. Et in quatuordecim epistolaꝝ suaꝝ fulminans tubis muros Hiericho: ⁊ oẽs idolatrie machinas: ⁊ philosophoꝝ dogmata: vsq₃ ad fundamẽta deiecit. Mouet me sane ẽt illđ qđ historia refert:qꝛ nõ solũ sacerdotes tubis cecinerũt: vt caderent muri Hiericho: sed ⁊ audita voce tube: dicit̃ vniuersus populus vlulasse vlulatu magno: vel sicut in alijs exẽplarib⁹ habetur iubilasse iubilo magno. Et q̃uis iste sermo impropꝛie tralatus eẽ videat̃: αλαλαμος enim in greco scriptum est:qđ neq₃ iubilũ: neq₃ vlulatum ꝓprie significat: sed illam magis ostẽdit vocem qua belli tp̃e exercitus clamorẽ consonũ tollens: vnanimiter sese cohortari ad prelium solet. Tamẽ hic sermo in scripturis iubilatio magis: quam vlulatio consueuit inseri hi: vt ibi. Jubilate dño omnis terra. Et iterũ. Beatus populus: qui scit iubilationẽ. Quod etiam me permouet dictum: quid istud tantu₃ sit operis: quod beatum populũ faciat. Nõ dixit:qꝛ beatus populus q opat̃ iustitiã: vel beatus populus qui scit mysteria: vel q scit celi: ac terre: ⁊ sydeꝝ rationẽ. S₃ beatus (inquit) populus: q scit iubilationem. In alijs timor dei beatu₃ facit. S₃ vnũ tãtũmõ hoiem facit beatũ. Sic.n. dicit. Beatus vir: q timet dñm: alibi ẽt plures fiũt beati: sicut paupes spũ: vel mãsueti: vel pacifici: vel mundi corde. Hic autem beatitudo ꝓfusa est: ⁊ tanta hic nescio q̃ causa beatitudinis indicat̃: vt vniuersum pariter populũ faciat beatũ: q tñ scierit iubilationẽ. Unde mihi videt̃ iubilatio indicare quẽdã concordie ⁊ vnanimitatis affectum. Qui si incidat in duos: vel tres Christi discipulos: omnia quecunq₃ petierint in nomine Saluatoris: prestat eis pater celestis. Si vero tanta fuerit beatitudo: vt vniuersus populus cõcors: ⁊ vnanimis maneat: vt eadẽ dicãt oẽs: in code₃ sen su: atq₃ in eadẽ snĩa ꝑmanẽtes: isto tali populo vocem vnanimiter eleuante: fiet illud: quod scriptum est in actibus apostoloru₃: quia terremotus factus ẽ magnus: vbi tũc vnanimes orabãt apostoli cũ mulierib⁹: ⁊ Maria matre Jesu: ⁊ terremotu facto destruent̃: ⁊ cadẽt oĩa: que terrena sunt: ac mũdus ipse subuertetur. Audi denĩq₃ dñm: ⁊ Saluatorẽ nostru₃ ad hoc ipsum suos milites cohortãtẽ: quomodo dicit. Con

fidite:ego vici mundū. Illo ergo duce: iaȝ nobis victus est mūdus: ꝛ muri eius cōlapsi sunt quibus homines seculi nitebanť. Sed ꝛ vnusquisqȝ nostruȝ debet in semetipso ista cōplere. Habes in te Jesum ducē: per fideȝ fac tibi tubas ductiles ex scripturis sāctis. Jnde duc sensus: inde sermones: ꝓpterea. n. tube ductiles appellanť. Jn ipsis cane. i. in psalmis: in hymnis: in canticis spiritalibus: cane in ꝓpheticis sacramentis: in mysterijs legis: in apostolicis dogmatibus cane. Et si i talibus cecineris tubis: ꝛ septies arcā testamēti circūtuleris: idest si legis mystica precepta ab euangelicis nō separes tubis: si ēt iubilationis consensum de temetipso exigas. i. cogitationū: ꝛ sensuū tuoruȝ populus: qui intra te est: concordē semper ꝛ cōsonam proferat vocē: ꝛ nō aliqñ verum dicas: aliqñ persone potētis adulatus mēdacio maculeris. Si nō te aliqñ blandū remissio faciat: aliqñ iracūdia truculētum: si nō arrogās erga modicos: ꝛ apud supbos humilis inueniaris. Deniqȝ si non pugna intra te geritur: dū concupiscit caro aduersus spiritū: ꝛ spiritus aduersus carnē. Si hec intra te iam consonāt: ꝛ concordant: vocē iubilationis emitte. Quoniā tibi destructus: ꝛ deiectus ē mūdus. Talis (opinor) erat ille: qui cōfidēter dicebat. Mihi aūt absit gloriari: nisi in cruce dñi mei Jesu Christi: per quem mihi mūdus crucifixus est: ꝛ ego mundo. Adhuc me tamen mouet aliqd: in loco parū mihi sensisse videor de iubilatione: humilia dixisse de magnis. Jn aduētu Jesu muri Hiericho subuersi sunt: in aduentu mei dñi Jesu mūdus vincitur. Quomodo tñ vincitur mundus scire velim manifestius: ꝛ lucidius intellegere que dicūtur. Uolo ego ipse: q doceo vobiscuȝ pariter discere. Paulū nobis cōmuniter adhibeamus magistrū. Ipse est enim minister Christi: q nobis possit iudicare quomodo Christus vicerit mūdum. Audi ergo ipsuȝ dicentem. Quod erat contrarium nobis: tulit illud de medio affigēs illud cruci sue: ꝛ cruēs principatus: ꝛ potestates: trāsduxit: libere triumphās eos in ligno crucis. Ex ijs ergo verbis illud intellego: quod videntes pugnaȝ Jesu celestes virtutes: pricipatus: ꝛ potestates cōtrarias exutas potestatibus suis: alligatū fortem: ꝛ vasa eius diripi: increpuerūt tubis suis celestibus: q: alligato principe huius mūdi victus est mundus: ꝛ vocem iubilationis in triūpho Christi celestis exercitus dedit. Uere ergo beatus est populus gentiuȝ: qui nouit taleȝ hanc iubilationem celestis exercitus: ꝛ qui mysteria agnoscit: ꝛ credit. Sed videamus quid est: quod in sequentibus indicatur. Dicit eniȝ Jesus. Custodite vos ab anathemate: ne forte concupiscatis: ꝛ tollatis ab anathemate: ꝛ faciatis castra filiorum israel anathema: ꝛ conteratis nos: ꝛ omnem synagogam domini. Tale est: quod indicatur in ijs verbis. Uidete ne qd i vobis seculare habeatis: ne seculares mores: ne vitia: ne tergiuersationem de seculo vobiscum ad ecclesiam deferatis. Sȝ anathema sit vobis omnis conuersatio secularis. Nolite diuinis mundana miscere. Nolite negocia seculi ecclesie secretis inserere. Hoc est: quod ꝛ Joannes Epistole sue personat tuba dicens. Nolite diligere mūdum: neqȝ ea: que in mundo sunt. Et Paulus similiter. Nolite (inqt) conformari huic mundo. Qui eniȝ hec faciūt: accipiunt de anathemate. Sed ꝛ illi: qui (verbi causa) cum christiani sint: solēnitates gētilium celebrant: anathemata in ecclesias introducunt: qui de astrorum cursibus vitas hominum: ꝛ gesta perquirūt. Qui volatus auium: ꝛ cetera huiusmodi: que in seculo prius obseruabantur: inquirunt: de Hiericho anathema inferunt in ecclesiā: ꝛ polluūt castra dñi: ꝛ vinci faciunt populum dei. Sed ꝛ multa alia peccata sunt: per que anathema de Hiericho introducitur: ꝛ prosternitur ab inimicis. Aut nō ꝛ Apostolus hec eadem precipit: cū dicit. Modicum fermentum totam massam corrumpit? Sed videamus iam nūc que sequuntur. Subuersa Hiericho. Raab meretrix saluatur sola. Sic enim scriptum est de ea. Et Raab meretricem: ꝛ omnem domum patris eius viuificauit Jesus: ꝛ adiecta est ad israel vsqȝ in hodiernum diem. Uelleȝ requirere a iudeis: ꝛ ab ijs: qui christiani qdem dicuntur: sȝ in scripturis adhuc sensum iudaicum seruāt: quomodo exponant Raab meretricem adiectam esse domui israel: vsqȝ in hodiernuȝ dieȝ. Quomodo Raab vsqȝ in hodiernum diem adiecta ēē dicitur? Hoc enim scripture sancte moris est dicere de ijs: que vsqȝ ad finem: vel vite: vel seculi permanēt. Uerbi causa: vt ait. Hic pater est Moabitarum vsqȝ in hodiernum diē. Quod significat vsqȝ in finē seculi. Et iteꝝ dicitur in euangelio. Quia diffamatus est sermo hic apud iudeos vsqȝ in hodiernuȝ diem: idest vsqȝquo seculum stat. Raab vero meretrix quomō adiecta dicit domui israel vsqȝ in hodiernū diē? Nūquid matri successio posteritatis adscribitur: vt videať i sobolis reparatiōe seruari? An illud magis intellegēdū est ꝙ vero israeli adiūcta: ac sociata est vsqȝ in hodiernū diem? Et si vis manifestius videre quomodo Raab adiūgitur israeli: intuere quomō ramus oleastri inserit in radicē bone oliue: ꝛ intelleges quomodo ij: qui

do ij:qui inserti sunt fidei Abrahe:⁊ Isaac:⁊
Jacob:recte appositi dicunt:⁊ adiecti ad isra-
el:vsq3 in hodiernu3 dieꝫ:q2 in illorum radices
nos rami oleastri ex gētibus adsumpti:q aliqñ
meretricabamur:lignū:⁊ lapidē pro deo colē-
tes:appositi sumus vsq3 in hodiernū die3.Et
facti sumus pp fidē Christi nos sursu3:ille au-
te3 populus:qui pmansit in incredulitate deor
sum ẜm Deuteronomij ꝓphetia3.Siqs ergo
h3 in se Christū:qui est olum caput: hic efficit
in caput.Illi enim negauerūt Christū Jesu3:
⁊ effecti sunt in cauda.Et qui erāt primi facti
sunt nouissimi.S3 ⁊ illud nō ociose trāscurren
dū est:quod vno peccāte:ira super oēm popu-
lu3 venit.Hoc modo accidit:qñ sacerdotes:q
populo presunt erga delinquētes benigni vo-
lūt videri:⁊ verentes peccātiū liguas: ne forte
male de eis loquātur:sacerdotalis seueritatis
īmemores:nolunt implere qꝺ scriptū est.Pec
cātem corā olbus argue:vt ceteri timorem ha
beāt.Et iterum.Auferte malū ex vobis ipsis.
Nec zelo dei succincti imitant Apostolū dicē-
te3.Tradidi huiusmodi hoiem Sathane in i-
teritū carnis:vt spiritus saluus fiat. Neq3 il-
lud euangelicū implere student: vt si viderint
peccantē:primo secrete cōueniāt:post ēt duo-
bus:vel tribus arbitris.Quod si cōtēpserit:⁊
post hec ecclesie correptione non fuerit emēda-
tus:de ecclesia pulsum velut gētilē habeāt:ac
publicanum.Et dū vni parcūt:vniuerse eccle-
sie moliūtur interitu3.Que ista bonitas?Que
ista misericordia est?Vni parcere:⁊ oēs in di-
scrimē adducere?Polluit.n.ex vno peccatore
populus:sicut ex vna oue morbida grex vni-
uersus inficit:sic ēt vno vel fornicāte:vel aliud
qꝺcūq3 sceleris cōmittēte:plebs vniuersa pol-
luitur.Et ideo obseruemus nos inuicē: ⁊ vni-
uscuiusq3 ꝯuersatio nota sit: maxime sacerdo-
tibus:⁊ ministris.Nec putēt se recte dicere qd
hoc ad me expectat si alius male agit?Hoc est
dicere caput ad pedes:qd ad me pertinet si do
lent?Si male hñt pedes mei:nō mea interest:
dūmodo caput in sanitate perduret. Aut si di
cat oculus manui nō indigeo opa tua:quid ad
me pertinet si doles?si vulnerata es?Nūquid
ego oculus cōturbabor ex egritudine manus.
Tale ergo est qꝺ agunt ij:qui ecclesijs ꝓsunt:
non cogitātes q2 vnū corpus sumus oēs q cre-
dimus:vnū deū hñtes:qui nos in vnitate con
stringit:⁊ ꝯtinet Christus:cuius corporis tu q
ecclesie ꝓsides:oculus es.Propterea vtiq3 vt
oia circūspicias:oia circūlustres:etiam ventu-
ra puideas.Pastor es:vides ouiculas domi-
ni:ignaras periculi ferri ad ꝓcipitia:⁊ per ꝓ-
rupta pendere:nō occurris?non reuocas:non

saltem cohibes:⁊ correptionis clamore deter-
res?Sic memor es dominici sacramenti:vt cū
ille derelictis nonaginta nouem in celestibus:
propter vnam ouicula3:que errauerat:ad ter-
ras descenderit:⁊ inuentam vectauerit hume
ris suis ad celū:nos in nullo prorsus in curan-
dis ouiculis magistri pastoris sequamur exem
plum.Hec non ideo dicimus:vt pro leui cul-
pa aliquis abscidatur.Sed si forte commoni-
tus quis ⁊ correptus pro delicto semel:⁊ iteꝝ:
ac tertio:nihil emēdatiōis ostenderit: vtamur
medici disciplina.Si oleo perunximus : si im-
plastris mitigauimus:si malagmate molliui-
mus:nec tamen cedit medicamentis tumoris
duritia:solum superest remedium desecandi.
Sic enim dominus dicit.Si dextera manus
scandalizauerit te:abscinde eā:⁊ pijce abs te.
Nūquid nā manus corporis nostri aliquando
scādalizat nos?an de hac manu corporis euā-
geliū dicit.Abscinde ea3:⁊ pijce abs te?Hoc
est:qꝺ dicit:vt ego qui videor tibi manus esse
dextera:⁊ presbyter nominor:⁊ verbum dei vi
deor ꝑdicare:si aliqd contra ecclesiasticā disci-
plinā:⁊ euangelij regulā gessero:ita vt scanda
lū tibi ecclesie faciam:in vno consensu ecclesia
vniuersa cōspirans excidat me dexteram suā:
⁊ pijciat a se.Expedit enim tibi ecclesie: absq3
me manu tua:que male agendo scādalu3 fecit:
introire in regnū celoꝝ:ꝙ mecū ire in gehēnā.
Hec idcirco diximus:q2 videmus in scriptu-
ris sanctis referri ꝙ propter vnū peccātē ana-
thema facti sunt filij israel:ita vt vincerent ab
hostibus.Sed videamus ⁊ ipsu3 peccatū eius
quale sit.Furatus est (inqt) linguā aurea3: ⁊
posuit eā in tabernaculo suo.Nō puto illo fur
to parui auri tātam vim fuisse peccati:vt tam
innumerosa3 domini ecclesiam macularet.S3
videamus ne forte interioris intellegētie sit tā-
ta:⁊ tam grauis acerbitas ista peccati. Mul-
tus decor est in verbis:⁊ multa in philosopho
rum:vel rhetorum sermonibus pulchritudo:
qui oēs de ciuitate sunt Hiericho:idest huius
mundi homines.Si ergo inuenias apud phi-
losophos puersa dogmata luculenti sermonis
assertiōibus decorata:ista ē lingua aurea. S3
vide ne te decipiat fulgor opis:ne te rapiat ser
monis aurei pulchritudo.Memēto:q2 Jesus
anathema iussit eē oē aurū:qꝺ i Hiericho fue
rit iuētū.Si poetā legeris modulatis ꝟsibus:
⁊ ꝑfulgido carmine deos:deasq3 texentem:ne
delecteris eloquētie suauitate. Lingua aurea
est:si eam sustuleris:⁊ posueris in tabernaculo
tuo.Si introduxeris in cor tuū ea:q̄ ab illis as
serunt:polluet oēm ecclesiā dñi.Hoc fecit infe-
lix Ualētinus:⁊ Basilides:hoc fecit ⁊ Mar-

tion: furati sūt isti liguas aureas de Hiericho ⁊ philosophorū nobis nō rectas in ecclesias introducere conati sunt sectas: ⁊ polluere oēs ecclesiā dnī. Sz nos pcedens patrum sequamur exēplū: discutiamus diligētius: ne qs abscōditā in tabernaculo suo habeat hiericbōtiaz linguā: ⁊ abiiciamus malū ex nobis ipsis: qz etiaz si nos cessamus: arguet deus: ita vt ipse sponte ꝯfiteaf ⁊ dicat. Furatus sū linguā auream: ⁊ dextralia pura. Uides cuiusmodi furatus est furtū: linguaz furaf: ⁊ dextralia pura. Pura aūt dextralia sunt opa: in qbus diuinum nihil miscef: sed totū ƀm hoiem gerif. Deniqz ⁊ nostris in disputatiōibus moris ē dicere: qz Christū nō pu℞ hoiem dicimus: sz deū ⁊ hoiem ꝯfitemur. Illud aūt qd de Hiericho furaf: purū eē dī: idest sine deo: que vtiqz furāti extitit causa peccati: ⁊ ideo nos nihil pu℞: ⁊ humanū de Christo sentiamus. Sz deum pariter: atqz hominē fateamur: qz ⁊ sapiētia dei multiplex dī: vti per hec mereamur participiū sumere sapientie dei: q ē Christus Jesus dn̄s noster. Cui ē gloria: ⁊ imperiū in secula seculorum. Amen.

¶ De iis: que in euersiōe Gai gesta sunt: ⁊ de ligno gemino. Et de rege eius: vel quomodo eam incendio dederit Jesus: vt non habitetur in eternum. Homilia. VIII.

Deprecamur vos o auditores sacrorū voluminum: non cū tedio: vel fastidio ea: q legūtur audire: pro eo: quod minus delectabilis eo℞ videtur eē narratio. Scire eteniz debetis digna quidez esse sancti spiritus elogo que legūtur. Sz ad explanāda ea idignemus gratia spūs sancti illa: quaz dicit Apostolus. Alii aūt per spiritū daf sermo sapientie: alii sermo scientie: ƀm eundem spiritū. Ista igif etiā nos in locis pn̄tib⁹ indigemus: in qbus refertur ꝙ Jesus successit Moseo: ⁊ ipse populuz ducit: ⁊ adūbraf in pn̄ti lectione talis quedam historia qui habitabāt Gai ciuitatē. Primo qdez visi sunt vincere ⁊ vertere filios israel ꝑpter peccatū: qd admiserāt. Postea vero ꝙ ablatū ē malū de medio ipsorū iubef a deo dux populi Jesus in duas partes diuidere populum: vt pars simulet fugā: pars aūt subsistat in insidiis: qb⁹ decipiatur Gai cū pcepit Jesus. Quibus ita dispositis: rex Gai vidēs Jesum ⁊ filios israel eminus: ꝯcitaf aduersum eos in ꝑliū. Illis ꝟo simulātibus fugā: isti acrius insectanf: ⁊ velut spolia ducturi de hostibus: oēs simul ex vrbe ꝓcedūt: ita vt (sicut scriptura dicit) relinquerēt vacuā ciuitatē. Sed posteaꝙ ꝯstitutū ꝓgressi sunt locū: ꝯuersus Jesus signū dedit: vt exurgerēt qui in insidiis erant: ⁊ dorsa hostium cederēt: ⁊ ita illi nouissimi: ⁊ isti ꝓmi: medios hostes cōclusos interimūt vniuersos. Et hoc mō victis iis: qui habitabant Gai: regez ipsorum suspēderūt in ligno gemino. His auditis verisimile est auditores dicere quo mihi hec? qd mihi confert si cognoscam quod victi sunt: ii qui habitabant Gai: quasi non similia: aut ēt potentiora bella: vel gesta sunt: vel gerantur? Hec fuit cura spiritus sancti: vt relictis tot: ⁊ tantarum nobilium excidiis vrbium: ꝑliū ciuitatis Gai inscriptum sacris voluminib⁹ mādaretur. Temerariū fortasse sit qd facimus: tā ardua: ⁊ tam difficilia scripture sancte loca explanare conantes. Sz si nos orationibus vr̄is iuuetis: nō solū culpā effugiemus audacie: verū ⁊ deuotionē nostram amplexus pater verbi deus dabit ꝟbū in adaptiōe oris nostri quo ⁊ vos edificemini: ⁊ nos nō indeuoti pareamus. Orātes ergo: ⁊ intē tis als audite. Primo ꝑꝑ peccata victi sumus: ⁊ ii: qui habitabant Gai ꝙplurimos ex nobis iterfecerūt. Gai interpretaf chaos. Chaos aūt locū: vel habitaculū esse nouimus ꝯtrariū virtutū: qua℞ rex: ⁊ princeps diabolus ē. Aduersus hūc veniēs Jesus i duas partes diuidit populū: ⁊ alios qdez in ꝓmis statuit: alios in posterioribus. Qui ex isperato post terga veniāt inimico℞. Et vide si nō ꝓma pars populi illa de qua dicit. Nō veni nisi ad oues ꝑditas domus israel: ⁊ de qua dicit Apostolus. Gratia aūt: ⁊ pax omni homini operāti bonū: iudeo ꝓmum: tūc etiā ⁊ greco: idest gentili posteriori. Iste ergo populus est qui in primis statuif: ⁊ quasi fugiēs cū Jesu. Posterior vero populus ē: qui ex gētibus ꝯgregaf: quiqz ex insperato veniētes. Quis eniz speraret gentes saluari? Acrius post terguz aduersarios cedunt: ⁊ sic vterqz populus mediaz turmam demonum ꝯclusam sternit ⁊ vincit. Sed fortasse dicas mihi. Quomodo ergo quasi fugiens ponitur populus prior? Ualde cōsequenter. Fugere etenim visi sunt: qui sequuntur Jesum: a legalibus oneribus: ⁊ preceptis ab obseruatione sabbati: a circūcisione carnis: a iugulatione hostiarum. Sed ite℞ non fugit qui secutus est Christum: perfectionem: ⁊ plenitudinē legis. Post omnia autem: etiā rex Gai in ligno gemino dicif esse suspensus. Hoc in loco mysterium tegitur quāplurimos latens. Sz orātibus vobis tētabimus hec nō nostris opinionibus: sed diuine scripture testimoniis aperire. In superioribus diximus regem Gai diabolo posse conferri. Hic quomodo in ligno gemino crucifixus sit: operepreciū est noscere. Crux domini nr̄i Jesu Christi gemina fuit. Mirus tibi sermo

bi sermo fortasse ꝛ nouus videt qd dico. Crux gemina fuit: hoc est gemina ratione constat ꝛ duplici. Quia visibilit quidē filius dei in carne crucifixus est. Inuisibilit vero in ea cruce diabolus cum principatibꝰ suis: ꝛ potestatibus affixus est cruci. Non tibi hoc videbit verum: si tibi horꝝ testem produxero apostolū Paulū? Audi ergo de iis quid ipse pronunciat. Quod erat (inqt) contrariū nobis: tulit illud de medio: affigēs cruci sue: exuēs principatus ꝛ potestates traduxit: libere triumphās eas in ligno crucis. Licet in aliis exēplaribus habeat triūphans eas in semetipso: sed apud grecos habetur in ligno. Ergo duplex ratio dñice crucis. Una illa: qua dicit apostolus Petrus: quod Christus crucifixus nobis reliquit exēplum: ꝛ hec secūda: qua crux illa trophheū diaboli fuit: in quo ꝛ crucifixus ē: ꝛ triumphatus. Ideo deniqꝫ ꝛ Apostolus Paulus dicebat. Mihi autē absit gloriari: nisi in cruce dñi nri Iesu Christi: per quē mihi mundus crucifixus est: ꝛ ego mūdo. Uides qꝛ ꝛ hic Paulus duplicem crucis ꝓdidit rōnem. Duo eniꝫ sibi ꝯria dicit esse crucifixa: se sanctū: ꝛ peccatorem mūdum. Ad illā formam sine dubio quā superius diximus. Christi: ꝛ diaboli. Nos enim mūdo crucifigimur: tūc cū veniēs princeps huius mūdi: in nobis nō inuenit quicꝗ. Et nobis mundus crucifigit: cū peccati cōcupiscētias non recipimus. Sed si qs forte est attētior auditorꝝ: pōt dicere. Forma qdē reruꝫ gestaꝝ videt esse ꝯueniens. Sed adhuc illud me mouet: qd diabolus: ꝛ exercitus suus quātū ad historie figuraꝫ ostendit: interemptus est. Et quomō videmus adhuc ꝛ diabolū: ꝛ ꝯrias potestates intātū valere aduersum seruos dei: vt ēt apostolus Petrus cū ingēti cautela ꝓmoneat ꝛ dicat obseruandū eē. Quia aduersarius noster diabolus: sicut leo rugiēs circuit querēs quē trāsuoret. Uideamus ergo si ꝛ in hoc dignū aliqd sancti spiritus eloquiis possimus inuenire. Aduentus Christi vnus qdē in hūilitate cōpletus ē: alius vero sperat in gloria. Et hic ꝑmus aduētus in carne: mystico quodā sermone i scripturis sanctis: vmbra eius appellat: sicut ꝛ Hieremias propheta denūciat dicēs. Spūs vultus nostri Christus dñs: cui nos diximus: in vmbra eius viuemus in gētibꝰ. Sꝫ ꝛ Gabriel cuꝫ euāgelizaret Mariā: de natiuitate eius dicit. Uirtus altissimi obūbrabit tibi. Propter qd intellegimus ꝗplurima ꝑmo hoc aduētu eius adūbrari. Quorꝫ adimpletio: atqꝫ ꝑfectio: in scdo ꝯsumet aduētu. Et apostolus Paulus dic. Quia resuscitauit nos cū eo: simulqꝫ sedere fecit i celestibus. Et vtiqꝫ nōdū videmus credētes: aut resuscitatos eē iā: aut in celestibꝰ cōsedisse. Sꝫ adūbrata sunt qdē hec nūc per fidē: qꝛ mēte: ꝛ spe a terrenis: ꝛ mortuis operibus eleuamur: ꝛ quotidie cor nostrum erigimus ad celestia: ꝛ eterna. Implebit tñ hoc in secūdo eius aduentu: vt ea: q̄ nūc fide: ꝛ spe ꝓsumpsimus: tūc etiā rerꝫ effectu: corporalr teneamus. Ita ergo ꝛ de diabolo itellegēdū est: ꝙ victus ē qdeꝫ: ꝛ crucifixus ē. Sꝫ iis: q cū Christo crucifixi sunt: oībꝰ aūt credētibus: ꝛ vniuersis pariter populis tūc erit crucifixus: cū cōplebit illud: qd dicit Apostolus. Quia sicut in Adā oēs moriunt: ita ꝛ i Christo oēs viuificabunt. Est in hoc ēt resurrectionis future mysteriū. Nā ꝛ tūc diuidetur populus in duas ptes erūt: ꝛ tunc qdā primi: ꝛ alii postremi: qcūqꝫ ad Iesuꝫ in vnū ꝯspirauerint iam tūc vltra oīno nō erit diabolus: qꝛ iaꝫ nō erit mors. Uis tibi etiā hec de diuinis testimoniis cōprobemus? Audi apostolū dicētem. Hoc.n. dicimus vobis in ꝟbo dñi: qꝛ nos: qui viuimus: q reliq sumus in aduētu dñi nō ꝑueniemus eos: q dormierūt: qꝛ ipse dñs in iussu: ꝛ in voce archāgeli: ꝛ in tuba dei descendet de celo: ꝛ mortui q in Christo sunt: resurgēt ꝑmi. Deīde nos q viuimus: qui reliq sumus: simul rapiemur cū illis in nubibꝰ: obuiaꝫ Christo in aera: ꝛ sic semp cum dño erimus. De diabolo autē dicēs ait. Nouissimus inimicus destruet mors. Quia vere tūc vincet mors: cū mortale hoc absorbeat a vita. Sꝫ videamus que in posterioribꝰ ꝯsequūt. Et incēdit (inquit) Iesus Hai: ꝛ effecta est vrbs: que nō habitet in eternuꝫ. Uides qꝛ hec: que cōsequūtur: magis ad mysterii: ꝙ ad historie ptinēt veritatē. Nō.n. tam ille locus terre inhabitabilis est in eternū: quam locus demonū. Inhabitabilis erit tūc: cum iam nemo peccabit: neqꝫ regnabit in aliquo peccatū: cū diabolus: ꝛ āgeli eius igni tradētur eterno: domino nostro Iesu Christo: sedente rege: ꝛ iudice: ꝛ dicente iis: qui priores: ꝛ posteriores vicerunt. Uenite bñdicti pr̄is mei: percipite regnum: qd vobis paratū est ab origine mūdi. Aliis aūt dicet. Ite in ignem eternū: quē preparauit deꝰ diabolo: ꝛ angelis eius: donec omni anime: qbus ipse nouit: remediis cōsulat: ꝛ oīs israel saluus fiat. Sꝫ ꝛ aliud mihi occurrit in loco ꝯsyderanti Iesuꝫ fugiētem a facie exercitus Hai. Quid putas est: qd Iesus fugiens designabat? Uideamus ne forte sit aliqd: qd fugiēdo vincamus: ꝛ est aliqua ꝑfecta virtus in fuga. Paulus nos Apostolus docet dicēs. Fugite fornicationē. Uides ergo esse quēdam spiritū fornicationis: quē fugere debemus: quicūqꝫ caste: ꝛ pie i Christo: ac pudice volumus permanere. Ista ergo fuga est:

que habet salutē: ista fuga virtutis est: ista fu
ga beatitudinem confert: ⁊ non solum fornica
tionis spiritus fugiēdus est: sʒ simili modo si
cut dictum est: fugite fornicationē: audiamus
dici ad nos fugite iram: fugite auaritiam: fu
gite inuidiam: ⁊ liuorem: fugite detractiones:
⁊ maleloquia: que tamē nescio siquis effugiat:
nescio siquis euadat. Iste talis erat exercitus
Gai: quem Jesus fugiendū docebat milites
suos: ⁊ de iis fortasse mādat discipulis suis di
cens. Si vos persequūtur in hac ciuitate: fugi
te in aliam. Uult enim nos fugere ab huiusmo
di hostib⁹. Uult nos lōge effugere ab huiusce
modi malis: ⁊ si potuerimus interim euadere
horꝫ maloꝫ fugienda cōtagia: tūc vidētes de
uotionē: ⁊ propositū mentis nostre sancte que
qʒ virtutes ille fortasse de qbus dicit Aposto
lus. Nōne oēs sunt ministeriales spūs in mini
steriū missi: propter eos: q hereditatē capiūt sa
lutis? Qui fortasse sint sancti angeli: qui vidē
tes nos insectationem demonū pati: insurgūt
aduersus eos: qui nos insectant: ⁊ oēs eos post
tergum cedētes interimūt. Jesus enim est cuʒ
iis: qui insectationes patiūtur magis: ꝙ cuʒ il
lis: qui psequūtur. Et merito: qr delectat esse
Jesus cum iis: qui fugiūt superbiā: qui fugiūt
dolū: ⁊ qui fugiūt mēdacium. Si ergo ita in
tellegamus ea: que scripta sunt: digna fortasse
videbit lectio stilo spiritus sancti. Nam qd mi
hi pdest: si sciā ꝙ in gemino ligno rex Gai su
spēsus est? Si aūt sciā duplicem esse virtutem
crucis: in qua ⁊ Christus in carne suspendit: ⁊
diabolus cum suo exercitu triūphatur. Ex in
tellegentia sacramēti edificabitur aīa mea. Et
vt magis fortasse adhuc excelsius amplitudi
nē mysterij dilatemus: in hoc ligno intellegit
esse scientia boni: ⁊ mali: in quo ⁊ bonus Chri
stianus: ⁊ diabolus malus pependit. Sʒ malus
quidē vt interiret: bonus xpo vt viueret ex vir
tute: sicut ⁊ Apostolus dicit de Christo: qr ⁊ si
crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtu
te dei. Immo nō solū vt viuat: sʒ vt viuificet:
qr ipse est nouissimus Adam in spiritu viuifi
cante. Sʒ hec tropice dici intellegenda sunt.
Christus enim ipse dicitur arbor vite: sed sicut
in aliis ipse esse ostendit ⁊ sacerdos: ⁊ hostia: ⁊
altare: ⁊ nō ex altera intellegentia impedit al
tera: sed tropice de ipso in suis locis: vnūqdqʒ
sentitur. Ita etiā nunc in figuris sacramētoꝫ:
non impediet de vno: atqʒ eodē sumpta diuer
sitas personaꝫ. Sed videamus quid etiā in cō
sequentibus scribitur. Et pcusserunt (inquit)
eos in ore gladij: vsquequo non relinqueret ex
eis: qui saluus fieret: neqʒ q effugeret. Hec cū
legunt iudei crudeles efficiuntur: ⁊ humanum
sanguinē sitientes putantes: quia ⁊ sancti ita
percusserunt eos: qui habitabant Gai: vt non
relinqueretur ab iis: qui saluus fieret: neqʒ q
effugeret: non intellegētes in iis verbis adum
brari mysteria: ⁊ hoc nobis magis indicari qđ
ex iis: quoꝫ chaos est habitaculū: ⁊ qui regna
runt in abysso demonibus: nullum penitus re
linquere debemus: sed oēs interimere. Interi
mimus aūt demones: non ipsam eoꝫ substātiā
perimentes: sed qr opus eorum: ac studiū: hoc
est: vt peccare homines faciant: ⁊ hec est illorū
vita si nos peccemus: sine dubio interitus eorū
est si nō peccemus. Interficiunt ergo habita
tores Gai sancti quiqʒ: ⁊ perimunt: ⁊ non di
mittunt ex eis vllum. Hi sine dubio: qui cū oī
diligētia seruant suum cor: ne de eo cogitatio
nes male pcedant. Sed ⁊ q obseruant os suū:
vt omnis sermo malus nō pcedat ex ore eorū:
hoc nō est relinquere vlluʒ qui effugiat: cū eos
nec sermo effugit malus. Agite ergo ⁊ vos: ꝑ
paremus nos ad huiuscemodi prelia percutia
mus Gai in ore gladij: ⁊ extinguamus oēs ha
bitantes chaos: omnes contrarias virtutes.
Utinam ⁊ ego modo dum loquor ad vos ver
bum dei: cor peccatoris pulsare possim. Quod
si fecero: certum est qđ gladio oris mei percu
tiam fornicationem: percutiaʒ malitiam: repri
maʒ furoreʒ: ⁊ si qua alia sunt mala: in ore gla
dij: idest oris mei sermone restinguam: ⁊ nō re
linquam ex eis: qui saluus fiat: neqʒ qui effugi
at. Si enim oēs hos hostes nostros extinxeri
mus: tunc vere diem festuʒ celebramus Deo:
⁊ deuictis aduersarijs leta solēnitate gaudebi
mus. Tale aliqd mihi videbitur etiaʒ a sancto
propheta in psalmis designari: vbi dicit de se.
Quia in matutinis interficiebam omnes pec
catores terre: vt disperdam de ciuitate domi
ni omnes: qui operantur iniquitateʒ. Siue.n.
ciuitas domini ecclesia dei viuentis accipitur:
eijciunt doctores de ecclesia: ⁊ interficiūt eos:
qui operantur iniquitatē cōtrarios demones:
aduersariasqʒ virtutes: qui cogunt homines
ad peccatum: docendo: instituendo: ⁊ occulta
ta in diuinis litteris ex locis talibus: in quali
bus nunc sumus mysteria referando: siue ciui
tatem domini vniuscuiusqʒ nostrum animam
intellegamus: que edificatur a domino ex lapi
dibus viuis: idest ex virtutibus varijs: ⁊ diuer
sis. De ipsa quoqʒ ciuitate sanctus qsqʒ ⁊ dili
gens eijcit peccatores: idest cogitationes pessi
mas: ⁊ cupiditates prauas interficit in matuti
no. Justus enim dicit. In matutinis medita
bor in te: qr fuisti adiutor meus. Quod est istō
matutinum: nisi dominus noster Jesus Chri
stus: qui est lux vera: ⁊ exoriens in cordibus no
stris:

stris: atq; illuminans ignorantie nostre tenebras: et huiuscemodi nobis mysteria reuelás: facit nos in lumine suo: lumé videre? Si quando ergo legis in scripturis sanctis iustorum pugnas: cedes: ac strages interemptorum: et quia sancti nulli penitus hostium parcūt. Quinimmo et si pepercerint: reputari eis in peccatum: sicut reputatum est Sauli: qui viuū reseruauerat Agag regē Amalech. Hoc modo quo supra exposuimus: intellege bella iustorum: quia hec bella ab eis aduersum peccatum geruntur. Quomodo autem manebunt iusti: si vel parū aliquid peccati in semetipsis reseruauerint? Et ideo dicitur de eis: quod non reliquerūt nec vnū: qui saluus fieret: nec effugeret. Fortasse nō mihi credes quod aduersum peccatum nobis iniungitur pugna. Paulo crede dicenti. Nondū vsq; ad sanguinē restitistis aduersum peccatum. Uides tibi aduersum peccatū pugnam proponi: et vsq; ad sanguinis profusionē istud tibi prelium consumandum? Aut non euidenter hec indicat scriptura diuina: et in ijs: in quibus moris est ei dicere: sanctificate bellū: et expugnabitis pugnam domini? Quid enim aliud est sanctificare bellum: nisi interemptis omnibus anime nostre hostibus: qui sunt vitia peccatorum: et mortificatis membris: que sunt super terram: atq; omnibus malis cupiditatibus amputatis: effici sanctum corpore: et spiritu: et fortiter facientem venire ad conspectum Dei viuentis: et pro palma victorie: virtutis merito coronari a Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De altari: quod edificauit Jesus.
Ubi scripsit in lapidibus altaris Deuteronomium. Et quomodo relegit Jesus Deuteronomiū in auribus totius populi stantis in Garizin: et Gebal. Ubi conuenerūt reges Amorreorum aduersum Jesum. Homilia.IX.

Posteaquam subuertit Jesus Gai: idest chaos: et omnes habitatores eius exemit oportebat eum dignum aliquod tali: tantaq; victoria excelso omnium munus offerre. Quid ergo istud est: quod agit post victoriam? videamus. Edificauit (inquit) Jesus altare domino deo israel in mōte Gebal: et fecit illud sicut precepit Moyses famulus domini filijs israel. Scriptum est autem in lege Mosei altare fieri ex lapidibus integris: in quibus non est iniectum ferrum. Et posteaquā fecit altare Jesus: imposuit ibi holocausta domino et immolauit sacrificium salutaris: et post sacrificium scripsit in lapidibus Jesus Deuteronomium: legem Moysi: et scripsit eam corā filijs israel: et omnes seniores israel: et iudices: et scribe eorum precedebant hinc: et illinc arcam testamenti domini. Uideamus ergo quid in ijs omnibus indicatur: et quid presens lectio nobis edificatiōis adquirat. Omnes: qui in Jesum Christū credimus: lapides viui: esse dicimur: secundum quod scriptura pronunciat dicens. Uos autem estis lapides viui: edificati domus spiritalis in sacerdotio sancto: vt offeratis spiritales hostias: acceptabiles deo per Jesum Christum. Sicut autem in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus: vt hi quidem lapides qui validiores sunt et potentiores: primi in fundamenta iaciātur: vt ipsis credi: et superponi possit totius edificij pondus. Alij vero: qui sequentes sunt: idest paulo illis inferiores: primi illis: qui in fundamēto sunt: ordinentur. Qui vero plus inferiores sunt: paulo superius a fundamentis. Tum deinde in comparatione lapidum qui infirmiores sunt: in superioribus: et prope ipsa iam tecti fastigia collocentur. Ita nunc intellege etiam de lapidibus viuis esse aliquos in fundamētis huius spiritalis edificij. Qui autem sunt isti: qui in fundamētis collocātur? Apostoli et prophete. Sic enim dicit Paulus hec ipsa docens. Edificati (inquit) supra fundamentum apostolorum: et prophetarum: ipso angulari lapide in Christo Jesu domino nostro. Ut autem promptiorem te prepares o auditor ad huius edificij cōstructionem: vt lapis aliquis inuenias vicinior fundamento: disce quod et ipse Christus huius quod nūc descripsimus edificij fundamentum est. Sic enim dicit Apostolus. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere: preter id quod positū est: qui est Christus Jesus. Beati ergo: qui supra istud tam nobile fundamentum edificia religiosa: et sancta construxerint. Sed in hoc edificio ecclesie oportet esse et altare. Unde ego arbitror: quod quicunq; ex vobis lapidibus viuis apti sunt in hoc: et prompti: vt oratiōibus vacent: et vt die: noctuq; obsecrationes offerant deo: et supplicationū victimas immolent: ipsi sunt: ex quibus Jesus edificat altare. Sed intuere quid laudis ipsis lapidibus altaris adscribitur. Sicut dixit (inquit) legislator Moses edificari altare ex lapidibus integris: quibus ferrum non est iniectum. Quos putas sunt isti integri lapides? Nouit vniuscuiusq; cōscientia quis sit integer: qui sit incorruptus: impollutus: immaculatus in carne: et in spiritu. Quis sit ille: cui ferrū iniectum non est: idest qui iacula maligni ignita concupiscentie nō recepit: sed scuto ea fidei extinxit: et repulit. Uel quis est ille: qui ferrum pugne: ferrū bel-

li:ferrum litium nūquam recepit: sed semper
pacificus fuit: semper quietus: ⁊ mitis: ⁊ Chri
sti humilitati cōformatus. Isti sunt ergo lapi-
des viui: ex quibus Jesus dn̄s noster altare cō
struxit ex lapidibus integris: quibus ferrū nō
est iniectum: vt offerat super eos holocausta: ⁊
sacrificium salutis. Ego puto quod forte isti
tales lapides itegri: ⁊ icōtaminati: sancti apo-
stoli esse possint. Oēs simul altare vnum faciē-
tes ꝓpter vnanimitatem: atqꝫ ꝯcordiam. Sic
enim referūtur: omnes simul vnanimiter oran
tes: ⁊ aperiētes os suum dixisse. Tu dn̄e: q cor-
da omniū nosti. Isti ergo: qui poterant vnani-
mes: vna voce: atqꝫ vno spiritu orare: ipsi for-
tasse digni sunt: qui debeāt omnes simul vnū
altare cōstruere: super quod Jesus sacrificiuꝫ
offerat patri. Tamē ⁊ nos tentemus dare ope-
ram: vt eadem dicamus oēs vnanimiter vnuꝫ
sentiētes. Nihil per contētioneꝫ: neqꝫ p inanē
gloriam gerentes: sed in vno sensu: atqꝫ in ea-
dem sententia permanentes: si forte possimus
etiam nos apti effici lapides ad altare. Nō.n.
deserit nos Jesus dominus noster: sed quāuis
nos vacantes orationi quid oremus ₰m quod
oportet: nesciamus: ipse tamē spiritus est. Si
ergo orationes nostras spiritus adiuuat ⁊ of-
ferat eas patri omnium deo gemitibus: qbus
nos explicare nō possumus: certuꝫ est: qꝫ ⁊ alta
ris cōstructionē sollicite requirat a nobis: sꝫ nō-
dum plenus altaris: ornatus est etiam si ex in-
tegris lapidibus cōstruaꝛ: etiam si ferruꝫ eis:
⁊ iaculum maligni non inueniaꝛ iniectuꝫ. Sed
adhuc deest aliqd: ⁊ adhuc est qđ ijs oib⁹ adij-
ciat Jesus. Quid illud est? Scripsit (inquit)
Jesus sup lapides altaris Deuteronomiū le-
geꝫ Mosei: ⁊ scripsit eā in ꝯspectu filioꝝ isra-
el. Scripserit quomō potuerit tūc filius Naue
sup lapides altaris legē describere: ⁊ ꝓut va-
luit: adūbrauerit typos: nos iterim videamus
qūo noster Jesus in lapidib⁹ viuis: ⁊ integris
scripsit Deuteronomiū: quod quasi secūda le-
gislatio dr̄. Si ergo vis videre qūo prima lege
infirmata secūdā legē scribat Jesus: audi euꝫ
in euāgelijs dicēteꝫ. Dictū est antiquis: nō oc
cides. Ego aūt dico vobis. Quia oīs: q irasciꝛ
fratri suo: homicida est. Et iteꝝ: dictū est anti
quis: nō mechaberis. Ego aūt dico vobis. Si
qs aspexerit mulierē ad ꝯcupiscēdū eā: iāꝫ me-
chatus est eā in corde suo. Et dictū est antiqs:
nō periurabis. Ego aūt dico vobis. Nolite iu
rare oīno. Vides Deuteronomiuꝫ: qđ scripsit
Jesus in lapidib⁹ viuis: ⁊ integris: non in ta-
bulis lapideis: sꝫ in tabulis cordis carnalib⁹:
nō atramēto: sꝫ spiritu dei viui? Si aūt vis eui
dentius noscere in quib⁹ cordibus Jesus scri-
psit legem: ⁊ in quib⁹ non scripserit: etiam hoc
tibi ex scripturarum auctoritate patefaciam:
vt consolationem capias tu: qui ex gentib⁹ vo-
catus es. Nec verearis coruꝫ iactantiam: qui
legem Mosei tabulis: vel chartulis scriptam
se accepisse gloriantur. Audi ergo in quorum
cordibus dominus Jesus inscripserit legem.
Paulus dicit. Cum enim gentes: que legem
non habēt: naturaliter que legis sunt: faciūt:
huiusmodi non habentes legem: ipsi sibi sunt
lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cor
dibus suis: testimonium reddente eis consciē-
tia. Si ergo videas gentes ad Jesuꝫ venire: ⁊
credere ei: ⁊ opus legis implere: quod illi: qui
legeꝫ acceperāt: implere nō possunt: non dubi
tes de eis dicere: qꝫ Jesus in istis lapidib⁹ inte
gris Deuteronomiū scripsit. Mouet me sane
quod addidit in ꝯsequētib⁹ scriptura. Et scri
psit (inqt) Jesus sup lapides Deuteronomiū
corā filijs israel. Quomodo potuerit tam ma-
gnum librū: vel adsistētibus: ⁊ permanentib⁹
ibi filijs israel describere: ita vt non discederēt
vsquequo scriptura tot versuuꝫ finiretur? Vel
etiam quomodo potuerint lapides altaris fer
re tam magni libri cōtinentiaꝫ? Dicant mihi
isti adsertores littere iudei: qui spiritum legis
ignorāt: quomodo in hoc historie veritas de-
mōstratur? Sed apud illos vsqꝫ in hodiernuꝫ
cum legiꝛ Moses: velamen est positum super
cor eoꝝ. Nobis vero ꝯuersis ad dn̄m Jesum:
auferē velamen. Quia vbi spūs dn̄i: ibi liber
tas intellegentie. Noster ergo Jesus dn̄s: nō
indiget multo tempore: vt Deuteronomium
scribat: vt secūdam legem in cordibus creden-
tium figat: atqꝫ in eorū mētib⁹: qui ad altaris
constructionē digni sunt eligi: legē spiritus si-
gnet. Statiꝫ nāqꝫ vt qs crediderit Jesu Chri
sto: ⁊ lex euangelij in eius corde descripta est:
⁊ in conspectu filioꝝ israel descripta. Aderant
enim tunc cū tibi sacramētū fidei tradebaꝛ ce-
lestes virtutes: ministeria angeloꝝ: ecclesia pri
mitiuoꝝ. Si.n. recte intellegamus israelē dici
mētem deum videntem: rectissime hoc de mi-
nistris angelis magis dicitur ₰m domini sen-
tentiam dicētis de infantibus: quod ⁊ tu fuisti
infans in baptismo. Quia angeli coꝝ semp vi
dent faciem patris mei: qui in celis est. Coraꝫ
istis igitur filijs israel: qui aderant illo in tēpo
re: cum tibi fidei sacramenta tradebātur vidē
tibus faciem dei. Jesus in corde tuo Deutero
nomiū scripsit. Vis tibi adhuc euidentius hec
de scripturis sanctis ꝓbemus: quia coraꝫ filijs
israel legem scđam scribat Jesus? Apostolus
ad Hebreos manifeste designat dicens. Non
enim accessistis ad sonum tube: ⁊ ad montem
ardentem:

ardentem:sed accessistis ad mõtem Syon:⁊ ciuitatem dei viuẽtis Hierusalem celestẽ:⁊ ecclesiam primitiuorum adscriptã in celis:⁊ multitudinem angelorum conlaudantium deum. Uides ergo:quia corã ijs omnibus:qui ex eo: quod semper deum vident:⁊ merito filij israel appellãtur. Jesus legẽ suaꝫ in cordibus credẽtiuꝫ scribit. Sed ⁊ nũc per hec:que loquimur: Jesus Deuteronomiũ scribit in eoꝝ cordibus qui integra fide:⁊ toto animo:que dicũtur:accipiunt. Qui integro auditu:atqꝫ integro corde:⁊ non corrupto sensu:ac reprobo:circa fidẽ audiunt:⁊ retinent:que dicuntur. Quia necesse est Deuteronomium in integris lapidibus scribi. Post hec dicit. Et omnis (inquit) israel ⁊ presbyteri:⁊ iudices:⁊ scribe ꝑcedebãt hinc:⁊ illinc arcam testamenti domini. Arca testamẽti dñi est:in qua tabule legis manu dei scripte seruantur. Et circa hanc arcam testamenti omnis:qui vere israel est:incedit:⁊ nõ est longe ab ea. Leuite ergo:⁊ sacerdotes etiã in humeris suis eam portant. Eteniꝫ quicũqꝫ sacerdotali religione:⁊ sanctitate viuũt:non solum ij:qui sedere videntur in consessu sacerdotali: sed ij magis:qui sacerdotaliter agunt:quoruꝫ pars est dñs:nec vlla eis portio habetur in terris:ipsi sunt vere sacerdotes:⁊ leuite dñi: qui in humeris suis legem dei portant:agendo videlicet:⁊ implendo ꝑ opus ea:que scripta sunt in lege. Sed ⁊ proselitus (ĩquit) ⁊ indigena simul:⁊ erunt dimidij iuxta monteꝫ Garizin:⁊ dimidij iuxta montẽ Gebal. Quomodo etiaꝫ ista explicabimus? Uere adiutorio Dei opus est:vt possimus ṽbis nr̃is verba diuina disserere:⁊ explanare q̃ sunt dimidij: qui incedebant iuxta mõtẽ Garizin:⁊ qui sunt dimidij:qui licet ⁊ ipsi saluent̃:nõ tñ potuerũt iuxta monteꝫ Garizin icedere:sꝫ icedũt iuxta mõtẽ Gebal. Mons Garizin benedictiones hꝫ:mons autẽ Gebal maledictiones:que peccatoribus imminent. Statuerunt etenim (sicut scriptuꝫ est in Deuteronomio) sex tribus ad benedicendum in monte Garizin:⁊ ipsas tribus:que nobiliores sũt:⁊ eximie:idest Symeon: Leui: Juda: Jsachar: Joseph:⁊ Beniamin. Alias ṽo sex ignobiliores ad maledicendum. Jn quibus ⁊ Ruben:qui ascendit cubile patris:⁊ thorum maculauit paternum:⁊ Zabulon:qui est vltimus filius. Hec quidem veterum historie referunt gesta:sed quomodo nos hãc historie narrationem ad mysticaꝫ intellegẽtiã referemus: vt ostendamus qui sunt isti:qui incedũt iuxta montem Garizin:⁊ qui sint isti: qui incedunt iuxta montem Gebal? Ego sic video duas eẽ species eorum:qui per fideꝫ festinant:⁊ properant ad salutem. Nam eoruꝫ:qui promissionũ celestium cupiditate succẽsi:summo studio: diligẽtiaqꝫ nitũtur:ne vna saltẽꝫ minima eos beatitudo ꝑtereat:habẽtes desyderiũ nõ solũ benedictionis capiẽde:⁊ effici in ꝑte sortis sanctorum:sed ẽt adsistere in cõspectu dei:⁊ semꝑ esse cũ dño. Alij vero sunt:qui ⁊ ipsi tendũt ad salutẽ:sed nõ tã amore benedictionum:vel ꝓmissionum:quam hoc magis habentes in prospectu:⁊ dicentes:sufficit mihi nõ ire in gehẽnam:sufficit mihi non mitti in ignem eternũ: sufficit non expelli in tenebras exteriores. Cuꝫ ergo in singulis quibusqꝫ fidelium talis sit ꝓpositi varietas:hoc mihi designari videtur in hoc loco:quod dimidij illi:qui iuxta montem Garizin incedũt illũ:qui ad benedictiones electus est:istos figuraliter indicẽt:qui non metu pene:sed benedictionum:⁊ repromissionuꝫ desyderio veniũt ad saluteꝫ. Jlli vero dimidij:q̃ iuxta mõtẽ Gebal incedũt:in quo maledictiones ꝑlate sunt:istos alios indicent:qui maloꝝ metu:⁊ supplicioꝝ timore complentes:q̃ in lege scripta sunt:perueniũt ad salutem. Hic iaꝫ dei solius est nosse ex omnib⁹ nobis filijs israel quis est:qui boni ipsius desyderio succẽsus facit:quod bonũ est:qui vero nostrum metu gehenne:⁊ eterni ignis terrore tendit ad bonũ:⁊ studet:ac festinat iplere:que scripta sunt. Certum est eniꝫ nobiliores eẽ illos:qui boni ipsius desyderio:⁊ benedictionum amore quod bonũ est: agunt quam illos:qui pro mali metu bonum sectantur. Solus ergo Jesus est:qui põt ex omni populo huiuscemodi mentes:animosqꝫ discernere:⁊ alios q̃dem statuere in monteꝫ Garizin ad benedictiones:alios vero statuere in montem Gebal ad maledictiones: non vt maledictiones accipiant:sed vt intuentes prescriptas maledictiones:⁊ penas peccatoribus constitutas:incurrere caueant eas. Post hec refertur quia legit Jesus omnia verba legis: idest benedictiones:⁊ maledictiões:ẜm omnia que scripta sunt in libro legis: nec fuit vllum verbum ex omnibus que mandauit Moyses quod non legerit Jesus coraꝫ omni ecclesia filiorum israel. Facilis quideꝫ est explanatio historie quomodo filius Naue legerit omnia verba:que scripsit Moyses coram omni ecclesia filioꝝ israel. Noster vero dominus Jesus quomodo hoc populo suo faciat:ostendere nõ mihi videtur ociosum. Et ego quidem arbitror quod si quando nobis legitur Moyses: ⁊ per gratiam dñi velamen littere amouetur:⁊ incipimus intellegere quia lex spiritalis est:⁊ quia (verbi causa) dicens lex:non infrenabis os boui triturãti:non de bobus hec:sed de Aposto-

lis dixerit:⁊ rursum cum in lege dicitur: quia Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla:⁊ vnuȝ de libera:ego in ijs intellego eẽ duo testamenta:⁊ duos populos. Istaȝ nobis legẽ que sic intellegitur (quam spiritaleȝ nominat Paulus) Jesus dominus legit:⁊ ipse est:qui hec in auribus totius populi recitat:precipiẽs nobis ne sequamur occidentem litteram:sȝ teneamus spiritum viuificanteȝ. Legit ergo nobis Jesus legem:cum nobis legis reuelat arcana. Non enim nos:qui de ecclesia catholica sumus spernimus legem Mosei : sed suscipimus eam. Si tamen Jesus eaȝ nobis legerit. Sic enim recte poterimus intellegere legem si eaȝ nobis legat Jesus:vt ipso legente nos sensum eius:⁊ intellegentiã capiamus. Aut non est putãdum quod inde cõceperat sensum ille: qui dicebat. Nos autem sensum Christi habemus:vt sciamus que a deo donata sũt nobis: que ⁊ loquimur. Et illi qui dicebant:nõne ardens erat in nobis cor nostrum:cuȝ nobis aperiret scripturas in via? Quando incipiens a lege Moysi vsqȝ ad prophetas legit eis omnia: ⁊ reuelauit que de ipso scripta sunt. Mira tamen figura sermonis ostenditur in ijs:que scripta sunt:cuȝ dicit:non erat sermo ex omnib⁹: que mandauit Moyses:quem non legerit Jesus in auribus totius ecclesie israel. Et primo legisse in auribus: videamus qd dicit. Vereor ne forte aliquos auditorum sermo noster offendat. Sed tamen dicendum est:quod scriptum docemus:quia si sermo hic arguit nos:qꝺ nõ omnes:qui audimus legem: de ecclesia sumus filiorum israel:sed non ꝯtinuo si est aliqua differentia inter auditores legis:⁊ ecclesiam filiorum israel:auditor excluditur a salute. Attendite ergo diligentius verbis scripture dicẽtis: non erat vllum verbum ex omnibus:que mandauit Moyses:quod non legerit Jesus in auribus totius ecclesie filioruȝ israel. Et addidit: etiam mulieribus:⁊ infantibus:⁊ proselitis.

Nouit dñs noster Jesus eẽ alias aures preter istas carnales:quas ad audiẽtiaȝ verboꝝ suorũ:⁊ ad audiẽtiã legis requirit. Unde ⁊ in euãgelio posteaq̃ de singulis:que oportebat:edocuit:addit ⁊ dicit. Qui habet aures audiendi audiat. Quod vtiqȝ si de auribus dixisset carnalibus:superfluuȝ videret. Nemo eni nõ habens aures ad verba eius audiẽda cõuenerat. Sed quoniaȝ sciebat in auribus interioris hominis:idest intellectu cordis recipi debere que dicta sunt:qꝛ nihil ꝓdest audire sermonẽ si nõ retineat:⁊ seruetur in corde: idcirco aures ab auditoribus exposcebat. Hoc ergo etiam nũc vel cũ scripture in ecclesia legunt: vel cũ sermo explanatiõis ꝓfert ad populũ:scripture auctoritatẽ sequẽtes dicimus:videte ne legant qdeȝ ab Jesu verba legis:sȝ quãplurimis nõ legantur:qꝛ Jesus illis legit legeȝ:qui aures habuerint audiẽdi. Sȝ ⁊ qꝺ adiũxit ad ecclesiam dñi etiam mulieres:⁊ infantes:⁊ ꝓselitos:sigdẽ separatim intellegamus mulieres:⁊ infantes:⁊ proselitos:⁊ eos velut sequelaȝ q̃daȝ eẽ sentiamus ecclesie qm̃ in domo magna nõ sunt tantũmodo vasa aurea:⁊ argẽtea:sed ⁊ lignea : ⁊ fictilia. Dicimus viris qdẽ fortibus fortẽ traditũ cibum:illis videlicet:de qbus Apostolus dicit. Perfectorũ autẽ est solidus cibus : ex qbus ipse sibi preparat ecclesiã non hñtem maculam:aut rugam:aut aliquid horũ : eos ꝟo: quos in mulierũ:vel infantũ:vel ꝓselitorũ appellatione secernit:intellegimus illos esse: qui adhuc lacte indigent:aut etiam velut infirmi: vt sunt mulieres holeribus vescũtur. Si ꝟo simul omnis accipiatur ecclesia:viri qdem intelleguntur illi:qui in oĩbus perfecti stare norunt armati aduersus astutias diaboli:mulieres vero illi:qui nõduȝ ex semetipsis que vtilia sunt: gerunt:sed imitando meliores:⁊ eorum exempla sectando:ex quibus ⁊ caput habere dicuntur. Caput enim mulieris vir. Infantes vero erunt:qui fide nuper suscepta:lacte euangelico nutriunt. Proseliti autẽ catecumini videhñtur:vel ij:q iaȝ sociari fidelibus studẽt. De quibus singulis similia etiã Joannes sentiens in Epistola sua scribit:⁊ singulis qbusqȝ etatibus propria queqȝ gesta decernit. Uerũtamẽ Jesu nobis recitante legem:⁊ reuelante cordibus nostris intellegẽtiam spiritalem:neqȝ ꝓseliti:idest catecumini diutius catecumini maneatis:sed festinate ad percipiẽdã gratiã dei: vt ⁊ vos in ecclesia filioruȝ israel annumeremini:⁊ vos infantes nolite pueri effici sensibus:sȝ malitia paruuli estote: sensibus autem estote perfecti:sicut ⁊ Apostolus ad Hebreos dicit: relinquentes principiorum. Christi sermoneȝ ad perfectionem feramur. Sed ⁊ vos:qui sub mulierum appellatione infirmi ⁊ remissi ⁊ languidi estis:commonemini vt remissas manus ⁊ dissoluta genua erigatis:idest neglegentes:⁊ desides animos suscitetis:⁊ virilem constantiam in explendis preceptis legalibus:⁊ euangelicis assumatis:atqȝ ad virorum fortiuȝ perfectionem celeriter properetis. Non enim nouit scriptura diuina ꝑm sexum separationem virorum:ac mulierum facere. Eteniȝ apud deũ sexus nulla discretio est:sed pro animi diuersitate:vel vir:vel mulier designatur. Quãte ex mulierum sexu apud deũ in viris fortibus numerãtur:⁊ quanti ex viris inter remissas:⁊ lãguidas

guidas mulieres reputantur? An nō tibi videtur inter mulieres existimandus ille vir: qui dicit: nō possum obseruare que scripta sunt? vendere que habeo: ꝛ dare pauperibus? nō possuȝ percutienti maxillam prebere alteram: nō possum maledicentem benedicere: nō possuȝ blasphematus deprecari: non possum persecutiōeȝ pati: ꝛ sustinere: non possum cetera similia que mandantur? Qui dicit implere non possuȝ: qd tibi videtur aliud: quaȝ inter mulieres: que nihil virile possunt esse numerandus? Sȝ videamus quid post hec scriptum est. Et audierunt (inquit) omnes reges Amorreoruȝ: ꝛ qui trās Jordanem: ꝛ qui in montanis: ꝛ qui in cāpis: ꝛ qui super ora maris magni: ꝛ qui erant in antelibano: ꝛ Cethei: ꝛ Amorrei: ꝛ Chananei: ꝛ Pherezei: ꝛ Euei: ꝛ Gergesei: ꝛ Jebusei: ꝛ cōuenerunt in vnum: vt expugnarent Jesum: ꝛ israel simul. Historia rerum gestarum manifesta est: nec explanatione indiget quod euidenter expletum est. Ex iis tamen que gesta sunt visibilib⁹: nostri domini Jesu Saluatoris bella: ac triumphos: quos egerit: cōtemplemur: quāuis etiam in ipso hec visibiliter cernamus expleta. Conuenerunt enim reges terre. Senatus. Populusqȝ: ꝛ principes Romani: vt expugnarent nomen Jesu: ꝛ israel simul. Decreuerunt enim legibus suis: vt non sint christiani. Omnis ciuitas: omnis ordo christianorum nomen impugnat. Sed sicut tūc omnes illi reges conuenientes cōtra Jesum nihil facere potuerunt: ita vel principes: vel potestates iste cōtrarie: vt non christianoruȝ genus latius: ac pfusius propagetur: obtinere nō valebūt. Scriptum nāqȝ est: qꝛ quantomagis eos humiliabant: tanto magis plures fiebant: ꝛ inualescebant valde. Confidimus autem: qꝛ non solum non nos poterunt obtinere inuisibiles inimici: ꝛ aduersarij nostri: verum etiam velociter Jesu domino nostro vincente: contereture Sathanas sub pedibus seruoruȝ eius. Jllo eteniȝ duce semper vincent milites sui: ita vt nos dicamus sicut in Esdra scriptum est. Quia a te domine ē victoria: ꝛ ego seruus tuus: benedictus es deus veritatis. Quem semper ꝛ nos inuocemus: vt det nobis victoriam in Christo Jesu domino nostro: cui est gloria: ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De dolo Gabaonitarum: vbi dicunt: audiuimus quanta fecit dominus vobiscū per mare rubrum. Homilia.X.

IN domo patris mei māsiōes multe sūt: dicit x̄bū dei. Sȝ ꝛ resurrectio mortuorum nō habebit equalem resurgētium gloriā: sed alia caro volucruȝ: alia piscīū: ꝛ corpora celestia: ꝛ corpora terrestria. Sed alia qdem celestium gloria: alia vero terrestrium. Alia gloria Solis: alia gloria Lune: alia gloria stellarum. Stella ab stella differt in gloria: ita ꝛ resurrectio mortuoꝝ. Multe ergo eoruȝ: qui ad salutem veniūt differentie designanť. Unde ꝛ nūc Gabaonitas istos: quoruȝ historia recitāda est: arbitror portiūculaȝ quādā ēē coꝝ: q saluandi sunt: ita tamē vt non absqȝ alicuius note inustione saluētur. Uides nāqȝ qūo ligni cesores: vel aque gestatores fieri pdēnanť: ad obsequiū populi: ꝛ altaris dei ministeriū: qm̄ gdē cum dolo: ꝛ caliditate accesserūt ad filios israel: pannis: calciamentisqȝ veteribus induti: ꝛ cibum vetusti panis ferentes. Jsti ergo veniūt ad Jesum cum omnibus vetustatibus suis: ꝛ orant ab eo hoc tātum vt saluētur. Jn quoruȝ figura tale mihi aliquid videtur ostēdi. Sunt quidaȝ in ecclesia credentes quidem: ꝛ habentes fidē in deum: ꝛ adquiescentes in omnibus diuinis preceptis: quiqȝ etiam erga seruos dei religiosi sunt: ꝛ seruire eis cupiūt: sȝ ꝛ ad ornatum ecclesie: vel ministerium satis prōpti: paratiqȝ sunt. Jn actibus vero suis: ꝛ conuersatione propria: obscenitatibus ꝛ vitijs inuoluti: nec omnino deponētes veterē hoiem cum actibus suis: sed inuoluti vetustis vitijs: ꝛ obscenitatibus: sicut ꝛ isti pānis: ꝛ calciamētis veterib⁹ obtecti: pter hoc quod in deū credūt: ꝛ erga ꝟuos dei: vel ecclesie cultū videnť ēē deuoti: nihil adhibent emēdatiōis: vel inouationis in mores. Jstis ergo Jesus dn̄s noster salutē qdē concedit: sed quodāmō salus ipsa coꝝ notaȝ nō euadit infamie. Similis quoqȝ ēt i libello: q appellatur pastoris: de ijs figura describiť. Ait enī: quia est arbor quedaȝ: que vlmus appellatur: que fructum non affert: portat tamen vitem: que affert plurimū fructū. ꝛ ex eo: quod adminiculo est viti: que eius viribus nitens: vel afferre: vel seruare potest plurimum fructū: etiā vlmus: que infructuosa est: necessaria videtur ꝛ vtilis: ex hoc ipso quod frugifere deseruiat viti. Tale aliquid intellege etiam in Gabaonitis: qui non deposuerūt quidem veterē hominem cū actibus suis: ministrant tamen sanctis ꝛ seruiunt: ꝛ aliquid vtilitatis impendūt: ꝛ tali quodam ordine ab Jesu salutem cū iuramenti interpositione suscipiunt. Ego nolebam in Gabaonitarum ordine consequi: nec in ligni cesoribus: vel aque gestatoribus numerari: sed inter israelitas cuperem hereditatem terre repromissionis accipere. Obseruandum sane est: quod solent heretici legentes hunc lo

cuȝ calumniam facere: ij qui testamentum vetus non recipiunt: ⁊ dicũt. Uide quomodo nihil humanitatis habuit Jesus filius Naue: vt hominibus: qui ad se supplices venerant salutem concedens: notam eis infamie: ⁊ iugum seruitutis infligeret. Nec si anima audiat minus instructa in scripturis diuinis: i firmari cõtinuo: ⁊ picitari potest: ita vt refugiat catholicam fidem. Non enim intellegũt eorum subreptiones. Jesus enim ẜm mensurã fidei ipsorum: competens erga eos iudicium tenuit.

Porro autem Raab meretrix: que fide integra credidit cum omni domo sua: ⁊ exploratores israeliticos plenissima deuotione suscepit: ex integro in consortium populi: societatemqȝ suscepta est: ⁊ scriptum est de ea: quia apposita est ad filios israel vsqȝ in hodiernum dieȝ. Isti vero: qui non tam israelitice gentis consortia dilexerunt: quam sue perditionis metu perterriti: cum caliditate ⁊ fraude accesserunt ad Jesum: quomodo poterant libertatem vite: ⁊ regni consortium dolis seruilibus promereri? Deniqȝ vis nosse: quia digna erga eos ab Jesu mentis eorum ignobilitate conditio dispensata est? Ipsi dicunt: quia audiuimus quanta fecit dominus vobis per mare rubruȝ: ⁊ in deserto. Et cum hec dicerent: ⁊ audisse se: ⁊ scire de diuinis mirabilibus faterentur: nihil tamẽ fide dignum: nihil tantarum virtutum admiratione gesserunt. Et ideo videns Jesus angustum eorum: exiguumqȝ in fide propositũ: moderationem erga eos iustissimam seruat: vt salutem mererentur: qui parum licet fidei detulerant: nec tamen summam regni: vel libertatis acciperent: pro eo: quod fides eorum nullo operum nobilitaretur accessu: quoniam fidem sine operibus mortuã haberi pronunciat Apostolus Jacobus. Uerũtamen sciendũ est quantum ex huiuscemodi figurarum adumbrationibus edocemur: quod si qui tales sunt in nobis: quorum fides hoc tãtũmodo habet: vt ad ecclesiam veniant: ⁊ inclinent caput suuȝ sacerdotibus: officia exhibeãt: seruos dei honorẽt: adornatum quoqȝ altaris: vel ecclesie aliquid conferant: non tamen adhibent studium: vt ẽt mores suos excolant: actus emendent: vitia deponant: castitatem colant: iracũdiam mitigẽt: auaritiam reprimant: rapacitatem refrenent: maleloquia: ⁊ stultiloquia: vel scurilitatem: ⁊ obtrectationuȝ venena ex ore suo non adimãt: sciant sibi qui tales sunt: qui emendare se nolunt: sed in ijs vsqȝ ad senectutem vltimam ꝑseuerant: parteȝ: sortemqȝ ab Jesu domino cũ Gabaonitis esse tribuendam. Sed potius deprecamur vos fratres: verbi Dei legatiõe fungentes: vt dum potestatem adhuc habemus: emendandi demus operam: ⁊ festinemus abijcientes antiquas sordes: ⁊ pannos veteres vitioruȝ coniungi: ac sociari israelitice libertati. Uis autem videre israelitarum quanta libertas sit? In lege precipitur ne liceat hebreũ puerum si forte in seruitutem deuenerit: amplius quam sex annis seruire: septimo vero anno dimitti eum lex liberum iubet. Tanta apud eos libertatis est cura. Que vtiqȝ si ad spiritalem intellegentiam reuocemus: etiã si hebreus puer es tu: qui in seruitium decidisti: puer eniȝ ẽ: qui facilitate animi in seruitiuȝ decidit. Quale seruitium? Scriptura dicit. Qui auteȝ peccat: seruus est peccati. In hoc seruitio: non virilis: ⁊ perfectus animus decidit: sed puerilis: ⁊ facilis. Igitur etiaȝ si hebreus puer es: idest fidelis: etiam ⁊ baptisma in ecclesia cõsecutus: ⁊ post hoc in peccati seruitium decidisti: sufficiat tibi sex annis seruitus. In septimo anno obserua ne seruias: sed festina ad libertatem tuam. Septenarius numerus legeȝ significat mãdatoruȝ. Senarius vero numerus: mundi huius tenet figuram. Donec ergo que huius mundi sunt: sapis: etiam ijs exerceri ẜm carnẽ cogitas: necesse est te seruire peccato. Cuȝ vero ad septenarium numerũ: idest ad legis scientiam veneris: tunc require libertatem tuaȝ: ⁊ redi ad nobilitatem paternam: ne si permanseris in malis tuis: ⁊ perseueraueris ĩ peccatis defixa in aure nota: velut qui commonentis te dei: ⁊ ad libertatem pristinam reuocãtis verba non audias: eris peccati seruus in eternũ. Tuȝ deinde require abs te si libenter velis ex patrefamilias: ⁊ nobili viro in hoc mũdo seruus effici: abnuis sine dubio: quippe cuȝ etiam ex cõditiõe seruili videamus quãplurimos ad libertatem festinare: ⁊ inquantuȝ possunt cupere ẽt diuites fieri: ⁊ honoribus vndecũqȝ quesitis vilitatem genuine ignobilitatis obtegere. Si ergo in hac vita nemo esse vult seruus: sed quãtum fieri potest ⁊ liber eẽ: ⁊ diues: ⁊ nobilis cupit: vt non solũ sibi sufficiat: sed ⁊ alijs largiatur: in illis eternis rebus: ac nullo fine mutandis indifferenter tolerabimus seruituteȝ: ⁊ parum nobis videtur si in ligni cesoribus: ⁊ aque gestatorib⁹ deputemur? Propterea ergo duȝ dies est: operemur quod bonum est: ⁊ emendationi nostre operam demus: vt ex actibus: ⁊ cõuersatiõe nostra: ac moribus nobilitari mereamur: ⁊ digni efficiamur spiritum accipere adoptionis: vt inter Dei potius filios habeamur: per vnicum: ⁊ verum filium eius Jesum Christum dominum nostruȝ. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum Amen.

¶ De auxilijs Jesu: quibus iuuit Gabaonitas. Homilia.XI.

IIJ qui sociauerint ad filios israel: omnes qui prius amici erāt: post amicitias: et familiaritatem filiorum israel: inimici fiunt. Gabaonitas: qui a filijs israel fedus pacis acceperant: Jebuseus rex Hierusalem inuitatis secum alijs quattuor regibus: aggreditur expugnare. Sed gabaonite videntes quinqз reges aduersum se in prelium conspirasse: nequaquā proprijs viribus: copijsqз confidunt: sed mittunt ad Jesum auxilia postulantes. At ille diuino permissu adest Gabaonitis: laturus auxilium. Hic autem mirabilia celitus ostenduntur. Dominus desuper saxa grandinis pluit: et quinqз regum: qui aduersuз Jesum pugnabant exercituз vastat. Tunc vero Jesus vidēs diuinam secum dexteram praeliantem: et prosperis successibus cuncta procedere: nouam quandam et miram orationem extollit ad celum dicens. Stet Sol super Gabaon: et Luna super valle Elom: donec expugnem populum istuз. Et stetit Sol et Luna in loco suo: donec puinceret dominus inimicos eorum. Et stetit Sol in medio celo: et non est progressus ad occasuз: in finem vnius diei. Non fuit dies talis ante hoc: nec ita exaudiuit deus hominem qз dominus pugnabat pro israel. Et fugerūt illi quinqз reges: et absconderunt se in spelūca in Mageda. Hec sm historiam gesta: miracula diuine virtutis vniuersis seculis predicant: nec interpretatione extrinsecus indigent in quibus gestorum lumen coruscat. Quid tamen in ijs spiritalis intellectus contineat: requiramus. Cum anima humana verbo dei se sociauerit: dubitare non debet statim se inimicos habituram: et eos: quos habuerat ante amicos in aduersarios esse vertendos: idqз non solum pati se ab hominibus speret: verum etiam de cōtrarijs virtutibus: et spiritalibus nequitijs id sibi imminere pro certo sciat. Et ita fit: vt qui amicitias expetit Jesu: multorum sibi sciat inimicitias tollerandas. Omnes qui pie volūt viuere in Christo: persecutioneз patiuntur. Sed et Salomon similia dicit. Fili (inquit) accedēs ad seruitutem domini: prepara animam tuaз ad tentationem. Oppugnātur etiā ergo nunc Gabaonite cuiuscunqз modi sint propter amicitias Jesu: et ligni licet sint cesores: et aque gestatores: idest licet vltimi meriti sis in ecclesia: tamen hoc ipso quia ad Jesuз pertines: impugnaberis a quinqз regibus. Sз tamē nec Gabaonite derelinquuntur: vel sperūntur ab Jesu: vel a ducibus: ac pres byteris israelitarū: sз infirmitati eorum auxilium ferūt. An non tibi videtur hoc agere illud Apostoli mandatum quo dicit: consolamini pusillanimes: sustinete infirmos: patientes estote ad omnes. Et iterū. Nos autem potētiores: imbecillitates infirmorum sustinete. Hoc ergo modo Jesus cum ducibus: et principibus suis: adest ijs qui pro nomine suo a contrarijs virtutibus obpugnātur et non solum auxiliuз prestat in bello: verum et producit tempus diei: et spacia lucis protelans aduentum discutit noctis. Volumus si possumus ostendere quomodo dominus noster Jesus protelauerit lucem: et maiorem fecerit diē: vel pro salute hominum: vel pro interitu contrariarum virtutum. Ex quo aduenit Saluator: finis erat iam mūdi. Deniqз ipse dicebat: Penitētiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Sed retinuit: et repressit diem consumationis: et adesse prohibuit. Videns.n. deus pater salutem gētium: per ipsum solum posse cōstare: dicit ad euз. Pete a me: et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuaз terminos terre. Donec ergo paterna pollicitatio compleatur: et ecclesie ex diuersis nationibus crescant: atqз introeat tota gētiū plenitudo: et tunc demum omnis israel saluetur: differt occasus: nec vnquam sol occumbit: sed semper exoritur: dum credētium cordibus sol iustitie lumē veritatis infundit. Cū vero repleta fuerit mensura credentium: et deterior iam: ac decolor etas vltime generatiōis aduenerit: cuз increscente iniquitate refrigescet charitas multorum: et perpauci remanserint: in quibus fides inueniatur: tunc iaз adbreuiabūtur dies. Idem igitur atqз ipse dn̄s nouit: et extendere diem: cū salutis est tempus et breuiare diē: cuз tribulationis: et perditionis est tēpus. Nos tū dum habemus diem: et producit nobis spaciū lucis: sicut in die honeste ambulemus: et opera lucis operemur. Sed et illud videamus qd est: quod dicit: quinqз reges fuisse: et hos in spelūca fugisse. Sepe diximus duplicem esse christianorum pugnam. Perfectis quidem et talibus q̄lis erat Paulus: et Ephesij (sicut ipse Paulus dicit) non erat eis pugna aduersus carnē: et sanguineз: sed aduersus principatus: et potestates: aduersum mūdi huius rectores tenebrarū harum: et spiritalis nequitie in celestibus: inferioribus vero: et nōdum perfectis pugna adhuc aduersus carnem et sanguinem gerit ijs: q adhuc carnalibus vitijs: et fragilitatibus impugnantur: quod etiaз in hoc loco indicari puto. Etenim Gabaonitis indictum esse a quinqз regibus diximus bellum: quorum figuram dixi eē in ijs: q imperfecti sunt. Isti ergo a quiqз

regibus impugnantur. Quinqз autem reges quinqз sensus corporeos indicāt: visum: auditum: gustū: tactum: ꝛ odoratū. Per aliquem enim horuз vnūquenqз necesse est decidere in peccatū. Qui quinqз sensus illis quinqз regibus cōparantur: qui Gabaonitas: idest ꝗ carnales homines expugnāt. Quod aūt dicūtur in spelūcas ꝯfugisse: pōt hoc fortasse indicari: qꝛ spelunca locus est in profundum terre defossus. Igitur etiam isti: quos supradiximus sensus: cū se terrenis actibus in corpore positi demerserint: ꝛ nihil ad opus dei: sed totuз ad ministerium corporis egerint: in speluncas confugisse dicuntur. Sciendū tamen quod ista ipsa regna: quorum nunc reges vincuntur ab Jesu: ꝛ confugiunt ad spelūcas: postmodū in sortem veniunt sanctorum ꝛ pars domini appellantur sicut regnum Hierusaleз: vel Lachis: vel Chebron. In quo hoc arbitror indicari: quod etiā isti quinqз sensus: quos supra exposuimus in corpore positi: cū per Jesum fuerint deuicti: ita vt infidelitas ab eis: ꝛ incredulitas depellatur: ꝛ cum moriuntur peccato in eo: qđ desinūt a ministerio peccati: istis ipsis postmodum ministris vtet aīa ad operandā iustitiaз: ꝛ ita fit: vt Hierusaleз: in qua prius rex nequā regnabat ꝛ pessimus: postmodum in ea regnet Dauid potens manu: vel pacificus Salomon Assident etenim ēt ijs ipsis: quos diximus: corporalibus sensibus holum maligne virtutes: que eos ad malas ꝯcupiscentias: ꝛ foeda ministeria anime prebenda sollicitent. Quas malignas virtutes cum fides Christi superauerit: ꝛ in ligno crucis eius fuerint suspense: vt ꝛ de ipsis triūphet in ligno crucis sue: interemptis ijs: regnoqз depulsis: tūc efficitur aīa in parte dei: tunc Hierusalē regnum dei efficitur: ꝛ tēplum in ea dño cōstruetur. Aut non hoc de semetipso sentiebat ille: qui dicebat: qꝛ eramus aliqñ ꝛ nos insensati: increduli: errātes: seruiētes desyderijs: ꝛ voluptatibus varijs? Nō.n. aliud est hoc quod Hierusalem aliquādo fuisse sub rege Adonibeie scribitur: vel alie ciuitates sub alijs. Sed intātuз Jesus interfecit inimicos: non crudelitatem docens per hoc: sicut heretici putāt: sed futura sacramēta designās de ijs: que gerebātur: vt cum interemerit eos reges: qui regnuз peccati tenent in nobis. possimus illud implere ꝗd dixit Apostolus: sicut exhibuimus mēbra nr̄a seruire inīqtati ad iniquitatē: ita nūc exhibeamus mēbra nostra seruire iustitie in sanctificationem. Quid ergo est quod ab eis hoc loco velut crudele culpatur? Hoc (inquit) quod scriptuз est: ponite pedes vestros super collum eorum: ꝛ interficite eos. Quid quod hec non crudelitas: sed humanitas: ꝛ benignitas inuenitur? Utinam ꝛ tu talis esses: qui poneres pedes tuos super serpentes: ꝛ scorpiones: ꝛ supra omnem virtutem inimici: ꝛ conculcares draconem: ꝛ basiliscum regulum: qui aliquando regnauit in te: ꝛ tenuit in te regnum peccati: vt illis omnibus interēptis: qui in te regnabāt opere peccati: solus in te regnet Christus Jesus dominus noster: cui est gloria: ꝛ imperiū in secula seculoꝝ. Amen

¶ De eo qđ spiritaliter intellegi debeant bella: que gessit Jesus. Homilia. XII.

SI ea: que per Moysen de tabernaculo vel sacriſicijs: ꝛ oī illo cultu adūbrabantur: typus: ꝛ vmbra dicūtur esse celestium: sine dubio ꝛ bella: que per iesum gerūtur: ꝛ regnū atqз hostium strages celestiuз vmbra: ꝛ typus esse dicenda sunt: eoꝝ dūtaxat belloꝝ: que dominus noster Jesus cum suo exercitu: ꝛ magistratibus: idest credentium populis: atqз eorū ducibus contra diabolum: ꝛ eius angelos preliatur. Ipse eniз est: qui in Paulo: ꝛ in Ephesijs pugnat aduersus pricipatus: ꝛ potestates: ꝛ rectores tenebrarum harum: aduersus spiritalia nequitie in celestibus. Et vide ingrate heretice: quomodo ex integro veteribus noua concordant. Promissum est veteribus regnū terre sancte: terre fluentis lac ꝛ mel: que terra tunc a peccatoribus: ꝛ pessimis incolis: ac regibus tenebatur. Uenit in istam terraз Jesus cuз exercitu domini: ꝛ israeliticis ducibus: expugnat omnes: interimit: obtinet: ꝛ ob victorie meritum accipit eorum regna: quos vicit. Tibi per euangelia non promittuntur regna terre: sed promittuntur regna celorū. Sз hec regna non sunt vacua: nec inania. Habent habitatores suos peccatores ꝛ nequam spiritus: angelos refugas. Ibi habitant illi: aduersum quos te apostolica personās tuba Paulus cohortatur ad preliuз: ꝛ sicut ibi dicebat Jesus: quia belluз vobis erit aduersum Amorreos: ꝛ Phereзeos: ꝛ Eueos: ꝛ Jebuseos: similiter tibi ēt hic Paulus denūciat dicens: non erit vobis pugna aduersus carnem: ꝛ sanguinē: idest non sic pugnabimus sicut pugnauerūt antiq: nec in terris nobis aduersus homines habēda sunt prelia: sed aduersus principatus: ꝛ aduersus potestates: aduersus mūdi huius rectores tenebrarum. Jam vtiqз intellegis in ꝗbus locis huiuscemodi sint tibi mouēda certamina. Aut si tibi non sufficit intellectus: nisi etiaз loca ipsa manifesta tibi voce signenē: audi in ꝯsequētibus. Aduersum spiritalia nequitie in celestibus.

lestibus. Audisti qui sint illi: qui tibi bello: ꝛ de celestibus expellendi sunt: vt tu possis loca illa regni celorum hereditatis sorte suscipere. Sed ꝛ dñs in euãgelio nõne euidẽter hec indicat cum dicit. A diebus Joãnis regnũ celorũ vim patitur: ꝛ viꝫ faciẽtes diripiũt illũ? Quid ergo cessas o heretice etiã dño ꝛ Saluatori nostro calũniã facere: qui regnũ celoꝝ: quod credentibus in se ꝓmiserat: per vim diripi iubet? ꝛ, vtiqꝫ si adhibenda vis est certũ est qꝺ possidentibus adhibẽda est. Vim eniꝫ facere: hoc ẽ expellere possidentem: possessioneqꝫ diripere. Dicite ergo qd aliud est: quod accusatis fecisse Jesum successorem Mosei? Et atqꝫ vtinaꝫ digni essemus quibus dñs Jesus sapiẽtie sue aulam panderet: ꝛ introduceret nos intra thesauros scientie sue: ꝛ ea de quibus nũc ꝓpederẽtim conamur: tãꝗ per speculuꝫ: ꝛ in enigmate aliqua ex parte cõtueri ꝛ inspicere figuras plenius nobis reserare: ꝛ ꝑfectius dignaref aperire: videres quomodo nobis clarescceret cuius potissimum ex spiritalibus hostibus ijs: q nũc impugnant israel spiritalem figurã tenuit iste princeps de Mageda: ꝛ ille de Lachis: ꝛ ille de Lebna: aut cuius itra temetipsum vitij: vel erroris: quibus anima implicatur: formaꝫ tenent singuli quiqꝫ horum: quos Jesu duce interfecit populus dñi: ij videlicet qui audiunt mandata eius: ꝛ precepta custodiunt: quibus ipse tribuit facultateꝫ calcãdi super serpentes ꝛ scorpiones: ꝛ super omnem potestatẽ inimici. Oremus ergo vt ꝛ nr̃i pedes tales sint: tam speciosi: taꝫ validi: qui possint calcare ceruices inimicorum: qui possint ita caput calcare serpentis: vt calcaneum nostrũ mordere non possit. Qui enim pugnat sub Jesu duce aduersuꝫ contrarias potestates: debet etiam illud ꝓmereri: quod de prioribus bellatoribus scribitur. Et reuersus est (inqt) vniuersus populus ad Jesum incolumis: ꝛ non mutiuit quisꝗ de filijs israel in lingua sua. Vides ergo quia qui sub Jesu militat: incolumis debꝫ redire de ꝑlio: nec vsquã debet ex iaculis maligni ignitis vulnus accipere: non in corde pollui: non in cogitatione maculari: non per iram: non per cupiditatem: non per aliam quãlibet occasioneꝫ: demoniacis vulneribus locuꝫ dare. Quod auteꝫ addidit: quia nullus mutiuit in lĩgua sua: hoc mihi videtur ostendi: quia de victoria nemo se iactauit: nemo sue virtuti: quia superauit: ascribit: sed scientes quia Jesus est: qui victoriam tribuit: ipsi in lingua sua non mutiũt. Quod bene intellegens apostolus Paulus dicit: non autem ego: sed gratia Dei: que in me est. Puto aũt: quia ad hoc respicit ꝛ illud domini mandatum quo ait. Cum autem feceritis omnia hec: dicite quia serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Et in hoc enĩ simili modo rerum ꝓspere gestarum videt ꝓhibere iactãtiã. Sed Martion: ꝛ Valẽtinus. ac Basilides: ceteriqꝫ cum ipsis heretici: duꝫ hec nolunt: sicut sancto spiritu dignum est intellegere: declinauerunt a fide: ꝛ inseruerũt se impietatibus multis: alium deum legis: ꝛ mũdi creatorem: ac iudicem proferentes: velut ꝑ hec: que scripta sunt: crudelitatem quandam docentem: quod calcare hostium ceruices iubentur: atqꝫ in ligno suspendere reges terre illius: quam violenter inuadunt. Atqꝫ vtinam dominus meus Jesus filius dei mihi istud cõcedat: ꝛ iubeat me pedibus meis cõculcare spiritum fornicationis: ꝛ calcare suꝑ ceruices spiritus iracundie: ꝛ furoris: calcare auaritie demonem: calcare iactantiam: conterere pedibꝰ superbie spiritum. Et cuꝫ hec fecero operis gesti summam: non mihi: sed cruci eius appẽdere: sequenti Paulum dicentem: quia per ipm mihi mũdus crucifixus est: ꝛ ea: que iam superius memorauimus: quod ait: nõ aũt ego: sed gratia dei: que in me est. Quod si ita facere meruero beatus ero: ꝛ dicetur etiam mihi: qꝺ dicit antiquis Jesus. Viriliter agite: ꝛ confortamini: nõ timeatis: nec vereamini a facie eorũ: qꝛ dñs deus tradidit vobis oẽs inimicos vr̃os in manus. Hec si spiritalr̃ intellegamus: ꝛ huiuscemodi bella spiritaliter ꝓcuremus: ꝛ expellamus oĩa illa spiritalia neqtie de celestibꝰ: demuꝫ ipsoꝝ ita poterimus etiã loca ꝛ regna ab Jesu hereditatis sorte suscipere: ꝑstante dño ꝛ saluatore nr̃o Jesu Christo. Cui est gloria: ꝛ imperiũ in secula seculorum. Amen.

¶ De Lachis: ꝛ de Lebna: ꝛ de Chebron et ciuitatibus: quas receperunt filij israel.

Homilia. XIII.

Hec oĩa: que figuraliter accidebant illis: scripta sunt aũt ꝑꝑ nos in quos fines seculoꝝ deuenerũt: cuꝫ legit is: qui in manifesto iudeus est: ꝛ qui manifestã hꝫ in carne circũcisionẽ: nesciẽs quid sit in occulto esse iudeum in circuncisione cordis: nihil aliud putat esse: nisi bella descripta: ꝛ interitus hostiuꝫ: ꝛ israelitas duce Jesu vincẽtes: ꝛ diripiẽtes gẽtiuꝫ regna. Qui ꝟo in occulto iudeus ẽ: idest christianus: qui Jesum non tam filium Naue: sed filiũ dei sequit. Hec omnia mysteria itellegit eẽ regni celoꝝ: ꝛ dicit quia etiam nũc dñs meus Jesus Christus bellat aduersuꝫ virtutes cõtrarias: ꝛ eijcit eas de ciuitatibus: quas possidebant:

idest de animabus noſtris:⁊ interficit reges:q
regnabāt in aīabus noſtris:ne vltra regnet in
nobis peccatum:vt poſteaꝙ interemerit regeꝫ
peccati de ciuitate anime noſtre:fiat aīa noſtra
ciuitas dei:⁊ regnet in ea deus:⁊ dicatur ad
nos:qꝛ ecce regnum dei intra vos eſt.Eſt ergo
opus ſumme miſericoꝛdie hoc: quod heretici
crudelitatis accuſant:qđ dñs Jeſus adūbꝛatū
pꝛius a filio Naue per ſingulas quaſqꝫ ciuita-
tes:nunc in veritate per ſingulas quaſqꝫ ani-
mas credētiū complet:vt que poſſidebantur a
malis ⁊ peſſimis regibus ſm pꝛincipem aeris
mundi huius:ſpūs qui nunc operatur in filios
diffidētie:expulſis iſs:⁊ peremptis: facere eas
dignetur habitaculuꝫ dei:⁊ ſancti ſpiritus tē-
plum:vt membꝛa:que ſeruierant ſub rege ini-
quo iniquitati ad immunditiam:nunc ſeruiāt
iuſtitie ad ſanctificationeꝫ.Sic ergo intellege
quod interfecit Jeſus regem Hiericho:⁊ regē
Gai:⁊ regem Lebna:⁊ regē Lachis:⁊ regeꝫ
Ebebꝛon:vt iſte omnes que ante ſub regibus
peſſimis peccati legē colebant:nunc ſub dei le
gibus agant.Sꝫ ⁊ de ipſis interpꝛetationibus
noīum ſi curioſius:ac diligētius pſcrutemur:
inuenieť ſignificantia noīuꝫ nūc ad mali regni
regni:nunc etiam ad boni intellegentiam poſ-
ſe conferri.Utputa.Lebna cādoꝛ interpꝛeta-
tur.Cādoꝛ autem diuerſe intellegitur. Eſt.n.
candoꝛ lepꝛe:eſt ⁊ cādoꝛ lucis. Poſſibile ergo
eſt etiā nominis ipſius interpꝛetationē:vtriuſ-
qꝫ ſtatus differentias indicare:⁊ candoꝛem q-
deꝫ lepꝛe habuerit Lebna ſub regibus malis:
quo deſtructo atqꝫ euerſo:cū ad iſraeliticū re-
gnum peruenit Lebna:candoꝛē lucis accepe-
rit:qꝛ candoꝛ in ſcripturis ⁊ laudabilis:⁊ cul-
pabilis ponitur.Et iteꝝ Lachis iterpꝛetatur
iter.Iter autē ⁊ laudabile:⁊ culpabile in ſcri-
pturis habetur.Quod difficile nō eſt ꝓbare:
ſicut dicitur in pſalmis.Et iter impioꝛuꝫ peri-
bit.Et alibi e cōtrario:iter rectum facite pedi
bus veſtris. Pōt ergo intellegi etiam hic: ꝙ
iter impioꝝ fuerit pꝛimo ciuitas Lachis: quo
deſtructo:atqꝫ ſubuerſo:poſtmoduꝫ iſraelitis
regnātibus:ad iter perducta ſit rectum. Silr
autem ⁊ Chebꝛon:quā interpꝛetari dicūt con
iunctionē:vel cōiugiū.Cōiunctio vero aīe no-
ſtre fuit pꝛimo cum malo viro:⁊ marito peſſi-
mo diabolo:quo deſtructo:⁊ extincto liberata
eſt a lege pꝛioꝛis:⁊ peſſimi viri:⁊ coniūcta ē vi-
ro bono:⁊ legitimo:illi de quo dicit apoſtolus
Paulus:ſtatuti autē vos vni viro : virginem
caſtā exhibere Chꝛiſto.Sic ergo etiam noīum
ipſoꝝ intellegētia ad geminum hunc vniuſcu-
iuſqꝫ ciuitatis conſonat ſtatū.Ego puto quod
ſic melius eſt intellegi bella iſraelitica:⁊ qđ ſic
melius pꝛeliari Jeſus puteť:⁊ deſtruere vꝛbes:
ac regna ſubuertere.Sic enim ⁊ illud dictum
religioſius:⁊ clementius apparebit quod dici-
tur ita ſubuertiſſe:⁊ vaſtaſſe ſingulas quaſqꝫ
vꝛbes:vt nihil in eis relinquereť quod ſpiraret:
neqꝫ qui ſaluus fieret:neqꝫ qui effugeret.Uti-
nam eniꝫ dominus de animabus credentibus
ſibi:⁊ quas ſuo vēdicat regno:⁊ de mea ipſius
anima ita eijciat:⁊ extinguat omnia ꝑoꝛa ma-
la:vt nullus in me malitie ſenſus vltra reſpi-
ret:nullus ire: nullus concupiſcentie alicuius
male in me ſaluetur affectus:nullus ſuperſit:q
effugiat ſermo malus de oꝛe meo.Sic eniꝫ po
tero Jeſu duce purgatus ab omnibus pꝛioꝛi-
bus malis:effici in ciuitatibus filioꝝ iſrael: de
quibus ſcriptum eſt:edificabūtur ciuitates iu-
de:⁊ habitabunt in eis.Eteniꝫ nunc vniuſcu-
iuſqꝫ noſtrum aīam Jeſus deſtruit:⁊ edificat:
⁊ ſicut dicebamus tūc cū Hieremiam differe-
bamus:qui acceperat verba in os ſuum qbus
ſubuerteret:⁊ edificaret:euelleret: ⁊ plātaret:
ita etiam nunc in iſs:que habemus in manibꝰ
intellegendum puto:non ſm hereticos: vel ſꝫ
iudeos:ſꝫ ſicut ibi ad Hieremiam dictum eſt.
Ecce cōſtitui te hodie ſuꝑ gentes:⁊ regna:era
dicare:⁊ ſubuertere:⁊ ꝑditum dare:⁊ poſt hec
edificare:⁊ plantare:ita ⁊ de iſs:que per Jeſuꝫ
ſcribūtur geſta credēdum eſt:immo potius de
iſs:que per noſtrum dñm Jeſum etiam nūc ge
runtur in nobis. Pꝛimum namqꝫ opus verbi
dei eſt:eradicare pꝛecedentia mala:ſpinas : ac
tribulos vitioꝛum.Dum enim iſte male radi-
ces occupatam detinent terram:non poteſt ſe-
mina bona:⁊ ſancta ſuſcipere.Neceſſariuꝫ er-
go ⁊ pꝛimum hoc opus verbi dei eſt:plātā era-
dicare peccati:⁊ omnem plātam:quā non plā-
tauit pater celeſtis euellere: igniqꝫ cōſumere.
Secundi iam operis eſt plantare.Quid eſt:qđ
plantat deus? Moyſes dicit:quia paradiſum
plantauit deus:⁊ quotidie plātat in animabꝰ
credētiuꝫ.In anima enim: de qua excidit irā:
manſuetudinē plantat:⁊ de qua excidit ſuper-
biam:plantat humilitatē:de qua eradicat la-
ſciuiam:pudicitiaꝫ plantat:⁊ de qua extirpat
ignoꝛantiam:inſerit ſciētiam. Non tibi videť
talis eſſe debere plātatio:quam plantat deus:
magis quā inſenſibiliuꝫ:terrenoꝛūqꝫ lignoꝝ?
Eſt item in pꝛimis opus verbi Dei deſtruere
edificia diabolica:que in anima cōſtruxit hu-
mana.Ille etenim turres ſuꝑbie in vnoquoqꝫ
noſtrum:⁊ muros elatiōis extruxit:hec ſermo
dei ſubuertit ⁊ ſubꝛuit:vt merito ſm Apoſto-
lum efficiamur dei cultura:⁊ dei edificatio: ſu
pꝛa fundamētum apoſtoloꝝ:⁊ pꝛophetaꝝ: po
ſito ipſo ſummo angulari lapide Chꝛiſto Je-
ſu:ex quo

163

su: ex quo iunctura edificij crescat in tēplū dei in spiritu: ꝛ ita demum effici mereamur in hereditatem terre sancte: in parte israelitica: extinctis omnibus: ꝛ peremptis hostibus nostris ita vt nō relinquatur ex eis: qui respiret in nobis: sed solus in nobis respiret spiritus Christi per ora: ꝛ sermones: ꝛ intellegentiaꝫ spiritalem ſm doctrinam Jesu Christi domini nostri. Cui est virtus: ꝛ potestas in secula seculorum. Amen.

¶ De Jabin rege Asor: ꝛ de ceteris regibus qui congregati sunt aduersum israel.

Homilia.XIIII.

HAs easdem scripturas ante aduentum quidem domini nostri Jesu Christi cū legeret israel ille: qui ſm carnem est: nihil aliud in ijs: nisi bella: ꝛ effusionem sanguinis intellegebat: ex quo etiam ad nimiam ferocitatē acuebantur animi eorūꝫ: ꝛ semper bellis: ac seditionibus pascebatur. Postea vero ꝙ presentia domini mei Jesu Christi humanis cordibus placidum scientie lumen infudit: quippe cum ſm Apostolum ipse sit pax nostra: pacem nos docet ex ipsa lectione bellorum. Pax eniꝫ redditur anime: si ab ea hostes sui peccata: ac vitia propellantur. Et ideo ſm traditioneꝫ domini nostri Jesu Christi: cū nos legimus ista: armamur etiam nos: ꝛ concitamur ad preliū: sed aduersus illos hostes: qui de nostro corde procedunt: cogitationes scilicet malas: furta: falsa testimonia: blasphemias: ceterosqꝫ ijs similes aduersarios anime nostre: de qua conamur ſm quod hec scriptura refert: si fieri pōt non relinquere vlluꝫ: qui saluus fiat: neqꝫ qui respiret. Si eniꝫ hos hostes obtinuerimus: cōpetenter obtinebimus aerias potestates: ꝛ regno suo eas: quod intra nos supra vitiorum sedes collocauerant: depellemus. In prioribus lectionibus rex Hierusalem cōgregauerat secum alios quatuor reges: aduersum Jesum ꝛ aduersum filios israel: nunc autē iam nō vnus quatuor cōgregat: aut quinqꝫ: sed vide vnus quantam multitudinem congregat. Ut auteꝫ audiuit (inquit) Jabin rex Asor: misit ad Jobab regem Amorreorūꝫ: ꝛ ad regē Symeon: ꝛ ad regē Zif: ꝛ ad reges: qui erant circa Sydonem magnam: ꝛ per montana: ꝛ in Araba que est cōtra Ceneroth: ꝛ ad campos: ꝛ Infaneandor: ꝛ ad Chananeos: qui erant in maritimis ab oriēte: ꝛ ad Amorreos: q erāt ī maritimis: ꝛ ad Cetheos: ꝛ ad phereꝫeos: ꝛ ad Jebuseos: qui erant in mōtanis: ꝛ Eueos: q erāt sub deserto Masecma: ꝛ exierunt ipsi: ꝛ reges eorum cūꝫ ipsis sicut est arena maris in multitudine: ꝛ equi: ꝛ quadrige multe nimis. Et cōuenerunt omnes reges isti: ꝛ coierunt in vnuꝫ ad aquam Maron pugnare contra israel. Dixit autem dominus ad Jesum. Non verearis a facie illorum: quia crastina die ad hanc horā ego tradam eos sauciatos ante faciem israel. Equos eoruꝫ subneruabis: ꝛ currus eorū igni exures. Et venit Jesus: ꝛ omnis populus bellatorum cum eo super ipsos ad aquā Maron: ꝛ subito irruit sup eos in monte: ꝛ tradidit eos dominus in manus israel: ꝛ cedentes eos persecuti sunt vsqꝫ ad sydonem magnam: ꝛ vsqꝫ in Masefoth ad aquā: ꝛ vsqꝫ ad cāpos Masfe: contra orientem: ꝛ trucidauerūt eos vsquequo nō superesset ex eis: qui euaderet. Et fecit eis Jesus sicut p̄cepit ei dominus: ꝛ equos eorum subneruauit: ꝛ currus eorum exussit igni. Et conuersus est Jesus in ipso tempore: ꝛ occupauit Assor: ꝛ regem eius interfecit gladio. Uides quanta aduersum Jesum: ꝛ israeliticū exercitum: contrariarum virtutuꝫ: ꝛ pessimorum demonum examina cōcitentur? Isti omnes demones ante aduentum domini: ꝛ Saluatoris nostri: queti ꝛ securi humanas animas possidentes: in earum mentibus: corporibusqꝫ regnabant. Sed vt in terris apparuit gratia: ꝛ misericordia Saluatoris nostri dei: edocens nos vt pie: ꝛ sancte in hoc mundo: ꝛ segregati ab omni contagione peccati viuamus: vt libertatem suam: atqꝫ imaginem dei: in qua ex initio creata ē anima vnaquecqꝫ recipiat. Ista de causa ab illis iniquis veteribus possessoribꝰ earum pugne exoriuntur ꝛ prelia. Et si opprimātur primi: multo plures exurgunt postmodū: atqꝫ in vnum coeunt: ꝛ conspirant in malum: qui semper diffident a bono: ꝛ si secundo victi fuerint: iterum tertio alie virtutes nequiores exurgunt. Et fortassis quanto magis augetur populus dei: ꝛ multo plus crescit ꝛ multiplicatur: tanto illi plures ad oppugnandum conspirant. Sed tempus est: prout deus dederit discutere singulos quosqꝫ aduersi exercitus reges: ꝛ pro significantijs nominum vniuscuiusqꝫ etiam opus: quod gerit in malitia contemplari. Primus omnium: qui ꝛ auctor belli huius nominatus est: congregās ceteros: ꝛ ad cōiurationem sceleris inuitans. Jabin nominatur: qui erat rex Asor. Ipse est enim: qui dicitur etiam ceteros conuocasse. Jabin autem interpretatur sensus: siue prudentia. Quis ergo est iste sensus: siue prudentia: nisi ille: quem dicit Esaias propheta Sensum magnū? Ait. n. Et inducam super Sensum principem Assyriorum: qui dixit: mea virtute faciam: ꝛ sapiē-

tia sensus mei auferam fines gentium: et virtutem eorum depredabor. Iste ergo est: qui ibi quidem dicitur sensus magnus rex Assyriorum hic autem Iabin: sensus vel prudentia. Etenim serpens fuisse in paradiso scribitur prudentior omnium bestiarum: que erant super terram. Sed et vilicus iniquitatis prudenter fecisse dicitur illa que fecit. Hic igitur Iabin: rex est Asor. Interpretatur autem Asor aula. Est ergo omnis terra aula huius regis: qui totius terre: velut aule vnius obtinet principatum: qui est diabolus. Vis autem videre quoniam aula ipsius est terra? In euangelijs scriptum est: quia fortis in aula sua securus dormit: vsquequo veniat fortior: qui et ipsum alliget: et que possidet: auferat. Est ergo rex aule: princeps mundi huius iste mittit ad Iobab: ipse est enim: qui mittit ad omnes gentes: et inuitat ad prelium. Mittit et ad regem Maron. Iobab quidem interpretatur inimicitie. Maron autem amaritudines. Mittit ergo diabolus ad aliam virtutem inimicam ex angelis sine dubio refugis: que virtus amaritudinum rex est: quo auctore scilicet operam dante: que omnes in hoc mundo amaritudines: et asperitates miseris mortalibus insigunt: eueniunt. Sunt autem ista diuersa genera peccati. Neque enim aliquid amarius potest esse peccato: etiam si quedam dulcia videantur in primis: sicut Salomon scribit. Sed in nouissimis (inquit) amarius felle inuenies quod dulce in initijs videbatur: et acutius acie gladij. Iustitie vero natura contraria est: in initijs videtur amarior: in nouissimis vero melle dulcior inuenitur: cum virtus fructus attulerit. Misit igitur diabolus ad Iobab inimicum amaritudinis regem. Mittit autem etiam ad regem Symeon: qui interpretatur exauditio. Sed duplex videtur esse exauditio. Aliquando quidem eum exaudiuit homines deus: secundum quod et Symeon vnus ex patriarchis nomen accepit: quoniam quidem exaudierat deus precem matris eius. Dicitur autem exauditio: qua quis exaudit preceptum diaboli. Solet enim dicere diabolus: si procidens adoraueris me: tibi dabo hec omnia. Sed tu si Iesum requiris: dicis ei: dominum Deum adorabo: et ipsi soli seruiam. Audiant autem illum: qui sunt ex parte eius: sicut et nunc fecit iste Symeon: illum audiens venit ad pugnam contra Iesum. Mittit autem et ad regem Zif. Zif autem interpretatur quomodo fluit: velut admiranti sermone: quia et re vera mirandum est: quomodo fluunt omnia: que sunt huius mundi carnalia: et quomodo fluxa sunt et caduca: que apud infideles homines permanentia deputantur: et perpetua. Qui autem rerum consyderat rationes: et vite huius: que putantur bona contuetur: quomodo semper mutentur: et transeant: iste dicit quomodo fluit. Vocat autem contra filios israel diabolus etiam eos: qui circa Sydonem magnam sunt. Ego quidem cum in locis Sydonis aliquoties demoratus sim: nunquam comperi duas esse sydonas: vnam magnam: et aliam paruam: quantum ad terrenum pertinet locum. Sed si ad interpretationem nominis redeam: quod significat venatricem: vel venatores: video quod aduersariarum virtutum: in quibus multe sunt differentie: quidam sunt venatores et in paruis: et quidam venatores in magnis: idest quod alij per parua peccata animas: alij per magna decipiunt. Verbi gratia: cum in voluptatibus seculi: et carnis delitijs anima decipitur: in paruo capta dicenda est. Cum vero aut prouidentiam negat: aut demones quasi deum colit: hec in magno putanda est esse decepta. Et ideo nunc mittit ad Sydonem: qui quasi ad venationem magnam conueniant contra filios israel. Mittit et ad montana. Montana intellegenda sunt omnis sensus: qui extollit se: et erigit aduersus scientiam dei. Mittit et in Araba. Interpretatur autem Araba insidie. Inuitat ergo virtutes insidiatrices: que humanas animas non vi: nec aptis inpugnationibus: sed improuisis insidijs: calidisque decipiant: forte quales sunt et illi: de quibus propheta dicit: insidiatur in occulto sicut leo in cubili suo: insidiatur vt rapiat pauperem. Sed si quis talis est: qualis Paulus: confidenter dicit. Non enim ignoramus astutias eius. Mittit et in Cenereth. Interpretatur autem Cenereth quasi lucerne. Non lucerne: sed quasi lucerne. Aliud est enim lucerna: aliud quasi lucerna. Iohannes lucerna erat ardens: quia erat angelus lucis. Quasi lucerna autem est ille: qui transfigurat se in angelum lucis. Et si vis adhuc euidentius noscere differentias lucernarum: et quasi lucernarum: que in Cenereth sunt: audi Saluatorem dicentem ad discipulos suos. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne vestre ardentes. Sunt ergo eorum qui in ecclesia fidem catholicam docent: et plebem Dei verbo veritatis illuminant lucerne ardentes. Si vero: qui heretica dogmata ex scripture sancte testimonijs fallis assertionibus docent: pro eo: quod scripturas legunt: videntur accendere lucernas. Sed quia falsis assertionibus vtuntur: non sunt lucerne: sed quasi lucerne. Misit etiam ad campos. Necesse enim erat: vt in societatem suam vocaret etiam eos: qui in campis sunt: et humilia sapiunt: ac terrena. Misit et in Fenedor: qui interpretatur

qui interpretatur conuersio. Et conuersio du-
plex intelligitur. Est enim conuersio: qua quis
ad deum conuertitur: vel a deo est conuersus
ad bona. Est autem ⁊ illa cõuersio: qua rex Ja
bin: idest diabolus ad se animas conuertit: si-
cut ⁊ de Symeone supra exposuimus: qualis
putanda est: ⁊ illa conuersio: que Galathis ac
ciderat: de qua dicit Apostolus. Currebatis
bene quis vos impediuit: hoc est ꝯuertit a cur-
su bono: ⁊ itinere recto? Mittit ⁊ ad eos: qui
erant in maritimis locis: ad vicinos fluctuum
Chananeos: qui interpretantur velut commo
tio: idest qui semper in motiõibus: ⁊ fluctibus
ꝑmanent: ⁊ ad maritimos Amorreos. Amor-
rei interpretantur amarescentes: qui sunt simi
les illis: de quibus superius disseruimus. Ta-
lis igitur est catalogus totius militie inuisibi-
lium hostium qui congregantur per regẽ Ja-
bin: vt expugnent nos: qui sequimur ducem
Jesum ⁊ Saluatorem nostrum. Sed quid di-
cit dominus? Ne verearis (inquit) a facie eo-
rum: quia crastina die hac hora tradaꝫ eos in
manus tuas. Video quod hodie nõ possumus
illos omnes opprimere: nec cũctos interficere:
sed crastino perimentur: idest post consumatio
nem huius seculi. Tunc etenim omnis virtus
contraria destruetur: ⁊ tunc penitus vincetur
cum videris ijs: qui a sinistris sunt dici. Ite in
ignem eternum: quem preparauit deus diabo
lo: ⁊ angelis eius. Tunc.n. ⁊ nos si vicerimus:
⁊ obtinere poterimus sequentes Jesum ducẽ:
percipiemus regnum: quem preparauit deus
pater sanctis suis: ⁊ ijs: qui mandata eius: ⁊ iu
stitias impleuerunt: per ipsum dominum no-
strum Jesum Christum: cui est gloria: ⁊ impe
rium in secula seculorum. Amen.

¶ In ea que consequuntur post Jabin: ⁊ fecit
Jesus (inquit) sicut preceperat ei dominus.

Homilia.XV.

Nisi bella ista carnalia figuram bellorũ
spiritalium gererent: nunquã (opinor)
iudaicarum historiarum libri discipulis Chri
sti: qui venit pacem docere: legendi in ecclesijs
fuissent ab Apostolis traditi. Quo eniꝫ eis bel
lorũ proficeret ista descriptio: quibus dicitur
ab Jesu: pacem meam do vobis: pacem meã
relinquo vobis. Et quibus per Apostolum iu-
betur ⁊ dicitur: non vosmetipsos vindicãtes:
⁊ magis iniuriam accipite: ⁊ magis fraudem
patimini. Unde deniq; sciens Apostolus nul-
la nobis iam vltra bella esse carnaliter peragẽ
da: sed anime certamina contra spiritales ad-
uersarios desudanda: velut magister militie
preceptũ dat militibus Christi dicens indui-
te vos arma dei: vt possitis stare aduersus astu
tias diaboli. Et vt horum spiritalium bellorũ
ex veterum gestis habere possimus exempla:
istas nobis rerum gestarum narrationes in ec-
clesia voluit recitari: vt nos si spiritales sumus
audientes: quia lex spiritalis est: in ijs que au-
dimus spiritalibus spiritalia comparemus: ⁊
contemplemur ex ijs gentibus: que carnalem
israel visibiliter oppugnarunt: quante sint gẽ-
tes contrariarum virtutum: ex spiritalibus: q
dicuntur spiritales nequitie in celestibus: que
aduersus ecclesiam domini que est verus isra-
el suscitent bella. Moabite veniunt ⁊ Amma-
nite: ⁊ omnes illi reges: ⁊ gẽtes inuisibiles: quas
superius memorauimus: aduersum nos veni-
unt pugnaturi: ad hoc vt peccare nos faciant.
Quia sicut corpus accepto ferri vulnere mori-
tur: ita ⁊ anima accepto peccati vulnere mori-
tur. Et puto quod eadem frequentius dicere
nobis quidem pigrum esse non debeat: vobis
tamen necessarium sit. Utinam enim vel fre-
quentius dicta: hec animis vestris crebro in-
culcata teneatis: vt non hec legẽtes: vel iudai-
cum in ijs sensum teneatis: vel hereticum. Sꝫ
posteaquam generaliter commonuimus: non
erit superfluum etiam speciatim de ijs: que le-
cta sunt: pauca disserere. Repetẽtes igitur ea:
que in superiorib⁹ omissa fuerant: disseramus.
Et fecit (inquit) eis Jesus sicut preceperat ei
dominus. Equos eorũ subneruauit: ⁊ currus
eorum exussit igni. Et conuersus Jesus in illo
tempore occupauit Asor: ⁊ regem eius occidit
gladio. Et interfecit omneꝫ: qui spirabat in ea
in ore gladij: ⁊ exterminati sunt omnes: ita vt
non relinqueretur in ea: qui respiraret. Man-
datum dicitur a Deo datum ad Jesuꝫ: vt po
steaquam expugnasset hostes superius memo-
ratos: nulli parceret: sed equos eorum subner-
uaret. Unde velut mandatum dei implens Je
sus: fecit sicut precepit ei dominus. In quo pri
mo omniuꝫ dicimus ad eos: qui volunt ꝓm lit-
teram tantum hec intellegi: quia si quidem su
perfuissent aliqui ex hostibus: consequens vi-
debatur equos subneruari: ne vti eis quis pos-
sit ad fugam. Nunc vero cum dicatur nullus
relictus esse qui spiraret in hostibus: cur etiam
equi subneruari iubẽtur: qui vtiq; vsui: ac mi
nisterio poterant esse victoribus. Vis auteꝫ sci
re: quia soleant israelite huius rei: ⁊ vtilitatis
habere curam: ⁊ deuictis hostibus: ad suos
vsus reseruare iumenta? In Numeris legi-
mus scriptum: quia cum ex precepto Dei pro
cessissent pugnare aduersum Madianitas de-
uictis hostibus aliquot millia asinorũ de pre-

da hostium reseruarunt suis vsibus profuturos: nec omnino refertur ibi: quia interfecerint asinos: hostibus superatis. Nos ergo scripturam sanctam sibimetipsi conferentes: et spiritalibus spiritalia comparantes: requiramus quid est quod de asinis quidem nõ est scriptũ: quia subneruati sunt: nec Madianitarum spolia: vel animalia interempta dicantur: sed pro fuisse israeliticis vsibus. De istis autẽ qui nõ habebant asinos: sed equos precepit ipse Dominus: et dicit: equos eorum subneruabitis. Quod et Iesus sicut a domino mandatur: expleuit. Putamus hec accidisse fortuitu: vt eq hostiles interimerentur: et asini seruarentur: et in preceptis dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius videtur: vt putemus magis in ijs scripturam mysticum aliquid indicare? Deniq et filij israel nunquam equis vsi eẽ referuntur: et lex nihil de equis: sed de asinis mandat: vtpote de animalibus: que ad humanos labores iuuandos: et ad onera eorum portanda videntur existere: equi vero magis ad hominum perditionem. Hoc enim est: quod per eos in prelijs geritur. Lasciui motus animal: et superbe ceruicis accipitur. Sunt ergo asini frequenter a scriptura in typo gentium positi: sicut et Saluator ostenditur supra asinum sedens: nunquam autem equo sedens refertur. Sed et cum discipulos mittit ad soluendaẽ asinam: et pullum asine: dicit eis. Si quis vos interrogauerit: dicite: qr dominus eos opus habet: et sedens super eum ingreditur Hierusalẽ et nunquam equo sedens igressus esse dicitur. Sed et propheta de ipso ita pronunciauerat: quod sedens asino veniret ad Hierusalem dicens. Ecce rex tuus mansuetus sedens super subiugalem: et pullum asine nouellum. Et exterminabit currus Effrem: et equuẽ ex Hierusalẽ. Vides ergo quomodo ꝓm prophete sententiam: qui super asinum sedet exterminabit currus Effrem et equum de Hierusalem. Et ideo videntur mihi asini quidẽ (vt diximus) figuram seruare eorum: qui ex gentibus credunt: super quibus sedisse scribitur dominus: equi vero qui exterminantur et currus: figuraẽ tenere illorum: qui in celestibus positi: per lasciuiam: et superbiam deciderunt: quando vel ad filias hominum concupiscendas semetipsos incestatores prebuerunt: vel secuti sunt illũ: qui dixit: ponam super nubes sedem meam: et ero similis altissimo. Inde fortassis est: quod propheta dicit: falsus equus ad salutem. Et iterũ dicit de ijs: qui in demonibus confidebant. Ji in curribus: et ij in equis: nos autem in nomine dei nostri magnificabimur. Neq enim currus: et equos deo contulisset quantum ad inuocandum expectat: sed vtiq hoc ostendit: quia sicut nos inuocamus deum verum: ita illi inuocant currus: et equos: idest demones: quos inuocabant gẽtes ille: que aduersus israel bellum gerebant. Sed et egyptiorum equos commemorat scriptura: et istos ipsos: quos nũc interimi iubet. Unde hoc intellegi datur: quod in typo quidem asinorum gentes: que ad credulitatem veniunt: merito reseruantur: in typo vero equorum: et currnum: demones q humane saluti aduersarij sunt: et inimici: merito perimuntur. Sed et si passiones corporis: idest libidinem: lasciuiam: vel superbiam: ac leuitatem: quibus infelix anima velut equitans vectatur: et fertur ad precipitia: equos nunc dici: et currus intellegamus: et ipsos esse: qui ex precepto dei subneruari iubentur: non erit rationi nostre contraria intellegentia. Subneruatur equus quippe quando ieiunijs: et vigilijs: et omni abstinentie afflictiõe corpus humiliatur. Et currus igni exuruntur: cum in nobis completur sermo domini dicentis: Ignẽ veni mittere in terram: et quam volo vt accendaẽ. Quo igne iam se illi ardere cõfessi sunt: qui dicebãt: nonne cor nostrum erat ardens intra nos: cum adaperiret nobis scripturas? Ideo ergo et falsus equus dicitur ad salutem: si motus corporis nostri ferri permittamus infrenes: nec abstinentie iugo lasciuiam carnis: et superba colla subdamus. Sed et nunc si quis forte ex ijs: que dicimus Dei verbis stimulatur: atq compungitur: et is qui hesterno die pronus et feruidus: tanquam equus in libidinem ferebatur: hodie ijs auditis penitet: conuertitur: ac ꝓm prophetam a timore Dei confixus: refrenat se: et reuocat a peccato: et pudicam dehinc: castamq diligit vitam: videbimur etiam nos gladio verbi dei euaginato subneruasse equos: et magis per hoc digne impletur preceptum dei: quam si animalia quis equini generis de spolijs hostium capta subneruet. Quorum autem equi subneruantur? Est etiam hoc operepreciũ querere. Equos (inquit) Jabin subneruandos. Jabin autem prudẽtia interpretatur: vel sensus. Que est ista prudentia: vel quis sensus: cuius subneruandus est currus? Illius nimirum: de qua dicit Apostolus: quia prudentia carnis inimica est deo: et ille sensus: de quo dicit: inflati sensu carnis sue. Jabin xo rex Asor. Asor autẽ aula interpretatur. Hec est Asor: que omnium horum regnorum obtinere dicitur principatum: qui intellegitur princeps huius mundi regnans in aula: idest super terraẽ: vel quod magis est: in vitijs carnis. Sẽ et omnium

nsum illorum regum: quorum vsin sm nomi-
num suorum interpretationem iam ante expo
suimus: equi ab Jesu dicūtur interfici. Quo-
rum nos si recte sub Jesu duce militamus: de-
bemus in nobismetipsis ascidere vitia: et acce-
pto spiritali gladio subneruare omnes istū eq-
tatum pessimum vitiorum. Sed et currus de-
bemus incendere: idest omnem a nobis arro-
gantie: et elationis spiritum resecare: vt vltra
non equis neqz in armis: sed in nomine domi-
ni Dei nostri inuocemus. Quomodo autez in
nobismetipsis cōplebimus: et hoc quod dicit:
vt non remittatur vllus: qui respiret? Viden-
dum est quis sit: qui nec respirare quidem per
preceptuz domini iubetur. Verbi causa: si ira
ascenderit in cor meum: potest fieri vt opera q-
dem iracundie non impleam: vel metu deter-
ritus: vel etiā futuri iudicij timore cohibitus.
Sed non (inquit) hoc sufficit: agendū tibi po
tius est: quatenus ne ipsa quidem cōmotio ira-
cundie locum habeat intra te. Si enim efferue
scit animus: et conturbatur: etiaz si non imple-
uerit opus: ipsa tamen perturbatio indecēs est
ei: q sub Jesu militat duce. Similiter et de con
cupiscentie vitio: et de tristitie: ceterisqz omni-
bus: sentiendū est. De quibus cunctis ita agē
dum est discipulo Jesu: vt nihil omnino horū
in eius corde respiret: ne forte si parui alicuius
vitij: aut consuetudo: aut cogitatio relinqua-
tur in corde: processu temporis conualescat: et
paulatim vires latitando conquirat: atqz ad
vltimum reuocet nos ad vomitum nostrum et
fiant hominis illius: cui hoc acciderit: nouissi-
ma peiora prioribus. Hoc erat quod et prophe
ta prospiciens in psalmis p̄monet dicēs. Bea
tus: q tenet et allidet paruulos suos ad petraz:
Babilonis scilicet paruulos: qui nulli alij in-
telleguntur: nisi cogitationes male: que cor no
strum confundunt et conturbant. Hoc eniz in-
terpretatur Babylon. Que cogitationes dū
adhuc paruule sunt: et initia habent: tenende
sunt: et allidende ad petram: qui est Christus:
et ipso iubente iugulande: vt nihil in nobis re-
sideat: quod respiret. Sicut ergo ibi beatum
est Babylonis paruulos tenere: et allidere ad
petram: et cogitationes malas statim in initijs
necare: ita et hic beatum intellegendum est et
perfectum: si nihil relinquatur in nobis quod
possit gentiliter respirare. Et omnes (inquit)
reges eoruz interfecit Jesus in ore gladij. In
omnibus nobis regnauit peccatuz: et in omni-
bus nobis vitia regnauerunt: et fuit in nobis
omnibus regnū generale peccati: sicut et Apo
stolus dicit: omnes enim peccauerunt: et egent
gloria Dei. Vnusquisqz tamen habuit in se
aliquem specialem regem: qui in eo regnabat:
et dominabatur ei. Verbi causa: in alio regnū
tenebat auaritia: in alio superbia: in alio men-
dacium regnabat: in alio libido dominabat: et
alius regem patiebatur furorum. Quod autē
hec ita sint: et in vnoquoqz nostrum regnet pec
catum: apostolo Paulo crede dicenti. Ait.n.
Non ergo regnet peccatum in vestro mortali
corpore ad obediendum ei. Erat ergo regnuz
peccati in vnoquoqz nostrum antequam crede
remus. Postea vero: quam venit Jesus: et oc-
cidit omnes reges: qui in nobis tenebāt regna
peccati: precepit nobis interficere omnes istos
reges: et nullum ex eis relinquere. Si quis eniz
aliquem horum in semetipso seruauerit viuū:
in exercitu Jesu eē nō poterit. Si ergo regnat
in te auaritia: si iactantia: si superbia: si libido:
non eris israeliticus miles: nec imples prece-
ptum: quod dedit dominus ad Jesum. Sicut
constituit (inquit) ei Moyses puer domini.
Hic puer domini Moyses: sermo legis appel
latur: sicut et in euangelio dicit: habent Moy-
sen: et prophetas: audiant illos. Lex ergo pre-
cepit nobis interficere omnes reges peccati: q
nos prouocant ad peccatum. Sic fecit Jesus:
et non est transgressus quicquam ab omnibus:
que constituit ei Moyses. Diximus quidem
sm prioris expositionis ordinez: quia quecūqz
lex dei: qui nunc Moyses appellatur constitu-
it: implet Jesus in nobis: et ipse est: qui interi-
mit vitia: et nequissima peccati regna subuer-
tit. Potest autem etiā de ipso domino et Sal-
uatore nostro dici: quia que precepit Moyses
in lege fecit Jesus: et non est transgressus quic-
quam: quoniam quidez dicit Apostolus: quia
cum venisset plenitudo temporis misit deus fi-
lium suum factum ex muliere factuz sub lege.
Si ergo factus est sub lege: cuz sub lege esset:
omnia que lex mandabat: impleuit: vt nos re-
dimeret a maledicto legis. Sed et ipse de se di-
cit: quia non veni legem soluere: sed adimple-
re. Et accepit (inquit) Jesus omnes in bello:
quia per dominum factum est: vt confortarēt
cor eorum: et occurrerent in prelium contra is-
rael. Non dixit quia aliquos accepit Jesus in
bello: et aliquos nō accepit: sed omnes accepit:
idest cepit omnes: peremit omnes. Etenim spe
cies peccati purgauit dominus Jesus: omnes-
qz destruxit. Cuncti namqz eramus insensati:
increduli: errantes: seruientes desyderijs va-
rijs: in malitia: et inuidia agētes: odibiles: odi-
entes inuicem: et omne quodcūqz illud est pec-
cati genus: quod inuenitur in hominibus an-
tequam credant. Bene ergo dicit: qz omnes
occidit Jesus: qui exierunt ad bellum. Nulla

enim species peccati tanta est: qua non sit superior Jesus: qui est verbum ⁊ sapientia Dei. Omnia enim superat ⁊ vincit. An non ita credimus: quia omne genus peccati cum ad salutare lauacrum venimus aufertur? Hoc enim ⁊ Apostolus Paulus designat: qui cum vniuersa peccatorum genera dinumerasset: addit post omnia: ⁊ dicit. Et hec quidem fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis: in nomine domini nostri Jesu Christi. Hoc ergo modo omnes cepisse in prelio dicitur: ⁊ omnes peremisse: quia per dominum factum est: vt inualesceret cor eorum: ⁊ occurrerent in prelium contra israel: vt exterminarentur. Dum enim non veniunt inimice virtutes: que peccata operantur in nobis: nec prouocāt nos ad peccandum: nec lacessunt ad dimicandum interfici non possunt: nec exterminari. Ideo ergo deus dicitur permittere: imo ⁊ incitare prope modum aduersarias virtutes exire aduersum nos in prelium: vt ⁊ nos victoriā capiamus: ⁊ illi interitum consequantur. Unde mihi videtur esse infinitus quidam numerus contrariarum virtutum: pro eo: quod per singulos pene homines sunt spiritus aliqui: diuersa in ijs peccatorum genera molientes. Uerbi causa: est aliquis fornicatiōis spiritus: est ire spiritus: alius est auaritie spiritus: alius vero superbie. Et si eueniat esse aliquem hominem: qui ijs omnibus malis: aut etiam pluribus agitetur: omnes hos: vel etiam plures in se habere inimicos putandus est spiritus. Unde ⁊ per singulos plures esse credendi sunt: qr non singula singuli homines habent vitia: vel peccata committunt: sed plura ab vnoquoqꝫ videntur admitti. Et iterum non est putandū quod vnus fornicationis spiritus seducat euꝫ: qui (verbi gratia) in Britannijs fornicatur: ⁊ illum: qui in India: ⁊ in alijs locis: neqꝫ vnū esse ire spiritum: qui diuersis in locis diuersos homines agitet: sed puto magis principem q̄dem fornicationis spiritum vnum esse: innumeros vero esse: qui in hoc ei officio pareant: ⁊ per singulos quosqꝫ homines diuersi spiritus sub eo principe militātes: ad huiuscemodi eos peccata sollicitent. Similiter ⁊ iracundie spiritum principem vnuꝫ esse arbitror: innumeros vero esse sub ipso agētes: q per singulos quosqꝫ homines huiusmodi vitij peccata succendant. Similiter ⁊ auaritie vnum esse principē: sic ⁊ superbie: ⁊ ceterorum malorum: ⁊ ideo nō vnus principatus dicitur in contrarijs virtutibus ab Apostolo: sed plures: aduersum quos pugnam sibi esse ⁊ nobis omnibus scribit. Tamen reor omnium principem: velut eminentiorem quendam in nequitia: ⁊ in scelere celsiorem: qui totum mundum: quem isti ad peccata singuli quiqꝫ per peccatorum species ꝑ parte sollicitant: solius velut omnium principum dux: ⁊ totius nefande malitie magister exagitet: cuius figuram cum Jabin discuteremus pro paruo intellegentie nostre captu: in superioribus patefecimus. Puto sane quia sancti quiqꝫ repugnantes aduersus istos incentores peccatorum spiritus: ⁊ vincentes eos: atqꝫ eorum vnumquemqꝫ superantes iminuant exercitum demonum: ⁊ velut quamplurimos eorum interimant. Uerbi causa: vt is: qui caste: pudiceqꝫ viuendo fornicationis spiritum superauerit: non vltra fas sit illum spirituꝫ: qui ab illo sancto victus est: impugnare iterum aliuꝫ hominem: sed sicut illi spiritus: qui rogabant Jesum: ne in abyssum mitterentur: quod nūc interim dominus pro presenti dispēsatione cōcessit: ita consequēs videtur quod singuli quiqꝫ nequaꝫ spiritus cum vincitur a sanctis: vel in abyssuꝫ: vel in exteriores tenebras: vel quisqꝫ ille locus eis dignus est: abducatur a iusto iudice Christo: agonis huius vite mortalium preside. Et inde est quod plurimo demonū numero iam victo: ad credulitatem gentes venire relaxantur. Qui vtiqꝫ nullatenus finirent: si integre eorum: sicut prius fuerant: sustinerent legiones. Quod si alicui difficile videtur esse: quod dicimus per singulos quosqꝫ peccātium multa vacare demonia: aut fabulosum hoc putat: redeat ad euangelij auctoritatem: ⁊ inueniet illum: qui in sepulchris habitabat demonem patiens: cum interrogaretur a Saluatore: quod tibi nomen est: respondisse legio. Multa enim (inquit) demonia sumus. Quid ergo mirum videtur: si per singula genera peccatorum singuli demones ascribantur: cū scriptum sit in vno homine integram fuisse demonum legionem? Memini autem similia me dixisse etiaꝫ in ijs locis: in quibus exponebamus versiculum psalmi: in quo scriptuꝫ est. In matutinis interficiebam omnes peccatores terre: vt disperdam de ciuitate domini omnes: qui operantur iniquitatem. Ita deniqꝫ etiam in manu iustoruꝫ gladij ancipites esse dicuntur: sine dubio qui contrarias virtutes perimant. Puto autem quod vehementior ad hec probanda: que diximus Apostoli Pauli illa proferri possit assertio cum dicit. Deus auteꝫ pacis conterat Sathanan sub pedibus vestris velociter. Si enim vnus est Sathanas: quomodo potest ipse contritus esse sub pedes seruorū dei: ⁊ iterum operari? Si enim contritus est: ⁊ adeo contritus: operari vltra non potest. Ne

forte ergo

forte ergo tanti eẽ putãdi sint Sathane: quãti sunt illi: qui opantur opera Sathane. Hoc enim mihi videtur indicare ⁊ in Sapiẽtia: vbi dicitur: quia impius maledicens Sathanan: ipse maledicit animam suã. Sed ⁊ in alio quodam libello: qui appellatur testamentuꝫ duodecim patriarcharum: quãuis non habeatur in canone: talem tamen quendam sensum inuenimus quod per singulos peccãtes singuli Sathane intellegi debeant. Euidentius autem ⁊ ipsa nominis eius interpretatio (sicut studiosi Hebreorum tradunt) hoc idem significare videtur. Sathanas namqꝫ aduersarius dicit̃. Omnes ergo: qui aduersantur dei voluntati. Sathane possunt dici. Hec ergo diximus pro eo: quod scriptum est: quia confortauit dominus corda eorum: vt exirent ad prelium cõtra israel: vt exterminarentur. Beatus ergo est: q̃ indesinenter spiritalem macheram tenens: nõ aufert eam a ceruicibus horum hostium de q̃bus supius memorauimus: sicut ⁊ Hieremias propheta dicit. Maledictus homo q̃ facit opera domini neglegenter: ⁊ aufert macherã suã a sanguine inimicorum. Hoc si ſm litteraꝫ intellegamus: necesse erit nos idesinẽter sanguinem fundere. Quod iudei putantes qui ex integro caro sunt ⁊ sanguis: crudeles ⁊ implacabiles fiunt: dicentes maledictionem positaꝫ eẽ ijs: qui a sanguine effundendo cessauerint: ⁊ idõ pedes eorum veloces sunt ad effundenduꝫ sanguinem. Sed illis huiuscemodi intellegentia: quia caro ⁊ sanguinis sunt: videatur: mihi autem prestet dominus nũquam neglegere opera domini: nec auferre spiritalẽ gladium verbi dei a sanguine contrariaꝝ virtutum: ⁊ mortificare eas in vnoquoqꝫ auditorum. Interficiuntur autem in vobis ita demum si ijs auditis earum opera non agatis. Dicitur auteꝫ in consequentibus: quia cepit Jesus omnem terram: sicut mãdauit dominus Moysi. Ille Jesus filius Naue: non video quod ceperit oẽm terram. Quantum enim terre cepit: qui iudeã tenuit solam? Noster autem dominus Jesus ipse vere cepit omnem terraꝫ: in eo qđ ex omni terra: atqꝫ ex omnibus nationibus ad eum cõcurrit gentium multitudo. Additur etiã post hec: posteaquaꝫ omnem terram cepit Jesus: ⁊ requieuit (inquit) terra a bellis. Hoc quomodo vere videbitur dici de filio Naue: quia cessauit terra a bellis: que nũquam fere temporibus eius cessauit a bellis? Sed hoc completur in solo domino meo Jesu Christo. Si enim cõsyderes te: qui venisti ad Jesum: ⁊ ab eo p̱ baptismi gratiam remissionem cõsecutus es peccatorum: ⁊ iam in te non pugnat caro aduersus spiritum: ⁊ spiritus aduersus carnem: cessabit terra tua a bellis: si tamen mortem Jesu Christi in corpore tuo circũferas: ita vt cessantibus in te omnibus p̃lijs: efficiaris pacificus: ⁊ filius dei voceris. Sed hoc fiet posteaquam bella transegeris: ⁊ aduersarios viceris. Tunc tibi dabitur reges: vt requiescas sub vite tua: qui est Christus Jesus: ⁊ sub ficu tua: qui ẽ spiritus sanctus: vt ita gratias referas deo patri omnipotenti: in ipso Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est: ⁊ Jesus erat presbyter: hoc est senior: ⁊ prouectus ĩ dieb⁹ suis.

Homilia. XVI.

ETiam inter nos quidaꝫ obseruantes notarũt in scripturis: quia presbyteri: vel seniores non ex eo appellantur quod longeuaꝫ duxerint vitam: sed pro maturitate sensus: ⁊ grauitate vite veneranda hac appellatione decorentur maxime cum additur ad presbyterũ sermo iste: qui sequitur: plenius dieruꝫ. Si. n. eui prolixitate appellandus: qui presbyter: vel senior videretur: quem magis oportebat aliuꝫ hoc nomine censeri: quam primum Adaꝫ: vel certe Matusalem: aut Noe: qui vtiqꝫ pluribus: quã ceteri annis in hoc mundo vixisse declarantur? Sed nunc videmus quod ex illis q̃dem nullus refertur a scriptura presbyter: aut senior appellatus: sed is: qui longe breuioris temporis vitam duxit. Primus in scripturis sanctis Abraham presbyter: vel senior appellatur. Dictum est etiam ad Moysen a domino. Elige tibi ab oĩ populo presbyteros: quos tu nosti quia presbyteri sunt. Sed obserua ẽt tu o auditor in omni scriptura: sicubi inuenire potes appellationem hanc: senior ⁊ plenus dierum: positam super aliquo peccatore. Nũc ergo sancti spiritus vox est pronunciantis Jesuꝫ presbyterum: vel seniorem: ⁊ prouectuꝫ in diebus. Ita enim dicit. Jesus enim erat (inquit) presbyter: vel senior prouectus dieruꝫ. Quod vtiqꝫ de peccatore dici non poterat: quia peccator non est prouectus dierum. Non enim se extendit ad ea: que in ante sunt: obliuiscẽs ea: que retrorsum sunt: sed semper retro conuertitur: ⁊ ad vomitum suũ redit: ⁊ ideo nõ aptus est regno celorum. Qui autem ad priora extẽditur: ⁊ ad perfectionem fertur: iste prouectus est in diebus suis. Et nũc ergo dicit dominus ad Jesuꝫ: tu prouectus es in diebus tuis. Nescio ego si in hoc loco illud potest videri: quia hoc dicebat dominus ad Jesum: quod de eta

te eius senili omnes videbant: et omnes nouerant. Et que sunt tam magna responsa ista diuina: que hominibus deferuntur: vt dicant seni homini: quia senex es: quod omnes videbant: et omnes nouerant. Sed mihi videtur magnum aliquod testimonium a domino per hec dari filio Naue: cum ei dicitur: quia prouectus dierum es. Et quantum quidem proloqui nobis vel aperire de diuinis mysterijs fas est: ego arbitror quod sicut sol iste dies facit mundo huic: ita et sol iustitie faciat aliquos dies spiritales: qui fulgore veritatis et lampade sapientie illustrentur. Si quis ergo in preceptis dei vitam hanc presentem: que (sicut Iacob dicebat) paucorum et malorum dierum est transegerit: et inmaculatum se ab hoc mundo custodierit: atque omnes aduersarios: et hostes suos subegerit spiritales ab istis paucis et malis diebus prouehitur et promouetur ad illos dies eternos: et bonos eterni. Solis luce signatos. Tali ergo quodam ordine intellegendus est et Iesus ex diuinis responsis prouectus dierum pronunciari. Verum quoniam instituimus que de Iesu dicuntur etiam ad dominum et Saluatorem nostrum referre quis ita presbyter et senior prouectus dierum intellegitur: sicut ipse: qui est principium primogenitus omnis creature? Ideo fortassis ipse solus vere et integre presbyter dicitur: ante quem nemo est. Igitur tametsi sunt qui dicantur in scripturis presbyteri vel seniores: vel pontifices: tamen dominus Iesus sicut in pontificibus pontificum princeps est: et sicut in pastoribus princeps pastorum est: ita et in presbyteris: vel senioribus princeps presbyterorum putandus est: et in episcopis princeps episcoporum: et omne quodcumque honorabile nomen est primum in hoc et principem esse credendum est Saluatorem: quia ipse est omnium caput. Addit autem adhuc responsum diuinum et dicit. Tu prouectus es in diebus: et terra relicta est multa valde. In superioribus dicebatur (sicut obseruauimus) quia cessauit terra a bellis: et quia Iesus cepit omnem terram: et hic modo dictum est: quia terra relicta est multa valde. Putas ne contraria sibi scriptura contineat? Hoc ne leuiter suspicandum est. Sed redeamus ad intellegentiam spiritalem: et in ea nihil inuenies esse contrarium. Intuere domini et Saluatoris nostri primo quidem aduentu cum venit seminare verbum suum in orbem terre: quomodo cepit omnem terram solo seminis iactu: et quomodo aduersarias potestates ex ea: et angelos refugas: qui gentilium mentes obsederant: effugauit: et interim seminauit verbum: atque ecclesias propagauit. Hec est prima eius totius terre possessio. Sequere autem me o auditor per subtiles lineas verbi: et ostendam tibi quomodo etiam secundo capiat terram hanc: que nunc dicitur ad Iesum multa esse derelicta. Audi de eo Paulum dicentem. Oportet enim eum regnare: donec ponat omnes inimicos suos scabellum pedum suorum. Hec ergo est terra: que nunc multa dicitur esse derelicta: donec omnes omnino subdantur sub pedibus eius: et per hec hereditate capiat vniuersos. Et hec est (inquit) terra: que derelicta est. Omnes fines Philistiim: et alia quamplurima: que sequuntur. Multa adhuc supersunt quantum ad nostra tempora spectat que videmus nondum pedibus Iesu esse subiecta: que necesse est vtique omnia obtinere. Neque enim finis esse poterit rerum: nisi fuerint ei prius cuncta subiecta. Sic enim et propheta dicit: quia omnes gentes seruierint ei: et a finibus fluminum vsque ad fines orbis terrarum in conspectu eius procident Ethiopes: et detrans ripas fluminum Ethiopie offerent sacrificia. Unde constat quod in secundo aduentu hanc terram multamque: que superest: obtinebit Iesus. Sed beati sunt illi: qui in primo eius aduentu obtenti sunt. Isti enim vere grati erunt: qui multis aduersarijs resistentibus: et multis hostibus impugnantibus bello: et armis hereditatem terre repromissionis accipiunt. Cum vero ex necessitate quis fuerit subiectus: tunc quando etiam nouissimum inimicum destrui necesse est: scilicet mortem: non erit iam gratia ijs: qui subijciuntur. Post hec cum enumerasset plurimas gentes: de Sydonijs solis dixit: et omnes Sydonios ego exterminabo a facie filiorum israel. Nominati sunt Chananei: nominati sunt et ij: qui contra faciem Egypti sunt: et ij: qui sunt ex finibus Accaron: et a sinistris partibus fluminum: et alie quamplurime gentes: et de solis Sydonijs dicit dominus quod eos euersurus sit. Sydonij dicuntur autem (sicut ante iam diximus) venatores. Qui ergo intelleguntur isti mali venatores: quos dominus exterminat: nisi ille virtutes contrarie: de quibus dicit propheta. Quia laqueos parauerunt pedibus meis: quibus scilicet venentur et decipiant animas ad peccatum. Istos ergo dominus exterminat: quia si isti tales interierint venatores: cum iam nemo fuerit qui laqueos tendat et retia: vt decipiat animas in peccato: tunc requiescet vnusquisque sub vite sua: et sub ficu sua. Sed et illud nobis hodie lectum est: quia Moyses dederit hereditatem quibusdam. Post hanc vero legitur: quia et Iesus secundum preceptum domini distribuit hereditatem. Primo ergo Moyses hereditatem distribuit: secundus autem Iesus. Nunc Moy-

sen legem intellege. Si ergo qui sm legem vixerunt: primi acceperunt hereditatem: sed extra terram repromissionis. Tum deinde cū accepissent terram hereditatis non eā possidēt: neq; diuidunt intra se: sed expectant vsq;quo eis per Jesum distribuatur in sorte. Nōne cui dēter hoc est quod Apostolus dicit ad Hebreos scribens de prioribus patribus: quos dixit fide placuisse deo? Et addidit dicens. Si autē omnes testimonium habentes per fidem nondum consecuti sunt repromissiones. Deo pro nobis aliquid prouidente: vti ne sine nobis perfecti efficerentur. Habent igitur iā repromissionem suam: ⁊ requieuerunt: ⁊ digni iudicati sunt per Moysen capere hereditatem. Verūtamē adhuc ⁊ ipsi pugnat ⁊ in certamine sunt: pro iis qui sub Jesu militant. Sed requiris q̄ sint isti: qui pugnant: ⁊ que est illa pugna: quā illi gerunt. Ego sic arbitror quod omnes illi q̄ dormierunt ante nos patres: pugnēt nobiscū: ⁊ adiuuent nos orationibus suis. Ita namq; etiam quendam de senioribus magistris audiui dicentem in eo loco: in quo scriptum est in Numeris: quia ablinget synagoga illa hanc synagogam: sicut ablingit vitulus herbam viridem in campo. Dicebat ergo. Quare huiusmodi similitudo assumpta est: nisi quia hoc ē: quod intellegendum est in hoc loco quod synagoga domini: que nos precessit in sanctis: ore ⁊ lingua consumit aduersariam synagogam: idest orationibus: ⁊ precibus aduersarios nostros absumit. Non ergo in armis pugnandum est nobis aduersum hostes nostros inuisibiles: sed orationibus: ⁊ verbi Dei meditationibus: ⁊ operibus: ac sensibus rectis. Sic enim armabantur ⁊ patres: fide ⁊ operibꝰ vincentes. Vide deniq; quia sic scriptū est de eis. Crediderunt (inquit) Deo: ⁊ Moysi famulo eius. Et tunc cantauit Moyses canticū hoc ⁊ dixit. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Ita ergo ⁊ nos fide plena opera perfecta indesinentes orationes: meditationem verbi diuini intellegentiam spiritalem colentes: ⁊ in iis omnibus velut armis Dei muniti stemus aduersus astutias diaboli: inuocātes deum adiutorem nostrum in Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod Leuite non acceperunt hereditatem terram. Homilia.XVII.

Sicut vmbre: ⁊ exemplari deseruiunt celestium ii: qui legem suscipiunt: que est illius vere legis vmbra: ita exemplar ⁊ vmbrā sequuntur diuisionis celestis ii: qui in Judea hereditate diuidunt terram. Erat ergo in celis veritas: vmbra vero ⁊ exēplar veritatis in terris. Et donec vmbra hec cōstabat in terris: erat Hierusalem terrestris: erat templū: erat altare: erat ⁊ visibilis cultus: erant pontifices ⁊ sacerdotes: ꝯstabāt etiam ciuitates: ⁊ vici iudee: ⁊ omnia hec: que nunc in hoc libro descripta recitantur. Cum vero in aduentu Saluatoris nostri dei e celesti descendens: veritas de terra orta est: ⁊ iustitia de celo ꝓspexit: vmbre: ⁊ exemplaria ceciderunt. Cecidit enim Hierusalem: cecidit templum: altare sublatū est: vt iam neq; in monte Garizin: neq; in Hierosolymis sit locus vbi opꝫ adorare: sꝫ veri adoratores: qui adorant patrem in spiritu: ⁊ veritate adorent. Sic ergo presente veritate: typus ⁊ vmbra cessauit. Et cum adesset templum illud: quod per spiritum dei: ⁊ virtute altissimi in vtero virginis fabricatum est: dirutum est templū ex lapidibus fabricatum. Aderat pontifex futurorum bonorum: cessauerunt pontifices taurorum: ⁊ hircorum. Venit agnus dei: qui tollit peccatum mundi: destitit agnus ex pecudibus assumptis igitur si hec omnia: que in vmbra prioribus data fuerāt: presente: ⁊ assistente veritate cessarunt: consequens sine dubio erat: vt hereditate regni celorum patefacta: hereditas terrena cessaret. Ratio aūt qua hec cuncta desinerent: illa est: vt omne os obstruatur: ⁊ subditus fiat omnis mundus deo: ne qui forte ex incredulo populo occasiōes sue infidelitatis acciperent: ⁊ habētes vmbras antiquitus sibi traditas: vel tēpli: vel altaris: vel pontificii: vel sacerdotii: videretur sibi permanēte antiqui cultus statu preuaricari religiōis ordinē si transiret ad fidem. Propterea ergo auferri hec omnia: que in terris dudū fuerāt adumbrata diuina ꝓuidentia dispensauit: vt viā quodāmodo accipiant regrende veritatis: cessantibus typis. Si ergo veniēs ad Hierusalem ciuitatem terrenā o Judee: inuenies eam subuersam: ⁊ in cineres: ac fauillas redactam: noli flere: sicut nūc facitis tāq̄ pueri sensibus: noli lamētari: sꝫ ꝓ terrena requere celestē. Sursum respice: ⁊ ibi inuenies Hierusalē celestē: que est omnium mater. Si altare videris destitutum nolo ꝯtristeris. Si pōtificem non inuenias: nolo desperes. Est in celis altare: ⁊ assistit ei pontifex futurorum bonorum sm ordinem Melchisedech: electus a deo. Sic ergo vobis pietate: ⁊ misericordia dei: etiā hereditas terrena sublata est: vt hereditatē queratis in celis. Verūtamen videamus quid est quod per vmbrā describitur: quia in vmbra legis veri-

tas reformatur. Refertur ergo prima ⁊ secunda hereditatis facta diuisio. Prima quidem per Moysen: secunda vero: que potentior est: per Jesum facta describitur. Et Moyses trãs Jordanem tribui Ruben: ⁊ tribui Gad: ⁊ dimidie tribui Manasse possessionem decernit: ceteri vero omnes per Jesum suscipiunt hereditatem. Diximus de ijs iam prius quomodo ij qui per legem placuerunt deo: precedẽtes tẽpore eos: qui per fidem Jesu ad repromissionẽ veniunt: non per illam: que perfecta sunt consequuntur: expectantes eos: qui posteriores: diuerso quidem tempore: sed vna fide placebunt (sicut Apostolus dicit) vti ne sine nobis perfectionem consequerentur. Interea Leuitis neq̃ Moyses dedit hereditatẽ: neq̃ Jesus: q̃ dominus deus ipse est hereditas eorũ. In qua re quid aliud sentiendum est: nisi quod sint in ecclesia domini quidam: qui virtute animi: ⁊ meritorum gratia ceteros omnes precedunt: quibus ipse dominus hereditas esse dicitur. Et si fas est audere in talibus: ⁊ arcani reconditi aliquid apire: videamus ne forte illud sit: quod sacerdotum: vel leuitarum figuraꝫ latẽter ostendit: quia in omni populo eorum dico: qui saluantur: maior sine dubio pars est: ⁊ longe numerosior eorum: qui simpliciter credentes in timore Dei: per opera bona: ⁊ per honestos mores: ⁊ actus probabiles domino placẽt. Pauci vero sunt: ⁊ valde rari: qui sapientie: ac scientie operam dantes: ⁊ mentem suã mũdam: puramq̃ seruantes: atq̃ omnibus p̃claris virtutibus suas animas excolentes: ceteris simplicioribus per doctrine gratiam illuminãt iter: quo gradiuntur: ⁊ veniunt ad salutẽ. Ji fortassis nunc sub leuitarum: ⁊ sacerdotum nomine designantur: quorum hereditas ipse dominus: qui est sapientia: quam pre ceteris omnibus dilexerunt: esse perhibetur. Jnuenio tamen aliquam differentiam in ijs: que Moyses distribuit: ⁊ in ijs: que Jesus. Moyses nãq̃ duabus semis tribubus terram distribuẽs: vltra Jordanem non dedit Leuitis habitaculi portionem: que eos contingebat. Jesus autẽ dedit non solum in ijs tribubus: quas ipse dispensat: verum ⁊ in illis: que a Moyse trans Jordanem fuerant collocate. Habitacula etenim Leuitis in singulis tribubus decernuntur: vt per hoc multo magnificentius mysterium cerneremus. Jste eniꝫ ordo Leuiticus: vel sacerdotalis: qui dei sapientie: ⁊ scientie operã impendit: non potuit a Moyse sortem habitationis accipere: quia non erat Moyses veritatis: sed vmbre: ⁊ exemplaris minister. Jesus vero dominus noster: qui erat sapientia Dei: ipse habitacula sapientibus prebet. Non eniꝫ potuit dicere Moyses: vade vende omnia tua que habes: ⁊ da pauperib⁹: ⁊ habebis thesaurum in celo: ⁊ veni sequere me. Hoc est enĩ parteꝫ dare Leuitis. Nec potuit dicere Moyses: quia qui non renunciauerit omnibus que possidet: non potest esse meus discipulus. Nec potuit dicere Moyses: omnis qui non oderit patrem: vel matrem: ⁊ fratres: ⁊ sorores: ⁊ filios: insuper etiam ⁊ animam suã: non potest meus esse discipulus. Hoc Moyses dicere non potuit: idcirco ipse habitacula sacerdotum ⁊ Leuitarum dispensare non potuit. Beatus ergo est: qui se talem exhibet: ⁊ in istis omnib⁹: que precepit Jesus inuenitur esse perfectus: vt ab Jesu sorteꝫ celestis mansionis accipiat in futuro. De quo dicit ipse dominus Jesus. Pater volo vt vbi ego sum: ⁊ isti sint mecuꝫ. Et sicut ego in te: ⁊ tu in me vnuꝫ sumus: vt ⁊ isti in nobis vnum sint. Quod si quis audiens perfectorum: ⁊ eminentiorum hereditatem dominum dici: ignoras: ⁊ ambigis q̃d illud sit: quod sub hoc nomine designat: audi quia dominus sapientia est. Cui ergo dicitur hereditas esse dominus: iste hereditatem sapientie capiet. Dominus iustitia dicitur. Cui ergo hereditas dominus est: iste hereditatem iustitie cõsequetur. Dominus pax est. Dominus redemptio est. Dominus salus est: in domino sunt thesauri sapientie: ⁊ scientie absconditi. Hec omnia in hereditatem percipiet: cuius hereditas Dominus fuerit. Verũtamen ⁊ isti: quibus sapientia dei ⁊ verbum dei: ⁊ veritas: ⁊ iustitia hereditas esse dicitur: habitationem interim cuꝫ illis accipiunt: quorum hereditas habetur in terris: vt ex ipsorum cõsortio ij: qui per semetipsos nondum valent: per illos participes efficiant sapiẽtie: ⁊ scientie dei: ⁊ veritatis eius: ac verbi. Et ita etiam ad minimos quosq̃ dispẽsatio diuina pertendit: vt qui principaliter nõ possunt diuine gratie capaces existere: illuminari ex istorum cõsortio mereãtur: ⁊ cõpleatur illud: quod scriptum est. Qui multũ nõ abundauit: ⁊ qui minimum nõ minoratus est. Sed ⁊ illud: quod Apostolus ad Corinthios dicit de sanctis hierosolymitis. Ut vestra (inquit) abundantia fiat ad illorum inopiam: ⁊ illoruꝫ abundantia fiat ad vestram inopiaꝫ. Jta ergo ⁊ nunc cohabitare iubetur Leuita ⁊ sacerdos qui non habent terram israeliti: qui habet terram: vt percipiat a sacerdote: ⁊ leuita celestia: ⁊ diuina: que non habet. Lex enim Dei sacerdotibus commissa est: ⁊ leuitis: vt huic soli operam tribuant: ⁊ verbo dei absq̃ vlla sollicitudine vacent. Sed iteruꝫ vt vacare possint: lai

corum

corum vti ministerijs debent. Si enim laicus que necessaria sunt: non prebuerit sacerdotibus: ⁊ leuitis: occupati illi in talibus: idest corporalibus curis: minus legi Dei vacabunt. Illis autem non vacantibus: neqꝫ operā dantibus legi dei: tu periclitaris. Obscurabitur enim lux scientie: que in illis est: te non subministrante oleum lucerne: ⁊ culpa tua illud eueniet: quod dixit dominus: quia cecus ceco ducatum prebens: ambo in foueam cadent. Sed ⁊ illud in te complebitur quod dominus dixit. Si enim lux: que in te est: tenebre sunt: ipse tenebre quante sunt. Ut ergo lux sciētie in sacerdotibus fulgeat: ⁊ lucerna eorum sit semp accensa: tu imple officium tuum: comple mandatum dei erga obsequia sacerdotum. Quod si forte susceptis a te que necessaria sunt: ⁊ sic nō quasi auaritiam: sed quasi benedictionem: illi neglexerint eruditioni operam dare: ⁊ verbo dei vacare: ⁊ in lege dei meditari die: ac nocte: ipsi videbunt quomodo pro animabus vestris reddant domino rationem. Sed deprecemur potius dei omnipotentis misericordiaꝫ: vt suo lumine: sua veritate suo splendore: omnes nos illuminare dignetur: ⁊ dare lucernam pedibꝰ nostris verbum suuꝫ: ⁊ lumen semitis nostris: ipsum dominum nostrum Jesum Christum: qui est vera lux mundi. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De initio diuisionis terre: que diuisa est ab Jesu: ⁊ quomodo accessit ad Jesum Caleb: ⁊ petijt ab eo Hebron. Homilia. XVIII.

Discamus ex lege quaꝫ necessarie descripta est terre diuisio: que primo p Moysen: secundo per Jesum dicitur facta: non vt vtraqꝫ seruemus: sed rationeꝫ vtriusqꝫ discētes illam solam teneamus: que ab Jesu nostro domino traditur. Igitur illam terram: que ē trans Jordanem. Moyses distribuit. Hanc autem: que est terra sancta: ⁊ bona: distribuit Jesus ⁊ principes tribuum israel. Uides ergo quia cum ceperit vera illa hereditas terre sancte a Saluatore distribui: assumuntur etiam principes tribuū veri: ⁊ spiritalis israel. Quos autem putamus esse principes tribuuꝫ nostrarum: vel ecclesie principes: nisi sanctos apostolos: ad quos dicit Saluator: quia sedebitis ⁊ vos super duodecim thronos: iudicātes duodecim tribus israel. Assumitur tamen ad diuisionem etiam sacerdos: qui est arcanus: ⁊ mysticus sermo dei. Sic enim dicit: quia conuenerit Jesus ⁊ Eleazar simul ad diuidendaꝫ terram. Et videamus quis est: qui primum cepit hereditatem ab Jesu. Caleph filius Jeffone. Hic enim primus petit: ⁊ petit quibusdam rationibꝰ: ⁊ verbis: que descripta sunt. Que verba etiam possunt nos adstruere ad salutem. Primo omnium Caleph interpretatur quasi cor. Quis ergo est: quasi cor: nisi is: qui in omnibus intellectui operam tribuit: qui non aliquod membrum corporis ecclesie esse dicitur: nisi illud: quod est in nobis p̄clarius cor: idest qui omnia cum ratione ⁊ prudentia gerit: ⁊ ita cuncta dispensat quasi non sit aliud: nisi cor. Interpretatur autem ⁊ Jeffone pater eius cōuersio. Hic ergo Caleph filius est cōuersiōis. Quid nisi quia ad deum conuersus est: talem ex se fructum proferret: vt cor filium generaret. Est ergo omnis: qui diuinis sensibus vacat: ⁊ prudenter cuncta: ac rationabiliter agit Caleph. Hic primo quidem eruditus a Moyse: secundo vero ab Jesu: cui assistebat: cui ⁊ dicit. Tu nosti verbum: quod locutus est dominus ad Moysen hominem dei. Tu scis verbū quod locutus est dominus ad Moysen. Nisi Jesus solus: nemo sic intellexit legem sicut docuit Jesus. Ipse enim omnia docuit: ⁊ aperuit: ipse reuelauit Paulo: quia lex spiritalis ē. Sicut locutus est (inquit) de me: ⁊ de te. De me (inquit) ⁊ de te locutus est Moyses. De te quidem: hoc est: quod dixit Dominus: quia si crederetis Moysi: crederetis vtiqꝫ ⁊ mihi. De me enim ille scripsit. De me vero: quod dixit: hoc est Caleph: qui cor est: certum est: quia de corde scripserit Moyses: qppe qui omnia prudenter: sapienterqꝫ conscripsit. Ait ergo. Hodie valeo sicut valebaꝫ tunc. Sanctus qppe similiter valet ⁊ in presentibus: ⁊ in preteritis: ⁊ in nouis: ⁊ in veteribus: ⁊ in euangelijs: ⁊ in lege. Hoc est ergo: quod dicit valere se hodie sub Jesu sicut tunc sub Moyse: quia in vtriusqꝫ testamenti mysterijs cor vigilans valet. Sed videamus etiam petitioneꝫ eius: quā primam poposcit ab Jesu. Caleph filius Jeffone. Peto a te monteꝫ hunc (inquit) sicut dixit dominus i die illa. Nihil vtile: vel delectuꝫ sanctus requirit: nihil quod in demersis conuallibus iaceat: sed montem querit excelsum: sed montem in quo ciuitates magne: ⁊ munite sunt. Scriptum est enim: quia ibi sunt Machi ciuitates magne: ⁊ munite. Et hec poscebat: quia nouerat belligerari sicut scriptuꝫ est. Ciuitates munitas occupabit sapiens: ⁊ destruet munitionem: in qua confidebant impij. Putas cū hec diceret Salomon: hoc nos volebat docere: quia sapiens caperet ciuitates: ⁊ munitiones destrueret ex lapidibus constructas: an illud potius indicat quod ciuitates: ⁊

muri sunt impiorum: dogmata ꝛ syllogismi philosophoꝝ: quibus astruunt impia queqꝫ ꝛ diuine legi cōtraria: que apud paganos: vel barbaros obseruantur. Sed ꝛ illa in ijs depu tanda sunt: ꝛ ciuitates munite eē: atqꝫ in montibus collocate: que heretici in scripturarum assertionibus: veluti in altis montibus collocant. Istas ergo ciuitates sapiens quisqꝫ verbum predicans destruxit: ꝛ vrbes mendacij veritatis ariete subuertit (sicut apostolus Paulus dicebat) cogitationes destruentes: ꝛ oēm altitudinem: que se extollit aduersus scientiā Dei. Ita ergo etiam nunc hic sapientissimus Caleph assistit ante Jesum: ꝛ promittit valere se ad bellum: ꝛ promptum esse ad prelium: ꝛ ideo deposcit permitti sibi velut disputandi facultatem: vt congrediatur cum dialecticis seculi: cum ijs: qui pro veris falsa cōfirmant: vt eos cōfutet ꝛ superet: vt subuertat omnia: que illi falsis assertionibus construxerūt. Ideo deniqꝫ videns alacritatem eius: benedicit (inqt) eum: scilicet ꝙ talia deposcat: ꝛ audeat. Sed ꝛ tu si vis dare operam studijs: ꝛ legeꝫ Dei prudenter meditari: ꝛ effici cor in lege Dei: potes istas magnas ꝛ munitas vrbes: idest assertiones subuertere falsitatis: vt ꝛ tu merearis benedici ab Jesu: ꝛ accipere ab eo Chebron. Interpretatur auteꝫ Chebron coniunctio: vel cōiugium. Per quod potest fortasse illud ostendi quod spelunca duplex comparata ab Abraham patriarcha: in ea est: in qua coniugia patrum: ꝛ reliquie eorum iacent: idest Abraham cum Sara: Isaac cum Rebecca: Jacob cum Lia. Meruit ergo Caleph patrum reliquias in hereditatem suscipere: sine dubio quia ꝑ sapientiā: q̄ in eo erat: qua vigebat: ꝛ sub Moyse: ꝛ sub Jesu intellexerat coniunctiōnis ipsius rationem: ꝛ perspexerat quid ei esset cause: qḋ cum Abraham sola Sara ibi iaceret: ꝛ neqꝫ Agar: neqꝫ Cethura ei meruisset adiungi: vel qḋ esset cause qḋ cū Jacob sola Lia iacere videreť: ꝛ neqꝫ Rachel: que amplius fuerat dilecta: neqꝫ aliqua ex ꝯcubinis i sepulchro ei fuerat copulata. Ipse ergo in memorijs patrū hereditatem capit prudēs ꝛ sapiens Caleph: ipsi Jesus enachitarum gētis Metropoliꝫ tribuit Chebron: ꝛ efficiť ei sors vsqꝫ in hodiernum dieꝫ. Utinam ꝛ mihi daretur sors Abrahaꝫ: ꝛ Isaac: ꝛ Jacob: ꝛ efficereť deus meus: sicut effectus ē deus Abrahā: ꝛ deus Isaac: ꝛ deus Jacob: in Christo Jesu dn̄o nostro: cui ē gloria: ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De finibus hereditatis tribus Jude. Homilia. XIX.

Distribuit Moyses hereditatem: distribuit hereditatem ꝛ Jesus. Sed non est scriptum in distributione hereditatis Moysi: quia cessauit terra a bellis. In distributiōe vero Jesu ipsa verbi ꝑfatio icipit. Et cessauit (inquit) terra a bellis. Si ergo ꝛ tu dignus vis effici: qui hereditatē cōsequaris ab Jesu: ꝛ sumere ab eo portionē: opꝫ te prius omnia bella finire: ꝛ in pace ꝯsistere: vt ēt de tue carnis terra dicatur: quia cessauit terra a bellis. Tūc deinde cuꝫ ꝯsuetudo sit sancte scripture quatuor ptes orbis terre: quas vel axes: vel plagas nominat appellare: in descriptiōe finiū trib? Jude due tantūmodo noiantur: due reticentur. Scriptum enim sic est. Et facti sunt fines tribus filiorum israel Juda ꝫm plebes eorum: a finibus idumee: a deserto Syn: ad occidētem. Et cum descripsisset fines ab occidente: tūc deinde dicit: ꝛ ab oriēte: omne (inquit) mare salsum: ꝛ alias duas partes reticuit: idest septentrionis: vel meridiani. Uide ergo si non repleta sūt ista mysterijs. Licet nos singula vel sentire: vel explicare nequeamus: tamen ꝓut dn̄s prebere dignať: ꝛ nos capere valemus: discutere singula queqꝫ tentabimus: facti sunt (inqt) fines Juda ꝫm plebes eoruꝫ a finibus idumee a deserto Syn ad occidentem. Igitur fines iudee proximi sunt finibus idumee. Idumea vero (sicut sepe iam diximus) interpretatur terrena. Post terrenam ergo statim consequantur fines iudee. Sꝫ ꝛ a deserto (inquit) Syn. interpretatur autem Syn: tentationes. Post tentationes ergo consequuntur fines hereditatis iude. Occidens ꝛ oriens nominatur: ꝛ vicina loca ea: que supra diximus: immo confinia. Sed vallis egypti vicina occidentalibus partibus designatur: que est a deserto ad occidentem: ab oriente vero cinguntur fines mari salso. Post hoc a collibus (inquit) qui tenduntur ad occidentem: ꝛ inde ascenditur ab occidente vsqꝫ Cades Barne: ꝛ sic pertēditur ab occidente Cades. Et ij sunt fines eoꝝ ab Africo: ꝛ inde perrexit vsqꝫ ad vallem egypti. Uides quomodo in occidentis partibus: ꝛ africū: ꝛ egyptum nominat ꝛ occasum. Sine dubio: vt hec omnia sciat sibi vnusquisqꝫ euadenda esse: ꝛ transeunda: vt ita demum possit ad tribum regiam peruenire: de qua dicit Apostolus. Certum est autem quod ex Juda ortus est dominus noster. A finibus autem idumee est desertum. Paulo ante diximus de deserto Syn: quod tentationes significaret: ꝛ ideo necesse est nos transire eremum: vt sic possimus peruenire in hereditatem filiorum Juda. Sed ꝛ ascendere nos oportet ascensum colliū Acrabin: quod

brin: quod interpretatur scorpiones. Transeundi ergo nobis sunt et calcandi etiam scorpiones: illi sine dubio: de quibus Salvator ait. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes: et scorpiones. Qui ergo vult: et desyderat ingredi in hereditatem tribus iude: oportet eum ascendere ascensiones istas: et calcare: atque evadere scorpiones: qui obsistunt. Unde arbitror quod istud iter agenti Ezechieli prophete dicebat dominus. Fili hominis in medio scorpionum tu habitas. Et sunt (inquit) fines usque Cades. Cades interpretatur sanctum: vel sanctificatio. Fines ergo Jude usque ad sanctificationem perveniunt. Sed videamus etiam qui sint fines ex partibus orientis. Non quo velim nunc locorum catalogum facere: sed ut mysteriorum que per hec significantur contueantur imagines. Dicitur ergo ab orientis partibus tribus Jude esse mare salsum: et post hoc in parte eius nominatur fons solis: et civitas solis: et in eadem tribu esse etiam civitas litterarum. Oportet igitur omnem qui vult introire in partem filiorum Juda: transire prius mare salsum: vite scilicet huius undas: et turbines superare: et evadere omnia que in hoc mundo pro incerto sui: et lubrico marinis fluctibus comparantur: ut possit ad Jude terram pervenire: et ad fontem solis accedere. Quis autem est fons solis: vel cuius solis? Illius sine dubio: de quo scriptum est. Timentibus autem nomen meum orietur sol iustitie. Huius ergo solis si prius evaseris mare salsum: fontem invenies in terra Jude. Quem fontem? Illum profecto: de quo dicebat Jesus. Qui autem biberit de aqua: quam ego do ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Huius igitur solis cum talem qualem diximus inveneris fontem: invenies etiam civitatem eius. Est enim (inquit) ibi et civitas solis. Dicitur et in egypto civitas solis. Sed ista civitas: que in egypto est: huius solis nomen accepit: quem pater celestis iubet oriri super bonos: et malos. Illa vero civitas: que in Judea est: sanctorum tantummodo efficitur: quia civitas Dei est. Et fons ille: de quo superius diximus fluvius effectus est letificans civitatem Dei. Sed et tu si ex omni parte munitus sis: et continentie muro circundatus: si sapientie: et magnanimitatis turribus confirmatus es: etiam tu efficieris civitas Dei. Si vero ad hec omnia adieceris tibi scientie lumen: sicut dixit Esaias: illuminate vobis lumen scientie: et sol te iustitie radiaverit: efficieris etiam tu civitas solis: vel civitatem solis forte hereditatis accipies. Sed et si te tradideris legi Dei: et in ipsa meditaberis die: ac nocte: ut non recedat liber legis de manu tua: sicut dicitur ad Jesum: et si memor sis precepti Salvatoris: si ergo talibus de studijs mancipaveris: et eruditionem legis divine: vel legendo: vel audiendo obtinueris: tue portionis efficitur civitas litterarum. Et hec quidem nos pro possibilitate sensus nostri: vel etiam pro vestri auditus capacitate discussimus: summa vero scientie: et profundior: ac lucidior horum intellegentia apud illos erit: qui veram hereditatem veri et unigeniti filij Dei: que repromissa est ijs: qui eum perfecte dilexerint: consequi merebuntur: in Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

De difficultate intellegentie: et de Caleph quomodo accepit Hebron: et de filiabus suis. Homilia.XX.

Si quibus possibile est ascendere ad terram sanctam: et bonam: terram viventium: in qua mors non est: si quis per spiritum meruit ad hec videnda conscendere: ille potest verius nosse hereditatem: et locorum: et appellationum: que in ijs locis scripta sunt differentias. Verum quia difficile est ita eruditam: vel gratia spiritus repletam invenire animam: conamur nos consolationis communis causa: ne forte tedio efficiatur auditoribus sermo divinus et lectio: si nihil explanationis accipiat: orantibus vobis: et domino donante hec interim de huiuscemodi lectionibus perstringere: que edificare possint animas nostras. Si qua autem sunt: que nos ad presens sentire non possumus: vel vos nondum potestis audire: ex ijs tamen que diximus correctiores: atque emendatiores redditi: et illa: que nunc capere non possumus meliores effecti: comprehensuros nos sperare debemus. Et quidem optimum erit hec assequi: dum in hac vita sumus: ubi laboris premium iustum est: si minus post obitum fortasse innotescent ijs: qui merebuntur. Verumtamen etiam illud admoneo: non parum ex hoc ipso utilitatis anime conferri: quod aures nostras licet obscura videantur: penetrant. Si enim creditum est a gentilibus: quod quedam carmina: quas precantationes appellant quibus istud artis est insusurrantes: nominibus quibusdam compellatis: que ne illi quidem: qui invocant: norunt: ex solo vocis sono: vel sopiuntur serpentes: vel etiam de cavernis protrahantur astrusi: sepe autem et in corporibus humanis tumores: aut alia huiuscemodi voce sola reprimere dicuntur: interdum etiam anime stuporem quendam sensus infligere: ubi tamen Christi non restiterit fides: quanto magis totius precantationis: et carminis validiorem et

potentiorem ducendam credimus quācūq; illam scripture sancte: vel sermonum: vel nominum appellationē? Sicut enim apud infideles contrarie virtutes audientes illa vel illa nomina in carminibus: vel precantationib⁹ adsunt: ⁊ exhibent famulatū: ⁊ dant operā in hoc: ad quod inuocari se ex illo: vel ex illo nomine senserint: officij sui rem quodammodo ac ministerij cui semetipsos mancipauerint dependētes: eo magis vtiq; celestes virtutes: ⁊ angeli dei: qui nobiscū sunt: sicut ⁊ dominus de paruulis ecclesie dicit: quia angeli eorum semper assistant in conspectu domini: videntes faciē eius: libenter ⁊ grate accipiunt: si semper verba scripture: ⁊ horum nominum appellationes velut carmina quedam: ⁊ precantationes ex nostro ore pmamus. Quia ⁊ si nos non intellegimus que de ore proferimus: ille tamē virtutes: que nobis adsunt: intellegūt: ⁊ velut carmine quodam inuitate adesse nobis: ⁊ ferre auxilium delectantur. Quia autem sunt non solum circa nos multe diuine virtutes: sed etiā intra nos indicat propheta cum dicit in psalmis. Benedic anima mea dominum: ⁊ omnia interiora mea nomen sanctum eius: hoc est omnia: que intra me sunt. Constat ergo multas esse virtutes intra nos: quibus vel animarum nostrarū: vel corporū cura permissa est: que vtiq; si sancte scripture leguntur a nobis delectantur: ⁊ validiores erga nostri diligentiam fiunt: si linguis loquamur: ⁊ spiritus noster oret: sensus autem noster sine fructu sit. Dixit enim ⁊ hoc sanctus Apostolus: ⁊ mirum quodammodo mysterium humanis auribus protulit: dicens aliquando fieri posse: vt spiritus: qui in nobis est: oret: ⁊ sensus noster sine fructu sit. Intellege ergo ex hoc: quia fit aliquando noster quidem sensus sine fructu: spiritus autē: idest virtutes ille: que anime nostre in adiutorium date sunt: pascuntur ⁊ reficiuntur ex auditu scripture sancte: velut ex diuinis: ⁊ ratiōabilibus cibis. Quid dico: quia diuine virtutes pascantur: ⁊ epulentur in nobis: si nos verba diuine scripture pferamus ex ore? Ipse dominus noster Jesus Christus si nos ueniat ijs vacātes: ⁊ huiuscemodi studijs: ⁊ exercitijs operā dantes: non solū pasci: ⁊ refici dignatur in nobis: verum etiā si has epulas apud nos viderit apparatas: patrem secum dignatur adducere. Sed hec: quia satis magna: ⁊ supra hominem videntur: non meis tibi: sed ipsius dni: ⁊ Saluatoris sermonibus comprobentur dicentis. Amē dico vobis: quia ego: ⁊ pater veniemus: ⁊ mansionē faciemus: ⁊ cenabimus apud eū. Quem? Illum profecto: qui sua mandata custodit. Sȝ sicut diximus: quia sicut ex huiuscemodi meditationibus: diuinarū erga nos virtutum consortia: ⁊ officia prouocamus: ita e cōtrario malignarum virtutum insidias: ⁊ pessimorū demonū incursiōes: ex huiuscemodi sermonū: ⁊ noīum appellationibus effugamus. Verbi gratia: vt siquis vestrum aliquando pspexit precantationibus sopitū serpentem portari in manibus: vel ptrahi de cauernis nihil valentem nocere venenis: vtpote incantationis virtute torpentibus: ita etiā lectionis diuine virtute siquis intra nos est cōtrarie potestatis serpens: siquis ad insidiandum coluber latet: si patiēter feras: si nō tedio fatigatus auertas auditū: scripture carminibus: ⁊ diuini sermonis assiduitate depellitur. Si ergo vides o auditor aliqñ legis scripturam in aurib⁹ tuis: quam non intellegis: ⁊ sensus eius tibi videtur obscurus: interim hanc primā suscipe humilitatē: quod solo auditu velut precantatione quadam: noxiarum virtutum: que te obsident: ⁊ que tibi insidiantur virus depellitur: ⁊ fugatur. Obserua tantum ne efficiaris sicut aspides surde: ⁊ obturantes aures suas: ne audiant vocē incantationis: ⁊ veneficij: quod incantat a sapiēte. Verbi causa: est carmē: quod precantatur: ⁊ canitur a sapiēte Moyse: ⁊ qđ precantatur: ⁊ canitur a sapiente Jesu Naue: ⁊ quod precātatur ⁊ canitur a sapientib⁹ oib⁹ prophetis. Hec autē idcirco diximus: ne fastidium capiamus audientes scripturas: etiam si non intellegimus: sed fiat nobis fm fidem nostram: credētibus quia omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est. Si ergo diuinitus īspirata est: ⁊ vtilis: etiam si non sentiamus vtilitatem: credere tamen debemus quia vtilis est. Solent medici prebere interdū cibum aliquē: interdum etiam potū dare. Verbi gratia: ad discutiēdam caliginē visus: nec tamen in edēdo ipso cibo: vel in potādo sentimus: quia vtile est: ⁊ pdest oculis: sed cum transierit visum: cibi illius: aut poculi virtus: paulatim purgat aspectū: ⁊ tunc demū sentire incipimus: quia cibus ille: vel potus pfuit oculis. Sȝ ⁊ in alijs similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta: quia vtilis est: ⁊ anime prodest: etiam si sensus noster ad presens intellegētiam non capit: quoniam (vt diximus) ⁊ bone virtutes: que nobis adsunt: reficiuntur in ijs sermonibus: ⁊ pascuntur: ⁊ contrarie torpescunt ijs meditationibus: ⁊ effugantur. Sed fortasse dicitur ab auditoribus. Hec nobis idcirco dicis: vt te ab officio disputationis excuses: ⁊ in ijs finias: neq; quicquam prorsus vel ex ijs: q̄bus possibile

bus possibile

bus possibile est consolationis exbibeas:neque
vt dominum depꝛeceris pꝛestare gratiam suaȝ
ad reuelanda ea:que lecta sunt:vt paruum sal
tem cibum ex occultoꝛum:& secretoꝛum expla-
natione sumamus. Non ista de causa hec dixi
mus:nec accusantes nos ista pꝛotulimus:sȝ vt
ostẽderemus in scripturis sanctis esse viȝ quã-
dam:que legenti etiam sine explanatione suf-
ficiat. Nunc vero:quoniam non nobis sufficit
tempus:vt de omnibus que dicta sunt:dissera
mus:vel pauca saltem:pꝛout dominus dona-
uerit:perstringemus. Initium distribuẽde he
reditatis quam Iesus distribuit:incipit a Ca
leph. Data est enim huic Caleph poꝛtiõis sue
soꝛs:pꝛiusquam tribus sua:que est filioꝛuȝ Iu
da perciperet:& datur ei non in extremis aliq-
bus partibus:sed in medio filioꝛum Iuda:&
data est ei poꝛtio:non per soꝛtem:sed per pꝛece
ptum domini:& datur ei ciuitas integra. Quẽ
alium dignum erat talem consequi heredita-
tem:& talem percipere poꝛtionem:nisi Caleph
qui saluus effectus est cum Iesu Naue ex sex-
centis millibus armatoꝛũ:qui exierant de egy
pto? Ipsuȝ opoꝛtet accipere Metropolim. Et
ideo scriptum est. Dedit ei Iesus ciuitatẽ Ar
hoc Metropolim Enach:que erat Chebꝛon:
& exterminauit inde tres filios Enach. Quid pu-
tas nobis volens ostendere etiam hoc designa
uit:ꝓ Caleph accepta poꝛtiõe hereditatis sue
& tres filios Enach exterminauit:& nomina eo
rũ descripsit:idest Susi:& Achimach:& Tha-
lami generationes Enach? Uideamus ergo
quid est ꝓ nec sufficit ei dicere filios Enach:sȝ
& nomina ipsoꝛuȝ addidit:& super oĩa adiecit:
iste erant generationes Enach. Sed & in con-
sequentibus refert:quod accepta hereditatis
soꝛte Caleph:ascendit ad eos:qui habitabant
Dabir. Nomen autem Dabir erat pꝛius ci-
uitas litterarum. Uidendum ergo est quidem
quod pꝛius erat ciuitas litterarum:& postea fa
cta est Dabir. Preterea refertur;quia & filiã
habens Caleph pꝛoposuerit talem quandã cõ
ditioneȝ dicẽs. Quicũqȝ excindere potuerit ci-
uitatẽ litteraꝝ:& obtinuerit eam:dabo ei Axã
filiam meaȝ vxoꝛem. Cũqȝ ille hoc pꝛoposuis-
set. Gothoniel filius Chenner:frater Caleph
junioꝛ cepit ciuitatem litteraruȝ. Sed & ipsum
questionis locum scriptura sancta posuerit:ta
men (vt diximus) nihil ociose in ijs verbis ꝑ-
tereundum:quod Gothoniel frater esse dicit
Caleph:& Caleph filius scribitur Iessone:&
Gothoniel filius Chẽner. Quomodo ergo vi
debitur frater eẽ Caleph:qui nõ est filius Ies-
sone:sed ille dr̃ filius Iessone:iste autem filius
Chẽner:q dr̃ cepisse ciuitatẽ litteraꝝ? De quo

additur:qꝛ & junioꝛ erat:& per conditionẽ vir-
tutis merito acceperit Axam filiã Caleph vxo
rem:quia excidit & perdidit ciuitatem littera-
ruȝ. Exiens aũt de domo patris sui Axa:que
ei ex certa conditiõe nuptum tradita est:sedẽs
super asinum dicebat viro suo. Petam a pře
meo poꝛtionem agri. Et exclamauit de mõte:
& dixit ei. Da mihi benedictionẽ:quia in terra
austri nuptũ me tradidisti. Et accepit gonetlã
superioꝛem & gonetlam inferioꝛem. Et conclu
sit scriptura dicens. Hec est hereditas tribus
Iuda. Uidetis qꝛ auxilio dei opus est:vt hec
explanari queant? Impossibile pꝛoꝛsus est vllũ
hominum de ijs disserere:nisi illuminatus per
dei gratiam fuerit. Ideo ergo iuuate me oꝛa-
tionibus:& mecum pariter laboꝛate:vt domi-
nus in ijs tam obscuris:& absconditis locis lu-
ceȝ veritatis nobis dignetur ostẽdere:vt & nos
vobis possimus aperire quomõ hec vera & vti-
lia:& diuina sunt:sed pꝛo fragilitate humane
nature obtecta sacramẽtis:& inuoluta myste-
rijs. Pꝛimo ergo discutiamus quare Metro
polim accepit Caleph:& illaȝ:que pꝛima inter
ceteras oẽs in terra repꝛomissionis Metropo-
lis noiat:& Metropoliȝ Enach. Enach iterꝑ-
tatur humilitas inanis:vel rñsio inanis. Acce
pit ergo Caleph Metropoliȝ humilitatis ina
nis. Duas humilitates esse certũ est. Unã lau
dabileȝ:de qua dicit Saluatoꝛ. Discite a me:
qꝛ mitis sum:& humilis coꝛde:& inuenietis req-
em aĩabus vestris. Et de hac humilitate dictũ
est:qꝛ omnis qui se humiliat exaltabit. Et ali-
bi. Humiliamini sub potentissima manu dei.
Est aũt & alia humilitas culpabilis peccatoꝝ:
sicut illa:quaȝ de illicito coitu dicit scriptura:
qꝛ humiliauit illã:qđ de Amnon scriptũ ẽ:qꝛ
humiliauit Thamar soroꝛẽ suã. Est ergo hu-
militas inanis:q̃ descendit ex peccato. Huius
igit humilitatis inanis Metropoliȝ cepit:vel
excidit Caleph:& interemit tres filios Enach:
qui erãt filij inanis humilitatis:& illis interfe-
ctis ipse habitabat ciuitatẽ:& facit que in cõse-
quẽtib9 scripta sunt. Qui aũt sunt isti filij ina-
nis humilitatis:quos exterminauit Caleph?
Pꝛimus Susui q interpꝛetat extra me:hoc ẽ
extra sanctũ est filius inanis humilitatis:imo
& extra deũ. Est & alius Achiman:q iterpꝛetat
frater meus extra ꝯsiliũ:velut si dicamus fra-
ter sin… ꝯsilio. Oẽs etenim fratres:q de humi-
litate …ani nascunt:certũ est qꝛ & extra cõsiliũ
sunt. Tertius Thalami:q interpꝛetat pꝛecipi-
tium:vel suspensio:quod designat nihil in co
stabilitatis:sed vaga omnia:& in pꝛeceps ruen
tia. Istos ergo tres filios Enach exterminauit:
& interfecit Caleph:& post istos ascẽdit i Da-

bir. Nomen erat Dabir: prius ciuitas litterarum. Dabir interpretatur loquela. Sed nomē Dabir prius ciuitas litterarum. Igitur ciuitas litterarum intellege omne testamenti veteris instrumentum: idest et hanc ipsam: quam nunc differere conamur: scripturam intellegamus esse ciuitatem litterarum que postmodum efficiatur Dabir: quod est loquela. Hec etenim que prius in litteris erat: et secundum litteram intellegebatur: modo in ecclesijs. Christo reuelante domino loquela effecta est: loquentibus: et disserentibus primo sanctis apostolis: et remouentibus superficiem littere: proferentibus vero de ea spiritalem loquelam. Sed et singuli quique doctores ecclesiarum litteram legis loquelam: et disputationem euangelicam faciunt. Qui autem sunt tres filij Enach: quos Caleph: in cuius persona virtutem legis ascripseramus: interimit? Inanis humilitas accipienda est illa: quā omnes huius seculi poete: vel philosophi de diuinitate senserunt: quia et humilia: et deo indigna sunt que senserunt. Quid enim tā humile: et quid tam inaniter humile: quam ligna: et lapides deos astruere? Huius ergo inanis humilitatis filius primus est: qui dicitur extra me: hoc est primus sensus eorum: et extra veritatē: et extra deum est. Secundus vero Achiman: idest frater sine consilio. Rectum est vero: quod et iste frater sit illius erroris: qui sine consilio geritur. Quid enim tam sine consilio est: quam relinquere deum: qui nos fecit et sequi eos: quos nos fecimus? Tertius erroris: sensus est Thalami: quod est precipitium: vel suspensio. Nouissima namque huius erroris tendit in precipitium et in profundum inferni. Ergo hos gentilitatis sensus tanquam filios Enach vetusti erroris abscidit lex: que etiam secundum litteram deum verum: et creatorem omnium predicat. Sed nunc ascendit Caleph ad istam ciuitatem litterarum: et dixit. Quicumque exciderit ciuitatem istam litterarum: et obtinuerit eam: dabo ei Aram filiam meam vxorem. Et cepit eam Gothoniel filius Chener. Gothoniel autem qui accepit ciuitatem: interpretatur responsio dei. Responsio autem dei dici potest is: cui respondet deus: hoc est cui reuelat secreta: et pandit arcana. Iste ergo est: qui potest accipere ciuitatem litterarum: et veteris instrumenti excindere litteram occidentem: frater Caleph iunior. Ego autem sum de ecclesia frater Caleph iunior: qui excisa: ac discussa legis littera: sensum in ea spiritalē requiro. Excindo autem litteram: cum iam non secundum carnē circumcidor: neque secundum carnem azima manduco: neque pascha cum iudeis obseruo: neque sabbatum secundum litteram curo. Promissum namque est: quia si excidero ciuitatem litterarum: accepturus sum filiam fratris mei maioris. Eram namque prius filius Chener: qui interpretatur spretio: sicut nos gentes alienati a conuersatione Israel: spem non habentes: et sine deo in hoc mundo. Nam prior ille frater meus: cuius nunc accipio filiam pro eo quod excidi ciuitatem litterarum: ille filius Iessone fuit: qui interpretatur conuersio. Dat mihi ergo filiam suam: idest scientiam dei sui: vel intellegentiam: minori fratri dat lex: secundum quod scriptum est: auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Sciendum tamen est aliud esse legem: cuius nunc personam dedimus Caleph: aliud litteram veteris testamenti: quam ciuitatem figuraliter diximus litterarum. Accepta ergo filia eius ego frater eius iunior educo eam de domo patris sui. Que cum venerit mecum sedens super asinum. Super quem asinum? Illum sine dubio: quem soluerant discipuli Saluatoris: dicit ad patrem suum. Da mihi benedictionem pater. Et accepit gonetlam superiorem: et gonetlam inferiorem. Quod euidentius Apostolus dicit. Pollicitationem habens vite eius: que nunc est: et future. Et vt Saluator repromittit ijs: qui verbi sui perfectionem sequuntur: quia accipiant centuplum in presenti seculo: in futuro autem vitam eternam consequantur. Hoc est ergo accepisse in benedictione gonetlam superiorem: et gonetlam inferiorem. Quam benedictionem oremus vt et nos consequi mereamur: per Christum dominum nostrum: cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De filijs Iuda: qui non potuerunt disperdere Iebuseos de Hierusalem.

Homilia. XXI.

Filij Iuda volebant disperdere: vel interimere Iebuseos de Hierusalem: et non potuerunt: propter quod habitarunt Iebusei cum filijs Iuda in Hierusalem: vsque in hodiernum diem. Volumus a littera incipientes inquirere ab ijs: qui putant hanc secundum litteram stare posse: quid est quod dicitur vsque in hodiernum diem: quod verbum semper scriptura pro eo ponit: vt eternitatem seculi per hoc significet: sicut et dicit: nolite recedere a domino in hodierno die: idest donec seculum stat. Ostendat ergo mihi quomodo Iebuseus donec seculum stat: habitet cum filijs Iuda in Hierusalem: quippe cum ne ipsi quidem filij Iuda habitent in Hierusalem. Ideo ergo nec istud verum esse poterit: quod Iebusei cum iudeis habitent in Hierusalem: quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea.

in ea. Sed nos intellegamus hec spiritaliter: assumentes euangelij parabolā: que dicit de zizanijs. Sinite vtraqꝫ crescere: ne forte cum vultis eradicare zizania: eradicetis simul cum ipsis etiam triticum. Sicut ergo in euangelio permittuntur zizania simul cum tritico crescere: eodem modo etiam hic in Hierusalē: idest in ecclesia sunt quidam Jebusei isti: qui ignobilem: et degenerem vitam ducunt: qui et fide: et actibus: et omni conuersatione sua peruersi sunt. Neqꝫ enim possibile est ad liquidum purgari ecclesiam: dum in terris est: ita vt neqꝫ impius in ea quisquam: neqꝫ peccator residere videatur: sed sint in ea omnes sancti: et beati: et in quibus peccati macula non deprehendatur: sꝫ sicut dicitur de zizanijs: ne forte eradicātes zizania simul cum illis eradicetis et triticum: ita etiā super ijs dici potest: in quibus vel dubia: vel occulta peccata sunt. Neqꝫ enim dicimus de ijs: qui manifeste et euidēter criminosi sunt: vt non de ecclesia expellantur. Audi ergo scripturam dicentem: quia non potuerunt filij Juda disperdere Jebuseos: sed habitauerunt cū ipsis in Hierusalem vsqꝫ in hodiernum diē. Unde deprecor vos: qui fideles estis: vt ita vitam vestram: et conuersationem seruetis: ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini: vel alijs scandalū faciatis: sed sit vobis summi studij: summeqꝫ cautele: ne quis in hanc sanctam cōgregationem vestram pollutus introeat: ne qs Jebuseus habitet vobiscum. Uides enim quia dicit scriptura: ꝙ non potuerūt eijcere filij Juda Jebuseos de Hierusalem. Jebus autē interpretatur conculcatio. Ergo quia non possumus eijcere istos: qui nos conculcant: eos saltē quos possumus: quorū peccata māifesta sunt. Ubi enim peccatū non est euidens: eijcere de ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes zizania: eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. Mouet me tamen quod dixit: quia non potuerunt eijcere Jebuseos: idest eos: qui interpretantur cōculcatio. Et ideo videamus qui sunt in ecclesia conculcantes. Illi sine dubio: de quibus dicit dominus in euangelijs. Nolite mittere sanctū canibus: neqꝫ margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis: et conuersi elidant vos. Iste est ergo Jebuseus conculcatio: qui indigni audiunt verbum dei: et cum audierint neqꝫ vt infideles discedunt: neqꝫ permanent vt fideles: sed percepta mysteriorum notitia: fidei nostre secretioribus scrutatis: conuersi postmodū impugnant nos: et contradictionibus suis corda nostra dirumpunt: conculcantes verbi dominici margaritas: et ornamenta fidei maculantes. De istis ergo dicitur: quia non potuerunt filij Jude eijcere Jebuseum de Hierusalem: vsqꝫ in hodiernum diem. Simile autē aliqd scriptum est et de Effrem. Ait enim scriptura. Et non disperdidit Effrem chananeum: qui habitabat in Gazer: et habitauit Chananeus in Effrem vsqꝫ in hodiernum diē. Effrem autem interpretatur fructificatio. Qui ergo fructificat: et crescit in fide: non potest exterminare Chananeum semen pessimum: semen maledictum: semen semper mobile: semen incertū. Hoc enim interpretatur Chananeus. Et certum est: quia cum eo qui fructificat: et crescit semper habitat Chananeus. Nūquam enim tentationū motus cessant ab eo. Sed tu si vere fructificas in deo: et vides talem aliquē inquietum: turbidum: mobilem: scito quia Chananeus est. Si non potes eum eijcere de ecclesia: quia non potuerunt alij Effrem disperdere Chananeos: illud obserua quod Apostolus commendat dicens. Subtrahite vos ab omni fratre inquiete ambulante. Sed quoniā Salomon suadet hec que legimus describi in corde tripliciter: etiam illud: preter illa: que diximus: qđ cordi meo occurrit ad aures vestras proferam et vos facite quod scriptū est: vt vno dicente omnes examinent. Me ergo dicente quod sentio: vos discernite: et examinate sicut rectum est: aut minus rectum. De Hierusalē frequenter diximus ꝙ visio pacis interpretatꝰ. Si ergo in corde nostro Hierusalē edificata: hoc est si visio pacis in corde nostro fundata ē: et Christum semper: qui est pax nostra intuemur et seruamus in corde: siquidem ita fixi et stabiles sumus in hac visione pacis: vt nunquam prorsus vlla cogitatio mala: vel alicuius peccati consilium ascendat in cor nostrum: si hoc ita fieri possit: poterimus dicere: quia in Hierusalē sumus et nullus alius habitat nobiscū: nisi soli illi: qui sancti sunt. Nunc vero cum ēt ad grandem prouectum veniamus: et summis nosmetipsos studijs excolamus: tamen non puto cuiꝗ tantum in corde puritatis euenire: vt nūquā aduerse cogitationis contagione maculetur: certum est etiam Jebuseos habitare cum filijs Juda in Hierusalem. Non tamen ideo hec dicimus quod neglegamus quantū fieri potest eijcere eos: sed satis agendum nobis est: et tentandū quotidie eos eijcere de Hierusalem: sed sicut scriptum est: non possumus simul omnes eijcere. Hoc idem autem etiā in ijs qui fructificant: sentiendum est: qui Effrē filij nominantur. Qui et ipsi Chananeos: idest

vagas: et lubricas cogitationes semper debent eijcere de animabus suis. Potēs est aūt deus qui et Jebuseos: et Chananeos subijciat nobis (sicut scriptum est) subiecit autem Chananeos filijs Effrem. Ipsum ergo dominum depre cemur vt eijciens a nobis malas cogitationes: bonas instruat dignas Hierusalez ciuitate celesti: in quibus nihil pollutum inueniatur et sordidum: quod nos in die iudicij ex consciētie cogitationibus arguat: sed inueniatur in nobis puritas cordis i Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

De tribu Effrem: et de Chananeis. Homilia. XXII.

Chananei dicti sunt in filijs esse Effrez. Sed obseruemus qui sit in singulis ordo dictorum: idest quid cōtinet primus sermo qui dicit Chananeos esse cum filijs Effrem: et quid secundus: et tertius. Si enim diligentius obseruemus quomodo tertio dicātur eē Chananei cum filijs Effrem: et domino prestāte poterimus inuestigare ordinem dictionum: quid ex hoc primo: quid in secūdo: quid in tertio factum refertur: puto qꝫ non erimus increduli: quia vere hec non vt sola nobis rerum gestaꝝ narratio traderetur scripta sunt: sed sacramētis diuinis: deoqꝫ dignis repleta. Primo ergo dictum est quia non perdidit Effrem Chananeum: qui habitabat in Gazer: sed habitabat Chananeus in Effrem vsqꝫ in hodiernuz diem: et factus est sub tributo seruus vsqꝫquo ascendit Pharao rex egypti: et accepit ciuitatem: et incendit eam igni: et Chananeos: et Ferezeos: et qui habitabant in Gazer trucidauit: et dedit eam Pharao in dotez filie sue. Secūdo: et factum est (inquit) quoniam inualuerūt filij israel: et fecerūt Chananeos subiectos: exterminatione autem non exterminauerūt eos. Tertio: quando contradixerunt viri de tribu Effrem Jesu: volentes ꝑm numerositatem suam: quia plus erant et validi maiorem accipere etiam hereditatis sortem: et iubentur ascendere in saltum: et sibiipsis ampliorem locum capere: et vt possint latiora spacia occupare: iubētur exterminare Chananeū. Videamus ergo nūc quid sibi videtur hec de Chananeis tripartita narratio. Primo Chananeus nobiscuz est quidem: et sub tributo est: non est tamen obediens nobis: neqꝫ seruus. Secūdo: etiam seruus efficitur: et obediens. Chananeum hic carnem nostram accipiamus: vel ea: que carnis sunt.

Hec primo nobiscum est: hoc est anime iuncta est: sed non obediens: nisi tantuz qꝫ tributa dependet: idest ministerium quidez agendi aliqd exhibet: vel mouendi. Concupiscit tamen aduersus spiritum: et non est obediens anime: sed suis desyderijs cedit. Si vero aliquantuz profecerimus: efficitur nobis caro seruus: et obediens: ac parens anime voluntati. Et iste est secundus anime profectus: cum sibi carnē et seruire fecerit: et obedire. Tertium vero est: quod perfectum est. Si enim iam veniamus ad perfectum: etiaz exterminandus nobis dicit Chananeus: et morti tradendus. Quomodo autem hoc in nostra carne completur: audi apostoluz Paulum dicentem. Mortificate membra vestra: que sunt super terram: fornicationem: immunditiam: et cetera que sequuntur. Et iteruz dicit. Qui autem sunt Christi carnem suā crucifixerunt cum vitijs: et concupiscētijs. Sic ergo tertio: hoc est cuz ad perfectionē venimus: et mēbra nostra mortificamus: ac mortē Christi in corpore nostro circūferimus: exterminari a nobis dicitur Chananeus. Sed et illud non ociose preтereundum est: quod dicitur Pharao venisse: et accepisse ciuitatez Gazer: in qua Chananeus habitabat cum Effrem: et dedisse eam in dotem filie sue. Gazer autē interpretatur constructio. Si ergo corpus: et anima in vna: atqꝫ eadem constructione habitent: idest coniuncte sibi inuicem et socie: ita vt anima carnaliter viuat: et non festinet anima velocius sibi obedientem: et subditam facere carnem: verendum est ne veniat Pharao ex egypto: et captiuam ducat infelicem animam: ita vt in dotem eam tradat filie sue. Si enim consideres illud: quod dixit Apostolus: exurgere aliam legem in membris nostris: et captiuos nos ducere in lege peccati: iuenies quomodo ille Pharao: qui est auctor: et rex peccati: filie sue: que ē lex peccati: animam que carnaliter vixerit: in dotem conscribit. Post hec etiam hoc videndum est: quod filij Joseph questionem mouēt de hereditate: maiorem sortem requirunt dicentes ad Jesum. Quare nobis dedisti hereditatis sortem vnam: et pedaturam vnam? Ego autem populus multus sum: et dominus benedixit me. Si ergo et nos populus simus multus: et benedicat nos dominus: audiemus ab Jesu. Populus multus es: ascende in saltuz: et munda tibi ipsi: et para locuz in terra. Expurga Ferezeos: et Raphaim. Necesse ē ergo nos eijcere Ferezeos. Inuenimus autez Ferezeos interpretari fructificationem. Sed (sicut sepe iam diximus) de alijs nominibus in hoc duplex est

plex est

plex est interpretatio. Est enim fructificatio bo
na: ⁊ fructificatio mala (sicut in euangelijs de
signatur) quia arbor bona bonos fructus fa
cit: ⁊ arbor mala malos fructus facit. Opz er
go nos expellere omne quicquid non bene fru
ctificat: ⁊ abscindere fructum peccati: ⁊ expur
gare fructus iniustitie. Sz ⁊ Raphaim (inqt)
expelle: vel potius expurga de te. Raphaim i
uenimus interpretatum resolute matres. Est
in anima nostra virtus quedam: que parit sen
sus: ⁊ velut mater est eorum sensuum: vel itel
lectuum: qui procedunt e nobis: ſm quod dici
tur de anima quasi de muliere. Salua autem
erit per filiorum generationem: si permanserit
in fide. ⁊ ꝟitate. Iste ergo matres: hoc est ista
virtus anime illis: in quibꝰ fortis est: ⁊ valida:
ac robusta: generat sensus validos: ⁊ potētes:
⁊ qui superari a contradicente non possint. In
alijs quidem virtus ista resoluta est: ⁊ remissa:
quod indicatur ex sensibus: cum languidi qui
dam proferuntur ⁊ inepti: ⁊ nihil in se fortitu
dinis continentes. Hoc ergo significatur sub
nomine Raphaim: vt huiuscemodi de nobis
matres remissas: que sensus ineruditos: ⁊ inu
tiles pariunt: expurgemus. Et bene seruauit
spiritalis intellegentie proprietatem. Non eni
dixit exterminandos Raphaim: sed expurgā
dos. Non enim ipsos naturales anime motus
euertere: atqz exterminare ꝑcipitur: sed expur
gare: idest sordes: ⁊ immūditias: que eis ex no
stra neglegentia aduenerūt: purgare: atqz de
pellere: vt naturalis eius vigor proprie: atqz i
genite virtutis effulgeat. Post hec addūt ad
huc filij Effrem: ⁊ dicunt. Non sufficit nobis
mons: ⁊ equus electus: ⁊ ferrum Chananeo ē:
qui habitat in meridie. Nunquam inuenies q̃
equum habeat israelitam: sed Chananeus ha
bet illum equum: qui falsus est ad salutez. Ha
bet ⁊ ferrum bellicum Chananeus. Sed quid
respondit illis Jesus? Si populus multus es
tu: ⁊ virtutem habens: non erit tibi sors vna:
quia saltus est tibi: ⁊ emundabis eum. Uides
quid ad nos per spiritalem intellegentiam di
citur: vt emundemus syluaz: que in nobis est:
⁊ excidentes inutiles: ⁊ infructuosas ex nobis
metipsis arbores: faciamus ibi noualia: q̃ sem
per innouemus: ⁊ ex quibus fructū capiamus
tricesimum: ⁊ sexagesimum: ⁊ centesimuz. An
non eadem nobis euangelij sermo denunciat
dicens: ecce iam securis posita est ad radicem
arboris. Omnis ergo arbor: que nō affert fru
ctum excidetur: ⁊ in ignez mittetur. Hec pro
ribus nostris Naue filius precepit Jesus de i
fructuosis arboribus excidendis: hec nobis do
minus Jesus in euangelijs mādata describit.
Et quomodo non verum est quod vmbra pre
cessit: ⁊ veritas secuta est? Quid autem est: qđ
addidit Jesus. Si emundaueris (inquit) syl
uam erit tibi cuz exterminaueris Chananeū?
Diximus iam superius quomodo nobiscū po
situs Chananeus: primo tantum tributa de
pendet: secundo obediēs efficitur ⁊ subiectus:
tertio vero in membrorum nostrorum morti
ficatione etiaz exterminari dicitur. Que si recte
intellegimus ⁊ donauit nobis dominus ꝑ gra
tiam suam ita hec intellegere: fit aliquid ope
reprctij hec de secretis: ⁊ absconditis in publi
cum produxisse: ⁊ venisse ad agnitionem nr̃az:
que seruabantur obtecta: ⁊ conemur ſm hec: q̃
diximus Chananeum: qui nobiscuz est: citius
subijcere nobis: ⁊ obedientem facere: post hec
etiam exterminare: quia si dimittimus eum: ⁊
neglegimus: veniet Pharao ex Egypto: ⁊ i
cipit locum nostrum in dotem dare filie sue: ⁊
captiuos nos tradere legi peccati. Sed absit
hoc ab Israelitica nobilitate: vt seruiat filie
Pharaonis israelita: quem iam deus eduxit
de terra Egypti: iterum seruiat illi: qui in ma
ri rubro submersus est Pharaoni. Obserue
mus ergo sicut ⁊ hic dicit Jesus: vt preualea
mus nos contra Chananeos: ne si forte illi in
ualuerint super nos: ⁊ obtinuerit nos: de israe
liticis Chananeos nos faciant: sicut ⁊ ille effe
ctus est: quem superauerat carnis illecebra cui
dicitur a propheta: semen Chanaan: ⁊ nō Ju
da: species seduxit te. Non eueniat ergo nobis
audire semē Chanaan: quia maledictus Cha
naan puer: seruus erit fratribus suis. Nobis
autez prestet dominus: vt filij simus Abrahā:
⁊ Isaac: ⁊ Jacob: ſm promissionem heredes:
⁊ ob hoc ex lapidibus suscitati: vt simus filij
Abraham: a Christo Jesu dn̄o nostro. Cui est
gloria: ⁊ imperium in secula seculoꝝ. Amen.

¶ De ratione sortium: vbi septem tribus capiunt hereditatem. Homilia. XXIIII.

IN consuetudinem hominum cum aliqđ
sorte diuiditur: fortuitu videtur sors illa
ad illum cadere. In scriptura autez sancta nō
ita est. Aliquoties querebā apud memetipsuz
si de tantis: ac talibus patres sancti sortibꝰ iu
dicium commisissent. Quod si esset hoc apud
sanctos ita gestum: iam de alijs hominibus:
vel gentilibus nihil mirum videretur si nihil
haberetur eximium in ijs: que a sanctis forte
dicuntur diuisa. Sed videamus si forte in scri
pturis inuenimus aliquid positum: quod no

bis quid virtutis contineatur in sortibus ma-
nifestet. Incipiamus ergo a Leuitico: vbi scri
ptum est. Et accipient (inquit) duas sortes.
Sors vna domino: ⁊ sors vna apopõpeo: hoc
est transmissori. Et super quemcunqꝫ venerit
sors apopompei accipiet hircum illuꝫ: ⁊ addu
cet illum in eremum viuum: ⁊ dimittet illũ ibi
in dimissione sua. Alium vero hircum immo-
labũt domino: ⁊ reliqua: que ibi sunt: que vti-
qꝫ sciunt qui legunt. Et iterum vbi Moyses
sorte diuisit tribui Ruben: ⁊ tribui Gad: ⁊ di-
midie tribui Manasse: que poposcerant trãs
Jordanem accipere terram illam: quam acce-
perunt filij israel. Dedit autem etiam Jesus
sm preceptum dei Caleph filio Jeffone tribꝰ
Jude sortem. Dedit autem ⁊ tribui Effrem: ⁊
illi: que superat dimidie tribui Manasse. Et
post hec congregauit (inquit) ecclesiam filio-
rum israel: ⁊ dixit. Mittam sortem: ⁊ proferã
in conspectu domini sortem: si prius describẽ-
tes terram: attuleritis descriptionem eius. Et
ita post hec sortibus missis hereditas populo
dei distribuitur: ⁊ agitatur sors ista: nõ fortui-
tu: sed sm hoc: quod predestinatum est a deo.
Deniqꝫ tribus Beniamin prima ibi accepit
sortem vbi erat Hierusalem. Post hanc tri-
bus Symeon: secunda post hãc Isachar. De-
inde Zabulon: deinde Asser: post etiam Ne-
ptalim: inde Dan. In quibus nouissime veni-
unt ille tribus: que ex concubinis descenderãt
Jacob. Que ergo sit ratio sortium apud me-
metipsum requirebaꝫ: vt ex multis testimonijs
scripture quod latebat: agnoscerem. Inuenie-
bam sane in scripturis etiam gentiles homi-
nes vsos esse sortibus: tunc cum nauigaret Jo
nas: ⁊ tempestas vrgeret. Aiunt namqꝫ ij qui
nauigabant. Mittamus sortem: ⁊ videamus
cuius causa hec tãta malitia est: quasi sors tan
tum valeret: vt prodere posset: cuius causa pe-
riculum nauigantibus immineret. Et quãuis
gentiles essent: ⁊ alieni a cognitione dei: nõ ta
men in hac opinione falluntur: sed quod verũ
erat: prodit eis sors. Deniqꝫ venit (inqt) sors
super Jonam. Querens ergo de ijs: inuenio ⁊
Salomonem in prouerbijs dicenteꝫ. Contra-
dictiones cohibet sors: ⁊ inter potẽtes definit:
veluti cessare ostendens contradictiones: vbi
mittitur sors. Sed cum hec in testamento ve-
teri non pauca referri de sortibus inuenirem:
conuerti me etiam ad nouum testamentum vt
viderem si forte vel ibi contemnuntur sortes:
at ne ibi quidem earum vsus abijcitur: ⁊ inue
nio quod aliquando cum deesset numero apo-
stolorum vnus apostolus: ⁊ esset necessariuꝫ in
loco Jude alium subrogari: conuenientes apo-
stoli: qui vtiqꝫ multo sapientiores erant: queꝫ
ij: qui nunc episcopos: vel presbyteros: vel dia
conos ordinant: elegerunt duos: ⁊ statuerunt
in medio. Nec tamen de eis sibimetipsis iudi-
cium permiserunt: vt illum facerent: queꝫ ipsi
volebant: sed orantes (inquit) miserunt sortẽ:
vt ex illis duobus: quos statuerant in conspe-
ctu dei: idest Joseph: qui vocabatur Barsa-
bas: qui cognominatus est iustus: ⁊ Mathiã.
Et cecidit (inquit) sors super Mathiaꝫ: ⁊ an
numeratus est cum vndecim apostolis. Pre-
cedente namqꝫ oratione non iam casu: sed pro
uidentia: sors diuinum iudicium deferebat.
Sed adhuc querebam in nouo testamento: si-
cubi sors in Christo: vel ĩ ecclesia nominatur:
vel in rebus mysticis: ⁊ que ad animam perti-
nere videantur. Inuenio Paulum ad Ephe-
sios scribentem dicere de Christo. In qua (in-
quit) sorte vocati sumus: predestinati sm pro-
positum eius: qui omnia operatur sm consi-
lium voluntatis sue: vt simus in laudem glo-
rie eius: qui ante sperauimus in Christo. Sed
⁊ ad Thessalonicenses hec scribentem: grati-
as agentes deo patri: qui idoneos nos fecit in
parte sortis sanctorum in lumine. Taꝫ multis
igitur ex scripturis sanctis de commemoratio-
ne sortium testimonijs ꝯgregatis: quo ex mul-
torum locorum consideratione virtutẽ rei pos-
simus diligentius apprehendere: mihi quideꝫ
ex ijs omnibus: vel euidens adhuc sensus ad li
quidum patere non potuit: vel etiam de tanta
enunciandi ⁊ proferendi arcani metus insedit.
Illud tamen inquantum res patitur: contigis
se: sufficiat quod nobis ab apostolis sors ducta
designat: quia vbi ex fide integra: ⁊ oratione
premissa sors ducitur ea: que dei volunras con
tinet in occulto sors hominibꝰ declarat in ma-
nifesto. Scdm interiorem vero intellectum: si-
cut Paulus videtur indicare: cuꝫ dicit in par
te sortis sanctorum: ⁊ sorte vocari in Christo:
videndum est ne forte non soluꝫ in hominibꝰ:
sed ⁊ in supernis virtutibus sors agatur: ⁊ pre
sideat aliqua virtus huic officio: que verbi cã.
Jesu filio Naue nunc sorte hereditateꝫ distri
buenti: non ad aliquam gratiaꝫ: sed sm quod
scit deo placere ducatum prebeat: ⁊ illi quideꝫ
faciat euenire que prima sunt: quem scit apud
Deum primum locum tenere: quo hoc quod
in occultis habetur apud deum sortis guber-
natione etiam hominibus demonstraretur:
alium vero facere secundi loci: ⁊ alium tertij.
Quod ita gestum esse non solum in terris arbi
tror: verum etiam in celestibus: ⁊ huiusmodi
sortem:

fortem:que apud deum meritorum contempla
tione distinguitur:etiam illo tempore habitaꝫ
cum diuideret ⁊ constitueret excelsus gentes:
⁊ disseminaret filios Adam : ⁊ constitueret fi-
nes gentium ſm numerum angelorum dei : ⁊
facta est portio dei Jacob:funiculus heredita
tis eius israel.Uides enim quia ⁊ hic partem
⁊ funiculum israel domino dicit esse sortium.
Non ergo fortuitu arbitrandum est per sortē
venisse ad liquidum angelo illam gētem susci
pere:verbi causa.Egyptiorum:alij auteꝫ idu-
meorum:⁊ alij Moabitarum:⁊ alij Indiam:
⁊ vnamquamqꝫ nationem earum:que sunt su
per terram.Sed ⁊ ibi etiam si ſm numeruꝫ an
gelorum dei dicantur sorte gentes esse diuise:
tamen illa sors (sicut in hominibus diximus)
quia dei iudiciuꝫ:quod in occulto est:sors pā-
dit in publico:talis etiaꝫ ibi fuisse credenda ē:
quia ⁊ merito:⁊ virtute sua vnusquisqꝫ ange-
lus illam:vel illam gentem in diuisione susci-
peret.Et quid dico de magnis:⁊ de generali-
bus rebus:cum ne per singulos quideꝫ nostrū
absqꝫ huiusmodi sorte:que dei iudicio dispen
satur:verbi causa:vt alius nostrum talem:vel
talem vitam statim a natiuitate sortiatur : vel
certe illud quod erga homines geri ex scriptu-
ris sanctis sepe docuimus:ꝙ ⁊ boni angeli ad
sunt hominibus:⁊ contrarij: quod non vtiqꝫ
fortuitu:⁊ absqꝫ iudicio ille angelus illius ani
me:verbi causa. Petri custos esse sortitus sit:
⁊ alius Pauli:vel alius vnius infantis de ec-
clesia:de quorum angelis dicit dominus:quia
semper videant faciem patris sui: qui in celis
est:de quibus vtiqꝫ dubitandum non est:ꝙ iu
dicio dei:qui illorum dignitatē:vel nostre ani
me ad liquidum perspicit qualitatem vniuscu
iusqꝫ nostrum custodiaꝫ sortiantur:sorte qua-
dam mystica Christi dispensatione directa.
Ego autem quantum ad opinionem meaꝫ spe
ctat:puto audenter dicendum etiaꝫ de ijs vir-
tutibus:que mundi huius ministeria suscepe-
runt:quod nō fortuitu:vel casu illa virtus ter
re:vel arborū germinationibus presit:illa fon
tium ac fluminum sufficiat:ac sufficienter exhi
beat:alia imbrium:alia ventorum: alia mari-
nis:alia auteꝫ terrestribus animalibus:vel sin
gulis quibusqꝫ e terra gignentibus presit:⁊ eē
in ijs singulis sacramēta ineffabilia diuine di-
spensationis:vt ordine suo cuncta ⁊ competen
ti per vnamquamqꝫ virtutem dirimantur of-
ficio.Sic enim ⁊ Apostolus Paulus dicit.
Nonne omnes sunt ministri spiritus in mini-
sterium missi:propter eos:qui hereditatem ca
piunt salutis?Ad horum igitur imitationem
credendum est etiam hic scripturā referre sor-
tes duci per Jesum:⁊ hereditatē per vnaquā-
qꝫ sua dispensatione decerni:⁊ per ineffabilem
prouidentiam dei:ac presentiam:in ijs sortib⁹
adūbrari future in celis hereditatis exēplar:
quoniam quidem lex vmbram dicitur habere
futurorum bonorum:⁊ sicuti dicit Apostolus
de ijs:qui ad dominum Jesum Christum ve-
nerunt qui accessistis ad Syon montem: ⁊ ad
ciuitatem dei viuentis Hierusalem celestē: est
aliqua in celis ciuitas:que dicitur Hierusalē:
⁊ mons Syon.Non est vtiqꝫ sine causa quod
Beniamin in sorte sua accepit Hierusalem:⁊
montem Syon:nisi quia celestis illius Hieru-
salem ratio sine dubio exigebat: vt aliqua Be
niamin dari deberet Hierusalem terrestris: q̄
illius celestis figuram seruat:ac formam. Si-
militer autem de Bethleem dicendum est: ꝙ
non sine certa quadam ratione in Jude sorte
decernitur:vel Ebron:vel alie singule ciuita-
tes singulis quibusqꝫ tribubus conscribūtur:
nisi quia (vt diximus) illa celestia loca:in qui-
bus ⁊ Hierusalem:⁊ Syon esse nominatur:si-
ne dubio ⁊ cetera que ijs vicina:vel coniuncta
sunt loca:hoc in se cause:⁊ rationes cōtinebāt
in celis:quod sorte distribui gubernabatur in
terris.Hinc ergo est:quod dispensauit diuina
sapientia nomina quedam locorū scribi in scri
pturis:que mysticam quandam interpretatio-
nem contineant:per que indicetur nobis: quia
hec certis quibusqꝫ rationibus:⁊ non casu:vel
fortuitu fieri dispensentur.Sicut enim non est
putandum quod fortuitu accideret:verbi cau
sa:vt ille angelus Michael vocaretur : alius
autem Gabriel:alius vero Raphael : ⁊ vt ad
humana descendam:sicut non fuit fortuitu:vt
ille patriarcha Abrahā vocaretur:⁊ ille Isaac:
⁊ alius israel:sed ne in femininis quidem casu
accidit:sed certa:⁊ diuina ratione:vt illa Sa-
ra vocaretur ex Sarai:vel ille israel ex Jacob:
vel ille Abraham ex Abraꝫ:⁊ vt certum est qđ
vnusquisqꝫ vel angelorum:vel hominū ex ijs:
que sibi iniunguntur officijs:⁊ actibus etiā no
mina sortiantur:ita consequens est:etiam loca
quedam esse celestia ⁊ ciuitates:sicut Hierusa-
lem celestis dicitur ⁊ Syon: esse etiam alias:
quarum typum ⁊ imaginem iste:que in terris
sunt:continent:que nunc in hac scriptura my-
stice nobis per Jesum filium Naue designan-
tur.Et de ipsis puto ciuitatibus dictum. Edi
ficabuntur ciuitates Juda:⁊ habitabunt ibi:
⁊ hereditabunt eam.De ipsis etiam dominus
⁊ Saluator dicit:quia multe mansiones sunt
apud patrem.Et de ipsis credendum ciuitatē.

bus seruo illi qui bene negociatus fuerat dominum dicere: quia potestatem habebis super decem ciuitates: et alij super quinque ciuitates. Hec de diuisione sortium terre Jude proferre ad vos inquantum fas fuit: ausi sumus: scriptura prouocante: que Hierusalem dicit celestem: et monte Syon et cetera: que similiter scripta sunt in celis: que nobis occasione dederunt sentire de ijs omnibus: quod mysteria in ijs celestia describantur. Et ideo dicimus: ne cum fastidio hec legatis: et putetis vilem aliquam esse scripturam: pro eo quod est multis nominum appellationibus cosita: quin potius scitote ineffabilia per hec mysteria contineri: et maiora quam potest vel humanus sermo proferre: vel auditus mortalis audire: que (vt ego arbitror) digne: et integre explanari non solum a me minimo non possunt: sed ne ab ipsis quidem: qui me multo meliores sunt. Nescio autem si vel ab ipsis sanctis apostolis plene: et integre proferuntur. Non dixi quod non plene sciantur: sed non plene proferantur. Certum est enim cognita esse hec: et integre apprehensa illi: qui raptus est vsque ad tertium celum: qui vtique in celo positus vidit celestia: vidit Hierusalem veram ciuitatem dei: vidit ibi et Syon montem quocunque loci est: vidit et Hebron: vidit et omnia ista: que conscribuntur sorte diuisa: et non solum vidit: sed et rationes eorum in spiritu comprehendit: quia ipse confitetur se audisse verba: et traditiones. Sed que verba? Ineffabilia (inquit) et que non licet homini loqui. Vides ergo quia sic omnia Paulus comprehendit in spiritu: sed non licebat ei hominibus ista proferre. Quibus hominibus? Illis sine dubio: de quibus culpabiliter dicebat: nonne homines estis: et secundum hominem ambulatis? Sed dicebat fortassis illis: qui iam non secundum hominem ambulant. Dicebat hec Timotheo: dicebat Luce: et ceteris discipulis: quos sciebat capaces esse ineffabilium sacramentorum. De quibus et in ministerio tale aliquid Timotheum commonebat dicens. Memor esto verborum: que a me audisti que commenda fidelibus hominibus: et ijs qui idonei sunt alios docere. Sic ergo diuina hec esse credentes: et mystica: dignos nos: et aptos ad eorum capacitatem vite actibus: ac meritis preparemus: vt cum digne a nobis fuerint intellecta: etiam hereditate ea in celis consequi mereamur in Christo Jesu domino nostro. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

De Amorreis quomodo habitauerunt cum Effrem: et de Jesu quomodo accepit ciuitatem a filijs israel. Homilia. XXIIII.

De Jebuseis: qui habitabant Hierusalem dudum dictum est: quomodo eos exterminare non potuerunt filij Juda: sed et de Chananeis: quos non potuerunt exterminare filij Effrem: habitantes in medio sui. Quibus similia etiam presens lectio refert de Amorreis dicens. Quia permansit Amorreus habitare in Elom: et in Salamis: et grauis effecta est manus Effrem super eos. Amorreus interpretatur amarus: vel amaritudo. Habitantes ergo in Elom: que interpretatur arietantes: vel in Salamis: quod interpretatur pacifici: permanent: et habitant amaritudines in arietantibus et pacificis. Arietantes sunt ij: qui in agonibus positi: expugnare diabolicas edes: structurasque conantur. Pacifici vero: qui carnalibus concupiscentijs superatis: pacem anime gerunt. In vtrisque tamen perseuerat: et contendit contraria virtus amaritudo persistere. In quo tale aliquid intellegere possumus: quia dicit permansit habitare Amorreus in ipsis. verbi gratia: si inimica virtus demonis ex amaritudinis turma veniens obsideat alicuius corpus: perturbet: ac decipiat mentem: adhibeantur autem multe orationes: multa ieiunia: multe exorcistarum inuocationes: et ad hec omnia surdus demum in obsesso corpore permaneat: et persistat: tolerabilius ferens exorcistarum penas: et adhibita sibi ex Dei nominis inuocatione tormenta: quam discedere ab homine: quem impudenter obsidet: et nequiter: ita etiam hic intellegendum est in istis: qui dicuntur Amorrei: qui permanent: et persistunt habitare in Elom: et in Salamin. Et vt vere ostenderet scriptura: quia perferentes penas et flagella persistunt: dicit: et grauis effecta est super eos manus Effrem. Quomodo autem grauis efficitur Effrem super Amorreos: vel exorcistarum (vt diximus) manus: impositione vehementius imposita grauari dicitur super immundos spiritus manus Effrem: vel quia boni actus: et bona opera grauant et affligunt demonum genus: contrariasque virtutes. Quanto enim nos meliora egerimus: et quanto in optimis conuersamur: tanto illis molesta hec efficiuntur et grauia. Gratum vero illis est et acceptum: et voluptates eis quodammodo exhibet: qui in turpitudine: et flagitijs viuit. Qui vero in bonis actibus manum suam grauauerit super eos: etiam si penitus eos expellere non potuerit: certe tributarios eos faciet et subiectos. Et abierunt filij Effrem:

lij Effrem peragrare terram:fm fines suos. Et cum enarrasset illam historiam in sequentibus quantam mansuetudinem ꝛ humilitatē beati Jesu domini:ꝛ Saluatoris nostri declarat. Ait enim. Dederunt (inquit) filij israel sortem Jesu filio Naue ex semetipsis per preceptum domini:ꝛ dederunt ei ciuitatem:quaꝫ petiuit Thanasac:que est in monte Effrem: ꝛ edificauit ibi ciuitateꝫ:ꝛ habitauit in ea. Ipse est:qui dedit hereditatem omnibus filijs Juda:qui dedit Effreꝫ:ꝛ dimidie tribui Manasse:ipse dedit ꝛ magnifico illi Caleph filio Jeffone hereditatem:ipse misit ternos per singulas tribus:qui vniuersam terram peragrarēt: atqꝫ describerent in libro:ꝛ redirent:ꝛ ostēderent. Ipse misit omnibus sortes:ꝛ se in nouissimis reseruauit. Quare putas voluit esse omnium nouissimus? Sine dubio vt esset omnium primus. Et nec ipse sibi hereditatem sorte p̄sumpsit:sed a populo accepit:ꝛ illi dat populus hereditatem a quo ipse acceperat. Sic enim scriptum est. Et dederunt filij israel sortem Jesu filio Naue. Sed ꝛ hec figuraliter cōtingebāt illis:que nobis proponerentur ad formam: vt ꝛ nos seruemus preceptum illud quod iste opere impleuit quo dicitur. Quanto magnus es: tanto magis humilia te:ꝛ ante dominum inuenies gratiam. Et iterum quod scriptuꝫ est. Si te ducem ordinauerint ne extollaris:sꝫ esto inter eos quasi vnus ex ipsis. Vide ergo quomodo dux erat populi ipse:qui eos introduxerat in terram sanctam:in terram repromissionis:ipse erat successor Moysi: ꝛ non ipse sibi permittit sumere sortem terre:sed expectat vt accipiat portiunculam a populo:populi dux: ꝛ accepta portiuncula sua Jesus:dignus hoc nomine edificat locum ipsum:quem accepit:ꝛ cōstituit:vt eum vere faciat dignū munere Dei: ꝛ hereditate diuina. Sed quoniam ad dominum:ꝛ Saluatorem nostrum ea que de Jesu scribuntur:referre consueuimus:fortassis etiā noster omnis hic populus dat partem aliquaꝫ meo domino Jesu:ꝛ velut locum quendaꝫ habitationi eius tribuit. Sed ne iniuriosum esse videatur quod dicitur:requiramus quomodo ei damus nos serui eius habitationis locum. Ego si possem bonus fieri: darem locum filio dei in me: ꝛ acceptum locum a me in anima mea dominus Jesus edificaret eum:ꝛ adornaret:ꝛ faceret i eo muros inexpugnabiles:ꝛ turres excelsas:ꝛ edificaret in me mansionē (si mererer) dignam se ꝛ patre:ꝛ ita adornaret animam meam:ꝛ capacem eam sue sapiētie ꝛ scientie:ꝛ totius sanctitatis efficeret. In tantum vt etiam faceret deum patrem secum intrare: ꝛ in ea facere mansionem:ꝛ cenare etiam apud taleꝫ animaꝫ cibos:quos ipse donaret. Quod vt consequi mereamur:preparemus in nobis cor mundum:quo libenter ꝛ grate mundum cordis nostri introire dignetur hospitiū. Cui est gloria:ꝛ imperiuꝫ in secula seculoꝝ. Amē.

¶ De ciuitatibus:que date sunt Leuitis:ꝛ sororibus eorum. Homilia.XXV.

Omnes filij israel acceperunt sortes suas in terra. Leuitis autem in hereditate solus sufficit deus. Uerum quoniam accipiunt Leuite decimas:ꝛ primitias de fructibus a filijs israel per preceptuꝫ domini:oportebat eos etiam de terra (vt ita dicam) ꝛ de habitaculis decimas accipere. Hoc est enim ab omnib⁹ decimas accepisse. Et ideo accedentes primarij viri:qui erant in filijs Leui ad Eleazarum sacerdotem:ꝛ ad Jesum filiū Naue:ꝛ ad p̄ncipes tribuum filiorum israel in Selon in terra Chanaan:dixerunt. Dominus precepit in manu Moysi dari nobis ciuitates ad habitādum:ꝛ suburbana earuꝫ animalibus nostris. Oportebat etiam de suburbanis: ꝛ de ciuitatibus sortem fieri:ne forte indiscrete: ꝛ fortuitu ante Leuitas celebrata diuisio videretur. Sicut ergo distributio sortis: que facta est in filijs israel habuit rationem:qua quis prima sorte dignus haberetur:ꝛ alius secunda : de qua (prout potuimus) iam ante tractauimus:sed ꝛ de ijs:qui per Moysen vltra Jordanem : ꝛ ab Jesu in terra accipiunt repromissionis:vbi prima sors cecidit ad Beniamin:ꝛ postmodū ad ceteros:in quibus fuit vltimus Dan:ita necesse est esse ꝛ aliquam rationem etiam in ordine sacerdotalis:ꝛ leuitice sortis: vt alij prima: alij secunda:alij tertia sors ducatur: per quas illa:vel illa loca vnicuiqꝫ decernantur. Dicuntur autem filij esse Leui Gerson: ꝛ Chaat: ꝛ Merari. Et ostenditur primas partes tenuisse in honore Chaat:quia filij Chaat fuerunt Amran: Moyses: Aaron:ꝛ Maria. Igitur de Chaat pars quidem plebis effecta est sacerdotalis: que est Aaron : ꝛ filij eius : Moyses autem aut in sacerdotali ordine : aut siquid ēt plus a sacerdotali esse potest : habendus est. Alia vero est ratio de filijs eius. Ceteri autem ex filijs Chaat fm ordinem tenuerunt in tribu Leui qui sunt ex Isaar:ꝛ Chebron:ꝛ Odiel. Tunc deinde post hos accipiunt parteꝫ post Chaat ex filijs Leui Gerson tertio loco : nouissimus vero omnium Merari. Hec est autē

differentia primi ordinis: ⁊ secūdi: ⁊ tertij: vel quarti: quam primo omniū obseruauimus in Numeris. Postea enim quam ordinate fuerant duodecim tribus per quatuor orbis terre partes circa arcam testamenti domini excubias agere: ⁊ statute sunt tres quidem tribus ab oriente: tres autē ab africo: vel a meridiano: tres autem ad mare: quod est ad occidentem: tres vero ad aquilonem: qui est septētrio: ibi ⁊ isti per quatuor orbis terre partes eodem ordine deputantur. Et ab oriente quidem vbi erat tribus Juda: q̄ erat inter ceteras ꝑma. Aarō: atq; eius filij collocantur. Chaat vero filijs: qui erant reliqui: arcam testamenti domini leuare in humeris: ⁊ tubis canere statuitur: ita vt cū prima tuba cecinisset: mouerent castra ij qui erāt ab oriente. Cum vero secunda cecinisset ij qui erant a meridiano consurgerent. Tertia ab occidente: quarta ab aquilone. Vides quantus ordo: ⁊ quanta in scripturis sanctis rerum consequentia custoditur: quomodo nihil: nisi modo ⁊ ratione: ⁊ ordine geritur. Intuere diligētius: ⁊ in omni scriptura hec ita inuenies ordinata. Sed si tibi difficile est per omnes libros vigilantem cordis oculum ducere: in hoc saltē loco diligentius que referuntur aduerte. Prima (inquit) sors exijt Chaat: ⁊ facta est filijs Aaron sacerdotis: qui erat in Leuitis. Cuius primam sortem exire decebat? Cui oportebat primatus dari: nisi Aaron primo pontifici: primo in vite meritis: primo in honoribus: ⁊ virtute? Certum est apud te nunc saltē quod nō sit sors ista fortuita: sed adsit virtus superna: gubernans eam ꝑm diuine prouidentie iudicium. Ubi ergo filijs Aaron prima habitacula sors hec iusta decernitur? In tribu (inq̄t) Jude: in tribu Symeon: ⁊ in tribu Beniamin: per sortes ciuitates tredecim. Vides quomodo electis viris in electis tribubus habitacula dispēsantur? Quos autem oportuit secundam sortē suscipere: filios (inquit) Chaat: qui reliq̄ erāt post filios Aaron. Et quas trib⁹ isti accipiūt? In tribu (inquit) Effrem: ⁊ in tribu Dan: ⁊ dimidia tribu Manasse: ciuitates decem per sortem. Qui sunt autem tertij? Filij Gersom. Et in quibus tribubus sortiunt? Isachar (inquit) ⁊ Aser: ⁊ Neptalim: ⁊ in dimidia tribu Manasse: que est in Basant: itidem ciuitates decem. Qui sunt autem vltimi in Leuitis? Filij (inquit) Merari. Isti nouissimi: in quibus accipiāt tribubus: videamus. Ex tribu (inq̄t) Ruben trans Jordanem: ⁊ Gad: qui erat cū ipso trans Jordanem: ⁊ de tribu Zabulon: qui ⁊ ipse vltimus est in tres filios Lie: accipiūt in sorte ciuitates duodecim. Sed nondū ea: que magis obseruanda sunt in locis cōtingimus. De quibus etiam si pādere ꝓfundiora nō possumus: saltem summa queq; ꝑstringere nō pigeat: vt ex ijs vnusquisq; auditoꝝ occasionē capiat intellegētie altioris: ⁊ mystice perquirende. Cū quatuor partes orbis terre Chaat accepit sortem ꝑmus inter filios Leui: a parte orientis: cū illis tribubus: que ipse primatū omniū tenent. Vide ergo quomodo vniuersa cōueniunt. In quatuor orbis partibus certū est orientalem plagam nobiliorem videri: in qua ⁊ nobilior oīum reliquarum iude tribus habebatur: ⁊ filij Chaat sacerdotis: primā ducūt in primis: ⁊ tribubus: ⁊ orbis partibus sortem cum Gerson: ⁊ Merari: qui erant primi inter filios Leui. Sic ergo tres filij primi Leui: accipiunt orientalem. Occidentem vero vbi erat Ruben: ⁊ Symeon: ⁊ Gad: sortitur secunda sorte Chaat ex tribu Symeonis. Meraris vero primū sortit Ruben: ⁊ iteꝝ Merari tertius in Numeris: ab oriēte accepit Zabulon: vt iustitia seruetur: vt sorte ea: que ꝑm dominū dicitur: ⁊ credentium mentes ad mysteria futuri seculi dirigat contuenda. Post hec eorum: qui ad mare erant: idest Effrem: ⁊ Beniamin: ⁊ Manasse. Chaat cum suscepisset secunda sorte Beniamin: ceteri ex familia eius sortiti sūt Effrem. Post hoc eos: qui erant in terra sancta sortitur Gersom: ⁊ iterū ipse Gersom sortitur etiam aliam dimidiam tribum Manasse. Sed quia oportebat eos: qui erant in Aquilonem aliquid sacerdotalis gratie consequi: ne penitus nudati donis celestibus viderentur: in ijs: quorum nouissimus ordo erat in Aquilone: de Dan. Neptalim. Aser. Rursū Chaat non quidem inter sacerdotes: sed inter ceteros primam tamen accepit sortem in Dan: secundam vero Gersom in Aser: ⁊ tertiā idē Gersom in Neptalim. Quis potest assequi hec oīa ⁊ comprehendere? Quis meminisse saltē ⁊ obseruare ordinem ipsum ministeriorum valet? Quod si ꝑm litteram solū difficile textus ipse narrationis explicari potest: ⁊ permistio vel locorum: vel personarum: que in historia continentur: euolui: quid dicimus de ijs sacramentis: que per hoc describuntur: ⁊ in quibus distributiones future hereditatis adumbrātur: ⁊ per que sancte terre quam mansueti hereditare suscipient diuisio celebrabitur? Quis castrorum sedes diuersas explicet: quomodo hec in resurrectione per singulos quosq; sanctoꝝ sacerdotali: vel Leuitico ordine habenda sit distributio: vt quemadmodum dicit Apostolus in

lus in

lius in resurrectione non confuse agantur oia: sed veniat vnusqsqꝫ in suo ordine initiũ Christus. Deinde ij: qui sunt Christi: qui in aduentu eius crediderunt: cum tradiderit regnum deo ⁊ patri: cum subiecerit ei omnem principatum: ⁊ potestatem: ibi sine dubio tales quedaꝫ castrorum obseruationes: ⁊ sacerdotales distributiones: ⁊ ordines: ac tubarum significatiões erunt. Fortassis enim sicut ordinauit deus stellas celi: ⁊ rationibus eas quibusdaꝫ mirãdis: ⁊ ineffabilibus collocauit: ⁊ alias quidem statuit in axe aquilonis: alias in partibus orientis: alias vero in australi parte conuexa: atqꝫ alias in occasu: ita credo quod ⁊ eos: qui ex resurrectione mortuorum tales erunt: sicut stelle celi in multitudine: ⁊ claritate. Venientes scilicet ex semine Abraham ordinauit deus in regno celorum ꝫm ordinem stellarum ⁊ partiuꝫ celi: ⁊ dabit alijs sortem ad orientem: alijs ad occidentem ad austruꝫ alijs: ⁊ quos ipse nouit statuet ad aquilonem: quoniam quidem multi venient ab oriente: ⁊ occidente: ex quatuor orbis partibus: ⁊ recumbent cum Abraham: ⁊ Isaac: ⁊ Jacob in regno celorum: per gratiaꝫ domini nostri Jesu Christi. Cui est gloria: ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod sepulte sunt petrine macbere: ⁊ de ara: quam extruxerunt due semis tribus: que sunt trans Jordanem.

Homilia.XXVI.

In superioribus quidem dictuꝫ est: quia filij israel dederunt sortem Jesu in monte Effrem: ⁊ quia accepta sorte Jesus edificauit ibi ciuitatem: ⁊ inhabitauerit in ea. Nunc autem eadem denuo repetit scriptura: vt addat hoc qđ macberas petrinas: idest cultros e saxo: quibus circuncidit Jesus filios israel in eremo: recondiderit in ea ciuitate: quam edificauerat. ⁊ in qua habitabat. Unde ⁊ nobis repetenda expositio est: ⁊ quod adiectuꝫ est explanandum: vt deo donante sensus scripture integer expleatur. Diximus etenim in superioribus: quia ⁊ dominus noster Jesus petat a nobis locum: quem edificet quo habitet: ⁊ qꝛ debemus tales effici: tam mundi corde: tam simplices mente: tam sancti corpore ⁊ spiritu: vt ⁊ in anima nostra locuꝫ dignetur accipere: ⁊ edificare illaꝫ: ⁊ habitare in ea. Et qui putas sunt in omni populo ita acceptabiles deo: q ad hoc eligi digni sũt: aut forte nec singuli ad hoc capaces esse possunt: sꝫ vniuersus populus: ⁊ cũcta simul ecclesia vix capax esse potest: vt recipiat in se dominum Jesuꝫ: ⁊ habitet in ea. Uideamus ergo quis sit iste locus: in quo habitare debet Jesus. In monte (inquit) Effrẽ: hoc est in monte fructifero. Qui putas sunt in nobis mõtes fructiferi: in quibus habitet Jesus? Illi profecto: in quibus sunt fructus spiritus: gaudium: pax: patientia: charitas: ⁊ cetera. Isti sunt ergo montes fructiferi: qui fructum Christi afferunt: ⁊ mente: ac spe semper excelsi sunt. Et licet pauci esse possint tales: tamen si vel pauci fuerint: in ipsis habitans dominus deus: qui est lux vera: mittet radios lucis sue etiaꝫ super reliquos omnes: quos non dignos suo habitaculo principaliter iudicarit. Nunc autem videamus que sunt macbere petrine: quibus circũcidit Jesus filios israel. Si oretis pro nobis: vt sermo noster viuens sit: ⁊ efficacior: ⁊ acutior super oẽm macheram: prestabit ⁊ nobis dominus Jesus: vt verbuꝫ dei: quod loquitur ad vos circũcidat omneꝫ immunditiã: resecet impuritates: abscidat vitia de auditoribus: ⁊ amputet omne quouis mentis: ⁊ efficacia naturalis obtegitur: ⁊ sic per verbum dei: quod nunc machera petrina dicitur circuncidemini ⁊ vos ab Jesu audietis: quia abstulit obprobrium egypti a vobis hodie. Quid eniꝫ nobis prodest exisse de egypto: ⁊ nobiscum obprobria egypti circũferre? Quid prodest ambulare per eremum: hoc est quid nos iuuat in baptismo secundo renunciasse: ⁊ moruꝫ nostrorum pristinas sordes: ac vitiorum carnaliũ immũditias retinere? Oportet ergo post digressionem rubri maris: idest post gratiam baptismi auferri a nobis etiam carnalia veteris consuetudinis vitia per Jesum Christum dominum nostrum: vt ita demum egyptiacis carere possimus obprobrijs. Ponuntur ergo ille macbere petrine: ⁊ cultri lapidei: quibus secũdo circũcisi sumus ab Jesu: in eo loco: quẽ petit ⁊ accipit. In loco: queꝫ possidet in anima iusti: in ipso recondit ⁊ macheras. Sepe ostendimus macheraꝫ verbũ dei dictũ: quo verbo abscidũtur ⁊ purgãtur peccata de animis audiẽtium. Hec ergo virtus verbi diuini recõditur in eo loco cui datur sermo scientie: ⁊ sermo sapientie: vt opportuno tẽpore anima illa: que ꝑ donuꝫ spiritus repleta est verbo sapientie: verbo scientie: ꝓferat istas macheras in ecclesia: ⁊ circũcidat secundo eos: q secũda indigẽt circũcisiõe. Quod autẽ dicit petrinas macheras: hoc est e saxo cultros: ⁊ nõ e ferro artificis opere fabricatos: illud ostendit: quod sermo hic dei: qui circũcidere de animis auditorum immunditias põt: nõ ex arte grãmatica: vel rhe-

torica veniēs: neqȝ doctorum malleis edomitus: aut studiorum cudibus elimatus: sed ex illa petra descendens: que de monte sine manibus abscisa est: ⁊ orbem terre compleuit: ac dona spiritalia credētibus tribuit. Post hec Jesus conuocat filios Ruben: ⁊ filios Gad: ⁊ dimidiam tribum Manasse: qui secuȝ militauerunt ad hostes israeliticos superādos: ⁊ dimittit eos ad hereditatem suam. Datis ijs etiam muneribus quibusdam sicut scriptum est. In quo videtur illud indicare mysterium: quod cum plenitudo gentium introierit: ⁊ que repromissa sunt eis a domino Jesu perceperint illi qui per Moysen eruditi ⁊ instructi fuerant: ⁊ qui nobis in certamine positis auxilia orationibus: ⁊ precibus detulerunt: quia nondum repromissiones consecuti sunt: expectantes: vt ēt vocatio nostra compleretur (sicut dicit Apostolus) nunc demum perfectionem: que ab eis dilatata fuerat consequantur cuȝ muneribus: que accipiunt ab Jesu: vt vnusquisqȝ habitet in pace: omni bello: atqȝ omni impugnatione cessante. Post hec lectum est nobis: quia filij Ruben: ⁊ filij Gad: ⁊ dimidia tribus Manasse: qui erant trans Jordanem edificassent arā ingentem: filij vero israel reliqui ignorantes quare hec ara fuisset extructa: mittunt Fineeȝ filium Eleaȝari: filij Aaron: cum decem viris de singulis tribubus electis si forte tanquā discedentes a deo hoc fecissent: vel apostatici effecti: ⁊ contra mandatum dei gerentes: expugnarētur a reliquis filijs israel: sin aliter vt cognoscerent causam. Alij vero satisfaciunt de ara: ⁊ dicunt Scimus: quia altare verum est apud vos: vbi Jesus habitat: nos autem fecimus hoc altare ad similitudinē illius altaris: quod apud vos extructum est: vt ⁊ apud nos figura ⁊ imago veri altaris habeatur: ne forte crastino (inquit) placeat vobis dicere: qꝛ Jordanis finitimus est iter nos: ⁊ vos: ⁊ ipse determinat: ⁊ ideo non habetis portionem in altari nostro. Hec illi responsa miserunt. Sed videamus nos quid facti huius contineat sacramentum. Prior populus circūcisionis in Ruben: qui fuerat primogenitus designatur: sed ⁊ in Gad: q ⁊ ipse primogenitus est ex Lia: ⁊ Manasse nihilominus primogenitus. Quod autē dico primogenitos: ꝺm tempus loquor. Hec ergo dicūtur ne inter nos: ⁊ illos: qui ante aduentuȝ Christi fuerunt iusti: diuisio aliquā ac separatio videretur: sed vt ostenderent se etiaȝ si ante aduentum Christi fuerant: fratres tamen nostros esse. Licet enim habuerint altare tunc ante aduentuȝ Saluatoris nostri: sciebāt tamen ⁊ sentiebant: quia non esset illud altare veruȝ. Sed quia forma ⁊ figura erat huius altaris: nouerant illi hec: quia vere hostie: ⁊ que possent auferre peccata: non in illo altari offerebantur: quod habebat primogenitus populus: sed in isto vbi erat Jesus: hic celestes hostie: hic vera sacrificia consumantur. Fit ergo vnus grex ⁊ vnus pastor illi priores iusti: ⁊ qui nunc sunt christiani. Uolo autem ad horum probationem memoriam facere etiam historie cuiusdā: si tamen dominus donare dignetur: vt explanationem ipsius spiritalem inuenire possimus. Cadebat aliquando populus in deserto: ⁊ moriebatur. Uenit Aaron pontifex: ⁊ stetit in medio eorum qui moriebantur: ⁊ eorū qui viuebant: ne vlterius vastatio mortis proficeret iam in ceteros. Uenit ⁊ nunc verus pōtifex meus dominus ⁊ intercessit medius inter morientes: ⁊ viuos: idest inter eos: qui ex iudeis suam presentiam susceperunt: ⁊ inter eos: qui non solum non susceperūt: sed semetipsos magis quam illum occiderunt dicentes: sanguis illius super nos: ⁊ super filios nostros. Unde ⁊ omnis sanguis iustus qui effusus est super terraȝ a sanguine Abel iusti vsqȝ ad sanguinem Zacharie filij Barachie: quem occiderunt inter edem ⁊ altare: requiretur a generatione illa: que dixit: sanguis eius super nos: ⁊ super filios nostros. Sunt ergo populi pars mortui: quia neqȝ azima: neqȝ dies festos cōpetenter agunt: sed conuersi sunt dies festi eorum in luctum: ⁊ cantica eorum in lamentationem: qui etiam si velint non poterunt diem festum celebrare in eo loco: quē elegit dominus deus. Et nos quidem non diximus ad illos: qꝛ non erit vobis pars in hoc altari: vel in hereditate domini: sed ipsi sponte sua altare verum: ⁊ celestem pontificem refutarunt: ⁊ eousqȝ infelicitatis adducti sunt: vt ⁊ imaginem perderent: ⁊ non susciperent veritatem: ⁊ ideo dicitur ad eos. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Tralata est enim ad gentes gratia spiritus sancti: tralate sunt solēnitates ad nos qꝛ transijt ad nos ⁊ pontifex non imaginarius: sed verus ꝺm ordineȝ Melchisedech electus. Et necesse est eum veras hostias: idest spirituales offerre apud nos: vbi edificatur templum Dei ex lapidibus viuis: que est ecclesia Dei viuentis: ⁊ vbi est verus israel: in Christo Jesu domino nostro: cui est gloria: ⁊ imperiuȝ in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit tractatus Origenis super Jesu Naue.

¶ Incipit

176

¶ Incipit eiusdem Origenis tractatus in Libro Judicum.

¶ De eo quod scriptum est. Et seruiuit populus domino omnibus diebus Jesu: et seniorum: qui viderũt omnia opera domini magna: que fecit cum israel. Homilia.I.

Lector quidem presentis lectionis ita legebat. Et timuit populus dominum omnib⁹ diebus Jesu. Nos autem habemus. Et seruiuit populus domino oĩbus diebus Jesu: et omnibus dieb⁹ seniorum: eorum qui longiorum dierum fuerint post Jesum. Oportet ergo scire quia vnusquisq; nostrum ipse sibi prestat: vt in bonis diebus sit: aut ĩ malis: dies habeat Jesu: idest dies iustorum: aut dies habeat impiorum. Si enim intellegamus lumen verum quod illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundum: et prebeamus ei ad illuminandum animas nostras: aut si oriatur nobis sol iustitie: et mundum anime nostre habemus hospitiũ: habemus et nos dies Jesu Christi: dies salutis. Si quis vero animam suam prebuerit ad recipiendam lucẽ illam: que extinguetur: lucem contrariam veritati: et ab ea fuerit illumiatus: habebit et ipse dies: sed malos. Et non erit in diebus Jesu: sed erit in diebus Manasse: vel in diebus Pharaonis: vel in alterius cuiuscunq; diebus pessimis. Propterea deniq; in dieb⁹ Acab regis iniqui: et pessimi non potuit Esaias videre visum: nõ potuit videre dñm sabbaoth sedẽtẽ super thronũ excelsum et eleuatũ. Sed ex quo mortuus est rex nequã: cuius erant dies mali: tum potuit videre ꝓpheta visionẽ dei. Et vis nosse: quia dies isti cum dicitur in scripturis illius: vel illius nõ significẽt tẽpus vite illius: de quo dicit: vel presentie corporalis? Audi qd de diebus dñi nostri Jesu Christi ꝓpheta ꝑdixerit. Exorietur (inqt) in diebus eius iustitia: et abũdantia pacis: vsq; quo extollatur luna. Hoc si ita accipiamus: qđ diebus qbus Saluator demorabat in terris: dies erãt iustitie: et dies pacis: quomõ ꝓbabimus dies iustitie exortos eẽ iis: qui eum crucifixerũt: et qui aduẽtũ eius nõ receperũt? Aut quomodo multitudo pacis in diebus eius fuisse videbitur apud eos: qui eum in mortẽ in falsis criminationib⁹ tradiderũt? Quomõ istis videbũtur dies iustitie: et dies pacis exorti: in quoꝝ mẽtibus iniquitatis: et furoris tenebre versabant? Et rursum si ad illos dies: quos Saluator exegit in carne referat hoc quod scriptũ est. Orieť in diebus eius iustitia: et multitudo pacis: nũc quoniã non sunt illi dies: ergo nõ orietur iustitia eius: nec multitudo pacis Christi apud fideles: et religiosos inuenit? Magis ergo vnusquisq; pro actib⁹ suis: et cõuersatione vite: dies sibi vel iniqtatis: et belli: vel iustitie et pacis acqrit. Audi deniq; ꝓphetam dicẽtem. Timẽtibus (inqt) nomẽ tuũ orieť sol iustitie: sine dubio vt faciat eis dies iustitie: dies Jesu. De impiis dicit: q; occidet eis sol iustitie: sine dubio illis: ĩ qbus iustitia dormit in eis: et tenebre eis iniqtatis exorte sunt. Uis aũt sĩr a ꝓpheta discere: q sint qui habeãt multitudinẽ pacis? Audi quomõ dicit in psalmis. Pax multa diligẽtibus nomẽ tuũ: et nõ est illis scãdalũ. Dies ergo iustitie: et multitudo pacis exorieť diligẽtibus nomẽ dñi. Sed habẽt et impii lucẽ suam: ex qua sine dubio oriunť eis dies mali. Uis aũt et hoc tibi de scripturis ꝓbari? Audi qd scriptũ ẽ. Lux (inqt) iustis semper: lux aũt impioꝝ extingueť. Uides ergo q; est ꝓpria q̃dam lux impioꝝ: que extinguetur: et lux iustoꝝ: que permanet in eternum: et nescio si tam inepte quis intellegat: vt putet esse aliq̃ substantialem lucem: aliam: que impiorum dicatur: et aliam que iustorum. Quod vtiq; nullo modo fieri potest. Una est enim lux mundi a deo facta: que omnibus communiter et equaliter lucet. Sed hoc modo quod superius exposuimus: intellegẽdum est: q; anima nostra aut vero lumine illuminať quod nũquã extinguetur: qui est Christus: aut si nõ habet in se istud lumen: quod eternum est: tẽporali sine dubio et extinguibili luminẽ illuminatur ab illo: qui transfigurat se in angelum lucis: et falsa luce illuminat cor peccatoris: vt videãtur ei illa esse bona: et preclara que sunt presentia: et caduca. Isto lumine illuminantur illi: qui summũ bonum voluptatẽ putant. Isto lumine illuminãtur illi: qui diuitias: et honores seculi: et terrenã gloriã: quasi eternitatis memoriam querunt. Sunt ergo isti in diebus lucis eius: que extinguetur. Omnia hec que agunt et que desyderant et cupiunt: extinguuntur. Hoc lumie illuminanť et heretici: falsi nois sciam predicãtes. Hinc Marcion illuminatus: deũ legis iustũ: sed non bonũ dicit. Si ergo recte intelleximus qui sint qui a domino nostro Jesu Christo vero lumine illuminantur: et qui sint dies qui ab illo illuminantur qui se trãsfigurat in angelũ lucis: et cuius lumen extinguit: competẽter in-

tellegere possumus: etia3 istos Jesu dñi: qbus
dicitur quod seruiuit populus domino omni-
bus diebus Jesu. Certū nāq3 est qđ qui h3 in
se dies Jesu seruiat dño. Nec fieri pōt: vt hñs
in se aliqs dies Jesu: ⁊ lumē Christi seruiat Za
bulo: aut seruiat auaritie. Nec pōt fieri vt illu
mineť qs lumine veritatis ⁊ seruiat mendacio.
Nec pōt illuminatus lumine sanctificatiōis:
libidini ⁊ immunditie deseruire. Deniq3 sic ⁊
Apostolus dicit. Que enim participatio est iu
stitie cum iniquitate: aut que societas luci ad
tenebras? Que autem consonātia Christo cu3
Belial? aut q̄ pars fideli cū infideli? Oremus
ergo: vt semper in nobis Christus: q ē lux ve-
ra faciat dies bonos: nec vnq̄ de Zabulo nos
illuminati habeamus in nobis dies malos de
quibus dicit Apostolus. Redimentes tempus
quoniā dies mali sunt. Dies eni3 malos habe
mus: qñ carnalia pro spiritalibus querimus:
terrena pro celestibus: pro eternis caduca: pre-
sentia pro futuris. Si quādo ergo huiuscemo-
di in te desyderia videris exoriri scito te in die-
bus malis ⁊ pessimis positum. Et iō insiste ora
tionibꝰ: vt libereris a die illo: ⁊ (sicut dicit apo
stolus) eripiaris de presenti seculo malo: hoc
enim modo quod superius diximus: non solu3
dies fiūt mali: sed ⁊ seculū efficitur malū. Ser-
uiuit ergo populus domino omnibus diebus
Jesu: ⁊ omnibus seniorum diebus qui fuerant
post Jesum. Beatus est q in diebus Jesu ser-
uit dño: qui verbo: ⁊ sapientie eius illuminať:
qui ex doctrina eius accipit lumen scientie. Se
cūdo autem loco ⁊ ille post hunc est beatus: q
in diebus seniorum: qui fuerunt post Jesu3 do
mino seruit. Seniores qui vel cū Jesu: vel post
Jesum fuerūt: qui sunt: nisi apostoli: qui ⁊ ipsi
scriptis: ⁊ preceptis suis illuminant corda no-
stra? Et faciūt etiam ipsi dies quosdā in nobis
ex illa luce: quam ipsi ex vera luce participati
sunt: venientes. Qui ergo illuminať: ⁊ instrui-
tur ex Apostolorū preceptis: ⁊ ad seruitiu3 do-
mini apostolicis regulis instruitur: iste est q ser
uire dicitur domino in diebus seniorū: qui fue
rūt post Jesu3. Vis aūt videre: quia sicut Sal
uator erat lux vera: que illuminat omnem ho-
minē veniēte3 in hūc mundum: ita ⁊ Apostoli
lux erāt mūdi? In euāgelio scriptum est: dicē-
te dño ad eos. Vos estis lux mūdi. Quod si ēt
apostoli lux sunt mundi: sine dubio per prece-
pta: ⁊ mādata sua illuminant nobis dies: in q-
bus dño seruiamus. Quod aūt dixit oībus die
bus seniorū: qui longiorū dierum fuerunt post
Jesum: nec hoc mihi ociose dictū videť: q lon
geui: vel lōgorū dierum dicuntur esse seniores
qui post Jesum fuerūt. Et quidē dei est solius
nosse post Jesum qui fuerint inter seniores: q
lōgiorem diem fecerit: idest qui maiorem ex se
emiserit lucem: vtrum Petrus: an Paulus:
Bartholomeus: an Joānes. Verūtñ lōgorū
dicunť dierū sancti. E cōtrario vero tūc qñ iste
mūdus malis replebiť: qñ increscente iniqtate
refrigescet charitas multorū: ⁊ q̄do venerit fi-
lius hoīs difficile fidē inueniet sup terrā: tunc
nō dicūtur futuri lōgi dies: sed magis adbre-
uiari dicūtur: sicut dixit dñs: q̄ nisi adbreuia-
ti fuissēt dies illi: nō fieret salua vlla caro. Ma
li ergo dies breuiari dicūtur: longeui aūt sunt
⁊ multi temporis: ⁊ grandis quodāmodo spa-
cij dies boni: in qbus dño seruimus. Vide tñ
quia ⁊ hoc designauit in euāgelio: quod pp ele
ctos breuiabuntur dies illi. Electis ergo bre-
uiabuntur dies mali: dies iniquitatis: ⁊ scāda-
li. Et vt ego arbitror cu3 semel electis dies ma
li ceperint breuiari: semper breuiantur: ⁊ mi-
nuuntur: vsq3 dum ad nihilum rediganť: ⁊ pe
nitus exolescāt: atq3 ad vltimū pereāt: ex qui-
bus vnus puto erat ⁊ ille qui dicebat: pereat il
la dies: in qua natus sum. Sic ergo electis di-
es mali breuiantur ⁊ pereunt: dies vero senio-
rum sanctorū longeui sunt ⁊ prolixi. Sed ⁊ il-
lud: quod dicētibus nobis occurrit: ⁊ vtinā do
mino suggerēte occurreret: pretereundum nō
est: quod dixit: quia seruiuit populus dño om-
nibus diebus Jesu: nō dixit vnū diē fuisse Je-
su: sed multi sunt dies Jesu. Quos ergo mul-
tos ponimus dies fm hunc ordinem: quē expo
suimus? Ego sic arbitror q̄ dies vnus ipsius ē
iustitia: alius sanctificatio: alius prudētia: ali-
us misericordia: ⁊ sic per singula virtutum do
na dies cōputatur Jesu: in qbus dño seruitur:
q̄ in ijs virtutibus animi dño placeť. S3 ⁊ pa
tientiam cōputato diem: ⁊ mansuetudinem: ⁊
pietatē: ⁊ bonitatem: ⁊ omne qđ ad virtute3 p-
tinet: ipsius dicito diem. Et sic in omnibꝰ die-
bus Jesu dño serues: idest in oībus ijs virtu-
tibus. Non enim vult scripture sancte institu-
tio: vt aliquas ex ijs virtutibus habeas in te: ⁊
alias neglegas: sed vt oībus ijs virtutibꝰ ador
natus: ⁊ in earū actibus positus fuias dño. Eo
dem modo quis etiā seniorū dies habet in se: ⁊
in diebus eorum seruit dño: implens illud: qđ
dicit apostolus Paulus. Imitatores mei esto
te sicut ⁊ ego Christi. In diebꝰ (inquit) senio-
rū eorū: qui cognouerūt oīa opa dñi. Quis est
qui cognoscit omnia opa dñi: nisi qui facit ea?
Sicut enim dictum est de filijs Heli: quia es-
sent filij pestilentie nesciētes dñm: nō q̄ igno-
rarēt dñm: qñi vtiq3 ⁊ doctores erant cetero-
rum: sed

rum:sed quia sic agebant vt agunt illi:qui nesciunt dominum. Hoc modo etiam hic sentiendum est quod dicit:qui cognouit omne opus. Et non solum (inquit) cognouerunt opus domini:sed addidit:qui omne opus cognouerũt dñi:idest qui cognouerunt ⁊ iustitie opus dñi: ⁊ sanctificationis opus:⁊ patiẽtie:⁊ mansuetudinis:⁊ pietatis. Et omne quicquid ex mandatis dei venit:opus dñi dicit. Sz sicut est opus dñi:est sine dubio huic contrariũ opus zabuli. Certũ est enim:q2 sicut iustitia est opus dei: ita ⁊ iniustitia opus zabuli. Et sicut mansuetudo opus dei est:ita ⁊ ira ⁊ furor opus sit zabuli. Cognouisse ergo dicũtur opus dei:illi q faciunt opus eius. Ut autem hoc amplius ex scripturarum auctoritate clarescat:quomodo soleat dicere scriptura:cognoscere vel nescire: vide quomodo etiam alibi scriptum est. Qui custodit (inquit) mandatum nesciet verbum malum. Qui autem mãdatum custodit potest fieri:vt nesciat verba mala? Scit quidem: sed nescire pro eo dicitur:ꝙ ea cauet:⁊ vitat. Sed de eodem ipso domino ⁊ Saluatore quod dictum est:quia non nouit peccatum:certuz est: quia ignorasse dicitur peccatum pro eo qd nõ egit opus peccati. Hoc ergo modo ⁊ ille dicit cognoscere opera domini:qui opa domini facit. Ignorat autem opus dei:q non agit opus dei. Sed ⁊ illud quomodo preterimus qd addidit:qui cognouerit opera domini magna:q̃ fecit in israel. Quid eniz sunt aliqua opera domini parua:ad quorum distinctionem hec magna dicantur? Ego arbitror ꝙ omne quidem dei opus est magnum:sed pro capacitate eoꝝ: qui operantur:si sibi inuicem comparẽtur:vel magna opera dñi dicũtur esse:vel parua. Uerbi causa. Eduxit filios israel de egypto:in manu forti:⁊ brachio excelso. Egypto prodigijs celestibus verberata viam fecit in mari:mãna in deserto populo dedit. De celo locutus ẽ ad Moysen:legem conscriptam in tabulis lapideis dedit. Nõne hec magna sunt opera dei? Sed si illud ijs ꝯpares:ꝙ ita dilexit deus hũc mũdum:vt filiũ suum vnigenitũ daret pro salute mũdi:inuenies oĩa illa parua eẽ ad huius operis magnitudinẽ. Quod opus etiam nos ⁊ cognoscere debemus ⁊ credere:⁊ opari opera domini. Nõ ergo neglegẽter:sed fideliter ⁊ attente:vt inueniamur ⁊ nos in dieb9 Jesu Christi:⁊ in diebus sanctoꝝ senioꝝ eius apostoloꝝ: cum quibus ⁊ societatem celestis hereditatis mereamur accipere:per ipsum dominum nostrum Jesum Christuz. Cui est gloria:⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod scriptum est. Et defunctus est Jesus filius Naue. Homilia. II.

Recitatus est nobis etiam Jesu obitus. Et ille quidez filius Naue quod defunctus est:nihil mirum. Nature namq3 qd debebatur exsoluit. Uerum quoniam instituerámus hec:que de filio Naue legebãtur:ad dñz nostrũ Jesum Christũ referre:vidẽdũ est quõ etiã de ipso dici conueniat:q2 defunctus ẽ Jesus. Ego arbitror ꝭm scripture auctoritatem hoc loquẽs:qd in qbusdã viuit Jesus:in qbusdã vero defunctus ẽ. In Paulo viuit Jesus: ⁊ in Petro:⁊ in illis oĩbus qui merito possunt dicere:viuo autez iaz nõ ego:viuit vero in me Christus. Et iteruz dicit. Mihi autem viuere Christus est:⁊ mori lucrũ. In istis ergo talib9 Jesus viuere merito dicitur. In quibus autez defunctus est Jesus? In illis sine dubio: q sepe penitendo:⁊ iteruz delinquẽdo:velut insultare morti Jesu dicũtur. De quibus scribens ad Hebreos dicit Apostolus. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei:⁊ ostentui habẽtes. Uides ergo q2 in peccãtibus nõ solum defungi dicitur Jesus:verũ ⁊ crucifigi ab eis asseritur:⁊ illudi? Sed ⁊ tu ipse ꝯsydera apud te si quando de auaritia cogitas:⁊ cupis aliena diripere:nũqd potes dicere:q2 viuit Christus ĩ me? Aut de stupro cogitas:si furore exagitaris:si liuore succenderis:si inuidia stimularis:si temulentia debacharis:si superbia extolleris:si crudelitate grassaris:nũquid potes in ijs oĩbus dicere:quia Christus viuit ĩ me? Sic ergo in peccãtibus defungitur Christus:ꝑ eo qd nihil in eis iustitia:nihil patiẽtia:nihil veritas:⁊ oĩa illa que Christus est:operantur. A sanctis vero quecunq3 fiunt. Christus ea dicit operari:sicut ⁊ Apostolus dicit. Oĩa possum: in eo:q me cõfortat Christus. Sz ⁊ ipse dñs in euãgelijs de hoc distinctionẽ pulcherrimã dedit cũ dicit. Quicũq3 cõfessus me fuerit coram hoĩbus:confitebor ⁊ ego eum coraz patre meo qui est in celis. Qui autem negauerit me coraz hominibus:⁊ ego negabo eum coram patre meo. Cũ vri qs ceperit passionibus suis:tũc dicetur de eo:quia tradidit eos dñs in passiõib9. Et iteruz. Tradidit eos in reprobũ sensum:vt faciant ea que nõ cõueniunt. Quare? Quia repleti sunt (inquit) omni iniquitate: nequitia: fornicatione:auaritia:⁊ ceteris omnibus que dicuntur:sicut ⁊ hic modo. Qui seruierũt (inquit) ⁊ adorauerũt Baalim:⁊ Astharten tradidit illos deus ĩ manus diripiẽtiũ:⁊ facti sũt in manib9 inimicorum suoꝝ. Hec enim (vt se

pe iam dixi) iudei tanquã historias rerum gestarum: et preteritarum legunt. Nos autem propter quos hec scripta dicũtur scire debemus: quia si peccauerimus domino: et animi nostri voluptates: ac desideria carnis: velut deum colamus: tradimur etiam nos et apostolica auctoritate: in manus zabuli cõcedimur. Audi denique ipsum dicentem de eo: qui peccauerit. Tradidi (inquit) huiusmodi hominem Sathane in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat. Uides ergo: quia non solum per Apostolos suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum: sed et per eos: qui ecclesie presidẽt: et potestatem habent non solum soluendi: sed et ligãdi: traduntur peccatores in interitum carnis: cum pro delictis suis a Christi corpore separãtur: et (vt mihi videtur) dupliciter etiam nũc traduntur homines de ecclesia in potestatẽ zabuli. Uno modo quo superius diximus: cũ delictum eius manifestum fit ecclesie: et per sacerdotes de ecclesia pellitur: vt notatus ab omnibus erubescat: et conuerso eueniat illi quod sequitur: vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Jesu Christi. Alio autem modo quis traditur zabulo: cum peccatum eius manifestum non sit hominibus: deus autẽ qui videt in occulto: perspiciens eius mentem: et animam vitijs: ac passionibus seruientem: et in corde eius non solum amorem seculi: sed aut auaritiam: aut libidinem: aut iactantiam: vel alia huiusmodi: istum talem ipse dominus tradit Sathane. Quomodo eum tradit Sathane? Discedit a mente eius: et auertit se: et refugit a cogitationibus eius malis: et desyderijs indignis: et derelinquit domum cordis eius vacuam. Et tũc complebitur in illo hodie quod scriptum est. Cum autem inmundus spiritus exierit ab homine: circuit loca arida: et si non inuenerit requiẽ redit ad domum suam: et inueniens eam vacãtem: et mundatam: assumet secum septem alios spiritus neqores se: et intrans habitat in domo: et tunc fient hominis illius nouissima peiora prioribus. Hoc ergo mõ intellegẽdũ est deum tradere quos tradit: nõ quia ipse tradat aliquem: sed ex eo quod derelinquit idignos: eos scilicet qui se nõ ita excolunt: et a vitijs purgãt: vt libẽter in eis habitet deus: ipso refugiẽte: atque auertẽte se ab aĩa: que in inmunditia: ac vitijs posita est: tradita dicitur ex eo quod deo vacua inuenitur et inuaditur ab spiritu nequã. Et ideo nos sũmo studio vigilemus: et festinemus purgari a vitijs: et cõcupiscẽtijs malis: vt deũ intra nos tenere possimus: et vt habitare dignetur in nobis: dũ delectatur et actibus: et sermonibus: et cogitationibus nostris: si secundum ipsius voluntatẽ geramus cuncta: que gerimus: vt siue manducemus: siue bibamus: siue aliud quid facimus: oĩa in nomine facimus dñi nostri Jesu Christi. Cui est gloria: et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De eo quod traditi sunt filij israel in manus inimicorum: et de Gothoniel: et Aoth.

Homilia. III.

Quando fecerunt filij israel malignum in conspectu dei: et obliti sunt domini Dei sui: ac relinquentes eum seruierunt Baalim: et lucis gentium: tunc thesaurizantes sibiipsis irã: traditi sunt iusto dei iudicio in manus inimicorũ secundum hec: que presens lectio declarauit: in manus Chusarsaton regis Mesopotamie. Interpretatur Chusarsaton humiliatio eorũ. Traditi sunt ergo in manus eius: qui humiliaret eos. Et quia ipsi in excelsis montium impie agebant in altissimum: propterea ab ipso in humilitatem traduntur. Sed nolo putes: quia erga antiquos solummodo erat hec diuina prouidentia: vt eos: qui impie exaltabantur: traderet humiliandos: vt salubri medicine ratione: contraria contrarijs curarentur. Nã et nũc omnipotenti deo erga ecclesiam suam de huiusmodi salubritate prouidentia est. Etiam nũc est Chusarsaton rex Mesopotamie: cui tradũtur humiliande: et affligende anime que christiana humilitate contempta: in superbiam seque atque arrogantiam dederunt. Odiosum satis est in conspectu dei superbie vitium: quia (sicut scriptura dicit) initium discedendi a deo superbia. Et iterum alibi scriptura dicit. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Si quis igitur Christi humilitate cõtempta: qui propter nos cum Deus esset homo factus est: et humiliauit se vsque ad mortem: extollitur: et effertur: et ad potestates: et dignitates seculi prosilit: et artes quibus hec assequi nititur: etiam si contra fidem: et religionem sint: non refugit: nec borrescit: dummodo quod cupit: obtineat: faciatque malignũ in cõspectu dñi: postquam indeptus fuerit summas infulas potestatum: et ad ipsa superbie fastigia summa conscenderit: inde deiectus traditur huic Chusarsaton: vni scilicet ex aerijs principibus: vt humiliet eum: qui nimis fuerat exaltatus: vt affligat: vt conterat: donec resipiscat et querat dñm: quia cum esset in superbia et elatione constitutus ignorabat dñm. Nunc ergo ij: qui traduntur pro peccato in tribulatione positi: videamus quid faciũt. Illud profecto quod scriptum est. Et clamauerunt ad

runt ad dominum cum tribularentur: ⁊ de ne
cessitatibus eorū liberauit eos. Et eduxit eos
de tenebris: ⁊ vmbra mortis: ⁊ vincula eorū di
rupit. Sed vnusquisq; nostrū etiam si paruus
sit: ⁊ etiam si minimus: etiā si nulla sit vsus in
ecclesia dignitate: potest per superbie vitiū la-
borare. Et nihil tam fedū: neq; execrabile (si-
cut scriptura dicit) quam pauperem superbū:
⁊ diuitem mendacem. Nonnunq̄ autem mor
bus iste superbie penetrat non solū pauperes
plebis: verum etiam ipsum sacerdotalem: ⁊ le-
uiticum ordinem pulsat. Inuenies interdum
etiam in nobis aliquos: qui ad exemplum hu-
militatis positi sumus: ⁊ in altaris circulo ve-
lut specula: in quibus arrogantie vitiū fetet:
⁊ de altari domini quod deberet incēsi suauita
te fragrare: odor teterrimus superbie: ⁊ elatio
nis renidet. Sed abijciatur (queso) ab omni
hac sancta ecclesia: ⁊ precipue ab ijs: qui mini-
strant in sanctis: odor iste teterrimus: vt possi-
mus (sicut Paulus dicebat) effici bonus odor
Christi: ne forte irascatur dñs: ⁊ ad iracūdiā
prouocemus sanctū israel: ⁊ tradat nos in ma-
nus Chusarsaton: ⁊ humilitatē: quam in sciē-
tia Christi docere debuimus: incorreptiōis no
stre tribulatione discamus. Sed vide benignū
dominum: misericordiam cū seueritate miscen
tem: ⁊ ipsius pene modū iusta ⁊ clementi libra-
tione pensantem. Non in perpetuū tradit de
linquentes: sed quāto tempore errasse te nosti:
quanto tempore deliquisti: tanto nihilominus
tēpore humilia teipsum deo: ⁊ satisfacito ei in
confessione penitentie. Non expectes vt humi
liet te Chusarsaton: ⁊ inuito necessitas extorq̄-
at penitentiam: sed ipse preueni tortoris istius
manus: quia si teipse emēdaueris: si teipse cor-
rexeris: pius est deus: ⁊ misericors: qui vindi-
ctam temperet ab eo: qui illam penitendo p̄ue
nit. Sed illud consyderemus: quia donec ser-
uirent Chusarsaton ij: qui traditi fuerant pro
delictis: ⁊ non clamauerunt ad dominum: ne-
mo suscitatus est qui saluare eos posset. Cum
autem clamauerunt ad dominum: tunc susci-
tauit dominus Saluatorem israel: ⁊ saluauit
eos. Saluatorem autem dicit Gothoniel: qui
interpretatur tempus mihi deus. Per hūc er
go Gothoniel p̄or ille populus de s̄uitute hu-
militatis ereptus est: ⁊ reddita est pax populo:
quam superbia dudum: ⁊ diuersa plebis faci-
nora fugauere. Uerum quoniam diximus spi
ritalem quēdam intellegi posse Chusarsaton
regem: ⁊ vnum de aduersarijs: ⁊ aeris potesta
tibus principem: ita consequens mihi videtur
etiam Gothonielem istū qui ad liberādū po-
pulum suscitatus est: esse vnum aliquem de mi
litia celesti: ⁊ archangelicis turmis: qui ad ad-
miniculum mittūtur eorum: qui hereditatem
capiūt salutis: ⁊ sunt Angeli Saluatoris: qui
vel Gothonielis: vel Aoth specie designātur
quia (sicut sepe ostendimus) non solum a con
trarijs virtutibus impugnamur: sed ⁊ diuine:
boneq; virtutes ad auxilium nostrum mittun
tur a domino. Uideamus tamen quis fuerit
iste Gothoniel: cuius familie: cuius nobilita-
tis. Filius (inquit) Ceneth frater Caleph: il-
lius laudabilis: ⁊ admirandi viri Caleph: qui
fuit comes: ⁊ socius Jesu Naue: de quo (p̄ut
potuimus) in suis locis: que visa sunt: disserui
mus. Quid ergo dicit scriptura d̄ isto Gotho
niel? Posteaq̄ dixit: q̄ clamauerūt filij israel
ad dñm: factus est (inq̄t) spiritus dñi sup Go
thoniel: ⁊ iudicauit israel. Putas est in nobis
aliq̄s: q̄ ita validū: ⁊ ita iustū clamorem mittat
ad dñm: vt dignus sit exaudiri: ⁊ mereat popu-
lus accipe iudicē: quem spiritus dei repleat: ⁊
possit rectū tenere iudiciū? Unū ⁊ liber ipse Ju-
dicū d̄r: ⁊ describunt in eo iudices: qui iudica-
uerūt populū. Sicut .n. alij libri Regū dicun-
tur: vel Regnorū: in q̄bus describit vnusq̄sq;
Regū quomodo regnauerit: vel q̄d egerit: ita
⁊ in hoc libello gesta Judicū referuntur: ⁊ de-
scribitur nō solū si quid ab eis recte: ⁊ humili-
ter gestū est: verū ⁊ si q̄d culpabiliter emissum
est. Cur tñ vtrūq; descriptū sit si regris p̄fecto
vt nūc ecclesie principes: vel iudices peruiden-
tes ea: que ab eis laudabiliter gesta sunt: prio-
rū sequātur exēpla. Si qua vero in illis culpā-
tur: vt isti caueāt ⁊ declinēt. Magna ergo la-
us p̄mi huius iudicis Gothoniel refert: q̄ spi-
ritus dei factus est sup eū: ⁊ per spiritū dñi iu-
dicabat israel. Quod ego de alio quidē dictū
non valde memini. Sunt ergo ⁊ olim hodie
ecclesiarū: que sunt sub celo quāplurimi iudi-
ces: quibus iudiciū nō solū rerū gestarū datū
est: sed ⁊ aīarū. Uerū nescio si q̄s talis ecclesie iu
dex est: quem dignū faciat deus spiritu sancto
replere: vt sicut Gothoniel iste testimonio scri
pture decoratus est: ita etiam ipsi: de q̄bus hec
optamus dei testimoniū mereantur. Ait ergo.
Et factus est sup eū spūs dñi: ⁊ iudicauit isra-
el: ⁊ exijt ad bellū: ⁊ tradidit dñs in manus eius
Chusarsaton regem. Quare hoc? Quia spūs
dñi erat in eo: ⁊ confortata est manus eius super
Chusarsaton regē. Et post hec dicit: q̄ quieuit
terra sub eo iudice quadraginta annis. Uides
q̄ larga ē diuina clemētia. Octo annis filij is-
rael seruierāt p̄ multorū delictis: quadraginta
annis per vnius iustitiā in pace perdurāt. Sz

quid dicitur post hec? Et defunctus est (inqt) Gothoniel filius Ceneth. Rem video periculosam. Defunctus est Gothoniel: quia iaꝫ indignus erat populus: qui haberet iudicem talem. Deniqꝫ in ꝯsequentibus dicit: illo defuncto: adiecerunt (inquit) filij israel facere malignum in conspectu domini. Et cōfortauit dominus Eglon regem Moab aduersuꝫ israel. Consydera quia pro eo quod indigni erant iā habere principem talem: propterea auferatur ab eis bonus iudex. Et fecerunt filij israel malignuꝫ in conspectu domini: ⁊ excitatur eis hostis pessimus. Eglon rex Moab. Uides quia peccata vires hostibus p̄bent. Et quando nos facimus malignum in conspectu domini: ⁊ delinquimus: tunc confortantur a domino inimici nostri: tunc vires contrarijs virtutibꝰ dātur. Hoc siue ꝭm litteraꝫ queras ita inuenias: quia non inualescerēt nisi eis delicta nostra vires conferrent: siue in spiritalibus cōsyderes: similiter contrarie virtutes non inualescerent aduersum nos: nec ipse zabulus in nobis aliquid preualeret: nisi ei vires ex nostris vitijs p̄beremus: valde infirmus esset aduersum nos: nisi nos eum fortem peccando faceremus: ⁊ nisi per peccata nostra locum introeūdi: ⁊ dominandi inueniret in nobis. Propterea ⁊ Apostolus deniqꝫ premonet dicens. Nolite locum dare zabulo: sicut ⁊ hic modo legimus: quia posteaquaꝫ fecerunt filij israel malignuꝫ in cōspectu domini: locum dederunt zabulo. Confortauit enim dominus Eglon regeꝫ Moab: ⁊ adiunxit ei oēs filios Ammon: ⁊ Amalech. Non solum (inquit) ipse confortatus ē ex peccatis filiorum israel: sed adiunguntur ei socij nequaꝫ ex filijs Ammon: ⁊ Amalech: qui cuꝫ ipso pariter impugnent israel. Et seruierunt (inquit) filij israel Eglon regi Moab: decem ⁊ octo annis. Obserua: quia etiam mensuras pene indicat scriptura diuina: cum ante octo annos ⁊ hic decem ⁊ octo dicit. Certum est autem ꝙ ꝭm peccati modum: ⁊ conuersionis nostre moram: etiam castigationis tempora temperantur. Transierunt enim ⁊ isti deceꝫ ⁊ octo anni seruitutis: ⁊ non refertur quia clamauerunt ad dominum: vel conuersi sunt a malitia sua. Sed post decem ⁊ octo annos iterum dicitur quia clamauerunt filij israel ad dominū: ⁊ suscitauit eis dominus deus Saluatorem: Aoth filium Gera: filium Gemini: virū Ambi dextrum. Ecce qualis est iste qui suscitatur ad saluandum israel: nihil habet in se sinistrū: sed vtramqꝫ manum dextram habet. Hoc est enim quod dicitur Ambi dexter: dignus vero populi princeps: ⁊ ecclesie iudex: qui nihil agat sinistrum: cuius quod agit dextera: nesciat sinistra sua. In vtraqꝫ parte dexter est: in fide dexter est: in actibus dexter est: nihil habet de illis qui collocantur a sinistris: quibus dicitur: discedite a me operarij iniqtatis: nescio vos: ite in ignem eternum: quem preparauit deus zabulo: ⁊ angelis eius. Quod si licet in talibꝰ ex simili presumere: puto ꝙ ꝭm spiritalem intellegentiam: ⁊ sancti omnes ambi dextri dicantur: ⁊ e contrario zabulus: ⁊ princeps eius (si dici potest) ambi sinistri dicuntur. Totum enī quod agunt sinistrum est: totum peruersuꝫ: totum igni eterno cum ijs: qui a sinistris sunt: deputatum. Sed videamus quid agit hic. Ambidexter iudex. Miserunt (inquit) filij israel munera ad Eglon regem Moabitarum: per manum Aoth. Et fecit sibi Aoth gladium ex vtraqꝫ parte acutum: palme extense longitudine: ⁊ alligauit sibi eum Aoth ad femur dextrum. Uides quia dextrum est omne qđ agit Aoth hic Ambi dexter: ⁊ manibus dexter est: ⁊ in pedibus dexter est. In femore eniꝫ dextro gladium portat: vt veniat ad regem: ⁊ interficiat eum. Dixeramus in superioribus ꝙ quos ad salutem populi: ⁊ ad liberandos filios israel suscitare dicitur deus Saluatores: vel iudices: imaginem ferant aliquorum principuꝫ ex celesti militia: ⁊ supernarum virtutum: quos ad subsidium deus emittat eoruꝫ: qui ad se toto corde clamauerint: ⁊ per conuersionem penitentie diuinam erga se clementiaꝫ flexerint. Sed hoc vt ne presumptuꝫ apud auditores videatur a nobis debemus ex scripturaruꝫ auctoritate firmare. Scriptuꝫ est in Exodo: quia patres nostri filij israel cuꝫ multo tempore egyptijs: ⁊ Pharaoni regi durissimo: in luto: ⁊ lateris confectione seruissent: clamauerūt ad dominum (inquit) ita vt ipse dominus diceret. Clamor filiorum israel ascendit ad me: ⁊ misso quidem Moyseo visibiliter eduxit eos. Refert autem scriptura ꝙ angelus exterminator missus sit: qui vastaret quidem omnia primogenita egyptiorum: israelitarum vero nemineꝫ tāgeret. Et sic declaratur virtuteꝫ fuisse celestē: que vastatis egyptijs: ⁊ prostratis: filios israel de iugo seruitutis eduxit. Simile quoqꝫ etiaꝫ illud refertur in historijs ꝙ sub rege Assyriorꝫ Sēnacherib: angelus domini mittitur: qui cesis sub vna nocte: ⁊ prostratis centum octoginta millibus hostium: ⁊ vrbem de obsidiōe: ⁊ populum de imminenti liberaret interitu. Ita ergo etiam nunc eadem consequentia debemus aduertere: ⁊ si quando pro peccatis nostris in

captiuitatem

captiuitatē tradimur:clamemus ad dominū. Clamemus aūt nō ore:sed mente:ita vt dolor cordis fontem lachrymarꝫ producat ex oculis: vt vltra nō contingamus mala. Si ita desinamus a superbia:vt vltra nihil supbus:nihil arrogans sapiamus:mittit etiā dn̄s virtutē suā celestē:per quā liberemur a iugo seruitutis Zabolice:que virtus oīa pro nobis agat dextra:et prospera:que faciat nobis relinquere viā sinistrā:que ducit in perditionē:et reuocet nos ad veram viam illum:qui dicit. Ego sum via:et veritas:et vita. Jesum Christum dominū nostrum. Cui est gloria:et imperium in secula seculorum. Amen.

¶ De Semegad:et Jabin:et Sisara:et cetera. Homilia.IIII.

Coniungitur principatui Aoth Ambidextri:principatus Semegad. Sed videamus qualiter Aoth qui interpretat laus: concluserit principatū suū. Historia nos edocuit ea que de Eglon rege scripta sunt: quō sapientissimus hic Aoth arte quadā:et (vt ita dicam) callida:sed laudabili deceptione interemerit Eglon tyrānum:qui interpretatur rotatus:vel orbite. Oportet ergo tales esse et nostri populi iudices:qualis fuit Aoth iste:qui interpretat laus:vt oēs volubiles motus:et orbitas mali itineris excedāt:et perimant Madianitarū regem. Madianite aūt iterpretant fluxus: vel effusio. Huius igit fluxe:et dissolute gentis princeps vel dux qui pōt videri alius:vel itelligi:nisi sermo illius philosophi:qui summū bonum iudicat voluptatē:quē interficiat:et perimat euāgelicus sermo:qui gladio cōparatur: et sermo ppheticus ipse in vētre eorum:atqꝫ in imis precordijs Ambidextri doctoris disputationibus ɔcludatur:vt veritatis assertione eos concludēs:extinguat oēm praui dogmatis: et crasse intellegētie sensum:qui se extollit:et erigit aduersum spiritalē sciaꝫ Christi:vt hec ita faciens:et in verbo dei dimicans:vnusqsqꝫ ecclesie iudex fiat:etiaꝫ ipse laudabilis Aoth de quo dicat dominus. Euge serue bone:et fidelis:qꝛ super pauca fuisti fidelis:supra multa te constituaꝫ. Uerū breuiter ista a nobis de priori lectione:idest de Aoth sine repetitis: videamus nunc quale sit etiā principiū Semegad: qui interpretatur ibi aduena. Uerū est enim:qꝛ omnes q sunt homines dei aduene sunt in hoc mūdo:et incole in terra:sicut et ille qui dicebat. Quoniam incola ego sum apud te in terra:et peregrinus sicut omnes patres mei. Et hunc ergo Semegad sanctus spiritus ibi incolā dicit:idest hic. Quod enim sancto spiritui:qui in celis est:ibi est:nobis hic est. Quid ergo dicit de Semegad: Percussit (inquit) Allophylos in sexcētis viris:in stiua:vel pede aratri. Aliud genus laudis in Semegad video. Iste in aratro pugnat. Aoth pugnabat in gladio. Uicit tamē et hic:et supat:et psternit Allophylos. Potest ergo fieri:vt ecclesie iudex nō semper gladiū proferat:nō semp austeritate verbi: et acumine correptionis vtatur:sed aliquando etiā imitetur agricolam:et velut aratro sulcās anime terram:ac sepius eam clemēti cōmonitione rescindēs aptam eam suscipiēdis seminibus paret. Interficiētur ergo etiā sic Allophyli:cū non argumētis:et acumine contra aduersarios vtimur:sed agresti:et simplici cōmonitione de animis auditorꝫ vitia et peccata ppellimus. Sꝫ et tu ipse o auditor esto agricola aie tue vtere hoc aratro quo vtit Semegad. Sꝫ cū miseris manū tuam in aratro:noli retro respicere:idest postquā tuleris crucem tuaꝫ:et sequutus fueris Christū:postqꝫ seculo renūciasti et ijs:que in seculo sunt:noli retro respicere: noli requirere que pter Christū duxeras vt stercora:qꝛ si in isto aratro manū semp habueris:ita vt confidēter dicas. Mihi aūt absit gloriari:nisi in cruce dn̄i nostri Jesu Christi:per quē mihi mūdus crucifixus est:et ego mundo: hec tibi dicēti cadēt a dextris tuis decē millia: et a sinistris tuis mille:ad te vero nō appropinquabunt. Sed et hoc ipsum qd dixit in sexcentis viris Allophylos percussisse Semegad:nō mihi videtur ociose dictū. Quid eni opus erat designare etiam numerꝫ:nisi forte euidentius in ipso numero ea:de quibus supius diximus: indicauit: Nāqꝫ senarius numerus:qui multiplicatus venit in sexcentos:mūdi huius figuraꝫ tenet:qui in sex diebus dicitur ɔsumatus. Sexcētos ergo in aratro dicit percussisse ille:q per crucē dn̄i crucifixus est mundo. Sed quid post hec additur: Et adiecerūt (inqt) filij israel facere malignū in ɔspectu dn̄i:et Aoth mortuus est. Seruat nunc in ijs etiā illa obseruatio:quā in superioribus designauimus:qꝛ pro peccatis populi morit bonus populi dux. Cuꝫ enim indigni fuerint effecti:et fecerint malignū in cōspectu dn̄i:auferetur ab eis bō dei. Sed dicit fortasse populus noster. Nū ecclesia dei sine iudice est: Etiā si prior defecerit:alter adhibet. Audacter fortassis aliquid dicimus:nō qd scriptū est dicimus. Nō semp princeps populi:et ecclesie iudex per dei arbitriū datur:sꝫ put merita nostra deposcūt. Si mali sunt actus nostri:et opamur malignū in ɔspectu dn̄i:dantur nobis pncipes sm cor nostrum. Et hoc tibi de

scripturis pbabo. Audi nāq3 qd dñs dixit. Fecerunt sibi regem: & non per me: & principem: & nō per ɔsiliū meu3. Et hoc dictū vī de Saul illo: quē vtiq3 ipse dñs elegerat: & regem fieri iusserat. S3 qm̄ non fm voluntatē Dei: s3 fm peccatoris populi meritū fuerat electus: negat eum cū sua volūtate: vel ɔsilio ɔstitutu3. Tale ergo aliqd intellegamus ēt in ecclesijs fieri: qz pro meritis populi: aut in v̄bo: & opere potens a deo tribuiꝛ rector ecclesie: aut si malignū faciat populus in conspectu dñi: talis ecclesie iudex daꝛ: sub quo famē & sitim populus patiaꝛ: non famē panis: neq3 sitim aque: sed famē audiendi verbū dñi. Ita ergo nos agamus: & ita oremus ne vnq̄ nos diuina indignatio in v̄bi fame cōdēnet: ac siti: ne vnq̄ auferaꝛ a nobis: qui nos v̄bo & opere instruat: q in moribus: & honestate: q patiētie: ac māsuetudinis pfectu3 de se populis pstet exēplu3. Nam si nos fecerimus malignū in cōspectu dñi: idest si male egerimus: si volūtatem nostra3: & nō dei facimus: moriꝛ & nobis Aoth: auferꝛ & Semegad: & obscurabiꝛ laus nostra: & tradimur in manus Jabin regis Chanaan. Jabin aūt interpretatur sensus: siue prudētia. Si ergo nos nō pbauerimus deū habere in noticia: tradit nos deus in reprobū sensum: repletos iniqtate: neqtia: fornicatione: auaritia: plenos iuidia: homicidijs: contentione: dolo: susurratores: detractores: deo odibiles: cōtumeliosos: superbos: elatos: parētibus nō obediētes: incōpositos: sine affectu: sine misericordia. Uides q sint: & quales: qui traduꝛ in reprobū sensu3: q tradūtur Jabin principi Chananeoꝝ. Et princeps (inqt) militie Jabin erat Sisara: & ipse habitabat in Arisoth gētiū: & erāt ei nōgēti currus ferrei. Et clamauerūt ad dñm filij israel. Etiā i hoc similiꝛ illa: quā supius designauimus obseruatio custodiꝛ: qz nesciūt clamare ad dñm filij israel: nisi cū traditi fuerint i manus Jabin: vel cū afflicti p eius militie pncipem Sisaran: cui inerāt (inqt) nongēti currus ferrei: qbus scil3 affligeretur populus dure ceruicis. Sisara aute3 interpretaꝛ visio equi. Iste est. n. aīalis non spiritalis: qui nō videt: nisi ea: que aīalis sunt. Ipse est eius visio: ipse semp intuitus. Et ideo semp aīalis homo: & is: qui fm carnē est: psequtur eū qui fm spiritū est: donec spiritalis intellegat: & examinet oīa: & intellegat vñ sibi sit auxilium deposcendum: & clamet ad dñm: donec anime illi que clamauerit ad dñm suscitet ꝓphetia: que est in figura Debbore: & fm ꝓphetie gr̄a3: & intellegētiā: vel ecclesie populus gubernet: vel etia3 sensus vniuscuiusq3 mentis & sic regaꝛ: per Jesu3 Christū dñm nr̄m. Cui ē gloria: & imperiū in secula seculoꝛu3. Amen.

¶ De Debbora: & Barach: & Jabel: & Sisara. Homilia. V.

De questionibus ad questiōes: & de sacramentis ad sacramēta trāsimus. Et cum vix difficulter prima queq3 explanamus: difficilibus difficiliora succedūt: que nō ta3 ingenij facūdia indigeant: q̄ diuine gratie aspirationes regrant. Sine dubio eni3 requirit auditorem: qm̄ quidē snīa est Apostoli Pauli: q̄ dicit. Oīs scriptura diuinitus īspirata vtilis est ad docēdum: ad increpādū: ad doctrina3: que est in iustitia. Quid ergo habeat i sese ista scriptura: quā sine dubio & ipsam inspiratā diuinitus confitemur: quod nobis ad doctrina3 cedat: qd ad increpationē: qd ad disciplina3: qd ad iustitiam: diligentius est ingrēdum. Quid enim nobis ex hoc cōfertur si legamus hoc: qd recitatū est: idest qd Debbora ꝓphetissa vxor Lafidoth: ipsa iudicabat israel illo tpe: & ipsa (inqt) Debbora sedebat sub palma inter mediū Rama: & inter mediu3 Bethel in monte Effrem: & ascēdebant ad ea3 filij israel: vt iudicarētur. Tū deinde qd nobis eruditionis: aut doctrine: aut iustitie ea ɔferunt que sequunꝛ: vel de Barach: vel de Jabel: vel ēt de Sisara duce militie Jabin. Uideamus ergo ne forte per hec dignū aliqd: sicut & ex scripturis ceteris de sacramētis secretioribus doceamur. Primo hoc ipsum: qd cū plurimi iudices viri in israel fuisse referuntur: de nullo illoꝝ dr̄: qz propheta fuerit: nisi de Debbora muliere. Prestat & in hoc nō minimā ɔsolationem mulieꝝ: sexui ēt pma ipsius littere facies: & ꝓuocat eas vti nequaq̄ pro infirmitate sexus desperēt etiā ꝓphetie gratie capaces se fieri posse: s3 intellegant & credāt qd mereꝛ hāc gr̄a3 puritas mētis: non diuersitas sexus. S3 videamus qd etiā iterioris itellegētie respirat arcanū. Debbora apis interpretaꝛ: siue loqla. Sed iam & in supioribus diximus q̄ Debbora i ꝓphetie forma accipiēda sit: que est apis. Certu3 nāq3 est q̄ oīs ꝓphetia suaues celestis doctrine fauos: & dulcia diuini eloquij mella cōponat. Unde & Dauid canebat dicēs. Quā dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: sup mel & fauu3 ori meo. Et itez alibi dicit. Judicia dei preciosa eē sup aurum: & lapidē preciosum multu3: & dulciora super mel: & fauum. S3 & illud ɔsyderemus vbi residere dicitur ꝓphetia: & vbi locus eius esse describitur. Sub palma (inqt) inter medium Rama: & inter medium Bethel. Sub palma sedem h3 ꝓphetia: qz iustus (inquit) Dauid

180

sicut palma florebit:per hoc:quod suis institutionibus eruditũ prophetia pducit ad palmas superne vocationis dei:in Christo Jesu domino nostro. Inter mediũ aũt rama:⁊ inter mediũ Bethel sedere dicitur. Rama interpretatur excelsa. Bethel domus dei. Videte in quibus locis residere dz prophetia:inter excelsa:⁊ domũ dei. Nihil enim humile:nihil deiectum: nihil vile erga prophetie sedes reperiri põt:sicut ⁊ Salomon nihilominus sapiẽtie sedẽ describẽs:dicit de ea qđ vel in portis ciuitatũ adsistat:vel in murorũ menibus habitet:vel in altis turribus libere agat. Hoc ergo mõ pphetia:que nũc in Debbora describitur:inter domũ dei:⁊ inter excelsa dz habitare. Nõ.n.nos docent que super terras sunt:querere:sz que ĩ celis sunt ⁊ in excelsis:vbi Christus est in dextera dei sedẽs:illuc nos prophetia hortatur ascendere:illuc discipulos molitur imponere. Hec ergo pmo oium(inqt) misit:⁊ vocauit ad se Barach. Barach interpretatur coruscatio. Coruscatio vero est:que hz quidem lucẽ:sed nõ permanẽtem. Ad modicũ enim tpis resplẽdet:⁊ definit. Hic ergo Barach mihi videtur formã gerere populi prioris:qui primo oium p prophetias vocatus est:⁊ inuitatur ad audiẽda eloquia dei:⁊ diuine legis munera capiẽda:qui refulsit quidẽ ⁊ ad legis splẽdorem ad breue tẽpus coruscauit:sed nõ diu pmansit:nec ptinuũ lucis potuit obtinere fulgorẽ. Cum ergo dixisset Debbora ad Barach:idest prophetia ad priorem populũ:qr tibi pcepit dñs deus israel:⁊ tu ascende in mõtem Thabor:⁊ accipe duodecim millia virorũ:⁊ reliqua que scripta sunt:qd respõderit Barach ex persona populi ad pphetias videamus. Nõ (inqt) ascẽdã:nisi tu ascẽderis mecũ:qr nescio diẽ:in qua mittet dñs angelũ suum mecum. Vides ergo quomodo illis prioribus prophetia detulit eloquia dei:⁊ illis dicit data eẽ pcepta:vt ascẽdãt in mõtẽ:sz excusant ⁊ dicũt:non ascẽdam:nisi ascenderis ⁊ tu mecũ. Et de excusatione quidem verũ est:sed de repromissione falsum est. Nõ.n.sequuti sũt prophetiã:vt crederẽt ei:de quo ois prophetia pscripta ẽ Christo. Propterea ergo dicit ad eum Debbora. Ibo tecũ. Verũtamẽ scito:qr non erit primatus tuus in via hac:quam incedis:sed in manu mulieris tradet dñs Sisarã. Euidẽter ostendit:qr non erit apud illum populũ primatus:nec permanebit apud eũ victorie palma:sz in manus mulieris:cui nomẽ Jahel tradetur Sisara. Describitur autẽ qđ fm cõmonitionẽ Debbore:idest prophetie:insequeretur Barach principẽ Allophylorũ Sisarã. ⁊ ipse qdem eum cõprehendere non potuit:sed occurrit ei fugiẽti mulier alienigena Jahel:q̃ mulier prius cum eo amicitiarum fedus habuerat. Ad quã ille cũ declinasset latendi gratia: ⁊ aquas poposcit vt biberet:ab illa lacte potatus est. Et cum eum in latebris collocasset: ac pellibus adoperuisset:post hec palũ malleo adactũ per eius mala:vel maxillas dñxit. Et tũc occurrẽs insectanti Barach mortuũ iam:⁊ pstratum ostẽdit Sisaram. Quid ergo nobis sacramenti ois iste historie textus ostẽdit? Jahel mulier ista alienigena:de qua propheta dixit: quod in manu mulieris fiet victoria:figurã tenet ecclesie:que ex alienis gentibus congregata est. Interpretatur aũt Jahel ascẽsio. Quia re vera nõ est alia ascẽsio qua ascẽdatur ad celũ:nisi per ecclesiã multiformis sapiẽtie dei. Ipsa ẽ ergo:que dum a corporalibus ad spiritalia:⁊ a terrenis ascẽdit ad celestia:interfecit Sisaram de quo iam superius diximus:quod carnalium vitiorũ:⁊ aialis:vel stoici hois tenet figuram:qr Sisara visio equi interpretatur. De quo scriptura dicit. Nolite fieri sicut equus:⁊ mulus:quibus non est intellectus. Palo ergo eum interfecit:idest ligni crucis acumine:⁊ virtute eum prosternit. Et nõ sine cã maxillã eius palo trãsuerberasse describitur. Illud.n.os:quod de carnalib⁹ loquebatur:⁊ illa doctrina:que carnis gloriam preferebat:quia in delitijs:⁊ voluptate viuendum sapientibus seculi persuadebat:⁊ humanũ genus luxurie adulatione decepat:illud inq̃ os ligno crucis confoditur ⁊ terebratur:qr illam viã:quam philosophia latam:⁊ spaciosam predicauerat voluptatis:hãc Christus arctam:⁊ angustam nobis viam salutis ostendit. Sic ergo Jahel:idest ecclesia vitiorũ principem Sisarã obtectũ pellibus:idest membrorũ mortificatione sopitum:eterno tradit somno. Occurrit tñ Jahel:idest ecclesia post hoc:⁊ priori populo insectãti Sisaram. Insectabatur.n.israel legẽ iustitie:sed in legem non peruenit. Occurrit ergo ecclesia etiã ipsi:⁊ ostendit ei opus suum. Ostẽdit victoriã cõsumatam:atqz in societatẽ eum prostrati hostis iuitat. Verũ est.n. illud:qđ Apostolus in nouissimo tẽpore dicit futurum:quia cum plenitudo gentium subintroierit:tunc ois israel saluus fiet. Fit ergo qdam primatus in manus mulieris alienigene: nõ tñ excluditur a cõsortio glorie etiã Barach: qui prior quidem ceperat:sed nouissimus peruenit ad finẽ. Imino dñ ille puenit. Jahel alienigena pretereuntem quodãmodo victoriã rapit. Eadem forma precessit etiam in Esau:⁊ Jacob fratribus. Dum enim Esau sectatur agrestia dũ moratur in saltibus:preueniẽs Jacob:⁊ mulieris pfilijs:idest matris:cõpositos patri offe-

reis cibos: benedictiões p̄matus accepit. Sic ꝛ in euangelio pergente dño ad filiam princi pis synagoge suscitãdam: preueniens mulier: que fluxu sanguinis laborabat: fideli tactu poꝛ consequtur sanitatem. Quod si etiam inde requirendũ aliquid videtur a diligentibus audito ribus: qd̄ lacte eũ potasse dicitur: cũ ille aquã poposcisset: videamus ne forte ſm mysticas: vel allegoricas legis interpretationes: tale ali quid etiã de hoc possit ostẽdi. Lactis cibus eẽ dicitur in scripturis sanctis: prima hec moralis institutio: q̄ incipiẽtibus velut paruulis traditur. Nõ enim in initijs statim discipulis: de profundis: ꝛ secretioribus tradẽdum est sacramẽtis: sed moꝝ correptio: emẽdatio discipline religiose ꝯuersatiõis: ꝛ simplicis fidei p̄ma eis elemẽta tradũtur. Istud est ecclesie lac: hec in cipiẽtibus paruuloꝝ prima sunt elemẽta. Sꝫ iste cibus ijs qdem: qui ad bonũ proficiẽdi pro positum gerunt: vitam tribuit ꝛ salutẽ: ijs vero quibus contraria placent: quibus luxuria: libido: auaritia: ꝛ omnis impietas cordi est: huiusmodi doctrina necẽ: ꝛ interitũ prestat. Sic ergo fit: vt ex ijs: atqꝫ ijsdẽ cibis: quibus alũtur boni: suffocẽtur mali: ꝛ in quo pijs vita est: ibi fit impijs mors. Deniqꝫ vt exẽplo res quas dicimus planior fiat: vinũ sanos ꝛ cõmode degentes iuuat: ꝛ (sicut scriptura dicit) cor hoĩs dũtaxat letificat. Febricitantibus vero si sumpserint: perniciem continuo ꝛ interitum parit. Ita fit vt eadẽ res eodẽ modo sumpta: vni q̄dem vitam: alij autẽ ꝯferat mortẽ. Sic ergo intellegendũ est ꝛ Sisaram istum aialẽ homĩnem: ꝛ vitiorum principem: per doctrinã ecclesie: quam nõ ex fide suscepit: extinctum. Sed ꝛ vnaqueqꝫ anima satis agat lacte isto euãgelico: atqꝫ apostolico: sopire in semetipso: ꝛ extinguere Sisarã. Si enim p̄ hec edoctus q̄s mortificauerit mẽbra sua: que sunt super terram: auaritiam: fornicationẽ: ꝛ cetera: que sanctus Apostolus enumerat. Sisarã in semetipso videbitur peremisse: vt hec nõ solũ in personã ecclesie cõsumari: verũetiaꝫ vnusq̄sqꝫ in sua aĩa ostẽdat impleri. Quia ergo (sicut diximus) ceptus est q̄dem Sisara insectari a populo priori: interẽptus est aũt a muliere hac ecclesia gẽtiũ: ꝛ in manu eius data est palma victorie i cõsumatiõe oĩum: idest in fine seculi: etiam canticũ dño cãtabitur per Debborã: in quo p̄matus q̄dem dabiť Iabel ecclesie gentiũ. Nec tñ Debbore laus silebiť: sed ꝛ p̄mis ꝛ nouissimis victorie premiũ dabiť: per Iesum Christũ dominum nostrum. Cui est gloria: ꝛ imperiũ in secula seculorum. Amen.

¶ De cantico: quod cantauit Debbora.

Homilia. VI.

Sisara cum exercitu suo: ꝛ curribus ferreis: quibus impugnat populũ Dei superatus est: quod ita futuꝝ prophetia prececinit per Debboram. Et posteaq̄ in manu mulieris facta victoria est: cãticum istud Debbora: velut victorie ipsius laudẽ cecinisse prescribitur. Nec ꝓ si meminimus que in superiorib᷒ dicta sunt: ſm mysticam formam: que est figura Debbore: que etiã Barach: q̄d imaginis teneat Iabel mulier: que aduersariũ populi dei sola deiecit: que etiã imago sit Sisare ipsius: q̄ a muliere alienigena ligni virtute prostratus est: intellegimus hec oĩa sacramẽta esse: que in nouissimis tẽporibus: ꝛ in fine seculi per ecclesiã ꝯsumanť: ꝛ in cãtico hoc velut epĩcia eius: idest victorie laudẽ esse descriptã: illius scilicet tp̄is cum nouissimus inimicus destrueť mors. Tũc enim exultabit Debbora: idest exultabit gloria prophetie: q: que p̄dixit: impleta sunt. Tũc ita ecclesia hostẽ cõem oĩum supabit. Et postea quã plenitudo gẽtium introierit: tunc ꝛ Barach: idest reliquus israel saluus fiet: ꝛ in societatem victorie recipieť. Tũc ergo si digni fuerimus etiã nos cãtabimus cãticum istud refertũ mysticis ꝛ propheticis sacramentis: ex q̄bus per singula discutere cũcta tẽporis nõ est. Breuitatem nãqꝫ auditores ecclesie diligũt: pauca tñ vel de principijs eius differentes: vel sparsim ex eo flosculos eligẽtes: consolationis aliq̄d auditoribus afferre tentauimus: vel nosmetipsos exercere: ꝛ meditari: vt apti efficiamur ad Debbore cãticum decãtandũ. Incipi endo. Principes in israel: in volũtatibus populi benedicite dñm. Benedictio (inq̄t) qua benedicimus dñm: sit in exordio p̄ncipũ in israel: tũ deinde ꝛ in voluntatibus populi. Verbi gratia. Cũ primũ incipimus venire ad dei cultum: cũ initiũ verbi dei: ꝛ doctrine celestis accipimus a p̄ncipibus israel: ista nobis initia capessenda sunt. Principes autẽ israel: idest populi christiani: angelos accipiẽdos puto: quos adesse dñs dicit vnicuiqꝫ minimo in ecclesia: q̄ etiã semp̄ videre dicunť faciẽ patris: q̄ in celis est. Ipsi ergo sunt principes: ꝛ ab ipsis nobis sunt sumẽda principia: verbi gratia. Si cat q̄s puer ad scholas: a magistro quidẽ suscipitur: ꝛ efficiť illius doctoris discipulus: sed non statim discẽdi ab ipso preceptore sumit exordiũ: sed cũ ab eo prima tantũ elementa susceperit: traditur alijs erudiendus (vt ita dicam) schole ipsius p̄ncipibus: vt cũ ab illis q̄tum in illis est fuerit edoctus: ꝛ cũ prima apud eos deposuerit rudimenta: tñ demũ ipsius doctoris perfectiora

etiora precepta suscipiat. Ita ergo etiã nũc institutionũ nostrarũ initia repetẽs prophetia dicit: ꝙ cuz a principibus: vel principes ceperint operari in nobis: deinde nos volũtate: ⁊ proposito subsequamur: ⁊ aucti profectibꝰ: sic ad benedicẽdũ iã ipsum dñm veniamus. Sȝ videamus qd dicit. In incipiẽdo (inqt) ꝓncipes in israel. Initia iuuari a ꝓncipibꝰ dicunt. Post hec vero iã volũtate propria: ⁊ proposito nitendũ est: vt benedicere dñm mereamur. Nam ⁊ populus israel cũ icipet exire de egypto: ⁊ trãsire mare rubrũ: nihil ipsius proprio labore: sȝ totũ p ꝓncipes: idest p angelos agebat. Deniqȝ sic dicit Moyses ad populũ. Uos (inqt) tacebitis: ⁊ dñs pugnabit pro vobis. Aptc.n. angelus vastator pro eis pugnasse describit: qui egyptioꝝ qdẽ ꝓmogenita interemit: israelitarũ vero nec pecus qdẽ mutire fecit. Uerꝝ nõ semper expectãdũ est: vt angeli pro nobis pugnẽt: sed in icipiẽdũ tãtũmõ: idest in initijs nostris a ꝓncipibus angelis adiuuamur. Ceterꝝ processu tẽporis opȝ etiaȝ nosipsos exire armatos ad prelia. Ante.n. ꝙ bella discamus: antequã pugnas dñi pugnare meditemur: a ꝓncipibꝰ angelis subleuamur anteꝙ̃ panis celestis ꝯsequamur annonã: ⁊ carnibus agni imaculati satiemur anteꝙ̃ vere vitis: q̃ ascẽdit de radice Dauid sanguie inebriemur: donec paruuli sumus ⁊ lacte alimur: ⁊ initioꝝ Christi sermonem tenemus tanꝙ̃ paruuli sub procuratoribus agimus: ⁊ actoribus angelis. Ubi vero iam militie celestis sacramenta gustauimus: ⁊ pane vite refecti sumus: audi quomõ per apostolicam tubã suscitamur ad prelia. Ingẽti nãqȝ voce Paulus clamat ad nos dicens. Induite vos arma dei: vt possitis stare aduersus astutiã diaboli. Non nos vltra patit latitare: inuitat nos ad certaminũ cãpos. Induite (inquit) vos loricã charitatis: ⁊ galeã nihilominus salutis accipite: sed ⁊ gladiũ (inqt) spiritus: ⁊ super oĩa scutũ fidei: in quo possitis (ait) oĩa iacula maligni ignea extinguere. Uides ergo quomodo oĩa p ordinẽ fiũt: ⁊ nihil cõfusuȝ in populo dei: nihil incompositum: aut prepósteruȝ geritur. In icipiẽdo ꝓncipes iuuãt: cũ adiutus fueris: ⁊ a ꝓncipibus eruditus: iã tibi ipse spõte: ⁊ volũtate tua: que didicisti a ꝓncipibus gere. Recte.n. decoctis ꝓncipijs: depositisqȝ rudimẽtis nr̃e cõmittemur voluntati: vt vel laus meriti sit: que nr̃a virtute quesita ẽ: vel culpa iure sit nr̃a: que per nr̃am venit ignauiaȝ. Hec pro eo qd scriptũ ẽ: in incipiẽdo ꝓncipes in israel: i volũtatibus populi benedicite dñȝ. Post hec autẽȝ dicit. Audite reges: ⁊ auribꝰ ꝑcipite satrape. Dño cantabo: psallam deo israel. Audite (inquit) reges. Reges appellat eos: qui cõuocant ad audiẽdũ verbum dei. Exulta populi dei: audiẽs tue nobilitatis insignia. Tu vocaris ad audiẽdũ verbũ dei: ⁊ nõ vt plebs: sed vt rex vocaris. Tibi enim dictum est genus regale: ⁊ sacerdotale: populus i acquisitionẽ. Ideo qz vos reges estis: merito rex noster Christus dominus rex dicit regũ: ⁊ dñs dominantium. Sȝ sicut exultastis de nobilitatis vestre titulo: ita discere debetis quid agẽdo vnusquisqȝ vestrum fiat rex. Quod vobis ita breuiter definiam. Regẽ te omnium eẽ facit: si regnet Christus in te. Rex nãqȝ a regẽdo dictus est. Si ergo ⁊ in te animus regnat: ⁊ corpus obtempat: si concupiscẽtias carnis sub iuguȝ imperij tui mittas: si vitioꝝ gentes sobrietatis tue frenis arctioribus premas: merito rex diceris: q te recte regere noueris. Cum ergo talis fueris effectus: digne vt rex ad audiẽda diuina vocaberis. Hoc vero qd subsequit: magis corporeuȝ aliquid indicat quod dicit. Auribus percipite oẽs satrape. Sicut.n. iferiores sunt regibus satrape: ita ⁊ auribus percipere inferius videtur esse quam audire. Audire nãqȝ ad interiorem pertinet hoiem: sicut ⁊ dñs dicebat. Qui habȝ aures audiendi audiat. Auribus vero percipere: ad exteriorem: ⁊ corporalem pertinet auditum. Ideo ergo ⁊ hic: illi qui audire deberent reges dicũtur: qui vero auribus percipere: satrape appellantur. Ego dño cantabo: psallã deo israel. Beati sunt: qui possunt cãtare canticuȝ dño. Cũ redimus ad scripturas: multa cãtica sacris mandata voluminibus inuenimus. Habemus integrum volumen de cãticis canticorum scriptum. Ecce ⁊ in hoc libro Judicũ habemus cãticũ: ⁊ in Numeris canticũ scriptuȝ est: ⁊ in Deuteronomio: ⁊ in Exodo: ⁊ in ꝓmo Regnorum libro. In primo etiam Paralipomenon: ⁊ in alijs multis locis inuenies cantica diuina esse descripta. Ait ergo hec vox iusti. Ego domino cãtabo: psallaȝ deo israel. Quis putas ita canore vocis est: ⁊ ita spiritus pure mẽtis: qui syncere canat: vt cãtilena eius diuinum delectare possit auditũ? Ille ꝑfecto est: q nullũ raucũ hȝ in se peccati sonuȝ: qui nihil offensionis in lingua: nihil crassitudinis in spiritu gerit: ille potest recte dicere. Ego dño cãtabo: psallã deo israel. Uerum quia continuationem cãtici per singula nõ occurrimus explicare: interpolando saltem seriem lectionis: videamus quideȝ quod dicit. Cor meum ad ea: que disposita sunt huic israel. Hoc modo videtur quod dicit. Cor meũ: ⁊ animus meus: ⁊ sensus meus: ⁊ tota mens mea ad illud intendit: ⁊ illud ꝑspicit qd dispositum est: ⁊ qd preparatuȝ

est israel: illud tota mente prospicio quod futu
rum est. Si enim ad illud tetendero animum
omnia que in hoc mundo sunt: ducam vt ster-
cora: vt Christum lucrifaciaȝ: qui preparauit
illa omnia que oculus non vidit: nec auris au-
diuit: nec in cor hominis ascendit ijs qui dili-
gunt eum. Cor ergo (inquit) meū ad illa ex-
tenditur. Non enim adhuc humanum cor ge
ro: neqȝ que cogito ſm hominem cogito. Sȝ
quia ſm scripturam ij: ad quos sermo dei fit:
dij sunt: nec ego hec humana: sed diuina men
te prospicio. Potentes populi benedicite do-
minum: qui ascenditis super iumenta. Quid ē
ascendisse super iumentum? Corpus hoc meū
iumentum est: ad adiumentum enim anime: ⁊
ad ministerium datum est: ego autē sum: idest
interior homo: qui ascendi super iumētū hoc:
cui dicitur vt benedicam dominum. Si ergo
vere ascēdisti supra corpus: ⁊ superior effectus
corporalibus desyderijs: ⁊ motus corporis tui
freno mentis: ⁊ interioris hominis moderami
ne gubernantur: de te dicitur: quia ascendisti
super iumentum hoc: cui dicitur vt benedicas
dominum. Quid autem est: quod sequitur: su
per vehicula (inquit) sedentes: ⁊ super asinas
refulgentes? Quid sibi videntur esse asine re-
fulgentes. Dicit enim scriptura: quia oporte-
at benedicere dominum eos qui sedent super
vehicula: ⁊ super asinas refulgētes. Mihi ve-
lut in locis ita difficilib⁹ tale aliquid videtur:
cum iumentum hoc: idest corpus meuȝ sub iu-
go venerit verbi dei: tunc vehiculum corporis
mei resplendere incipiet: ⁊ asina hec: idest caro
mea tunc refulgere dicatur: cum castitatis: ac
pudicitie fuerit splendore decorata. Et ita re-
cte dicitur anima sedens super asinam resplen
dentem dominuȝ benedicere: ⁊ in medio letā-
tium laudare eum. Ibi dabunt iustitias domi
no. Sacrificiū dño illud est acceptabile: quod
in iustitia offertur dño: ⁊ equitate. Et ideo di-
citur. Iusti cōfortati sunt in israel. In alijs q̄-
dē gentibus: q̄ corporis robore fortiores sunt:
illi potentes dicuntur in prelio: in israel vero q̄
iustiores sunt: ipsi potentiores dicuntur in bel-
lis: quia iustitia etiaȝ si viribus infirma sit: vi-
cit: iniustitia vero si multos ⁊ validos pugna-
tores habeat: superatur. Sic igitur in hac gē
te nostra: idest in populo dei: aut per iustitiam
superamus: aut per iniustitiā vincimur. Exur
ge Debbora: exurge ⁊ suscita dena millia po-
puli. Prophetia quando exurgit? Profecto
in aduētu dñi. Et nō solum ipsa exurgit: sed ⁊
populos suscitat ad credēdum. Captiuam du
cito captiuitateȝ filij Abinoem. Abinoem rñ-
sio p̄ris iterpretatur. Huius filius ē Barach.

Captiuitatē de hostibus capiet: qui celestis pa
tris responsa seruauerit. Dñe humilia mihi for
tiores me. Vox ista fideliū est confitētium sim-
pliciter fortiores esse inimicos suos: aduersum
quos nobis pugna: ⁊ certamen est: quia nō est
nobis pugna aduersus carnem: ⁊ sanguinem.
Alioquin non esset nobis fortior aduersarius.
Sed quoniā aduersum principatuȝ: ⁊ potesta-
tes: ⁊ aduersum mūdi huius rectores tenebra-
rum: ⁊ aduersum spiritalia neq̄tie est luctamē:
idcirco dicit propheta: domine humilia mihi
fortiores me. Quomodo enim non hec tanta
spirituuȝ vis: longe sit humana fragilitate ve-
hementior? Sed in eo deus adiuuat infirmita
tem nostram: in quo dicit Apostolus. Omnia
possum in eo: qui me confortat. Christo. Sunt
iste quidem virtutes fortiores nobis: sed iteruȝ
qui in nobis est Christus: ⁊ confortat nos: est
omnium fortior. Cui est gloria: ⁊ imperium in
secula seculorum. Amen.

¶ De eo: quod tralati sunt filij israel i manus
Madian. Homilia. VII.

Quiescit terra: quia quiescit peccatum.
Moueri autem dicitur terra: hoc est ij:
qui habitant terram: cum animas hominum
mouere ceperint: ⁊ pturbare peccata. Et ideo
scriptum est hoc quod nunc presens lectio con-
tinet. Et quieuit (inquit) terra quadraginta
annis. Et fecerunt filij israel malignum in cō-
spectu domini: ⁊ tradidit eos in manus Ma-
dian annis septem: ⁊ inualuit Madian super
israel. Dum esset ergo iustitia in terra: idest in
ijs: qui habitant terram: quieuisse dicitur ter-
ra. Cum vero increuerit iniq̄tas: ⁊ fecerint ma
lignum in conspectu domini: tunc tradidit (i-
quit) eos dominus in manus Madian annis
septem. Nec dicuntur inualuisse Madianites
super populum dñi: donec precepta dñi popu-
lus custodiuit. Cū vero neglegere cepit māda
ta diuina: robustior: ⁊ validior effecta ē aduer-
sus eum hostium manus: ⁊ aduersum quidem
illū prioreȝ populū corporales insurgebant ho
stes cū deliquisset: aduersum nos autē: qui isra
el sumus ſm spiritum: spiritalis sine dubio ho
stis insurgit. Et cum mandata Dei neglegi-
mus: cū Christū ptēnimus: validior aduersuȝ
nos manus demonuȝ efficit: ⁊ tradimur etiam
nos inimicis: cum deserimur a gratia. Sed vi
deamus q̄d accidit eis: qui traditi sunt ꝑ pec-
catis suis. Et fugerūt (iquit) filij israel a facie
Madian per septa in mōtibus: ⁊ in speluncis:
⁊ in munitiōibus: ⁊ efficiebat cū seminasset vir
israel: ascendebant Madian: ⁊ Amalech: ⁊ fi-
lij orientis

lii orientis super eos: et superueniebāt eis: et exterminabant oēs fructus terre vsq3quo peruenire tur in Gazam. Hec quidem patiebaf ille: qui erat fm carnem israel. Seminabat terrā: sed quoniā pro peccatis suis traditus erat isur gētibus inimicis: pro frugibus corruptionem metebat. Nobis vero: qui fm spiritum israel nosamur: qd tale accidere pōt: consyderemus. Est qñ seminamus: et nō possunt inimici corrūpere semina que seminamus. Nō possunt agri insidiari culture nostre. Est autez quādo seminamus: et corrumpunf que seminamus. Paulus nos Apostolus de hac seminandi doceat differentia. Audi ergo ipse quid dicit. Qui seminat (inquit) in carne: de carne metet corruptionem. Et qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Isti sunt ergo: quorum semina Madianite corrumpunt qui in carne seminant. Isti sunt quorum fructus exterminantur: et pereunt. Illa autem semina: que in spiritu seminanf: non possunt Madianite corrumpere. Non enim possunt aduersarie potestates ascendere ad spiritales campos: et noualia spiritus temerare eorum: qui non seminant super spinas: sed innouant sibi noualia. Sed et illud addendum est: volo enim et meipsum vobiscu3 pariter commonere ad cautela seminū: et spiritalium fructuum diligentia. Frequēter accidit: vt aliquis in opere spiritali multu3 desudans: fructus cum plurimos fecerit: et repleuerit horrea sua iustitie frugibus: et multa bona opera recondiderit in conscientie sue cōclaui: postea vero si neglegat: et post laborem procliuius ad voluptates: et luxurias vgat: omnia enim bonorum semina: et fructus sancti operis dominante libidine corrumpuntur. Cum enī3 subintroierit peccatum: et captiuauerit hominis sensum: vt iam non respiciat ad mandata dei: nec arduam virtutis viam libenter ascendat: depeunt omnia: que prius fuerant in horreo conscientie congregata. Propterea ergo scripture sancte nobis seruande commonitio est dicentis. Omni custodia serua tuum cor. Custodiendu3 est igitur cor ab omni peccato: et precipue in tempore persecutionis. Sicui.n. accidat: vt in aliquo quidem tempore congreget fructus iustitie: conquirat opera virtutu3: et omnibus se pbatissimis excolat disciplinis: in persecutionis vero tempore deneget fidem: iste condita omnia euacuauit: ex omnibus facultatibus suis nudus repente: et inanis effectus est: quia diu quesitus: et multo vir labore collectus subito omnis effusus est labor. Et sicut dicit propheta omnes iustitie eius: quas fecit: non commemorabuntur. Propterea ergo fratres deprecemur dominum: confitentes ei infirmitatem nostram: ne nos tradat in manus Madian: ne tradat bestijs animam confitentem sibi: ne nos tradat in manus potentu3 eorum qui dicunt quando veniet tēpus vt detur nobis potestas aduersus christianos: quādo tradētur in manus nostras isti qui se dicūt habere: vel nosse deum. Quod et si tradamur: et acceperint potestatem nostri: oremus accipere a deo virtutem: vt sustinere possimus: vt et fides nostra in pressuris et tribulationibus clarior fiat: vt per patientiam nostram illorum superetur impudentia: et (sicut dixit dominus) in nostra patientia acquiramus animas nr̄as: quia tribulatio patientiam operatur: patientia vero probationem: probatio autem spem. Pertendit enim nostra probatio non vsq3 ad verbera solum: sed vsq3 ad profusionē sanguinis peruenit: quia et Christus: que3 sequimur pro redemptione nostra effudit sanguine3 suū: vt inde exeamus loti sanguie nostro. Baptismum enim sanguinis solum est quod nos puriores reddat: q̄ꝑ aque baptismus reddidit. Et hoc non ego presumo: sed scriptura refert: dicente domino ad discipulos. Baptismum habeo baptizare quod vos nescitis. Et quomodo vrgeor vt perficiatur? Vides ergo: quia profusionem sanguinis sui baptisma nominauit. Et ne ista dicens offenda3: vereor ne istud baptisma eminentius sit illo baptismate qd̄ p aqua3 traditur. Illo enim accepto: valde pauci sunt ita beati: qui id immaculatum vsq3 ad exitum vite seruare potuerint. Hoc v̄o baptismo qui baptizatus fuerit: peccare iā vltra non potest. Et si temerarium non est in rebus talibus audere aliquid: possumus dicere quod per illud baptisma preterita peccata purganf: per istud vero etiam futura perimūtur. Ibi peccata dimissa sunt: hic exclusa. Mihi si ꝯcederet deus vt ꝓprio sanguine diluerer: vt baptismū scd̄3: morte p Christo susceptā perciperez: securus ex isto seculo discederē: vt veniens ad animam meā de hac vita exeūtem: princeps huius mūdi non inueniret quicqua3: quin potius et sanguinis mei profusiōe sopiref: nec auderet i aliquo criminari aia3 cruore suo delutam: morte sua clarificatā: sanguine suo lota3. Post istud baptisma nec Madianite vltra irruerēt ad disperdendos et exterminandos anime fructus. Quis enim seq possit anima3 martyris que supergressa omnes aerias potestates: ad celeste tendit altare? Ibi enim sub altare dei aie martyꝝ posite dicūtur diebus: ac noctib9 ꝓclamare dicētes. Quousq3 dn̄e q iustus: et verus es: non vindicas sanguine3 nostrū de ijs: qui ha-

(inquit) Gedon dixit ad deū. Si saluuȝ facis in manu mea israel: quēadmodū loquutus es: ecce ego sumam: ꝛ ponam vellus lane in area. Et si quideȝ ros ceciderit super vellus: ꝛ super omnem terram siccitas fuerit: agnoscam quoniam saluuȝ facies in manu mea israel sicut loquutus es. Et factum est sic. Cum tam multa sint ꝛ innumera signa: vel prodigia: que petere potuisset a deo Gedeon ad cōfirmandā pollicitationem dei: qd ei visum est post angelicaȝ vocē: ac pollicitationē celestē petere istud tam nouū signum a deo? Ait enim. Ponaȝ vellus lane in area: ꝛ si fuerit supra vellus solūmodo ros: ꝛ super oēm terram siccitas: ero confidens quoniam tu saluū facias israel in manu mea. Et cū poposcisset Gedeon a deo signuȝ istud: meruit effectum: sed esto impetraueris hoc o Gedeon. Quid ꝛ accipis vellus lane in areaȝ: ꝛ exprimis in peluim? Quid te permouit hoc facere? Sed esto: impetraueris primū signuȝ. Quid vt secūdum etiam signū permutato: ac puerso ordine posceres? Fortassis eni dicit aliquis ex ijs: qui attētius audiunt que legūtur: qꝛ nō videntur ꝯuenire hec ad illud quod scriptum est. Non tētabis dn̄m deum tuuȝ: quod lex precepit. Sed exitus rei docet non esse contra mandatum factum. Neqȝ enim exaudiret deus petitionem cōtra legē aliquid deposcentem. Nunc autem cū videamus quia ꝛ in primo signo ros cecidit super vellus lane: in omni autē terra facta est siccitas: ꝛ in secundo super oēm terram cecidit ros: siccitas aūt fuit in vellere: in quo ꝛ fiduciam accepit Gedeon: qꝛ dominus in manu eius saluuȝ faciat israel: vidēda est huius mysterij ratio: de qua memini etiam quēdā ex predecessoribus nostris in libellis suis vellus lane populum dixisse israel: reliquā auteȝ terrā reliquas gentes posuisse: ꝛ ros qui cecidit super vellus: verbum dei esse: quod illi soli populo celitus fuisset indultum. Supra solum namqȝ israel ros diuine legis aduenerat. Siccitatē aūt habebāt oēs gētes: quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquij. Secūdi vero ratio signi in contrariuȝ permutatur: in quo ait vt supra oēm terraȝ ros descendat: supra vellus aūt maēat siccitas: cuius rei talis quedam ratio deprehenditur. Vide oēm hūc populum qui per omnem terram ex gentibus congregatus est: habentem nunc in se rorē diuinum. Vide eum Moysi rore infundi: ꝓphetarum litteris inrorari. Vide eum etiā in euangelico: ꝛ apostolico humore viridanteȝ. Illud autem vellus: idest iudaicū populum siccitateȝ ꝛ ariditatē verbi dei patientē ꝯm quod scriptū est: quia erūt filij israel multo tempore sine rege: sine principe: sine propheta: non erit altare neqȝ hostia: neqȝ sacrificiuȝ. Intueris quanta apud illos siccitas permanet: quanta eis ariditas diuini sermonis euenit. Hec quidem nobis (sicut fateri decet) ex maiorū labore collata sunt. Verum quoniā etiā nos audito verbo a sapiētibus (sicut scriptum est) collaudare debemus: ꝛ adijcere ad illud: videamus qd etiam superedificare possimus in talibus. Cuȝ septuagesimū ꝓmū psalmū apud memetipsuȝ sepe discuterem: mouit me in hanc rem quod cum aduentū Christi in eo describeret in ipso etiam hoc asserit euenturū. Et descendet (inqt) sicut pluuia in vellus: ꝛ sicut stillicidia stillantia super terram. Vellus hic nominat: vellus ꝛ in psalmis describitur. Descendit enim sicut pluuia (inquit) super vellus. Descendit ergo in illō vellus populi circuncisiōis: ꝛ sicut stillicidia stillantia super terram: hoc est super reliquam terram descēdit dominus noster Jesus Christus: stillans etiam super nos: ꝛ guttas nobis quoqȝ afferēs roris celestis: vt ꝛ nos bibamus qui eramus super omnem terram iugi ariditate siccitati. Nunc igitur mysterij ordinē Gedeon sanctus ꝓphetico spiritu ꝯtuēs nō solum primum signū poposcit a deo: sed ꝛ ꝯm conuerso ordine repetit. Sciebat enim rorem diuinū qui est aduentus filij dei: non solū iudeis: sed ꝛ postmodum etiā gētibus esse venturū: quoniam qdem ex incredulitate israel salus fit gentibus. Et hoc est: quod pro ariditate velleris vniuersa terra gratia diuini roris īfundit. Sȝ ꝛ illud in hoc facto viri fidelissimi Gedeonis preterenndum minime puto: quod vobis ad formaȝ potest cautele spiritalis accedere. Angelū vidit: sed vir eruditus ꝛ habens iam Jesu precessoris exemplum: cautius agit. Sciebat. n. possibile esse etiā angelos tenebrarum transfigurare se in angelos lucis: ꝛ ideo examinatione cautissima: volo (inqt) probare spiritū si a deo est: qꝛ spiritalis examinat oīa. Sic nāqȝ ꝛ precessor suus fecerat Jesus Naue: cū principē militie celestis vidisset: īquirit: ꝛ discutit: si noster sit: an aduersariorū. Hoc modo etiam sanctissimus Gedeon discutit angelicam visionem: diuersitate ꝛ immutatione signorum. Sed ꝛ illud quod ait Gedeon ponam vellus non vbicūqȝ: non in campo: neqȝ in saltu: sȝ in area: quale tibi videt in area vbi messis est? Messis quidem multa operarij aūt pauci. Ponā (inqt) vellus vbi messis ē. Quid mouerat sanctū virū Gedeon: vel qd ei visum fuerat vt hoc faceret? Preuidebat eni p spiritum: qꝛ Christus in aream suam populum suum cōgregat: ꝛ ibi eum expurgat tenens ven-

tilabrū in manu sua:⁊ ibi paleas separat a fru
mēto. Nō ergo sine causa vir tātus ⁊ talis cu-
ius ⁊ sanctus Apostolus ad Hebreos scribēs
facit in prophetaꝝ catalogo mētionē areā ele-
git ad vellus ponēdum:nec sine causa expressit
vellus in peluim. Populus multus est:depo-
ne eos ad aquas:⁊ ibi eos probabo tibi. Et vi-
deo illi:qui primi reprobati sunt:nec in aquas
descēderant:sꝫ adhuc se catecuminos designa
bāt:⁊ in tantū formidinis vitio deterriti sunt:
vt nec ad lauacrū salutare descēderent. Illi er
go sic reprobati sunt. Isti vero secūdi ad aquā
veniūt vt ibi probētur. Et qūo ꝓbētur:videa-
mus. Et dixit (inqt) dn̄s ad Gedeon. Oēm
quicūqꝫ lambet aquā in lingua:sicut lābit ca-
nis:statues eū seorsum:⁊ oēm q curuauerit ge
nua sua vt bibat:trāsferes eū. Et factus est (i-
quit) numerus eoꝝ:qui lamberunt in manu
aquam:vel lingua trecenti viri. Ceteri autem
omnes curuauerūt genua sua:vt biberēt aq̄.
Et dixit dn̄s ad Gedeon. In trecentis viris
istis:qui lamberūt aquā saluos vos faciam:⁊
tradam Madian in manū tuam. In oibus pe
ne veteꝝ gestis mysteria designātur ingentia:
sicut etiam in hoc loco fieri videmus:q2 ij:qui
descēdūt ad aquam:idest qui ad baptismi gra
tiam veniunt:nō debent procidere i terrā:nec
flectere genua sua:⁊ cedere tētationibus vētu-
ris:sed stare firmiter ⁊ ꝯstanter (sicut ⁊ prophe
ta dicebat) dimissas māus:⁊ dissoluta genua
erigite:⁊ gressum rectū facite semitis vestris.
Venisti ad aquā baptismi:istud ē certaminis:
⁊ pugne spiritalis initiū. Hinc tibi aduersum
Zabulū nascitur pugne principiuꝫ. Si remissi-
or fueris:si flecti facile potueris:quomodo pu
gnabis:quomō stabis aduersus astutias Zabu
li. Propterea ⁊ Apostolus clamat. State er-
go ⁊ nolite iteꝝ iugo seruitutis herere. Et ite-
rū dicit. State in dn̄o. Et tertio dicit:qm̄ tūc
viuimus:si vos statis in dn̄o. Ille igiꝭ proba-
bilis:ille electus est:qui posteaq̄ ad aquas ba-
ptismi ventū est:flecti ad necessitates terrenas
⁊ corporeas nescit:qui vitijs nō indulget:neqꝫ
ob peccati sitim sterniꝭ pronus. Sꝫ ⁊ quod di-
cit eos manu:vel lingua aquā lābere:non abs-
qꝫ sacramenti quadā significātia hoc mihi vi
detur scriptuꝫ:scilicet quod ⁊ manu:⁊ lingua
operari debēt milites Christi:hoc est opere : ⁊
verbo:quia qui docet ⁊ facit:hic magnus vo-
cabitur in regno celoruꝫ. Quod autē etiam si-
militudinem canis lābentis scriptura posuit:
videtur mihi istud aial hoc in loco ꝓpterea no
minatum:quod supra omnia cetera animalia
amorem diciꝭ proprij dn̄i seruare:nec tempo-
re:nec iniurijs oblitterare i eo fertur affectus.
Trecenti ergo soli:qui sacramenti huius ima
ginem p̄formabant:isti electi:isti probati:isti
ad victoriā cōsecrati:qui ex ipso numeri sacra
mento obtinere aduersarios possent. Trecenti
etenim sunt:qui tertio centena multiplicent:⁊
perfecte trinitatis numerū ferunt:sub quo nu-
mero omnis Christi censeꝭ exercitus. In quo
obtinemus:vt ēt nos mereamur ascribi. Quo
modo tamē isti pugnant? Hydrias (inqt) por
tant:⁊ lampadas:⁊ buccinas corneas in mani
bus suis:⁊ sic (inquit) veniunt ad illas innu-
meras multitudines hostium:in quibus erant
cumuli sicut arena maris. Et cuꝫ venissent ad
bellum:buccinis (inquit) corneis insonuerūt.
Et diruperunt (inquit) hydrias de manibꝰ:
⁊ contrite sunt. Tūc vero arreptis lampadibꝰ
proruunt in aduersos:simul ⁊ buccinis concre
pant. Vide q2 electi milites dei cū lāpadibꝰ pu
gnant. Sic enim eos Christus armauerat di-
cēs. Sint lūbi vestri precincti:⁊ lucerne vestre
ardētes. Et iteꝝ. Sic fulgeat lux vestra coraꝫ
hoibus:vt videāt opera vestra bona:⁊ glorifi-
cēt patrē vestrū:qui in celis est. Talibus ergo
lāpadibꝰ accēsis:pugnare decet milites Chri
sti luce opeꝝ refulgētes:⁊ splēdore gestorum.
Que sunt aūt buccine cornee:in qbus tuba ca
nit? Qui de celestibus loquiꝭ:qui de spiritali-
bus disserit:qui mysteria regni celoꝝ reuelat
ille buccina cōcinit:ille de tuba loquiꝭ:qui de
magnis:⁊ maximis loqtur:qui scientiaꝫ Chri
sti humanis auribꝰ pādit. Sꝫ cur ⁊ cornea dr̄
buccina? Quia ⁊ sancto diciꝭ cornu eius exal-
tabiꝭ in gloria. Vn̄ ⁊ vniuscuiusqꝫ buccina di
citur cornea:in eo qđ multiplicem sciam Chri
sti:⁊ crucis eius:que in cornu designatur disse
rit sacramenta. Cū hac ergo buccina militan-
tes:⁊ cū hac pugnātes vincimus alienigenas:
⁊ hostes in fugā vertimus:etiā si fuerit multi-
tudo eoꝝ sicut locuste. Locustis enim compa-
rata est demonuꝫ multitudo:qbus neqꝫ in ce-
lo:neqꝫ in terris ē sedes. Precedat ergo ⁊ nos
hoc bello operū lux:scientie virtus:diuini ver-
bi predicatio. Pugnemus ⁊ nos in hymnis ⁊
psalmis:⁊ canticis spiritalibus concinentes:⁊
clamantes ad deum:vt ab ipso victoriam con
sequi mereamur in Christo Iesu domino no-
stro. Cui est gloria:⁊ imperium in secula secu-
lorum. Amen.

¶ Finit tractatus Origenis in Librum Iu-
dicum. Venetijs per Bernardinum Bena
lium. Anno Dn̄i.1512.die vltimo Madij.

¶ Omnes sunt quaterniones:dempto.Z.qui
est ternio.

Quat.22.char.3.